

2
6
219









DE MAIESTATE MILITANTIS ECCLESIAE.

Libri Duo.

QVIBVS ECCLESIAE MAIESTATEM ex Religione Christiana prodire demonstratur.

Atque de ipsius Religionis statu.

Quovemodo in Officijs, Dignitatibus, Gradibus, Ordinibus, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus splendescat.

Deq; Personarum omnium in ipsa Ecclesia existentium, tam Summi ipsius Capitis, quam Prælatorum, tum Maiorum, tum Minorum, necnon Secularium Principum Religione, & Præstantia.

Auctoritatibus Sanctorum Patrum; Summorum Pontificum, & Conciliorum Decretis, multiplici eruditione tractatur.

Opus cuilibet Christianorum statui planè accommodatum, ac summè proficuum.

Auctore ISIDORO MOSCONIO, I. C. Trebiate Clarissimo, & in Archiepiscopatu Bononiensi Vicario Gen. meritiss.

Cum duplici Indice, ac Licentia Superiorum, & Priuilegio.



VENETIIS, Apud Florauantem Pratum. M DCII.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS. DOMINO D. ALPHONSO VICECOMITI.

S. R. E. Cardinali Amplissimo, Patrono colendissimo.

Isidorus Mosconius felicitatem.

DE Militantis Ecclesiæ Maiestate opusculum Amplitudine tuæ dicatum, edere, pluribus nominibus, & volo, & debeo. Nam si te, si me, si susceptum institutum, examino, rationibus vndequaque impellor, & obruor, electionem ipsam approbantibus; Te quidem qui norunt, eum esse consentiunt, cui

omnes boni, omnia bona vltrò deferant; & sub cuius protectione esse, tàm sit gloriosum, quàm optabile aditum patefieri ad tuam gratiam. Me autem, cum præter te, quem eximiè colam, & obseruem, agnoscam neminem, magna iamdudum inuasit cupiditas, insignem meam animi deuotionem testatam relinquendi. Laborem verò etiam hunc meum, ad te inhiare, vnicumque auspicem exposcere decet; tum, quia decus nullum aliundè splendidius, tutamenque maius sibi accedere posse confidit: tum, quia de Militanti Ecclesia pertractans, hærere debet alicui ex ijs, qui à Summo Pontifice (qui est caput) proximus, correspondeat dexteræ in qua præcipuum robur est, visque neruorum ad dimicandum; Tibique præsertim, qui Cardinalitia dignitate præfulgens, Pontificis ipsius Consiliarius sapientissimus, Christianæ Religionis defensor acerrimus, & pręcipuus instructor existis. Nec me à consilio huiusmodi oblationis deterruit libelli paruitas, cogitantem non nulla interdum pondere magis, quàm mole perpendenda esse; tractatumque sanè breuem, tractationem non plane leuem continere: Nam præterquam quod Christiani status edocet præstantiam; quibusuis etiam Militiæ huic perenni vitæ humanę adscriptis, seu ducibus, et pręfectis, seu priuatis, & gregarijs vsque commilitonibus, suppeditat ad

tat ad

tat ad benè decertandum documenta præcipua, & ad benè viuendum non obscura experimenta dignoscendi, quid pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non. In cuius ego negocij meditatione diutius maxima cum animi iucunditate versatus, cohibere me tandem nequiui (quod gaudentium est proprium gaudia conferre) quin alios in voluptatis meæ partem vocarem. Teque præ cæteris Illustrissime Cardinalis, qui si læto animo hanc ipsam obseruantiæ in te meæ significationem susceperis, nihil supererit quod meam vberius expleat iucunditatem. Vale.

Author ad Lectorem.

EX ijs, quæ maxima, eademqne plurima animum meum diu nutantem modò vrgebant, modò retrahebant, habeto Christianæ Lector hæc pauca, res ipsa de qua agitur amplitudine simul & compendio conspicua spes communis vtilitatis laboris mei ratio, multorum quorum ego auctoritati & iudicio plurimum tribuo exhortationis habebam impulsores. Cęterum, ex aduerso negocij suscepti magnitudo spectatissimorum virorum, à quibus plurima fuere pertractata copiosius doctrina & dignitas mea ipsius probe nisi præposita tenuitas, in re tam graui aderant dissuasores. vicit tamen quidam veluti mentis ardor, effecitque, vt scriptis traderem Militantis Ecclesiæ Maiestatem, conscriptamque in publicum ederem. Atque ita quamplurimos vocarem in partem eius lætitiæ qua ipse afficiebar ex iugi meditatione, qua quid præclarius, excellentius, ne in hoc mortali seculo inueniri detur, animus meus penitus ignorat, dum conspicit dispositionem illam vsquequaque exactam: quę summa, imis ita respondent, vt nihil perturbatum aut incōcinnum appareat, quippe quę gradus per incrementa virtutum, status per differentias personarum, & vitæ perfectionem, officia plurima per aptam regiminis partitionem necessitati rationique consentaneam vt humanæ vitæ saluti cōsuleretur inter Catho

licos distribuit. Quamobrem ipsa proborum omnium rempublicam, ipsa optimum Senatum, ipsa Monarchiã Principis; qui merito appellatur Sanctissimus constituit; ipsa quod cuicunque expedit ad salutem demonstrat, quæ demonstrata ordinat, quæ ordinata dispensat, quæ dispẽsata custodit, dum in Ecclesiæ Prælatis, ministris, & Christi fidelibus residet, inseritq; humanis cordibus affectũ vt Deo quã similes efficiantur. Vnde non iucunditatem malo, sed non simul etiam non incommodam vtilitatem cæteris me allaturum existimaui; dum quasi lumen de lumine extractum, tantæ religionis amplitudinem & maiestatem, cunctis ne dixerim aperirem, (satis enim per sese conspicua est) sed obuiam proponerem. Neque sanè is ego sum, qui mea penes me deperire malim, quam penes alios viuere, cum præsertim ea ipsa sperem aliqua ex parte fore perspicua, ut qui ad bene sanctèque viuendum lectione librorum excitantur, quos iuuãdi potius quam docendi incensa viget apud me cupiditas, incredibileque desiderium bene aliquid merendi de Repub. Christiana, accesserũt sapientum meique studiosissimorum virorum monita & incitamenta, vt ne delitescere paterer opus, in quo Sanctorum Patrum sententię; Summorum Pontificum, & Conciliorum Decreta quæ de Religione Christiana, tum ad Ecclesię Antistites, tum ad reliquos Christi fideles pertinerent, in vnum tandem fasciculũ quod nemini adhuc videbatur contigisse collegerim omnia veluti in speculo singulis intuentibus, totius Ecclesię Romanę Maiestatem proposuerim: Nam etsi singuli singula tractare possint de hac religione quemadmodum re ipsa nonnulli nonnulla pertractauerũt,

quibus ego aut ingenio aut doctrina minimè vnquam sim conferendus, ita tamen tractare vt suo studio vnicuique liceat nedum legere, verum etiam ipsa salutaria remedia simul imbibere, sententias suis locis aptare, tam multa ordinatè contexere, tam magna explicare mediocriter vti laboriosum ita per opportunum iudicabant ij quibus grauissimum videbatur ac prope intolerabile onus ingentes innumerabilesque euoluere librorum moles atque vbi eas euolueris, vix assequi quod cuperes. Vrgebãt postremo suasiones eorum qui verè quodam suo studium sibi meum polliceri possunt; eatenus coegerunt vt neque negotij magnitudo incredibilis deterreret animum meum, neque ingenij mei tenuitas auocare ab incępto potuerit: sed neque quod maximi semper apud me fuit momenti, exuberans doctrina duorum potissimum virorum qui tempestate nostra, vt dignitate Ecclesiastica perfulgent, ita sapiētia, eruditione, eloquētia, superexcellũt, quos honoris causa nomino Baronium Bellarminum Cardinales Illustrissimos, qui suis ipsorum scriptis multa consignarunt, quę hic in angusto veluti contracta reperiuntur, opere pretium me factum existimes, si ex amplissimis magnorum virorum pratis, paucos selegerim flores vt inde corollam contexerem, ex conserta arboribus silua, exiguos conuellerem surculos, vt inde hortulum insererem, paruosque sulcos in agro vastissimo eductis riuulis, e plenis hinc inde gurgitibus irrigarem; nimirum e plurimis Sanctorum Patrum aliorumque scriptorum officinis vnum commune omnibus opusculum componẽs; Instituti igitur mei ratio fuit aditum facilem ad verę religionis cognitionem, cultum

que

que patefacere, & quasi vnico intuitu totum circumscribere orbem. Legito igitur amice lector, nec te dimoueant oratio ipsa parum elegans & incompta, etenim in sapientum choro non res verbis, sed verba rebus deseruiunt, suasque eloquium simplex patitur approbationes quotiescunque aliquid in subiecta (quod aiunt) materia non nihil in methodo reperitur. Quod si quid in tanta scriptorum varietate exciderit, (nihil autem excidisse puto) à Christianis auribus quoquo modo absonum; ego ubique Sanctę Romanę Ecclesię iudicium libens patior uolensque imploro.

AD ILLVSTRISSIMVM AC REVERENDISS.

D. Alphonsum Paleotum Bononiæ Archiepiscopum.

DOctrina, exemplo, flagrans pietatis amore,
Peruigil & patrij dux Paleote gregis,
Qui tibi se meritò addixit Mosconius, alto
Ingenio celebris, iudicioq; graui,
Ordine, Maiestas sit quanta Ecclesiæ, aperto
Explicuit, maius non habet Orbis opus.

AD ISIDORVM MOSCONIVM

Virum doctissimum ac Religiosissimum.

MAteriem, Antistites Mosconi candide, sumis,
Qua nihil in terris dignius esse potest.
Per te Maiestas augusta Ecclesiæ, honores,
Ordo, decor, ritus, munera, forma nitent.

Ad eumdem.

DE PERILLVSTRI AC REVERENDISS.

D. Cæsare Fideli S. D. N. Papæ Referendario.

COnsilio Cæsar fido te sæpe Fidelis
Impulit, vt præstans aggredereris opus.
Omnibus hoc numeris explesti, prome: beabis
Munere Christicolas sic, Isidore, pio.

AD PERILLVSTREM AC REVERENDISS. VIRVM

D. Alexandrum Ludouisium, Sacræ Rom. Rotæ Auditorem.

HVx præclara virum, dirimunt qui legibus æquis
Lites, Romanæ gloria celsa Rotæ,
Quod Ludouise, cupis Mosconi grande volumen,
Prodijt, æternumque promeruitque decus.

HIERO-

HIERONYMI BISACCIONII I. C.

Eloquentiam in Gymnasio Bononiensi profitentis.

IMmensæ exemplar si Maiestatis, Olympo
Quæ victrix miris fulget in ordinibus,
Ex alta hac optas spectare caligine, specta
Bellatrix armis quæ Phlegetonta premit.
Hanc tibi, Mosconi, mirè penicillus adumbrat.
Immensam spatio non valet exiguo?
Hoc ille ingenio est vastum finxisse Timantem
Sic minima quondam parte Cyclopa ferunt.

ROBERTI TITII
IN GYMNASIO BONON.
Primarij humanarum literarum Professoris.

AVCTOR LOQVITVR AD LECTOREM.

SI nostri toties noctuq; dieq; labores
Exhausti quicquam promeruisse queunt,
Ne saltem dicar turpi indulsisse veterno,
Ocia dum segnis perniciosa sequor;
Vestrum erit hoc munus, nostri spes maxima secli,
O & Romulidum gloria prima soli.
Quod spiro & placeo, vestris hortatibus ætas
Ascribet præsens, atque alia, atque alia.

ERRATA

Errata ſubnotata correcta, ſi quæ alia hic errata non appoſita reperias, iudicio tuo Lector corrigas.

Corrige prius titulum Libri Secundi, dele uerba illa, Pars Prima, ſed ſimpliciter legas, lib. Secundus. fol. 2. l. 1. ſilere, ibi. l. fin. actibus, fol. 4. l. 19. ſuper, fol. 9. l. 8. actibus, fol. 104. l. 18. Sotus. fol. 23. l. 20. medum, & l. 28. faciemus. fol. 34. l. 14. eorumque ante, & l. 37. accipit. fol. 38. l. 18. aperiat. fol. 36. l. 36. urbe Roma. fol. 38. l. 24. teneantur, l. 32. ad Pontificalem, fol. 39. l. 7. Pontificatu abdicauerit, fol. 43. l. 28. ſpectabit, l. 31. detinebantur, l. 32. relegabantur, fol. 44. l. 24. gubernat, fol. 45. l. 38. genealogia, fol. 46. l. 2. Iſaras, fol. 47. l. 22. quorum conditiones ignorat, fol. 51. l. 33. ad quæ tollenda, fol. 55. l. 11. electorum, fol. 64. l. 3. ut tollitur, fol. 84. l. 22. ſemper, fol. 82. l. 28. Mediolanenſem Epiſcopum, fol. 92. l. 35. Ius naturale, fol. 93. l. 27. Incõpatibilia, fol. 99. l. 38. ſi iturum, fol. 102. l. 1. ueretur, fol. 108. l. 27. eccleſiam, fol. 109. l. 31. ueteris, fol. 114. l. 10. latere, fol. 117. l. 13. rogauerit, fol. 119. l. 36. uos, fol. 126. l. 10. Lateranẽſi, fol. 127. l. 25. celebrat, & ibi. l. 31. & unde. fol. 129. l. 55. ſpectet, fol. 130. l. 36. optauerit, ibid. l. 37. pertractent, fol. 131. l. 37. uerſent, fol. 132. l. 9. ſentit, fol. 134. l. 30. ſcriniariorum, fol. 141. l. 15. in ſuo officio, ibid. l. 26. alienæ. l. 30. ſpernunt, fol. 144. l. 10. nec Prelatus, ibi. l. 11. debet, l. 29. machinetur, fol. 145. l. 12. potuiſſẽt, ibi. l. 27. uocati, fol. 149. l. 11. Conſtantinopolitana, fol. 161. l. 4. altari, ibi. l. 22. per ipſas, fol. 162. l. 36. deuiãtur, fol. 164. l. 38. electus, fol. 168. l. 30. remouetur, fol. 170. l. 2. committendam, fol. 174. l. 7. prelati, fol. 175. (in margine) vbi, fol. 177. l. 28. eligerent, fol. 194. l. 1. demonſtretur, fol. 201. l. 27. quod, fol. 202. l. 20. ſubſtantia, fol. 204. l. 30. altari, fol. 212. l. 4. dirigant, fol. 217. l. 3. domus, ibi. l. 4. hortatores, fol. 219. l. 20. ſtãtu, fol. 220. l. 36. iniquitatum, fol. 229. l. 8. fulminationes, fol. 231. l. 31. coepiſcopos, fol. 234. l. 6. conſtare, fol. 236. l. 6. ſanguinis, fol. 248. l. 6. Inducantur, fol. 270. l. 23. nec ligamus, fol. 279. l. 28. illos, fol. 286. l. 15. cantet, l. 28. exerceant, fol. 299. l. 10. poſſint, fol. 304. l. 20. ut uerba, fol. 307. l. 29. ſua, fol. 312. l. 9. ordinarius, fol. 313. l. 3. curent, fol. 314. l. 39. nolentibus, fol. 315. l. 25. poſſint, fol. 317. l. 28. fecerit, fol. 322. l. 22. & fol. 324. l. 17. tolle ac. eorumque, fol. 327. l. 2. alantur, fol. 332. l. 17. efficiar, fol. 336. l. 24. eam, fol. 339. l. 18. poſtulent à Deo prædicatores, fol. 343. l. 27. alios, ibid. l. 31. poſſint, fol. 348. l. 11. ſolennia, ibid. l. 12. ſolennibus, fol. 356. l. 10. incompatibile, & l. 12. Incompatibilem, fol. 317. l. 16. incumbunt, fol. 359. l. 35. implicare, fol. 360. l. 38. multiplices, fol. 36. l. 15. aliquot. fol. 364. l. 3. teneantur, fol. 366. l. 27. apoſtolica. fol. 370. l. 22. uia & principium, fol. 376. l. 27. à ſanctis. fol. 377. l. 4. quod & Apoſtolus docuit, & ipſa. ibi. l. 21. poſſit. fol. 378. l. 13. detur uita, fol. 379. l. 28. conſtet, fol. 383. l. 22. conſenſu. fol. 384. l. 21. altari, fol. 386. l. 9. & tum, fol. 392. l. 5. hoſpitum, fol. 397. l. 1. interpretatione, fol. 401. l. 27. admitti ad ordines, fol. 402. l. 24. ferat, fol. 404. l. 18. tunc enim alter ſupplere deberet prætermiſſa, fol. 409. l. 36. & ſe emendent. fol. 416. l. 8. eius, fol. 634. l. 2. elargita.

COPIA.

Gli Eccellentiss. Signori Capi dell'Illustriss. Conseglio di X. infrascritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua, per relatione delli tre a ciò deputati, cioè del Reuer. Padre Inquisitore, del Circ. Secretario del Senato Lorenzo Massa, & di D. Fabio Paulini Lettor publico, che nel libro de Maiestate militantis Ecclesiæ di Monsig. Isidoro Mosconio, non vi si troua cosa contra le leggi, & è degno di stampa, concedono licentia, che possi esser stampato in questa Città.

Dat. die 2. Maij 1602.

D. Nicolò Donado.
D. Hieronimo Dandolo. } Capi dell'Illustriss. Conseglio di X.
D. Zuane Marcello.

Illustriss. Cons. X. Secret. Leonardus Otthobonus.

1602. Adì 4. Maggio Registrata in Libro.

Ant. Lauredanus Off. cont. Blasph. Coad.

ELENCHVS EORVM, QVAE IN HISCE LECTIONIBVS De Maiestate militantis Ecclesiæ continentur.

In Præludijs. De Ecclesia Catholica.

Ex Libro Primo, Parte Prima.

DE ROMANO PONTIFICE.

De Cardinalibus S. Romanæ Ecclesiæ.

De familiaribus Papæ, & aliorum maiorum Prælatorum.

Index Capitum.

De Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis.

De Abbatibus.

De Vicario Episcopi.

De Inquisitoribus.

De Archidiacono.

De Archipresbytero.

De Præpositis, & Prioribus.

De Ecclesijs Cathedralibus.

De Pœnitentiario.

De Examinatoribus & Testibus Synodalibus.

De Prædicatoribus.

De Curatis.

De Residentia.

EX LIBRO PRIMO, PARTE SECVNDA.

De Ordinibus Ecclesiasticis.

EX LIBRO PRIMO, PARTE TERTIA.

De Beneficijs.

Index Capitum.

EX LIBRO PRIMO, PARTE QVARTA.

De Regularibus.

EX LIBRO SECVNDO.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM OMNIVM NOTABILIVM

Quæ in hoc Opere continentur.

Aduo-

Came-

Cardi-

Consi-

D

E

Episcopi

Epi-

N

Ordi-

Causa

Papatus

Praedi-

S

Scien-

FINIS.

ISIDORI MOSCONII DE MAIESTATE MILITANTIS ECCLESIAE.

Præludia.

A LICET verum sit quod homo homini præstat, quantum unus alterum rationis vsu superat, eo quod loquela, & ratione homo cæteris animantibus præstare uideatur: tamen uerius est, quod non ratio, non oratio, sed Religio Christiana à cæteris animantibus nos secernunt: quoniam ea mediante, homo, quæ Dei sunt, sapit, ac illa intuetur, & contemplatur; Inferiora, dum respicit, à quo condita, non qualia sint, admiratur; Iccirco, quid est aliud, in quo magis oporteat mortales elaborare, quam ut Dei cognitionem habeamus? ad quem contemplandum nati esse uidemur. Sit homo politicis virtutibus perpolitus, nisi hac sancta Religione Christiana fuerit imbu-
B tus, inania erunt omnia, & labor eius erit inutilis; Virtutes sunt tanquam membra in corpore, Religio uerò caput designat, à qua esse, à qua vita, & pulchritudo, & maiestas totius corporis dependet. Ad hanc ueræ Religionis Christianæ maiestatem (perfectum inquam esse nostrum,) ut omnes inuitaremus amplectendam, hic scribendi labor à nobis sumptus est. Dirigendus est homo ad Deum internis, & externis actibus, Internis autem, dum mente, & corde diuina contemplatur; Externis uerò, dum illius præcepta, & canonicæ sanctiones obseruantur. Tunc status eius tanquam ad suam maiestatem reductus, & summa manu elaboratus, perfectus elucescet. De hac Christiana Religione, tanquam de ueræ & Catholicæ Ecclesiæ maiestate hic tractandum erit. Ista itaque Sancta Religio in Ecclesia

Dei, ſuos componit actus, conſtitutiones ordinat, Populum A regit, & illum ſanctis uirtutibus illuſtrat, eo quod finis eius ſit homines ad Deum dirigere, ut eterna beatitudine fruantur: quæ modo cum uideatur in ipſius Eccleſiæ gremio, ſimiliter & tanquam ignota lateat, ideò qualis hodie in homine iaceat, tanquam ſi de nouo in hanc lucem exiret iſagogico duntaxat ſermone uerba faciemus; & quid Religio circa cuiuſque ſtatum poſtulet, aperiemus.

Sed ne huius rei notitia inuoluta uideatur: priore loco de externo Dei cultu in hoc uolumine tractabitur, & ab eo principio exordium ducetur quòd totius eſt Religionis caput, ab ipſa ſancta Eccleſia, in quã fideles tãquam in Matris Gremio Mammam (inquam) emungunt, nutriuntur, & conſeneſcunt. Vnde prius ad illius ſtatum, ueluti ad totius operis notitiã oratio con B uertetur. Poſtmodum uerò, quod ad ſingulas ipſius partes ſpectat paucis abſoluetur uerbis. Et ſic totius Eccleſiæ Catholicæ ſtatus ac illius Maieſtas apparebit.

Quot modis ſumatur eccleſię nomẽ.

Cum ergo prius de iſta Eccleſia Militanti ſermo ſit habendus, ne uarietate nominis noſtra intentio uarietur: hoc nomen Eccleſiæ prius quot modis in ſacris literis ſumatur, dicendum erit; & omiſſis alijs, ad iſta, quæ ſequuntur oratio conuertetur.

Sumitur autem Eccleſia generaliter pro omnĩ congregatione, ueluti pro congregatione malignantium, quæ à Cain originem duxit, de qua in Pſal. In Eccleſiam malignantium non introibo.

Interdum, pro Beatorum congregatione exiſtentium in glo- C ria Sanctorum, quæ Eccleſia triumphans appellatur, Pſal. 2. Erit laus mea in Eccleſia magna. Hieronymus in Pſal. 75.

Tertiò, pro uniuerſitate alicuius Regionis, Apoſtolus ad Romanos cap. 21. Salutat uos Caius hoſpes meus, & uniuerſa Eccleſia (hoc eſt Prouinciæ, in qua erat Caius) ſecundum Gloſ. in dicto loco.

Quartò, pro potentioribus, & maioribus Eccleſiæ. Apoſtolus ad Eph. cap. 3. Vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus cæleſtibus pro Eccleſia (hoc eſt pro Apoſtolis in Eccleſia prædicantibus) Gloſ. in d. loco, & Matth. 18.

Quintò, pro perſonis Eccleſiæ additis extra gradũ Prælationis, Actor. cap. 15. Placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni

Eccleſia,

A Ecclesia, eligere viros ex eis. (scilicet prçter Apostolos, & seniores) Glos. ibid.

Sextò, pro maiori parte Clericorum, vt in cap. Apostolica, distinct. 66.

Septimò, pro solis Clericis, ex sententia Adriani Papç, vt in cap. 1. dist. 63. in fine, his verbis. Donec obediat, & cõsentiat quicquid Ecclesia de electione, & ordinatione proprij Prçsulis se velle monstrauerit (hoc est de Clericis, qui ad electionẽ sunt vocati) Glos. ibid.

Octauò, sumitur pro Canonicis Cathedralis Ecclesiç, capit. cum Clerici, de verb. signific.

Nonò, omissis alijs pro vnione fidelium facta in fide Catholica, cuius caput est Christus, nos autem membra. Apostolus ad Rom. 12. & in 1. Corinth. 13. Et ista dicitur Ecclesia militans, secundum Augustinum de bono coniuga. c. 18. & Chrysost. in Homel. 10. & in Epist. ad Ephesios, ita dicitur: Ex multis animabus vnam Ciuitatem habentibus, vnam Animam, cor vnum in Deum, quç vnitatis nostrç perfectio est post hanc peregrinationem futura.

B De similibus legitur apud Glos. in cap. quçrelam, ne Prçlati vices suas, cap. de Fabrica, de Consecrat. dist. 21. cap. in Ecclesia, 1. quçst. 1. cap. sed, & illud, 26. quçst. 2. Glos. in cap. scire debet, 7. quçst. 1. cap. Ecclesia, de Consecr. dist. 1. Turrecrema. lib. 1. cap. 22. Pelag. de planctu Eccles. lib. 1. cap. 54. Florent. in Prologo 3. p. §. Ius quod. Io. Andr. in Annot. ad Spec. in Rubr. de imm. Eccles. Ias. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. cum similibus.

C Triumphans Ecclesia est illa, in qua Sãcti Dei triumpho victoriæ qui militarunt pro Christo, fruuntur in gloria. Glos. in cap. ad nostram, de hçret. Dionys. de Eccles. Hierarchia.

Triumphans ecclesia quæ.

Ista, tres principales ordinum Hierarchias habet. Prima est Angelorum, qui in Dei vestibulo collocantur; in qua sunt tres chori. Isti immediatè à Deo recipiunt illuminationes, & reuelationes Diuinorum misteriorum. Secunda Hierarchia est aliorum Angelorum, qui sub prima Hierarchia sedent, & à Deo illis mediantibus recipiunt reuelationes, & isti easdem infundũt ad tertiam Hierarchiam inferiorem, à qua homines illuminantur, & Dei nuncia recipiunt; sic omnes illuminant, & illuminãtur. Ad istius similitudinem facta est Ecclesia militans, in qua

Gradus ecclesiæ triũphantis.

Cõformitas eccle-

Ecclesię militantis cũ ecclesia triumphante. fideles Dei suis legibus viuunt, & militant, qui pariter tres ordinum gradus habent. Primus est maiorum Prçlatorum, Cardinalium scilicet, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum. Secundus Minorum Prçlatorum, & aliorum Sacerdotum. Tertius ordo est omniũ fidelium, qui in tres alios gradus diuiduntur, Virginum, Continentium, & Cõiugatorum, & vnus ab alio recipit gratias, & dona, quibus ista Ecclesia militãs componitur. Ita dixit Bonifacius, in cap. fina. dist. 89. his uerbis, videlicet: Quia verò quęque creatura in una eademque qualitate gubernari, vel viuere non potest, cęlestium militiarum exemplar nos instruit: quia, dum sunt Angeli, & sunt Archangeli, liquet quia non tam ęquales, sed in potestate, & ordine, sicut nostis differunt alter ab altero. Hęc ille; Idem dicit Augustinus de Baptis. lib. 4. cap. 1. Turrecrema. & Dionys. in citatis locis.

Quibus personis componatur ecclesia militans.

A

B

Ecclesia militans quæ sit. Meritò ergo Ecclesia militans est singularis fidelium vniuscuiusque Ciuitatis congregatio, secundum Hug. libro 3. de Claustro.

Ista Ecclesia militãs habet suum specialem locum in terris, Chrysost. in Matth. 22. uper illis verbis: Congregauerunt bonos, & malos. his verbis: Ecclesia media est inter Cęlum; quod est locus tantum bonorum, & Infernum, qui est locus tantum malorum; Ipsa verò Ecclesia media est, quia indifferenter bonos, & malos colligit. Quod figuratũ est in Arca Noe, vbi animalia mitia simul erant cum animalibus immitibus.

Ecclesia cõstat ex bonis & malis fidelibus.

Origo istius ecclesiæ militantis. Origo autem istius Ecclesię Militantis secundum quosdam, fuit ab Angelis, nam Angeli, qui in gratia fuerũt creati à Deo, Ecclesiam ipsam eo tempore designarunt; Ita dicit Bernard. super Cantica, cap. 27. Cum haberet Deus sponsam inhærentem sibi à principio multitudinem Angelorum, placuit ex hominibus conuocare Ecclesiam atque vniri illi, quæ de Cœlo est, vt sit vna sponsa, & vnus sponsus.

C

Post primi hominis lapsum, Ecclesia ab Abel iusto sumpsit exordium; qui primus Deo sacrificia de primogenitis Gregis, & de Adipibus obtulerat: Ita declarat Greg. in Matth. his verbis: Qui habet vineam, vniuersalem scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel iusto, usq; ad ultimum electum, qui in fine mundi venturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit.

August. super Psalm. 36. dicit hoc idem. Necnon quia Abel

fuit

A fuit Martyr, & congruit fundamēto ecclesiæ, quæ in sanguine iusti consecratur Deo. Apostolus ad Hebræ.cap.9.omnia penè secundum legem in sanguine mundantur, & 1.Pet.ca.2.Gens sancta, Populus acquisitionis. Ibi Glos.dicit, in sanguine Christi respersa Apocalyp. 1. Dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo.

Quæ postmodum per Patriarchas, & Prophetas figurata est, & ducta vsque ad Aduentum Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ tunc Sinagoga appellabatur, & deinde Ecclesia fuit nū cupata, & facta est diuersitas in nomine, vt eadem esse Iudæorum, & Christianorum distinctio: Nam illi infideles, more belluarum congregantur, fideles verò Dei misericordia conuocantur; Ideo dicit Raba.super Matth. Differentia est inter Sinago- B gam, & Ecclesiam: Sinagoga est cōgregatio: Ecclesia vocatio: Possunt autem irrationabilia congregari; vocari autem nequaquam, & ideo visum est Doctoribus nominare Ecclesiam.

Differentia Sinagogæ & Ecclesiæ.

Turrecrema. in Summa de Eccles. lib. 1. cap. 1. dicit: Conuocatio propriè rationalis creaturæ est, congregatio verò irrationalis creaturę esse potest. Ideò legitur in Genesi cap. 1. Congregentur aquæ omnes, quæ sub cœlo sunt. Matth. c. 13. Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. Vide etiam Isidorum in lib. 8. Ethimol. cap. 8.

Sic ista Ecclesia habuit tria principia; Ab Angelis, ab Abel, & ab Apostolis. Apostolus 2. ad Thessalonicens. cap. 2. Elegit nos Deus primitias. Glos. ibi dicit, vt essemus primitiæ omnium credentium in salutem, & sanctificationem spiritus, & fi- C dem veritatis.

Huiusmodi fidelium cōgregatio, habet caput, quod est Christus, qui fundator est, & rector, tā secundum diuinitatem, quā humanitatem: licet Petro sit dictum. Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. & similiter Io. cap. 1. & cap. fin. vide Isidorum lib. 7. Ethim. cap. 4.

Caput Ecclesiæ Christus.

Basilius de Pœnitentia dixit his verbis: Etiamsi Petra est hinc, non enim Christus Petra est? Sed vt Petrus Petram; Christus enim reuera petra est immobilis, & inconcussa. Petrus uerò propter hanc petram. Largitur enim Deus suas dignitates non euacuans, sed habens dat, lux est: vos estis, inquit, lux mundi: sacerdos est, sacerdotes facit: Petra est, Petram facit: ergo

fundamentum, & lapis angularis est ipse Christus; & ab imo A
surgens. ergo fundamenti huius summitatem tenet. Hæc ille.

Est igitur fundamentum Ecclesiæ, & Petra Christus, & fides de Christo, quam confessus est Petrus; est similiter fundamentum & Petra, Petrus ipse confitens Christum, quæ adinuicem non aduersantur. Vnde dicimus, Christum esse primum, ac potissimum fundamentum istius ædificij Ecclesiæ: sed super hoc fundamento asserimus alias Petras superimpositas; de quo in Apocalyp. 21. & Clemens Roman. in Epistola ad Iacobum ait: Simon Petrus ueræ fidei merito, & integræ prędicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiæ à Christo definitus.

Chrysost. in Matth. 16. super illis uerbis (Super hāc Petram ædificabo Ecclesiam meam) dicit his uerbis: In hac fide, & confessione ædificabo Ecclesiam meam. Hinc ostendit multos iam credituros, quod Petrus confessus fuerat, & erigit eius sensum, & Pastorem ipsum facit. B

Augustinus lib. 2. Retract. dixit de Apostolo Petro, quod in illo tamquā in Petra ædificata est Ecclesia, sed scio me postea sic sæpissimè exposuisse, qđ à Domino dictū est: Tu es Petrus; sed tu es Petrus, Petra autem erat Christus, quem confessus fuerat Simon. Hoc idem dicit Thom. in d. loco Matthæi. Basilius in lib. 2. ad Eunomium dicit: Petrus, quoniam fide pręstabat in seipso Ecclesiæ ædificationem suscepit.

Theophilact. in d. loco Matthæi 16. dicit: Remunerat Petrū Dominus, mercedem illi dans magnam, quod supra eum ædificauit Ecclesiam.

Sic dicitur, quod caput Ecclesiæ est Christus; & fundamentum est fides catholica, quam confessus est Petrus: & ideo dicitur, quod Petrus est fundamentū Ecclesię. Hieronymus in Math. lib. 3. Chrysost. & Hilar. in d. cap. 16. Matth. Hoc idem dixerunt Moderni; inter alios Cardinalis Varmiens. de Ecclesia catholica cap. 25. Frater Sixtus in Bibliotheca Sancta lib. 6. Annot. 68. & 69. C

Notæ Ecclesiæ catholicæ.

Ista Ecclesia habet suas notas, quibus ab alijs Ecclesijs discernitur, & separatur, ac illius primatum, & dignitatem ostendūt; & sunt isti: uidelicet. Appellatur Sancta, Catholica, Vnica, & Apostolica; easdem referunt Moderni; Hosius, cap. 20. & 21. Biblioth. Sancta lib. 6. Annot. 68. Stephan. Duran. de Ritu Ecclesiæ, lib.

A ſiæ, lib.2.cap.33. Director. parte 1. comment.8.& ſimiles, qui multi ſunt.

Sancta nuncupatur, non quod in ea ſint tantummodo Sancti, & iuſti, & nō peccatores (excluſis autē Hæreticis, & Schiſmaticis) ſed in ea continentur omnes fideles; Ideò dicitur militans, ad differentiam malignantium, quæ in Inferno, & partim in hoc mundo, ubi mali peccatores exiſtunt, & glorioſorum triumphantium in cęlo, in qua boni, ſcilicet Beati ſolū uiuunt. Tertia Eccleſia eſt iſta militans, quæ capit utrumque, bonos ſcilicet & malos. Ita dixit Gregor. in Hom. Euang.38. his uerbis: Hæc autem uita, quæ inter cœlum, & Infernum ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita utriuſque partium ciues communiter recipit, quos tamen Sancta Eccleſia, & indiſcretè ſuſcipit, & poſt B modum in egreſſione diſcernet.

Sancta quare dicatur.

Auguſt. de fide ad Petrum, cap.4. ait: Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, Arcam Dei eſſe Eccleſiam Catholicam, & ita eam uſq; ad finem ſæculi frumenti paleas continere, hoc eſt bonis malos ſacramentorū communione commiſcere: & in omni profeſſione, ſiue Clericorum, ſiue Monachorum, ſiue Laicorū eſſe bonos ſimul, & malos.

Hoc figuratum fuit in Arca Noe. In qua conſeruata fuerunt animalia diuerſa, Gene.7. necnon in ſagena miſſa in mari, Matth.14. & in parabola decem Virginum, Matth.25. ac in uiſione facta Diuo Petro, in qua munda, & immunda animalia comedenda ei oſtenſa fuerunt, Acto.10. Sic de ſimilibus plura leguntur exempla.

C Appellatur Sancta, quia extra ipſam nullus ſaluatur; & in ipſa uiuentes ſalui fiunt; Necnon Sancta dicitur, quaſi firma, quia uiolari non poteſt, ſic ex parte denominatur. Hæc habentur apud Cyprian. lib.3. Epiſt.3. ad Maximum. Ambroſ. lib.1. de pęnitentia, cap.6. & Sermo.8. & in Pſalm.118. & in cap.2. epiſt. 2. ad Timoth. Chryſoſtom. in Pſalm. 39. Auguſtin. in tract.6. in Ioan. lib. 2. Retract. cap. 15. & in lib. de Vnit. Eccleſ. cap. 13. Sermo.107. contra epiſt. Parmen. lib.3. c.2. Hieron. in Dialogo aduerſus Lucifera. c.8. lib.3. Dialogorum ad Pelagium, c. 5. lib.2. ad Iouinianum, c.13. & 14. ca.1. ad Galat. & in Pſal.10.

Catholica dicitur, hoc eſt Vniuerſalis in toto Orbe, Pſalm. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis ter-

Quare dicatur catholica.

ræ uerba eorum: Marci cap. fin. Prædicate Euangelium omni A creaturæ. Apoſt. ad Roman. 1. Fides, inquit noſtra annunciatur in uniuerſo mundo.

Iſidorus in lib. 1. de Officijs, Ita de Eccleſia catholica loquitur. Catholica uerò dicitur, quia per uniuerſum Orbem eſt conſtituta; Vel per catholicam (hoc eſt) generalis doctrina, quæ in ea eſt, ad miniſtrationem hominum de uiſibilibus, & inuiſibilibus rebus cœleſtium, atque terreſtrium; Vel propter omnium hominum genus ad pietatis ſubuẽtionem, tam principum, quã etiam quibus principantur, oratorum, & idiotarum; Vel propter hoc, quod generaliter curat omnia peccata, quę per corpus, & animam perpetrantur.

Appellatur pariter Vniuerſalis, quia pertinet ad omnes gentes, Apoſt. Rom. 10. Non eſt in ea diſtinctio Iudęi, & Gręci: nõ B eſt in ea Circumciſio, aut pręputium, omnis, qui inuocat nomẽ Domini ſaluus erit. Pertinet ad omnes nationes, Apoc. 5. Redemiſti nos Deus in ſanguine tuo, ex omni tribu, lingua, populo, & natione: Feciſti nos Deo regnum, Petrus in Actis 10. Deus non eſt acceptator perſonarum.

Auguſt. in lib. 8. ca. 8. contra Parm. & lib. 8. contra Créſent. cap. 66. nec eos audiamus, qui Sanctam Eccleſiam, quę una catholica eſt, negant per orbem eſſe diffuſam: ſed ſola Africa, hoc eſt in parte Donati pollere arbitrantur.

Hieronymus in Matth. 24. Stultum eſt cum paruo loco, uel abſcondito quærere, qui totius mundi lux eſt. Eccleſia porro catholica eſt ibi, ubi eſt fides catholica: fides aũt catholica ea eſt quę per uniuerſum orbem iuxta Chriſti pręceptum eadem ſem C per annunciatur, nec, uel tempore, uel locis unquam uariatur, à qua ſi quis diſſentiat, is catholicus non eſt.

Hoc idem dixerunt Auguſtinus lib. 3. contra Donat. cap. 1. & de Vnitate Eccleſię, lib. 2. epiſt. 2. & in Pſal. 110. conc. 2. Gelaſ. in epiſt. 1. cap. 2. Leo Pont. aduerſus pręſumpt. Michaelis, cap. 12. & 13.

Reſidet autem iſta Vniuerſalis Eccleſia uirtualiter, & repręſentatiuè in Oecumenico Concilio, & in Sacro Collegio Cardinalium, & Epiſcoporum cum capite, quod eſt Summus Pontifex. Ita dixerũt Auguſt. lib. 1. c. 18. cõt. Donati. in epiſt. ad Synod. Arimini, & Seleucię, & Hoſius Cardinalis de Cõc. c. 24.

Appellatur

A Appellatur similiter ista Ecclesia una, de qua in Cantic. 6. una est Columba mea, perfecta mea. Hanc unitatem significauit uestis inconsutilis Saluatoris nostri. Hoc idem legitur in Apostolo ad Ephes. 4. unum corpus, unus spiritus, sicut uocati estis in una spe, uocationis uestrę, unus Dominus, una fides, & unum baptisma.

Quare dicatur vna.

Dicitur etiam una, quia unus in ea adoratur Christus, una Regula uirtutis obseruatur, Actor. capit. 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Ibi Glos. dicit, quia copula charitatis inuicem iungebantur, ex quo charitas sit proprium donum unitatis catholicæ, cap. multi, 1. quæst. 1.

Appellatur Vna, vnitate doctrinę, veritatem enim doctrinę probat concordia, nunquam sola ferè orta est, ideò Hæreticorum Bellium pax est Ecclesiæ, quia in eis ueritas non est.

B Augustinus in epistola 166. in Cathedra unitatis doctrinam posuit ueritatis.

Dicitur etiam una, ratione unitatis fidei, quam omns Christiani corde credunt & ore confitentur; Apostolus ad Corint. cap. 1. Idipsum dicatis omnes, ne sit in vobis Schisma. Chrysost. etiam in Ioan. cap. 27.

Ponitur tandem vnitas in Ecclesia, quia unus est pastor, qui Christus est. Hieron. in cap. legimus, 93. dist. in fine, dicit: Omnes barbaræ nationes, unum Christum adorant, & unam obseruant regulam ueritatis.

Nuncupatur pariter Apostolica, tāquam fundata sicuti est in sanguine Apostolorum, & eorum doctrina sit imbuta; quorum legitima successio est episcoporum, à temporibus Apostolorum ad hæc usq; nostra tempora deducta, Apostolus 2. Thessal. 3. State, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolas nostras. Vnde traditiones Apostolicæ, tam uiua uoce editæ, quam per scripta, tenendæ sunt: & cum eorū legitima successio sit in Episcopis, ita eorum doctrinam, & Constitutiones in Concilijs ordinatas, & à Summo Pontifice confirmatas, tenere oportet. Vndè, ubi est doctrina Apostolorū, ibi est Ecclesia Apostolica, Apostolus ad Ephes. cap. 3. Superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, licet uerum, & primū Ecclesiæ fundamentum sit Christus, & Apostoli

Apostolica quare dicatur.

C

ſtoli etiam fundamenta dicuntur, Apoc. 21. Murus Ciuitatis habens fundamenta duodecim. Et in Pſal.86. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Gloſ.ibi exponit,ideſt Apoſtolis, & Prophetis. Et Matth.c.5.& c.16.Hieron. in Pſal.133.Apoſtoli promulgarunt Euangelium Marci cap. fin. Vnde in dogmatum ueritate Apoſtolica fundata eſt Eccleſia; Et ſic magis Apoſtolica,quàm Prophetica nuncupatur: quia de fide oculata manu Apoſtoli locuti ſunt. Quod fuit ab initio,quod audiuimus, quod uidimus oculis noſtris, quod proſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de uerbo uitæ, & uita manifeſtata eſt; & uidimus, & teſtamur, & annunciamus uobis uitam ęternam,quę erat apud Patrem. Vide etiam Auguſt.in Pſal.147.ſuper illis uerbis(Filij excuſſorum.) A

Eccleſiæ militātis poteſtas.

Concluditur, quod Eccleſia Dei eſt Sācta, Catholica,Vna, Apoſtolica,& Sponſa Chriſti incorrupta, quę adulterari non poteſt;exiſtentia extra ipſam,ſunt rami ab arbore pręciſi,& ſic arida membra nuncupantur, cuius ritus à ſcriptura diuina, & traditione Apoſtolica uenerunt: omnes ergo iſtam, uti Magiſtram ſequi debent.Aguſtinus in lib.Sentent.cap.15.Tomo 3. Cyprian.in tractat.3.de Simplicit. Pręlat. Greg.in Moral.cap. 35.lib.6.in Iob.& Auguſt.ſup.Ioan.tract.50.ad cap.12.& Bonifa.epiſt.50. Vide etiam cap.Eccleſiaſticorum, c.Catholica, cap.quid,diſt.21.cap.1.diſt.12.cap.omnis,diſt.22.cap.1.§.vnico, de ſumma Trinit. & fide Cathol. & Extrauagant. Sancta Romana,de Relig.dom. Vide Gloſ.in cap.ſacroſancta,diſt.22. & Gloſ.in cap.In ſancta,de maior.& obed.& Gloſ.in Proœm. lib.6. B

Habet iſta Eccleſia plenitudinem poteſtatis; Vnde,qui ei in aliquo derogat,dicitur Hęreticus. Statuta Conciliorum confirmata,cuſtodit;& poteſt illa ſecundum temporum uiciſſitudines ampliare,uel mutare,in totum,aut in partem, ſicuti iudicabit oportunum, vt mutare in melius, aut reuocare inutilia; & poteſt ipſa omnes iudicare, & de ea iudicare nulli permittitur. In dubijs,& arduis rebus ad iſtam eſt recurrendum.Merito Eccleſia caput eſt omnium aliarum. Columna dicitur,& firmamentum Veritatis,cuius ſenſus nullo modo eſt extorquendus, eo quod ab ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto, ac Spiritu ſancto condita,illi omnem ueritatem in dies ſuggerente,edocta retinuit, C

A tinuit,& ad finem seculi conseruabit;& tandem, nullus saluari potest extra ipsam,& ad finem seculi ita semper erit. Hæc leguntur in cap. Omnis, dist.22. cap.Basilicas,de consecrat.dist. 1.cap.postea,cap.ita,25.q.fin.cap.sententiam,35.q.9. cap. Episcopus,§.sole,9.q.3.cap.nemini,17.q.4.cap.palam, dist.11.ca. præceptis, dist.12. Concil.Trid. sess.13. cap.1.in fine,& sess.4. de edit.lib. & in d. sess.13. de Sacramento Eucharistiæ, in sess. 22.cap.8. de Sacrific.Missæ, sess.24.cap.7.Thom.in 4.dist.49. Turrecrem.lib.1.cap.1.

Peccatores fideles quõ dicantur esse ex numero Ecclesiæ.

Dicendum ergo, quod peccatores fideles dicuntur de numero Ecclesiæ, non autem merito, sic Ecclesia reduci potest ad vnum tantum fidelem quoad fidem; Ita dicit Turrecrema. lib.1. cap.22.

B Ista Ecclesia militans habet Principatum, Senatum,& Magistratum, secundum nonnullos Scriptores; De Principatu ita loquutus est Hieronymus in capite 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie super gentes; & super regna; vt euellas, destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.

Augustinus in sermone Natalis Petri & Pauli ait:ò,mira,& ineffabilis gratia Saluatoris,quis plebeum piscatorem Apostolorum facilè Principẽ crederet,& regibus obsistere, reges sanctificare, regnisque omnibus imperare, mundum refrenare legibus, Dæmones calcare pedibus,iubere virtutibus;cœlum hominibus aperire, cum vellet claudere, cum placeret immortale regnum conuersis dare, peruersis negare, merita mundi co-C gnoscere,culpas,& crimina inde hominibus relaxare.Hęc ille.

Ecclesia habet Senatum.

De Senatu ita dixit Hieronymus ad Rusticum,in Commẽto,ad cap.3.Isaiæ,de quo in cap.Ecclesia, 16.q.1. Ecclesia habet Senatum,cœtum Presbyterorum, sine quorum consilio nihil Monachis agere licet. Roboam filius Salomonis ideò perdidit regnum, quia audire noluit Presbyteros suos; Senatum quoque Romani habebant,& nos habemus Senatum nostrum cœtum Presbyterorum. Hæc ille.

Hoc idem legitur in cap.Per venerabilem, §.rationibus, extra,qui filij sint legitimi; Senatores sunt Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi,& Episcopi,& alij inferiores Prelati,& Sacerdotes.

Habet

Ecclesia hēt Magistratū. Habet Ecclesia similiter Magistratum, secundum Isidorum in lib. Ethim. cap. 8. de quo in cap. Ius publicum, his verbis: Ius publicum est in Sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus, & in cap. Cleros, dist. 21. Magistratum Ecclesiæ Episcopi gerūt, qui tanquam superintendentes negocia Ecclesiæ intuētur, & agūt. Vide etiam Turrecrem. in d. cap. Ius publicum. A

Christianorū origo & nomen. Hæc erit breuis compilatio Sanctæ Ecclesiæ Dei, quæ ex vno genere fidelium componitur, qui Christiani dicuntur, quorum origo habetur in Actis Apostolorum 11. in fine, his verbis: & docuerunt turbam multam, ita, ut cognominarentur primum Antiochię Discipuli, Christiani. Vndè hoc communi nomine, omnes, qui Christi fidem sunt secuti, tāquam Christi Discipuli, Christiani sunt appellati, & tale nomē ad Pastores trāsmiserunt.

Religionis Christianę virtus. Quorum Religio Sancta est; cum tales nihil ex suo arbitrio eligant, nec priuatam disciplinam teneant, sicuti faciunt Hæretici. Ita dicit Isidorus in lib. 18. Ethim. cap. 3. Atque ex his apertissimè consequitur, religionem Christianam, euangelicamuè doctrinam, neque sectam, neque hæresim appellari posse; tum, quia non est commentum, aut inuentum nostrum, cum causam habeamus ex diuina reuelatione, & traditione; tum, quia Christiana religio catholica, & Vniuersalis est; ad omnes æquè pertinuit, & pertinet, omnesq́ue eam omni tempore tenuerunt, & tenent, qui de Deo, & diuina ueritate rectè senserunt. Hęresis autem sectam, seu priuatam disciplinam significat, & quā quisque sibi elegit opinionem, atque commentum; Merito ergo potest dici, quod unitas non est inter Hęreticos, nec alijs Ecclesiæ notis Hæretici gaudere possunt. B C

Fidelium species. Fideles isti in duas species diuiduntur, secundum Hieronymum ad quendam suum Leuitam de duobus generibus hominum, prout habetur etiam in cap. duo sunt, 12. quęst. 1. his uerbis, uidelicet: Duo sunt genera Christianorū: est autem unum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit: ut sunt Clerici, & Deo deuoti, illi enim uictu, & uestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia. Aliud genus Christianorum est, ut sunt laici Gręcè, Latinè populus, ijs licet temporalia possidere, sed

non nisi

A non nisi ad usum: nihil enim miserius est, quam propter nummum Deum cōtemnere; His concessum est ducere uxorem, terram colere, inter uirum, & uirum iudicare, causas agere, oblationes super altare apponere, Decimas reddere, & ita saluari poterunt; si uitia tamen benefaciendo euitauerint. Hæc ille.

Hęc diuisio fuerat Christianorum in primitiua Ecclesia; modò autem, ut nostris utar uocabulis, quidam dicuntur Religiosi, quidam Seculares; Bellarm. in præfat. Tomi 2. de Cleric.

Religiosi qui dicantur.

Religiosus in iure multis sumitur modis, & præsertim ad tres species reducitur; Primo scilicet modo Religiosus sumitur largissimè, omnis, qui sub Christiana fide viuit, sic omnes fideles propter fidem Christi Religiosi dicuntur. Hac de causa appellatur Religio Christiana. Iacobus in cap. 1. si quis putat se B Religiosum esse, hoc est fidelem.

Secūdo modo sumitur latè, ut pro bono Christiano, sic non pro quolibet Christiano, sed pro bono tantum, Act. ca. 2. erant Ierosolymis uiri Religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est.

Tertio pro Clericis, & uouentibus vitam Regularem, de regularibus latius infra dicetur.

Clerici dicuntur, quasi sorte partem Domini suæ hæreditatis sint cōsecuti; Et hoc nomen sumptum est ab electione Matthiæ in Apostolatum, secundum Isid. de Eccle. Offi. cap. 1. & in d. cap. Cleros, dist. 21. & ibi Glos. Abb. in cap. bonæ, el primo, de Postul. Prælat. Butr. in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori par. Cap. Felin. in cap. licet, de offic. ordin. num. 3. & in cap. non du C bium, de sententia excomm.

Proprijssimè Religiosi sunt, qui tria uota religionis emittūt. Abb. in cap. nullus, de foro compet. & in Annot. in Rubr. de Reg. & in c. dilecta, de maior. & obed. Felin. in cap. Ecclesia, de constit. Franc. in cap. cum persona, de Priuileg. lib. 6. Commenti in Direct. 3. p. q. 63. comm. 112.

Religiosorum differentiæ.

Talium Religiosorum diuisio in tres species Prælatorum subdiuiditur; Pōtificum scilicet & Episcoporum; sub qua compræhenduntur Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi; Tertia Sacerdotum, & aliorum inferiorum ordinum, ext. d. cap. Cleros, dist. 21.

Nunc firmiter tenendum, quod omnes Religiosi supradi-

dicti, qui in gremio Ecclesiæ uiuunt, possidere possunt bona stabilia, Agros, & Diuitias, nisi ex uoto aliter se astrinxerint, ad euitandum errorem Vadianorum, Vualdesium, & Lutherano rum, vt in Conc. Constant. fuit terminatum in Sess. 8. & per Glos. & Doct. in tit. de rebus Ecclesiæ non alienand. A

Ecclesia Militans guberna tur summo ordine.

Quapropter ecclesia ista sancta Dei summo ordine gubernatur, & regitur, cum sit tam diligenter disposita, & ordinata, & ideò inferiores obedire tenentur superioribus in his quæ sunt fidei, & animarum salutis; ita Dominus mandauit Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, quæ cunque dixerint uobis seruate, & facite; Apostolus ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. & ad Hebræos 4. dicitur: Obedite præpositis uestris, & subijcite uos eis, ipsi enim præuigilant, quasi rationem pro animabus uestris reddituri. Et ad Corinth. 10. Data est illis potestas in ędificatio nem, non autem in destructionem; Et ita Senatus, & Magistra tus conseruatur, & unitas animorum inducitur. B

Religio quare inducta in Ecclesiã Militãtē.

Secunda Generalis Regula erit, quod post obedientiam, quam vnus alteri, & alter alteri præstare tenentur; purgandus erit Status Ecclesiasticus omni peccati macula, & ita uera inducitur Religio. Hoc dixit Vincentius Lirinensis his uerbis, uidelicet. Si quis uellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueosque uitare, & in fide sancta sanus, atque in teger permanere, duplici modo munire fidem suam, Domino adiuuãte, deberet. Primo scilicet diuinæ legis authoritate: tum deinde Ecclesiæ Catholicæ traditione, & similia, vt ibi.

Augustinus lib. 4. contra Manichæos: multa sunt, quæ me in Ecclesiæ gremio iustissimè tenent; tenet me consensio populorum, atque gentium: tenet authoritas miraculis inchoata; spe nutrita, charitate aucta, uetustate firmata: tenet me ipsa Sedes Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem suam Dominus commendauit, usque ad præsentem Episcopatum; successio sacerdotum: tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sola obtinuit. C

Differentiæ personarũ Religiosarũ.

Distinguuntur adinuicem personæ Ecclesiasticæ: officio, ordine, beneficijs, & uotis Regularium; Itaque in hac prima parte de officijs, ordinibus, beneficijs, & de Regularibus quoad singu-

A singulorum statum spectantibus tractabitur.

Aliud genus personarum sicuti dictum est de secularibus; quod his omnibus à Religiosis hominibus differt; de eorum statu in secundo libro dicetur, & quatenus ad inuicem differāt dignitate, imperio, iurisdictione, & exercitio, ac similibus causis, ad eorum statum pertinentia describentur nonnulla: & ita Ecclesiasticus status, quo ad personas, purgatus omnibus uitijs, Sancta Religione imbutus, perfectus existet.

De cæteris uerò huius Religionis partibus, ueluti de Ecclesijs materialibus, Monasterijs, et locis Pijs, ac de ritibus & cæremonijs Ecclesiasticis, eodem ordine seruato propemodum tractabitur; & ita cuncta sic disposita in Sancta Ecclesiā Catholica existentia, hac sancta religione decorata, perfecta in suo statu apparebunt; B Quam, ut à quolibet Deo debita, & grata seruitus, exhibeatur, omnes amplecti debemus.

DE OF-

DE OFFICIIS ET DIGNITATIBVS ECCLESIASTICIS.

A

LIBRI PRIMI PARS PRIMA.

De Romano Pontifice.

De dignitate Summi Pontificis; De eius Nominibus, & Epithetis. Quid sit; & quod in Ecclesia Catholica Romana sit caput. Caput Primum.

B

SAPIENTISSIMVS idemq; prudentissimus rerum omnium conditor Deus, quemadmodum omnia exactissimè quodam ordine in numero, põdere, ac mensura produxit, ita eminentissimo sui consilij decreto cõstituit, ut Ecclesia quam suo sanguine consecrauit, admirabili ordine illustraretur; Nihil enim vel ad eius maiestatem declarandam ac commodatius, vel hominibus ad æternæ vitæ præmium consequendum efficacius esse poterat, quam si ita superioribus inferiora cõnecterentur, ut à superioribus inferiora, purgationem, C illuminationem, atque optimæ vitæ regulam, rationemque reciperent. Perfectissimo igitur ordine Militantem condecorauit Ecclesiam, cum illi præclaram quandam suæ Triumphantis Ecclesiæ impressit imaginem; ut quemadmodum excellenti graduum, ordinum, officiorumque dispositione illius Triumphantis Ecclesiæ gloriam demonstrauit, ita augustissimam Militantis Ecclesiæ hierarchiam admirabili ordinum, graduum, statuum, atq; officiorum distributione exornauit, ut eius pulchritudo, maiori excellentia splendidior, maiestasque illustrior appareret. Triplex autem in Ecclesia potissimũ diuersitas assignatur, ut D. Thom. ait in 2.2.q.183. status scilicet officij, & gradus; Primo enim declaratur Ecclesiæ perfectio. Illius actiones

Triplex status Ecclesiæ.

quales

A quales sint. Secundo, & vltimo ipsius decor, & gloria ex Turre cremã. lib. 1. de Ecclesia, cap. 72. status personarum differentias ostendit, secundum maiorem, uel minorem vitæ perfectionem; Nam Episcopi perfectiorem vitam Regularibus, Regulares alijs laicis ducunt, ex eod. Turrecrem. in d. lib. 1. cap. 72. & 75.

Officia plura in Ecclesia, qualiter sint ordinata.

Officia ordinata sunt in Ecclesia propter actuum necessitatem, ut humanæ saluti succureretur, sicuti in vno corpore plura membra constituuntur, quæ non eundem actum habent, sed quodlibet suum ministerium exercet: ita in corpore Ecclesiæ plura sunt deputata officia, quæ tanquam membra ad salutem disposita figurantur. Exod. 18. dum Moyses plures elegit viros ad regimen mandato Domini, & ex eodem Turrecrem. in d. capit. 72.

Gradus plures in Ecclesia quare.

B Quæ quidem per gradus fuerunt ordinata, ut pulchritudo, & sapientia Ecclesiæ demonstraretur, ex Greg. in Ezech. hom. 15. Cum sanctam Ecclesiam Dñs suscipit, in gradibus eius dignoscitur, quia illius gloria per illius incrementa declaratur. Et infra: Quando vnaquæque virtus quasi quibusdã gradibus agitur, & sic per incrementa meritorum ad summam, &c. de quo c. cum sanctam, de pœnit. dist. 2.

Talis Ecclesiæ pulchritudo demonstratur in Psalm. 41. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata uarietate; Et figuratur in Tabernaculo Dei, vt in Exodo 18. & repræsentatur in similitudine triumphantis Ecclesiæ, ut Exodi 25. Vide, & fac omnia secũdum exemplar quod tibi monstratum est; & Apostolus ab Hebræ. 9. & de hac similitudine supra in prælu C dijs dictum fuit.

Ecclesia est corp⁹ Christi mysticũ.

Ostenditur tandem in ea corpus Christi mysticũ, ſm Apostolum 1. ad Corinth. 12. quod cũ ex pluribus membris cõstet esse compositum, ita Ecclesia statuũ diuersitate, officiorũ, & graduũ cõponitur. Glos. ordinaria in Psalm. 61. uocat totam Ecclesiam hoĩem quendã generalem. D. Tho. in Magistri sententiarum 4. dist. 49. q. 4. art. 3. ad 4. mysticam carnem appellat unitatem Ecclesiæ. Alia Glos. Interlinearis in Apostolo 1. Corinth. 12. Omnes inquit fideles sunt Christus, ut non dicam Corpus Christi, quia ipse Christus tam maiores, quam minores sunt. Glos. ordinaria ibidem dicit, Caput, & corpus dicitur Christus ꝑp ineffabilem vnitatem capitis, & membrorum. August. in Ioan. 27. Vnitas inquit nos compaginat, & tñ ei vnitate coniungimur,

vt ipse, & nos sumus vnus integer Christus. Gregor. scribens A omnibus Episcopis, ut in ca. Singula, dist. 89. ait his uerbis: Singula Ecclesiastici iuris officia, singulis quibusque personis singulatim committi iubemus: sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita in Ecclesiæ corpore, secundum veridicam Pauli sententiam, in vno, eodemque spiritu alijs cōferendum est hoc officium, alijs cōmittēdum est illud. & infrà sequitur: Sicut enim varietas membrorum per diuina officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repręsentat, ita varietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa, & fortitudinem, & uenustatem sanctæ Matris Ecclesiæ manifestat; & sicut indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium, simulque turpissimum, si singu B la rerum ministeria personis totidē non fuerint distributa; Qua de re sic (diuina institutione) ordinata, Hierarchiam in hac Ecclesia militanti constituunt; ita dixerunt Hieronym. in Catal. de scripturis Ecclesiasticis, Gregorius in Hom. 34. Augustinus lib. 2. de Ciuit. Dei, Dionys. de Ecclesiast. Hierarchia, cap. 2. D. Thom. in 1. p. quęst. 108. art. 1. ad 3. Gerson. de pot. Ecclesię, parte 1. & terminatur in Concil. Trident. Sess. 23. Canon. 6. Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, anathema sit. Inficiandum modo nō est, quin in Hierarchia non constituatur caput, quod non solum exemplo cælestis Hierarchiæ ostenditur, in qua præter illum Dominum omnium, & Regem Regum Deum nostrum, inter Angelos vnus fuit alijs præpositus, secundum Gregor. homil. 34. in Euangel. & lib. 32. Moralium cap. 24. Beda in Iob 40. Isidor. de summo bono, lib. 1. cap. 12. uerum esse, & Sacræ Scripturæ testantur, & ratio ipsa hoc suadet, ut corporis decentia seruetur. Inde Ecclesia modo comparatur Exercitui ordinato, ut in Cāt. 6. Corpori humano, Cant. 7. Aliquando Regno, Daniel 2. & similia quæ sine capite esse non possunt. Bellarm. Tom. 1. lib. 1. de Rom. Pontefice.

Hierarchia ī Ecclesia.

In Hierarchia datur caput.

Quomō in Ecclesia sit caput Christus & Petrus.

In Ecclesia Christus est caput, & Petrus Christi Vicarius dicitur etiam caput, quæ tamen nullam difformitatem ostendūt; Christus est caput, quia ab eo procedunt auctoritates, Virtutes, Dona, & efficacia in Ecclesiam suam. Papa dicitur caput

respectu

A respectu inferioris corporis totius, primo tamen capiti subordinatum, tamquam illius uicem gerens, sicuti Rex in Regno, non minuens aliorum Ducum nomina. Idem firmat Basil. de pœnit. quod vnum tantum dicitur caput, nec Christus submouit Petrum, nec Petrus Christum, sicuti lumen de lumine sumitur, ita Petrum de Petra, & fidem de fide, quam confessus est Petrus; Dominus tunc Petrum Ecclesiæ caput, & Pastorem instituit, quando dixit: Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Chrysost. in Matth. 16.

Glos. in Matth. Quodcunque ligaueris, speciali etiam caussa Petro concessit, vt ad vnitatem nos inuitaret, ideo enim eum Principem Apostolorum cōstituit, ut Ecclesia vnum principalem Christi Vicarium ad quem diuersa membra Ecclesiæ recur B rerent, si forte inter se dissentirent haberet; quod si diuersa capita essent in Ecclesia, vnitatis uinculum rumperetur. In Concil. Calcedonēsi in epist. ad Leonem: Quibus inquit, tu uelut membris caput præeras. Idem dixerunt Cyprianus de unitate Ecclesiæ, Chrysost. in Hom. 55. in festo Apostolorum. Gregor. in lib. 2. cap. 14. epistola 32. Origenes in epistola 36. ad Rom. Basilius in serm. de Iudic. Dei, Epiphanius in Hæresi 51. Cyrillus Catechesi 2. Thomas in opusculo cont. Græcos, concludunt enim omnes, & ita firmiter tenendum est, quod Petrus caput est Ecclesiæ Dei, & in ea primatum tenet, & Monarchiam. Pater est etiam & pastor uniuersalis totius Dominici gregis. Cyprian. in epistola 6. lib. 1. ad Magnum, Chrysost. de Petro, & successoribus lib. 2. Hieronym. in epistola ad Rusticum. Petro itaque Do C minus commisit oues. Cyprian. in Ioan. 10. Anaclet. de quo in cap. in nouo, dist. 21. ca. quamuis, eadem dist. cap. Sacrosancta, dist. 22. Athanasius in epistola ad Felicem ait: Aedificare supra petram, significat Petro commissum esse regnū cæli. Ambros. in serm. 47. Petra (inquit) dicitur Petrus, eo quod tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molemq; contineat. Gregor. lib. 4. epist. 32. Cunctis inquit Euangeliū scribentibus liquet, quod voce dominica sancto, & omniū Apostolorū Principi Petro, totius Ecclesię cura cōmissa est; ipsi quoq; dr̄: Tu es Petrus, & super hāc Petrā ædificabo Ecclesiā meam. Hieron. in lib. 1. cōt. Iouinianum, licet super omnes Apostolos ex quo Ecclesiæ fortitudo solidatur, tñ inter duodecim vnus eligitur, vt capite cōstituto, Schismatis tollatur occasio. In Conc.

Petrus primatū tenet in Ecclesia Dei & Monarchiam.

Florent. terminatur his verbis: Definimus, Sanctam, & Aposto licam Sedem, & Romanum Pōtificem in vniuersum orbem terræ habere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem, & Doctorem existere, & ipsi B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi uniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse. A

Papæ institutio necessaria ad salutem.

Quapropter fatendum est, Papæ institutionem necessariam fuisse ad salutem acquirēdam, ut qui extra eius tutelam uixerit, saluus esse nō possit. D. Thom. in tract. contra Grecos, post cap. 32. cont. impugnatiores Religionum, & cont. Gent. lib. 4. cap. 76. & refert etiam Florent. 3. parte, tit. 22. cap. 6. §. 5.

Papæ gloria.

Sicut caput pulchritudinem, & uenustatem corporis ostendit, ita Papa Ecclesiam, Christiana religione illustrat, sicut Sol stellas suis radijs illuminat, ut dominicas oues ad salutis portum conducat, quæ quidem ipsius officia, authoritates, & gradus aperiunt, inde tot ornatur nominibus, & præcipuis epithetis, vt eius maiestas, gloria, præstantia, & diuina inquam dignitas innotescat. Ioan. Croas, in Rep. capit. Cleros, dist. 21. numero 4. B

Papa vocatur Episcopus vniuersalis.

Dū prima tpa nascentis Ecclesiæ considerantur, Episcopale nomen incepisse scripturæ testantur, ut 1. ad Timoth. 3. Apostolus ait: Si quis Episcopatū desiderat, bonum opus desiderat. Et in Psal. Episcopatum eius accipiat alter. Et Petrus Clementem Episcopum nominauit; adeò, quod non incongruè dici potest, quod Petrus primo eo nomine Episcopus fuit appellatus; Et licet etiam eodem cæteri uterentur nomine, tam Apostoli, quam eorum successores Episcopi, eo quod nomen officij est, & ordinis, tñ hoc Papa permisit, ut unio inter omnes seruaretur, amoris scilicet & charitatis: nam tunc odiosum erat attribuere sibi potestatis nomen, quod non esset commune omnibus, ut de baptizatis legitur: ego Cephę, ego Pauli; quod hoc multis fuit scādalum; Et si Papa huic legi non subiaceret, tamen humilitatis gratia, & charitatis inter omnes vinculum hoc amoris, vt seruaretur, non recusauit, vt & alij eo vterentur nomine; nec id incongruum fuerat: nam dum dicitur Papa Episcopus, intelligitur Vniuersalis, non minuens aliorum nomen. In Conc. Calcedonēsi Art. 3, in quo litteræ missæ à Græcis ad Leonem Pont. C

leguntur

A leguntur his verbis: Sanctissimo & Beatissimo Vniuersali Archiepiscopo, & Patriarchæ magnę Romæ Leoni: & quãuis hoc nomine, uniuersali, non vtatur Papa in suis litteris, tamẽ absq; alia expressione illud intelligitur ex epist. 2. Sixti, & prima Victoris, & prima, & secunda Pontiani, & secunda Stephani I. & Greg. lib. 4. Epistolarum 32. & habetur in Conc. Calcedonensi act. 3. & 7. & in Conc. 5. act. 1. & in Concil. 6. act. 8. & in Epistola ad Agathonẽ Papam legitur: Suggestiones directas à Patre nostro Agathone Sanctissimo Archiepiscopo Apostolicæ, & principalis Sedis antiquæ Romę, tanquam à spiritu sancto directas, & per os Sancti, & beatissimi Principis Apostolorum Petri, & digito Beatissimi Papæ Agathonis scriptas suscipio, & amplector. Idem habetur in Conc. Lateranen. sub Innocen.
B III. cap. 5. Lugdunensi sub Gregor. X. Flor. & Conc. Constantiensi cap. 1. his verbis: Veneramur secundum Scripturas, & secundum Canonum statuta, & diffinitiones Sanctissimum antiquæ Romæ Episcopum, quem fatemur primum esse & maximum Episcoporum.

Tali itaque nomine dum utitur Papa, non derogat alijs inferioribus Episcopis, secundum Gregorium in lib. 4. epist. 34. ad Constantiam, & epist. 36. ad Eulogium; Nec vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, vt Patriarcharum nomen cæteris derogetur. Et in lib. 7. epistola 69. Si unus vniuersalis est, restat, ut uos Episcopi non sitis, ex Bellar. de Rom. Pont. lib. 2. cap. 31.

Permisit etiam Papa, ut alij uocarentur Episcopi, ut paritas nominis induceret inter omnes amorem, ut in cap. olim, 89. d.
C & ad desiderandum officium, quod exercent.

Quare Papa non utatur baculo pastorali.

Dignum tamen notatu est, quod Papa licet sit Episcopus, non utitur tamen baculo pastorali; Huius diuersitatis causa duplex est: quidam referunt quod D. Petrus baculum quem ipse gerebat miserit Euarchio primo Treuerorum Episcopo, quem una cum Valerio, & Materno ad prædicandum Euangelium genti Theutonicæ destinauerat, cui postmodum successit, & ibi B. Petri baculus in Ecclesia Turonensi debita deuotione ueneratur, vt retulerunt Innoc. III. in lib. 1. de Myst. Missæ, cap. 62. & post eũ Steph. Duran. in lib. 1. de Ritu Ecclesiæ, c. 9. Alia ratio est: quoniam baculus iurisdictionem determinatam ad certum locum significet: at cum Papa uniuersalem potestatem habeat, ideo eo non vtitur. Glos. in procem. lib. 6. August. de

Ancona q.3.art.3.& 4.Felin.in cap. 1.de constit.nu.6.Sarnan. A de constit.lib.6.cap.1. Varmiens.Card.de auth.Pont.August. in serm.11.de Sanctis, Papam Episcopũ appellat, dum dicit: Institutio solennitatis hodiernæ à senioribus nostris Cathedræ nomen accepit, ideo, quod primus Apostolorum Petrus hodie Episcopatus Cathedram suscepisse referatur: Idcirco uocatur Episcopus, quia illius officium exercet, Act.20. Attendite uobis, & vniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, & quando Dominus Apostolos instituit, tunc illis fuit communicata Episcopalis dignitas. Luc. cap.6. August.6.lib.de quæst.de uerbo Domini, ideo in suis litteris habetur Episcopus. Fuit etiam aliud nomen tributum Pontifici, quo pariter signum amoris ostenditur, dum Papa nuncupatur, quæ dictio Græca est, & quasi balbutientis pueri, B qui patrem Papam appellant: inde Latini Iouem Papam, quasi patrem nuncupabant. Lino legitur primo nomen Papæ tributum esse, ut apud Ignatium in epistola ad Mariam Tarbon. dum dicitur: Cum esses Romæ apud Papam Linum, licet & Episcopis fuerit hæc uox concessa, & ab Episcopis dempta, secundum Panuj. de offic. siue magister. tamen soli Papæ conuenit, quia ille solus est omnium Pater. In Calcedonen. Concil. act.16. legitur: Beatissimus & Apostolicus vir Papa, & Pater uniuersalis omnium. Cyprianus, lib.2.epist.7.& lib.3.epist.12. 13.& 14. & Damasus Primo Pater Patrum fuit uocatus à Stephano Archiepiscopo Carthaginẽsi, ut refert Bellarminius tomo 1.lib.2.de Romano Pont.cap.31. Ideo in Concil. Nicæno tempore Constantini Magni fuit terminatum, ad demonstrandam ipsius Pontificis excellentiam, quod solum Romano Pon- C tifici nomen Pater Patrum competeret, & Papæ nomen alijs non conuenire. Dicitur etiam Papa, quasi Pape admirantis, eò quod illius dignitas & potestas, omnibus sit admirabilis, ueluti stupor mundi, secundum Glos.in procem. Clem. ubi legitur his uerbis.

Papæ nomen quare tributũ sit Põtifici.

Papa Pater patrũ dicitur.

Papa stupor mundi, non Deus, non homo, sed vtrumque.

Vide etiam Glos.sing.in ca.serpens, de pœnit.d.1.Zabarell. in Clem.Si summus, de sententia excomm.num.1.

Onufrius in uita Bonifacij III.ait: Additumque, vt Papæ nomen quod om̃ium uocabulorũ Episcopaliũ excellẽtius esse statutũ est, solus Romanus Pontifex (cũ antea cõe esset Episcopis) retineret,

A tineret, quo vno, & illi tantum particulari nomine potestatis eius dignitas, & super cæteras Ecclesias vera prærogatiua designaretur. Diuus quidem Hieron. B. Augustinum in epistolis ad eum scriptis Papam vocat, & olim alij Episcopi venerandi appellari Papæ solebant.

Plura etiam de eo nomine refert Pelag. lib. 1. cap. 32. & Gomes. in Rep. capit. Licet, de constit. Ad maiorem ipsius Papæ exaltationem, Pontifex etiam nuncupatur, quod etiam in profanis literis legitur hoc nomen tributum Regibus, & sacerdotibus, secundum Isidorum in lib. 7. Etymol. cap. 12. in cap. Cleros, d. 21. et ibi Io. de Crassis in Repert. interpretatur hoc nomē Princeps sacerdotum, vt in epistola Valentiniani ad Theod. quæ habetur in Tomo 1. Conc. Beatissimus Romæ vrbis Episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitates contulit. Prosper in lib. de vocat. gentium, cap. 6. ait: Roma propter sacerdotij principatum amplior facta est arcæ religionis, quam solio potestatis. Euseb. in Cron. ann. 44. appellat Petrum Christianorum Pontificem. In epistola Stephani, Summus sacerdos, & Pontifex nuncupatur, & in lib. 1. Greg. cap. 4. Dialogorum. Bernard. in epistola ad Eugenium. Hieron. in præfat. Euang. ad Damasum. Tu inquit qui summus sacerdos. In 6. Synod. Act. 18. exclamauerunt Patres in fine Conc. Anselmus in Præfat. de Incarnat. in Conc. Africæ, legitur quod eo nomine Principis sacerdotum solummodo Papa vteretur. Interpretatur autem hoc nomen diuersimodè à scriptoribus, ut refert Gomes. in Rep. cap. Licet, de Constit. veluti quasi faciens pontem, C ad benè beateque viuendum, secundum Archidiac. in d. cap. licet, & Card. in Clem. 1. in princip. de pœnit. Varro in lib. 4. de lingua Latina denominari ait Pontificem ab eo quod Pontem sublicium ædificauerit, quod profectò à veritate dissentit, cum multo ante Pōtificis nomen viguerit; Triplicem narrat causam ibi Gomes. Primam, vel quia deriuatiuè à dictione Græca descendit πόνος, idest, labor, à quo pontus secundum Ambrosium eo quod Pontifex laboret pro salute animarum, ut in Procem. Decretorum. Secundam, vel à dictione Hæbraica pont. quæ secundum D. Hieronymum significat inclinationem in rebus diuinis, & quasi sacra faciens, eò quod cæremonias diuinarum rerum ad quos sacerdotes tenentur Pontifex exerceret, vt in Liuio, lib. 1. suæ Histor. vbi legitur, quod Numa Pompilius instituit

Pontifex quare appelletur Papa.

Hoc nomen Pōtifex quid significet.

tuit Pontifices, ut illis cæremoniæ, & sacrorum iura committe- A rentur. Vltimam, secundũ Fenestellam in lib. de Magistrat. c. de Collega Pont. Pontifex dicitur, quasi pontem faciens; quocunque interpretati fuerint modo scriptores, certum est, quod summus Sacerdos, & Princeps sacerdotum existit, & propterea additum fuit nomen Summus, & Maximus.

Summus & maximus Pontifex.

In Conc. Nicæno ordinatum fuit, quod sicut Papa est unus omnium Princeps, & Rex, ita Summus, & Maximus, appellaretur, quæ denotant plenitudinem potestatis. Hostiens. in Summa, de filijs presbyt. §. fin. Io. Crot. in d. cap. Cleros, d. 21. num. 5. Summus dicitur, quia alium non recognoscit in superiorem, nisi solum Deum, & qui summo, idest generali preest Cõcilio, secũdum Ioan. Quintinum in cap. Nouit, de iud. nu. *36.* & 152. necnon, quia est supra ius, contra ius, & extra ius, & sic omnia B potest. In cap. licet, de Constit. lib. *6.* nu. 177. Stephanus de Caieta, de hæretic. in cap. ad limina, 30. q. 1. §. 4. & nu. *491.* uel dicitur Summus, quia omnes cuiusuis gradus sub se sunt. Bend. in cap. Canonum, de Constit. num. *9.* Maximus, quia supremum omnium dignitatum, & potestatum statum tenet, sic & maior nullus est, l. qui sine, ff. de negoc. gest. & ex Ioan. Quintino, in d. cap. nouit, num. *36.*

Vicarius Dei dicitur Papa.

Appellatur pariter Dei Vicarius, eadẽ auctoritate, & dignitate, qua fuit Petrus, sicut legitur in Conc. Calced. & in Conc. Flor. dum dicitur: Et uerum Christi Vicarium; Idem in Conc. Lugdun. sub Gregor. X. Cyrill. idem dicit in cap. in nouo, dist. 21. & cap. sacrosancta, dist. 22. cap. inter, de translat. Episcoporum, cap. pro humanis, de homicidio, lib. *6.* Ber. de Considerat. C ad Eugenium. Thom. in tract. cont. errores Græcorum, capite *69.* Dicitur Vicarius, quia uicem Dei gerit in terra, & Petri successor, quia primus eandem Vicariam exercuit, & talis est uerus, & Catholicus sensus illius cap. Ego Ludou. dist. *63.* cap. Constantinus, dist. *69.* ita declarauit Abb. in Clem. Romani, de iureiuran. num. 5. Zabarell. in Clem. fina. de sententia excommunic. num. 1. & in Clem. 1. de magist. num. 2. Specul. in lib. 2. de legat. §. *6.* num. 51. Ias. in l. qui Romæ, ff. de uerbor. obligat. num. 1.

Pastor vniuersalis vocatur.

Pastor uniuersalis Dominici gregis, & ouilis Domini pariter nũcupatur, qui à Domino dictum est, Pasce oues meas. Inde Ambrosius in epist. 81. ad Sericium Papam ait: Recognouimus

litteris

A litteris ouis, boni paſtoris excubias, quam fideliter tibi commiſ ſam ianuam ſerues, & pia ſolicitudine Chriſti ouile cuſtodias. Chriſtus eo noīe vocauit Petrum dum dixit: Paſce oues meas.

Rector Domus Dei. Rector etiam dr̄ Domus Dei, ideſt Eccleſiæ. Ambr. in 1. ad Timoth. 3. Domus Dei eſt Eccleſia, cuius hodie Rector eſt Damaſus. *Custos Vineæ.* Cuſtos Vineæ in Conc. Calced. in Epiſtola ad Leonem Papam. Inſuper cont. ipſum, cui vineæ cuſtodia à Saluatore cō miſſa eſt. *Doctor omnium Christianorum.* Doctor etiam omnium Chriſtianorum in Conc. Florent. Seſſ. vlt. quia & Eccleſia uocatur Mater, & Magiſtra; ſtatim quod eſt creatus Papa, efficitur Doctor, ſecundum Gomeſ. in d. cap. licet, de Conſt. & Dominus dixit Apoſtolis Marci ca. fina. Docete omnes gentes. Idem dicitur in Conc. Flor. Seſſ. finali. Calcedonenſi act. 1. & *6*. Roma. ſub Syluestro capit. 20.

B Turrecrem. lib. 1. cap. 17.

Sponsus Ecclesiæ. Sponſus Eccleſiæ, ut in Conc. Lugdunenſi, de quo in ca. vbi periculum, de elect. eo nomine appellatur, quia & ipſe cooperatur ſuis actibus, ut filij Deo generentur per Eccleſiam ſuam, dum efficitur Miniſter Verbi Dei, & Sacramentorum; unde Pontifex non eſt principalis ſponſus Eccleſiæ in ſpirituali generatione, ſed Chriſtus, & eo modo quo Papa eſt caput, dicitur ſponſus Eccleſiæ, & Bellar. in d. lib. 11. de Roman. Pontif. cap. 31.

Præsul Apostolicæ Sedis. Apoſtolicæ Sedis Præſul, inde ſub nomine Sedis Apoſtolicæ per antonomaſiam intelligitur de Romano Papa: ita Auguſt. in epiſt. 1*06*. refert, quod miſſæ ſunt relationes de re illa ex duobus Cōcilijs Carthaginen. et Milleuitano ad Apoſtolicam

C Sedem, & conſtat, quod tales relationes fuerunt miſſæ ad Innocent. Papam, ut in epiſtola *90*. & *92*. & habetur in Conc. Calcedon. artic. 1. præcipuè dignatus eſt eius Apoſtolatus. Henricus Imper. ad Bonifacium primum. Petimus, uti quotidianis orationibus Apoſtolatus tui ſtudium. Leo in epiſt. 51. Det Apoſtolatus veſter, noſtræ veniam traditati.

Bernard. in epiſt. ad Innoc. 1*90*. Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala. Greg. lib. 11. epiſt. 14. ait: Apoſtolica omnium Eccleſiarum caput.

Fidei defensor. Nuncupatur ēt fidei defenſor, Luc. c. 5. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando confirma fratres tuos.

Cleri ordinator. Necnon Cleri ordinator vocatur, Leo in cap. Ita dñs, diſt. 21. ait: Huius muneris Sacramenta, ita Dominus ad omnium

Apoſtolorum

Apostolorum officium pertinere voluit, vt in Beatissimo Petro A Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso quasi quodã capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, ut exortem se mysterij intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Ministrorum spes, quia merentibus, & dignis largitur præmium, capit. cum in cunctis, §. inferiora, de elect.

Ministrorum spes.

Dicitur etiam Pupillorum tutor, quia gerit uices, de quo in Ioan. cap. 14. dixit: Non relinquam vos orphanos.

Diuersa noïa tributa Papæ officium, & dignitatẽ designantia.

Appellatur etiam oculus cęcorum, mutorum lingua, senum baculus, scelerum ultor, malleus tyrãnorum, Regum pater, sal terræ, lumen, sacerdos magnus altissimi Dei, & lex viuẽs; omissis alijs, quæ innumera sunt, sicut officia eius, & dignitates: Cuper. in Repet. cap. Oportebat, d. 79. art. 9. dicitur etiã Iudex uniuersalis, Rex Regum, & Dñs dominantium, eò quod eius potestas à Deo est, & nullum habet superiorem nisi Deũ. Matth. c. 16. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatũ & in cælis, quodcunque solueris super terrã, erit solutũ & in cælis. Bernardus in epist. 31. ad Eugeniũ ait: Locus iste in quo stas terra sancta est, locus Petri, Principis Apostolorum, vbi steterũt pedes eius, quẽ constituit Deus Dñm domus suæ, & principem possessionis suæ. Hæc ille. Inde sumitur argm̃, quod unum sit Tribunal inter Deum, & Papam, & vnum idemque consistoriũ. Origenes in d. Euang. Matth. ait: Vide quãtam potestatem habeat Petra super quam fundatur Ecclesia, ut etiam iudicia maneant firma, quasi Deo iudicante per eam. Hæc ille; Ideo omnes aliæ potestates ei subditæ sunt, & à nemine iudicatur, nisi à Deo; Ita C in pluribus Cõcilijs fuit terminatum, ut in Conc. Sinuessano, in Conc. Romano sub Syluestro I. Can. vltimo, his uerbis: Neque ab Augusto, neque à Regibus, neq; ab eius Clero, neque à Populo iudicabitur prima Sedes. Idẽ in Synodo Romana. sub Sixto III. ca. 5. In Synodo 2. Ephesi. Cõc. Calcedonen. in Act. 3. Conc. Rom. sub Adriano II. In 8. Synodo Act. 3. dr̃ his uerbis: Romanum Pontificem de oĩum ecclesiarũ præsulibus iudicasse legimus, de eo verò quemquã iudicare nõ legimus. Idẽ in Cõc. Mileuit. Can. 19. Symmachus ẽt Papa dixit his verbis: Aliorũ causas Deus voluit per hoĩem terminare, sed Sedis istius præsulis suo sine quæstione reseruauit arbitrio; Et si hęc humiliabitur, ad cuius confugetis auxilium, ubi relinquetis gloriam vestram?

Papa Rex Regum, & Dominus dominantium.

Vnum est Tribunal Papæ & Dei.

Papa a nemine iudicatur.

A uestràm? ex cap.aliorum, 9.quæst.3. Antherius Papa in epistola ad Episcopos Prouinciarum Bæticæ, & Toletanæ. Facta subditorum (inquit) iudicantur à nobis, nostra verò à Deo iudicantur. ex cap.facta, 9.quæst.3. Innoc.Papa. Nemo (ait,) iudicabit primam Sedem, iustitiam temperare desiderãtem, neq; enim ab Augusto, neq; ab omni Clero, neq; à Regibus, neq; à Populo Iudex iudicabitur. Et ita fuit terminatũ in Conc.Romano. Et idẽ rescripsit Gelasius Papa Anastasio Imperatori, ut in cap. Duo sunt, dist.96. Gregor.lib.9. epist.39. Si Beatus (inquit) Petrus cum à fidelibus culparetur, auctoritatem quam in sancta Ecclesia acceperat, attendisset, respondere poterat, ut Pastorem suum reprehendere non auderent. Nicolaus Papa in epistola ad Melchiadem; Euidenter inquit ostenditur à sæculari potestate, nec B ligari prorsus, nec solui posse Pontificem. Hoc idem dixit Innoc.III. in epistola ad Imperatorem, c.solit.de maior.& obed. Bonif.VIII. in Etrauag. Vnam sanctam, Ioan.XXII. in alia Extrauag. Licet.

Sentẽtiæ Papæ stãdum est.

Idcirco tanta est ipsius Papæ potestas, quod si totus Mundus declararet Papæ sententiam nullam, tandem ipsius iudicio standum esset, cap.Nemo, 9. quæst.3. cap.Hæc est fides, 24. quæst. 1. August.de Anco.quæst.1.art.3. Pelagius lib.1.cap.5.& 34.& 35. Spec.de leg.§.6.nu.2. Bald.in l.Rescripta, C. de prec.Imp. offer.num.3. Alex.in l.receptum, de iurisd. omnium iud. num. 4. Anchar.in consil.295.num. 8. Dec. in consil. 151. num.1.& hæc est uera, & communis Doctorum sententia, quam omnes Catholici tenent. Bellar. Tom. 1.lib.2.de Rom.Pontif.cap.4. C & seq.

An possit se alieno subijcere iudicio.

Imò, non solum à nemine iudicatur, sed nec aliorum iudicio ipsum se submittere cõuenit, & licet Leo Papa uolens se purgare apud Ludouicum Imperatorẽ, qui de Papa cõquerebatur, dixerit: Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditos iuxta legis tramites non conseruauimus, uestro ac ministrorum uestrorum cuncta uolumus emendare iudicio. Hæc ille; tamen si Põtificis actum perpendimus, nullum petitur iudicium ab eo, qui suæ potestati erat subiectus; sed potius ea humilitate, qua uocatur seruus, illis usus fuit uerbis, & iudicium sumitur pro discretione; inde uoluit illum recipere, non uti Iudicem, sed sua sponte monitorem. Et in hoc Papa usus est plenitudine suæ potestatis; ita illa uerba declarantur à Glos.in cap.Nemo, 9.q.3.

contra

cōtra Glos.in procem.lib.6.& in c.in Synodo,d.63.relat.in Re A
pert. Felin.6. verbo Papa; & Glos.in cap.nos 2. quæst.7.Mart.
Lad.in quæst.61.de princ.ait, quod cum Papa sit supra legem,
potest se submittere iudicio Laici,sed hoc intelligitur de facto,
ideo non conceditur, ut dixerunt Abb.in cap.Ecclesia Sanctæ
Mariæ, de Const.& ibi Felin.& Doct.in c.significasti, de foro
compet. Spec. de leg. §.6.num.2.Rom.in Sing. 144. Pelagius
lib.1.cap.68.rationem ponit D.Thom.in 2.2.quæst.67.artic.1.
quod nemo potest iudicari ab eo qui nullam habet in se potestatem, quia in Iudice requiritur iurisdic. at contra Pontificem
nullum fertur iudicium, quia nullus habet uim coactiuam in
eum, cum maior sit omnibus iudicibus, & licet Christus permiserit se iudicari à Pilato,tamen hoc permissiuè pro salute humani generis; Necnon Christus fuit iudicatus uti homo, non B
uti Christus, à Pilato. Ideo legitur Luc. 23. Obtulistis mihi
hunc hominem; propterea Pilatus iudicauit Christum uti hominem priuatum, & non constitutum in dignitate aliqua. Pelag.lib.1.cap.68.colum. 7.in princip.ibique alias præponit rationes, quod Papæ non expedit eandem suam iurisdictionem
integram alteri demandare, ita, ut omni iurisdictione denudatus remaneat,quia hoc esset sibi consortem facere, uel Antipapam,quod falsum est, 8.quæst.1.Si Petrus, cum seq. & inde dicitur,quod persona præest personæ quinque modis, officio scilicet,ut in cap.in nouo,distinct.21.uitæ merito, cap.1.2.quæst.
7.ordine,cap.à Subdiacono,distinct.93.administrat.de offic.archipresb. cap.1.& de Consecr.cap.1.distinct.21.Inde prælatio
tribus modis consideratur in Iudicijs, ut in c.inferior, distinct. C
21.In præceptis,ut in cap.Nunc,distinct.21.& in Sacramentis,
cap. Denique, in dicta distinct.21.quæ cum sint in Papa, ideo
ratione prærogatiuæ inferiori non se submittit, nec alteri concedit eandem potestatem,ut illi se subijciat. Confessario autem
se subijcit in foro conscientiæ tantum, tamquam iudici à Deo
deputato ad absoluendum à peccatis, cui in his quæ salutem
animæ concernunt, obedire tenemur, quia tunc per hominem
Deus alios homines iudicat, Glos.in cap.Nos, 2.quæstione 7.
Abb.in cap. sanè, el primo, de offic. delegat. & in cap.fina.de
cler. ægrot. & in cap. fina. de institut. numero sexto, cap. Omnis, de pœnit.numero 19.& in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,num.6.Doctor.Felin.& Butr.in d.cap.omnis, Io. Andr.in
d.cap.

Papa nō demādat alteri totā suam iurisdictionem. Quibus modis, et quot vnus præsit alijs.

Confessario Papa se submittit.

A d.cap.ſignficaſti, de foro compet. Hoſtienſ. in Summa, de pœnit. §. cui confitendum. Spec. lib. 4. de pœuit. num. 4. Bald. in ca. dilectus, de appellat. & in d. l. eſt receptum, de iuſdictione omnium iud. Nam tunc Papa errauit uti homo peccando, ſic dignitas non errauit, eo quod ab eo cui plus committitur plus exigitur, 9. quæſt. 3. Aliorum. Chryſoſt. in cap. multi ſacerdotes, diſtinct. 40. Duo enim conſiderantur in quolibet Dei Miniſtro, Dignitas ſacerdotalis, & mortalis fragilitas, ideo uti homo ratione fragilitatis quilibet errare poteſt, quando quippè ab Apoſtolo dictum ſit, quod ſepties in die cadit iuſtus, eò quod humanum eſt errare, ſed ex hoc non ſequitur, quod dignitas maculetur. Matth. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribę, & Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint uobis ſeruate, & facite, B ſecundum uerò opera eorum nolite facere.

Auguſtinus lib. 1. de lib. arb. cap. 15. ait: Veriſſimum eſt, non res ipſas, ſed homines qui eis male vtuntur eſſe culpandos. Hieronymus ad Ruſticum Monachum: In omni conditione & gradu optimis mixta ſunt peſſima, fuerunt inter ſanctos Angelos, Dęmones; Inter Prophetas, Balaam, Inter Apoſtolos, Iudas, inter Diaconos, Nicolaus, inter optimos peſſimi.

Chryſoſtom. de uerb. Iſaiæ. Vidi Dominum, hom. 4. Cum uideris ſacerdotem indignum, ne traducas Sacerdotium, non enim oportet damnare res, ſed eum qui re bona male utitur, qñque uide, & Iudas proditor fuit, uerè non ob id accuſatur ordo Apoſtolatus, ſed illius animus; nec crimen eſt Sacerdotij, ſed malum animi, & tu igitur ne Sacerdotium vituperes, ſed Sacer C dotem male re bona vtentem; etenim, ſi quis tecum diſputet, dicatque uidiſti illum Chriſtianum? reſponderes, vt ego, non de perſonis, ſed de rebus tibi loquor, alioquin quot medici facti ſunt carnifices, ac venena pro pharmacis dederunt? non tamen artem vitupero, ſed male vtentem arte. Quot nautæ male rexerunt nauigia? verum non ars nauigandi mala eſt, ſed illorũ animus: ſi Chriſtianus fuerit improbus, ne incuſes profeſſionem, nec ſacerdotium, ſed re bona vtentem male. Hæc ille.

Eſt laudandus qui confitetur. & quomodo Papa confiteatur.

Quapropter dum Summus Pontifex cõfitetur, rem dignam facit, Dei mandatis obtemperat, & ſummæ laudi hoc tribuendum erit. Chryſoſtom. in epiſt. ad Coloſſ. homil. 3. in fine. in epiſtol. 2. ad Timoth. hom. 2. col. 4. & in ſermo. de uirtut. & vitijs. Auguſt. in lib. de vtilitate creden. cap. 10. Steph. in repe. ad

cap. ad

Papa acceptat pœnitētiam. cap.ad limina, num. 128 & recipit pœnitentiam à Confessario A in foro conscientię, Andreas ab Exea, in cap. Canonum, de Cōstit. num. 248. & idem tenet Hostiensis in allegato loco, §. cui Papa, & refert etiam Iacobus de Zochis in cap. omnis, de pœnit. nu. 121. Cui confiteri teneatur ibidem Iacobus refert aliorum sententias, ęquod Grci tenent, soli Deo esse confitendum, ut in cap. fin. de pœnit. d. 1. Alij quod Episcopo Hostiēsi, à quo consecratur, arg. cap. Dominus noster, d. 93. & cap. Venerabilem, §. 1. Dilecti; sed ueritas est, quod eligit, ut sibi placuerit cōfessarium, quia sumus in uoluntaria iurisdictione, non in contentiosa; sic cuilibet Sacerdoti se committere potest. Glos. in capit. sanè, de off. delega.

Cui teneatur confiteri Papa.

Dum itaque Papa fideliter agit circa Dei mandata, sic maiori Sancta Sedes exaltatur honore; inde dicitur, quod Papa aut B sanctus est, aut præsumendus, eo quod non sine Dei voluntate sedet in Sancta Sede Apostolica; tenet etiam loca sanctorum; Ecclesiam sanctam regit, & summi Dei constitutus est Vicarius in terra. Pelagius lib. 1. cap. 35. Alphonsus de Castro aduersus hæreses, lib. 12. Hosius Varmiensis, cap. 9. Direct. 2. par. quæst. 12. hæresi 11. Symmachus Papa: Quis enim inquit sanctum dubitet esse, quem Apex tantæ dignitatis attollit? in quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ à loci decentia præstantur, aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat. Antherius Papa Episcopis Hispaniæ dixit: Absit, vt quidquam sinistrum de his arbitremur qui Apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiūt, per quos nos etiam Christiani sumus, qui claues regni cælorū C habentes ante iudicij diem iudicant. Plura de similibus leguntur cap. qui de mensa, dist. 37. cap. omnis qui gemebat, 7. q. 1. Nec minus præsumēdum est, quod Papa aliter agat quam Christus Dominus ordinauit, cuius ipse est Vicarius. Ita dicit Aug. ad Pollentium, lib. 1. de adult. coniug. cap. 18. Nullo enim modo quod Dominus iubet, seruus bonus fieri prohibet, quia neque id quod monet Apostolus prohibet Dominus, nec id quod prohibet Apostolus iubet Dominus. Nec reuocantur à filio, quæ à Patre geruntur, l. quæ a patre, C. de testa. milit. cap. 2. §. super eo, extra de noui oper. nunc. ita legitur terminatum in Concil. Constant. Sess. 14. quod Sedes Petri non maculatur.

Papa aut sanctus est, aut presumēdus.

Poterit autem Papa in casu suspicionis hæresis, vel alterius

notorij

A notorij criminis, ad sedandum scandalum quod in Ecclesia ortum esset, Concilio generali se subijcere, ita Sixt. III. purgando se, publicè Concilio se subiecit, ut in c. Mandastis, 2. q. 5. Mandastis ut scriberem vobis qualiter instans iurgium contra me susci tatum sit, uel de quo, & uestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur; scitote me criminari a quodam Basco, & iniustè persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate Synodũ congregari iussit, & facto Concilio, in magna examinatione satisfaciẽs oĩbus, licet euadere satis aliter potuissem, suspicionem tñ fugiens coram omnibus me purgaui, me. s. à suspicione, & ęmulatione liberãs, sed non alijs qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint faciendo formã, exemplũq; dans.

Quando Papa se submittat Concilio generali.

Leo pariter de Criminibus obiectis coram multis ita se purB gauit. Auditum est fratres charissimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt, quamobrem ego Leo Pontifex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, purifico me in conspectu uestro, coram Deo, & Angelis eius, quia istas criminosas, & sceleratas res quæ illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iussi; hoc autem faciens, nec legem præscribo cæteris, quod id facere cogantur. Hæc ille; Idem dixerunt Turrecrem. lib. 3. cap. 51. Pelag. lib. 1. cap. 6. Rom. cons. fina.

Ad Maiorem sanctæ Sedis exaltationẽ Papa appellat se Seruum seruorum Dei, iux. Domini præceptum Matth. 23. Qui se humiliat exaltabitur, & Marc. 10. Scitis quia hi qui vidẽtur eis principari gentibus, dominantur eis, & Principes eorum potestatem habent ipsorum, non ita est in uobis: se quicunque uolue C rit maior fieri, erit uester minister, & quicunque voluerit in uobis primus esse, erit omnium seruus. Beda in istis uerbis (ait) frustra igitur, aut illi immoderata quęsiuerunt, aut isti dolent super maioritatis desiderio; quum ad sumitatem uirtutum non potentia, sed humilitate ueniatur, (& infra) filius hominis non uenit ut ministretur ei, sed ut ministret, & daret animam suam redemptionem pro multis. Chrysost. ait: Hoc verè magnum, & mirabile est, si is qui verè magnus est, nihil de se magis sentit, aut loquitur, sed vltimum se omnium iudicat. Hęc ille. Sic humilitas, (Deo gratissima) appellat Papam Seruum seruorum Dei. Necnon dicitur Seruus seruorum Dei, cum sit liber ex omnibus, omnium se seruum facit, ut omnes lucrifaciat. Apostolus 1. Corinth 9. Dum solicitè laborat pro animarum salute, seruus om-

Papa appellat se seruũ seruorũ Dei.

nium propter Deum appellatur August. ad Pollentium lib. 1. A c.13.& 14. Iam verò (inquit) Apostolus quemadmodũ ista commendet, eius verba testantur, ubi dicit, cum enim sim liber ex omnibus, omnia me seruum feci, ut plures lucrifacerem.

Gregorius scribens Eulogio Patriarchæ Alexandrino, qui Papam laudibus extollebat, Ego enim verbis prosperare non quæro, sed moribus, nec honorem meum esse deputo, in quo fratres meos honorem perdere cognosco.

Primus autem qui eo vsus fuit nomine, Gregorius extitit, de cuius humilitate plura refert Pelag. lib. 2. cap. 3. uide & Glos. in procœm. Decret. lib. 6. in uerbo (Seruus) ubi ita declarat, quod appellatur Seruus sedis seruorũ Dei, quasi de his qui foris sunt, nihil ad eum: & sic non seruit ijs qui Deo non seruiunt, sed illos iudicat; ijs autem qui seruiunt seruit; uel dic, Seruorum Dei scilicet Apostolorum Petri, & Pauli, quorum uices gerendo, serui re ipsis dicitur. Hæc ex Glos. B

Quid significet illa uerba, Seruus Seruorũ Dei.

Quapropter, ut dictum est, necessarium esse, & non inane nomen Pontificis in Ecclesia, & Calixtus Papa scribens omnibus Episcopis ait: Non decet à capite membra discedere, sed iuxta sacræ scripturæ testimonium, omnia membra caput sequuntur: Nulli enim dubium est, quod Apostolica Ecclesia mater sit omnium Ecclesiarum, à cuius regulis nullatenus conuenit deuiare. Hæc ille, & Gerson parte prima Cons. 2.

Pontificẽ necessariũ esse in ecclesia.

Concludendum est ergo, quid sit Pontifex secundum Isidor. in lib. 7. Etym. cap. 12. qui ait: Pontifex Princeps sacerdotum est, quasi uia sequentium, ipse, & Summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur; ipse enim efficit Sacerdotes, atque Leuitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse quod unusquisque facere debet ostendit. Athanas. in epist. Synodica ad Felicem Papam, ita de Papa dixit: Tu, inquit, profanarum hæresum, atq; oĩum scelerum impetitor, depositor, & Princeps, & Doctor, & caput oĩs Orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei existis. Bernard. in lib. 2. de Consideratione ad Eugeniũ Papã dicit his uerbis: Quis es? Sacerdos Magnus, Sũmus Pontifex? tu Princeps Episcoporum, tu hęres Apostolorũ, tu primatu Abel, tu gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus: Tu es cui claues traditæ sunt, cui oues creditæ sunt, sunt quidẽ & alij cęli C

Quid sit Pontifex declaratur.

ianitores,

A ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto, & differentius vtrumque præ cęteris nomen hęreditaſti: habẽt enim illi ſibi aſſignatos greges ſinguli ſingulos, tibi vniuerſi crediti, nec modo aliquarũ ouiũ ſedes Paſtor, ſed vnus omniũ Paſtor. Hæc ille. Hæc autem ſufficiant ad demonſtrandum breui ſermone quid ſit Summus Pontifex.

De requiſitis in Pontifice eligendo, & de forma in electione ſeruanda. Cap. II.

ITA de Papa ſermonem fecimus, vt non ſolum illius gloria, Synonimis, & præcipuis eluceſceret epithetis, ſed qualiter ipſius ſanctitatis, & maieſta-B tis thronus, diuinis inquam ſit extollendus laudibus.

Dum enim religione Chriſtiana reſplendet, tunc cęleſtibus ornatur donis, & vti ſanctus veneratur in terra, tanta eſt Religionis virtus, quod Dominicus grex dum illam in Põtifice intuetur, ad illius genuflexiones, pedumque proſtrationes, & diuinas adorationes præſtandas inducitur, & tanta duntaxat maieſtate cogitur, vt eundem venerari nedum vti Sanctum, ſed Sanctiſſimum, nondum Beatum, ſed Beatiſſimum acclamante populo omnes impelluntur. Idcirco Gloria, Corona, & maieſtas militantis eccleſię eſt ipſa Religio Chriſtiana, quam ſancta Mater Eccleſia fouet, & tuetur, & in ipſo ſummo Eccleſiæ capite, & Paſtore reſidet, quæ ad cæteros diffuſa, omnes gradus, C ſtatus, & officia Eccleſiæ Dei purgat, illuminat, & refulgere facit. De hac itaque beatiſſimi Papæ gloria, & corona, ad ipſius Eccleſię maieſtatis exaltationẽ & venerationẽ in primis humiliter implorata venia, dicendi verba facemus; & ab eo exordiemur principio, à quo prima eiuſdem gloriæ inſtitutio depẽdet, vt ordo in ipſius ordinis ſerie ſeruetur. Hoc enim in rerũ ordine eſt, vt cum de Papa inquiritur, prius qualiter Sedes fuerit inſtituta, deinde qualiter vacauerit, inueſtigandum ſit, & tunc dicetur quod poſt electionis initium, ab ipſa Sedis vacatione ſumitur origo.

Gloria Eccleſiæ.

Religio Chriſtiana.

Dum itaque ipſius Sedis primæ inſtitutio quæritur, nonnullæ obijciuntur Scribentium ſententiæ, ſed quæſtionibus omiſſis illa firmatur veritas, quod Petrus Saluatoris noſtri Apoſto-

Prima Pōtificalis Sedis institutio.

lus, solus, & primus ab eo fuit institutus caput, Pastor, & Epi- A scopus vniuersalis Ecclesiæ, & tunc principium sanctæ sedis incepit; Ratio autē talis institutionis fuit, vt Ecclesia Apostolica successione propagaretur; nam cum Dominus, & Saluator noster, suam Ecclesiam sanguine suo fundaret, voluit dum esset ad Patrem ascensurus ibidem suum Vicarium relinquere, vt illius ministerio iuxta præcepta ab ipso Saluatore disposita, Ecclesia prædicta gubernaretur. Hoc intelligens Dominus, Petro dixit Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo Claues Regni cælorum. Quæ ante suam passionem fuerunt promissa, postmodū verò cum resurrexisset, Ecclesię administrationē & propagationē Petro reliquit dicens: Pasce oues meas. Io. 21. adeo, quod Dominus cōfirmationē, & administrationē distulit, quæ ante passionē pro- B miserat, noluit enim vt Petrus administraret dum Saluator ipse aderat in mundo, sed tunc quando erat ad Patrē transiturus. Hieronym. super illud Matth. 16. Tu es Petrus, hanc dicit potestatem, & ecclesiæ ædificationem super Petrum in futuro promissam, non in præsenti datā esse. Vnde dicēdum, quod per promissionem tunc Dominus sanctam sedem instituit, quando dixit in Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo Claues regni cælorum; & reliqua. Confirmauit deinde, & administrationē cōcessit, quando dixit Io. 21. Pasce oues meas. Arch. in Glos. d. 21. cap. in nouo, Turrecrem. lib. 2. c. 27. 29. & seq. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 10. & seq. Ambros. in serm. 47. de fide Petri, de quo in cap. fideliter, d. 50. Gregor. in hom. Dominicæ Resurrectionis, C & in cap. considerandum, d. 50. idem probantur in cap. solitæ, de maior. & obed. sic perpetuum exordium Apostolatus, & Episcopatus cepit à Christo, & ab eo primo fuit data Petro potestas, vt in d. cap. in nouo, cap. porro, d. 66. cap. loquitur, 24. q. 1. August. in tract. in Io. Cyprianus ait: Exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia vna monstretur. Greg. lib. 4. epist. 32. ad Mauritium ait: Cunctis Euangelium scribentibus liquet, quod beatissimo & omnium Apostolorum Principi Petro, Domini voce totius Ecclesię cura commissa est. Et infra; Ecce Claues regni cælestis accepit, & potestas ligandi, atque soluēdi tribuitur. Maxim. in sermone de sancto Petro ait: Hic est Petrus, cui Christus ascensurus ad Patrem, pascendas ouiculas

suas,

A suas, ouesque commendat.

Qua de re Dominus noster Iesus Christus sedem Pontificiã instituit, & Petro demandauit vt illam regeret; at cum Petrus perpetuo viuere non posset, secundum Apostolum ad Hæbr. cap. 7. Plures facti sumus sacerdotes secundum legem Moysi, idcirco, quod morte prohiberetur permanere, Christus autem eo quod viuit in æternum sempiternum habet sacerdotiũ, ideo necessaria fuit Pastorum successio, vt figuratũ fuit in Esaia 22. dũ vnus deponitur; & alter instituitur; in illis verbis: Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo Sobnam, pręposituũ templi, & dicas ad eum: quid tu hic? Et infra, Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te, & erit in die illa, vocabo seruum meum Eliacim filiũm Helcię, & induam illum B tunica tua, & cingulo tuo cõfortabo eum, & potestatem tuam dabo in manus eius, & erit quasi Pater habitãtibus Ierusalem, & Domui Iuda, & dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, claudet, & non erit qui aperiet.

Successio ĩ Sede Põtificia.

Sicut Ecclesia perpetua est Isaiæ 9. Matth. cap. fin. & ita firmiter tenendum, vt suprà in præludo. demonstrauimus, sic & illius Pastor successione erit perpetuo duraturus, cum factus sit propter Ecclesiam. Apostolus 1. Cor. cap. 10. & August. lib. de Past. cap. 1. ait: quod Christiani sumus, propter nos est, quod præpositi sumus, propter vos est. Hęc ille. Inde etiam D. Thom. in lib. 4. cont. Gent. cap. 76.

Colligitur etiam perpetuitatis successio ex verbis Domini C dicentis. Pasce oues meas. Io. 21. nam donec manserint oues, Pastor requiritur. Chrysost. lib. 2. de Sacerd. ait: Quanam de caussa ille sanguinem effudit suum? certè ut pecudes eas acquireret, quarum curam tam Petro, quam Petri successoribus committebat, necnon sicut Ecclesia corpus est, plura habens membra, quæ perpetuò sunt duratura, ita & Caput quod est Papa, semper erit in Ecclesia. Ita Dominus promisit Petro. Oraui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.

Figuratum fuit hoc, in veteri testamento, vbi datur successio Pontificum. Exod. 28. & 29. idcirco concluditur, quod successio Romani Pontificis in Pontificatu Petri, est ex instituto Christi.

Sed an potius Romæ quã alibi ex ĩstituto Petri sũpserit exor

diũ,qui potius Romę quam Antiochię voluerit ponere Sedem A perpetuo duraturam,cap.Rogauimus,24.quæſt.1. & in Conc. Calcedonenſi. Bellar.lib.2. cap.12.de Rom. Pont.Turrecrem. lib.2.cap.36.Hoc idem firmauit Chryſoſt.in Matth.24.in illis verbis: Cælum, & terra tranſibunt, verba inquit, quæ non tranſibunt ſunt illa, quę Petro dicta ſunt. Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo eccleſiam meam.

Chryſoſt.ait: Sicut Christus accepit a Patre dux, & ſceptrũ Eccleſiæ gentium, ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & ſuper quodcunque, vt ei genua curuentur, ſic & Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit. Innocent.in cap. Quanto, de renunciat. Poteſtatem, inquit, transferendi Pontifices, ita ſibi retinuit Deus, & magiſter, quod eam ſoli Petro Vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis præ B buit, & conceſſit.

Ignatius ſuper illis verbis: Tu es Petrus, ait: Tales beatas voces non ſecũdum quandam vtique ſortem Apoſtolorum principi Petro ſolum circunſcripſit, & definiuit, ſed per eum, & omnes qui poſt illum ſecundum ipſum efficiendi erant ſummi Paſtores, & diuiniſſimi, ſacriq; Pontifices ſenioris Romæ.

Romę ſuc ceſio Pon tificis.

Quapropter ſucceſſio Pontificum Romæ facienda eſt, & nõ alibi, quia ibi Petrus ſuã collocauit Sedem. Legitur in epiſtola canonica B. Petri in fine 5.cap. Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babilone, pro Babilone, intelligitur Roma propter idolatriã; Ita declarant ibi Gloſ. Beda, & Hier. de viris illuſtribus.

Euſebius in Hiſt. Eccleſiaſtica cap.13. ait: Tu ipſis Claudij temporibus clementia diuinæ prouidentiæ probatiſſimum C omnium Apoſtolorum, & maximum fidei magnificentiæ uirtutis merito primorum principem Petrum ad Vrbem, uelut ad uerſus humani generis communem pernitiem deducis, ducem quẽdam, & magiſtrum militię tuę, ſcientem Domini prelia gerere, & uirtutum caſtra tutari. Iſte ueniens ex oriẽtis partibus, & cæleſtis quidam negociator, mercimonia diuini luminis, ſi quis ſit comparaturus, aduexit, & ſalutaris prędicationis uerbo primus in Vrbem Romam Euangelij ſui clauibus ianuam Regni cæleſtis aperuit; Idem dixit Bernardus ad Eugenium. Anacletus in cap. Sacroſancta, d.22. Ambroſ.in epiſtola cont. Auxẽtium, de Baſilicis tradendis. Nocte; (inquit,) muros egredi cepit, & uidens in porta Chriſtum ſibi occurrere, Vrbemq;

ingredi,

A ingredi ait: Dñe quo uadis. respõdit Christus. Vado Romã iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem diuinum perti nere responsum. Ambros. in cap. Beati, 2. quęst. 7. Petrus, & Paulus inquit martyrium pertulerunt in Vrbe Roma, quę Principatum, & caput obtinet nationum, scilicet ut ubi erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis, & ubi gentium Principes habitabant, illic etiam Principes Ecclesiarum morarẽtur. De his passim multa leguntur cap. Constantinus, dist. 96. cap. Venerabilem, qui filij sint legitimi, cap. fundamenta, de elect. lib. 6. cap. futuram, 12. q. 1. Hugo ibidem sic ait: Ego tamen credo quod Ecclesia S. Ioannis de Laterano sit prima Sedes Papalis, & non Ecclesia S. Petri: illam enim ędificauit Cõstantinus. Preterea Ecclesia S. Petri Archiepiscopalis uel Episcopalis est,
B sed de Episcopatu Portuensi, uide de his Turrecrem. in ca. Dudum, 3. q. 6. & in Summ. lib. 2. cap. 36. Bellarm. in d. lib. 2. cap. 12. & seq. Panuin. in annot. ad Plati. in uita B. Petri Apostoli, necnon ipse Onufrius de pręcipuis Vrbis Romę Basil. in cap. 1. appellat sedem Patriarchalem Basilicam S. Petri, his uerbis: Illud igitur ante omnia scitu dignum, Romę quinque Basilicas fuisse, quę Patriarchales etiam Ecclesię uocatę sunt. Et infra; Hę fuere Basilicę sancti Ioãnis, sancti Petri, sãcti Pauli, sanctę Marię maioris, sancti Laurentij. In cap. 4. ait: Hinc Gregor. IX. Papa in epistola quadam scribit, B. Petri Apostoli, ut tẽpore omnibus priorem, ita etiam honoris dignitate pręstantiorẽ esse; Idem uero Anacletus postea Pontifex factus instituit, ut reliqui Episcopi Romani eo loci sepulturę traderentur. Ibi mul
C ti Põtifices sepulti sunt, quos ibi Onufrius numerat. ibi fuit D. Petrus cruci affixus, propterea tantis digna est honoribus. Basilica autem Lateranensis, alias sancti Saluatoris principem locum intra Vrbem aliquando obtinuit, ipsa enim fuit Romanorum Pontificum sedes, ubi ipsi in Patriarchio iuxta eãdem Ecclesiam fabricato, mille annis permãsere à sancto Siluestro Papa, qui primus id condidit, usque ad Clementis Papę V. Pontificatum, qui Romanam Curiam in Galliam transuexit, ubi ipse, & qui ei successerunt quinque Romani Pontifices ad 70. annos permanserunt; Cęterum Gregor. XI. qui Romam Petri Sedem ex Auinione reduxit, & qui ei successerunt Romani Pontifices nequaquam amplius in Lateranensi, sed in patriarchio prope sanctum Petrum in Vaticano perpetuam sedem fixere,

proximæ molis Adriani, quam in arcem verterunt oportunita A te ducti. Hæc ex Panuinio, in d. cap. 1.

Succeßio facienda est vacante Sede.

Talis itaq; successio facienda est vacua existente Sede, nam ea plena, alteri non conceditur, nec plura in vno corpore constituuntur capita, vt in Conc. Bonifacij Papæ III. legitur his verbis: Nullus Pontifex Romanus, viuente aut Episcopo Ciuitatis suæ loqui, aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis suæ, ex cap. bonæ memoriæ, de elect.

Symmachus Papa in Synodo Romana 4. cap. 3. & 5. ita determinauit: Si quis Papa superstite pro Romano pontificatu, cuique quolibet modo fauorem præstare conuincitur, loci honore, uel communione priuetur; Si quis Presbiter, aut Diaconus aut Clericus Papa incolumi, & inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu commendare, aut pitacia promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, vel aliquod certe suffragiũ polliceri, uel de hac caussa priuatis conuenticulis factis deliberare, atque decernere, loci sui dignitate & communione priuetur. B

Hoc idem terminatum fuit in Concil. Viennensi, ut in Clementina Romani, & Lugdunen. his uerbis: Hoc Sacro Concilio approbante statuimus, ut si eundem Pontificem in Ciuitate in qua cum sua Curia residebat diem claudere contingat extremum, Cardinales qui fuerint in Ciuitate ipsa præsentes, absentes expectare decem diebus tenentur.

Plena existente Sede, alter non eligitur Rom. Põtifex.

Vnde uiuente Papa, quia tunc Sedes dicitur plena, nemini licet de nouo Pontifice diffinitiuè tractare, quin crimen læsæ maiestatis committeret, & electus tanquam Schismaticus reijceretur, ut in dd. Concil. terminatum fuit, & legitur etiam apud Laud. de Crimen lęsę maiest. quęst. 3. Rossel. de potest. Papæ. Iacob. de Conc. lib. 3. art. 1. Corrad. lib. 2. cap. 1. & 2. Nicolaus Papa II. in Conc. Lateranen. excommunicat, & anathematizat omnes qui ausi fuerint ascẽdere ac Pontificalem Sedem ea plena existente, cap. in nouo, d. 21. C

Modi quibus uacat Sedes.

Plures itaque proponuntur uacationum modi, ueluti per ipsius Pontificis spontaneam renunciationem, legitimam depositionem, naturalem decessionem; ita dixerunt Abb. in cap. quãto, de translatione Episcoporum, num. 10. Archidiac. in cap. qui contra pacem, 24. q. 1. & Felin. in cap. inquisitionis, §. ad petitionem, num. 1. de accusat. & tunc quocunque modo uacet,

Prælatus

A Prælatus dicitur mortuus, per Glos. in d. cap. 1. de renunciat. lib. 6. in verbo, prædecessor; à renunciatione exordiemur, quod licet ante Bonifacij VIII. tempora non esset aliquo iure determinatum, vt Papa posset Papatui renunciare, tamen vt in Vita diuersorum Pontificum legitur, & ante huiusmodi concessionem quidam renunciauerunt, postea verò de nullo legitur qui se Pontificatu abdicauit. Bonifacius nihil de nouo statuit, sed declarauit hoc non esse denegatum Pōtifici, & arguit illos qui contrarium dicebant; inde dicit in d. cap. 1. his verbis: Quoniam aliqui curiosi disceptantes de his quæ non multum expediunt, & plura sapere quam oporteat cont. doctrinam Apostoli temere appetentes, in dubitationem sollicitam an Romanus Pontifex (maxime cum se insufficientem agnoscit,) ad regendā

De Resignatione.

B vniuersalem ecclesiam, & summi Pontificatus onera supportāda, renunciare valeat Papatui, eiusque oneri, & honori, deducere minus prouidè videbantur. Celestinus Papa V. prædecessor noster, dum eiusdem Ecclesiæ regimini præsidebat, uolens super hoc hæsitationis cuiuslibet materiam amputare, deliberatione habita cum suis fratribus E.R. Cardinalibus (de quorum numero tunc eramus) de nostro, & ipsorum omnium concordi consilio, & assensu, authoritate Apostolica statuit, & decreuit, Romanum Pontificem posse liberè resignare. Hæc ibi. Propterea libertas videtur concessa, quam nullus Pontifex denegare poterat successoribus suis, cum par in parem non habeat imperium. Declaratum fuit id fieri posse quod de iure denegatū non erat, quoniam talis renunciatio non repugnat dignitati, quia

C Papatus nomen est officij, non ordinis, ita vt caracter imprimatur in anima, sicuti in Sacerdotio, & Episcopatu. Frāc. in d. cap. 1. de renunciatione. Celestinus fuit primus, & nouissimus, qui postquam fuit adeptus Pontificatum, sua sponte renunciauit: fuit enim Celestinus antea Petrus Moroneus uocatus professione Anachoreta patria Isernienses, secundo à Sulmone milliario Cœnobium incolens, instante Carolo Rege, & Latino Cardinale, Pontifex creatur, adeo maiori omnium expectatione, quo ob sanctitatem uitę à tanto fastigio rerum sponte remotior esse uidebatur. In cuius coronatione ut ipse Platina testatur interfuisse ducenta millia hominū ferūtur; hoīes (ait,) credo motos nouitate rei, & sanctitate uiri, quod homo Eremita, ad tantum dignitatis gradum, non nisi diuinitus prouectus esse ui-

Cœlestini Papę creatio.

eretur post ta m longam eligentium contentionem; inito ita- A
que Pontificatu, duodecim Cardinales statim creat, uiros inte-
gerrimos, quorum de numero duo Eremitæ sunt habiti. Hæc
ex Platina. Erat ob priuatam uitam quam antea in eremo duxe
rat, in rebus agendis parum idoneus; inde facta est caussa abro
gationis, eo magis, quia decesserat Latinus Cardinalis cuius
authoritate Celestinus Pontificatum fuerat adeptus; uerum in
stātibus Cardinalibus, pręcipuè Benedicto Caiet. (qui eius suc-
cessor, Bonifacius VIII. appellatus fuit) eidem persuasum ab
his fuit, ut renunciaret, asserētib. hoc maximè expedire indēni-
tati Reipub. Christianæ, cum mala, quæ tunc acciderant in Ec
clesia, in die Iudicij sibi imputanda fore assererent; Adeò quod
motus his uerbis uir sanctus (ut Platina refert) & simplex, futu
rum se in eorum potestate dixit, modo id iure fieri posset; quare B
Constitutio omnium consensu facta est, licere Pontifici abdica
re se Magistratu, quam Constitutionem Bonifacius eius succes
sor, postea confirmauit, ut dictum est. Tunc Celestinus ad pri-
uatam uitam se redigens, alterius subrogandi Pontificis, Cardi
nalibus ex instituto potestatem dat, Pontificatus sui Mense sex
to, atque immediatè Benedictus Caietanus plurimorum con-
sensu Pontifex creatus Celestinum ad eremum abeuntem, ex
itinere ad se retraxit; & reliqua, ut in Platina de illius uita.

Renūciatio Celestini.

Clemens primus multo ante Celestini tempora Papatum
recusauit, qui cum esset à D. Petro renunciatus Romæ Episco-
pus; dum dixit Petrus: Hunc uobis Episcopum ordino, cui soli
meę doctrinę cathedram trado, ut refert ipse Clemens, de quo
in cap. si Petrus, 8. quęst. 1. noluit Pontificatum acceptare, tum, C
ne posteris traderetur exemplum, ut talis dignitas transiret in
ius hæreditarium, & successionem carnalem; cum etiam humi
litate, nam cum Linus, & Cletus fuissent Petri coadiutores, spō
te sibi tanto in honore prętulit, ut ait ēt Platina, & antea D. Hie
ron. in suis Annalibus. Andræ. Gamb. in Extrauag. Iulij II. nō
affirmat quod Clemens renunciauerit, quia, ut asserit, hoc non
reperit apud authores fide dignos; at, ueritas est cont. Gamb.
inter Modernos Illustrissimus Cardinal. Baronius in suis hist.
Annal. Tomo 1. hoc idem de Clemente firmauit, quod non se-
cundo, sed quarto loco numeratur Papa, unde tales recusatio-
nes duplici de caussa permittuntur, uel ut uitæ contemplatiuæ
commodius quis intenderet, ut sic humilitatis causa, aut si ali-
quo im-

Clemens I. recusauit Papatum.

Cā recusationis quæ?

A quo impedimento perpetuo detineretur, inhabilis ad regimen habeatur, & sic tutius animæ suæ consulendo ageret. Glos.& Doct.& Text.ipsi,cap.1.de renunc. Albert.Pighius Campens. lib.4.cap.8.de Ecclesię Hierarch. Inde colligitur,quod electus ad aliquod officium, (eo magis si de animarum salute fuerit inquirendum,) non nostra sufficientia iuxta sui officij qualitatem pollere debet, uerumetiam ut ea corporis habilitate uigeat, ut muneri commisso per se satisfacere ualeat.

An videatur dare libellũ repudij.

Nec uidetur absurdum, quod Papa Sponsus Ecclesiæ, dum renunciat,uideatur dare libellum repudij aduersus spõsam suã, eo quod Papa est supra Ecclesiam, & talis actus sine eiusdẽ Ecclesiæ consensu non perficitur,nec inuitus cogitur, licet hoc in eius electione iuramento promisisset. Bald.in cap. Venerabilẽ, B de elect.& ex Bellar. Tomo 1.lib.2. de Rom.Pont.cap.29.in fine. Quamuis regula sit, quod renunciatio officij Ecclesiastici, præstanda sit in manibus superioris, ut arguit Glos.in d.cap.1. de renunc.in uerbo, Videbat.& Papa non recognoscat superiorem,nisi Deum in terra; tamen id uerum est,si superior adesset, aliàs propter impossibilitatem ius illud seruari non potest, & sicut sine superiore instituitur, ita sine alio superiore renunciat; Sed an sit facienda in manibus Cardinalium dubitari cõtingit, secundum Hugon. in cap. non autem,7.quæst.1. But.in d.cap. 1.de renunciat.lib.6.num.5.ea ratione moti, sicut ad Cardinales spectat electio, ita in eorum manibus esset facienda renunciatio, secundum Cardinalem Alban. in tract. de Card. q.11. sed melior,& tutior sententia est,quod Papa ad id agẽdum præ C cisè non cogitur, sed ipsius uoluntas facit ius, & ex quo declarat se deponere Papatũ, in eorũdẽ manibus illum resignare ur. But.in d.cap.1.de renunciat. num.5. qui ponderando uerba illius cap.1.dum dicit decreuit Romanum Pontificem posse liberè resignare,in hanc uenit sententiam,ut in suis manibus uideatur etiam resignare;Idem dicunt ibidem Archidiac.num.5. Geminian.num.10. Fran. nu.3. Iacob. de Conc.lib.7.art.5.num. 179.Bursat.Cons.342.num.20.

An sit facienda in manibus Cardinalium.

Videtur autem decens, ut Papa hanc abdicationem coram Cardinalib.in Cõcistorio aperiat, secundum Gem.in d.cap.1. de renunc.& Archidiaconus refert,qualiter Celestinus in Cõcistorio renunciauerit Cardinalibus,qui ecclesiam reprę̃sentãt. Host.in cap.dilectus,de prob.nu.2.& in cap.ex gestis,de Cler.

non re-

non resident. num. 3. Card. Alex. in cap. Quamquam, 2. q. 7. nu. 12. Archid. in cap. cum redemptor, & cap. Abbatibus, 12. q. 2. quibus videtur, Papam posse dare libellum repudij. Coactè ēt, & alij pallium Pontificium dimiserunt, sicuti Syluerius, qui au thoritate Theodoræ Augustæ coactè dimisit Pontificatus administrationem, licet Papatum non renunciasset, secundū Car din. Baron. in suis Annalibus. Christophorus I. septimo mense sui Pontificatus dignitate eiectus, monasticam uitam obire cogitur, ex Platina, in eius Vita, uide etiam ibidem de Io. XIII. & sic de alijs; nunquam enim dicitur uacare sedes, nisi uerè Ponti ficatui fuerit renunciatum, ut infra latius dicetur. Papa enim relegato, Sedes dicitur plena, & non prouidetur de Papa. A

Quomodo vacet Sedes per depositionem.

Vacat etiam Sedes depositione; at in hoc unico uerbo absol uetur sermo, cum quæstio sit extra operis intentionem, magis communis Canonistarum sententia est, quod Papa à se ipso deponitur, quotiescunque in crimen hæresis publicæ & consumatę inciderit. Abb. in cap. Quanto, de translat. Episcoporum, nu. 10. & in cap. cum ad Monasterium, de statu Monach. nu. 6. cap. significasti, de elect. num. 4. Rom. in cons. 422. Turrecrema. lib. 2. cap. 402. August. de Anco. quęst. 5. art. 1. Pelag. lib. 1. cap. 4. Simanch. de hæret. tit. 45. num. 35. Albert. de potest. Papæ, nu. 88. & 173. Direct. Inquisit. par. 3. q. 25. Comment. 74. Bellarm. cumulatè hoc idem actione sanctorum Patrum confirmat, in Tomo 1. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 30. B

Quapropter, ab alio Papa non deponitur, nisi à seipso. Turre crem. in d. lib. 2. cap. 103. inde Concilium Marcellino respondit: Absit, ut à nobis Summus Pontifex iudicetur, negasti tu, negauit & Petrus magister tuus, & quis Apostolus ausus fuit inde eum iudicare? sed egressus foras fleuit amarè, tu ergo in sinu tuo causam collige tuam, tuo proprio ore te iudica. Audiens hæc Marcellinus inquit: Ob idolatrię scelus quod infelix commisi, me iudico deponendum. Ex quibus colligitur, quod etiam ob idolatriam Papa deponitur, ex alijs uerò delictis non legitur Papam deponendum esse, nisi crimina essent adeo grauia, quod scandalum inducerent maximum in Ecclesia Dei, & Papa pertinaciter in illis insisteret, & nollet corrigi; ita ut ex his uideretur incidere in Crimen hæresis publicæ & consumatæ, ex allegatis Doctoribus, & Clar. in §. fin. q. 35. uersic. uiuēdum testatur attamen, nullibi reperitur scriptum, quod legiti- C

mus

A mus Papa fuerit uti hæreticus depositus, sed Schisma ortũ est in Sancta Sede, non hæresis, ut latius infra. Nec dicitur depositam fuisse Sedem, dum Pontifices Tyrannorum ui erant in exilium missi, sicut de Cornelio, Lucio, Liberio, Vigilio, & similibus habetur; quoniam potestas à Deo data, non tollitur ab homine; ideo illis uiuentibus semper fuerat Sedes plena, & subrogatio habebat uim, & uirtutem legationis, ut in eorum Vitis legitur. Vide etiam Abb. in d. cap. licet, de elect. Felin. in cap. Inquisitionis, §. ad petitionem, de accusat. num. 1. Anch. in Clement. Ne Romani, de elect.

Caussa examinationis pertinet ad Conciliũ.

Verum est, quod istam causam examinabit Concilium, secũdum Archidiac. in cap. in fide, de hæret. lib. 6. & in cap. si Papa, dist. 40. Card. in suo Direct. cap. 8. Direct. Inquisit. par. 3. quæst. B 25. Comment. 74. Turrecrem. in Sum. lib. 2. cap. 103.

Vacat Sedes morte naturali.

Alter modus uacationis est, per naturalem decessionem, scilicet mortem, l. diem functo, ff. de offic. asses. & cap. ubi periculum, de electione, nam mortuo Prælato, finitur eius officium, cap. grande, de supplenda negl. prælat. Io. Andr. in cap. Statutum, de Rescript. num. 4. cap. licet, de elect.

Sedes an vacet dementiaaut captiuitate Papæ.

Quapropter his præmissis, excluduntur cæteri occurrentes casus, quibus de uacatione dubitaretur, ueluti, si ab hostibus Papa captiuus detineretur, sicuti dictum est de Cornelio, Lucio, Liberio, & Vigilio; Aut si furore uel dementia correptus detineretur, ita, ut inhabilis ad regimen Ecclesię redderetur, in his, & similibus casibus nouæ electionis locus non est. Prouidet enim tunc uel ipse Papa si potest, delegando potestatem suam alteri, durante impedimento; aut, si prouisio cessaret, ad Collegium Cardinalium ad quod deuoluitur administratio, spectabit prouidere; ita declarat Iacob. Cardinalis, in tract. de Conc. in tit. de Papa capto, art. 3. Vnde tempore quo Sancti Pontifices Martyrio coronabantur, & captiui detinerentur, aut in exilium relegarẽtur, uel alij subrogabâtur ut Legati, (sicut de Syluerio dictum est) aut alij Ecclesiæ Prælati, Ecclesiæ incolumitati consulebant, ut pluribus authoritatibus ibidem Iacob. ostendit. Vacante itaque Sede, de noua Pontificis Creatione erit tractandum, sed quibus modis id sit legitimè exequendum dicetur.

Sorte an eligatur Papa.

Primò quęrendum erit, an sorte sit creandus Pontifex, sicut de Matthia legitur, & de Iona. Hier. in Ionam 1. dicit his uerbis quod

bis quod non statim debemus sub exemplo Ionæ sortibus cre- A
dere; uel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copu-
lare, ubi sorte in Apostolum Matthias eligitur, cum priuile-
gia singulorum legem non possint facere communem. Beda su
per Act. Apostolorum, cap. 8. Non exemplo inquit Matthiæ,
uel quod Ionas Propheta sorte deprehẽsus sit, indifferenter sor
tibus est credendum, cum priuilegia singulorum (ut Hier. ait)
communem legem facere omnino non possint, & infra, Si qui
tamen necessitate aliqua compulsi, Deum putant sortibus exẽ-
plo Apostolorum esset concludendum, uideatur hoc ipsos A-
postolos non nisi collecto fratrum cętu, & precibus ad Deum
fusis, egisse. Licet in ueteri testamento legantur plura facta sor
te, tamen in noua lege, illis non utimur, ne sub hac Religionis
figura, ad Idolatrię cultũ redeamus. Ideo Leo IIII. Episcopis B
Britannis cap. 4. prohibuit sub anathematis pœna, sortibus uti,
de quo in cap. Sortes, 26. q. 5. & latius in tota caussa 26. & in ele
ctionibus pariter Honorius III. expresè negauit, ut sortibus
electio fieret, cap. ecclesia uestra, de sort.

Sortib. nõ utẽdum.

Si consilio rationis utimur in humanis actibus, profectò ua-
num esse iudicamus sortibus uiuere, nam si quęrimus à quo gu
bernentur, nullã rationabilem, nec diuinam reperiemus caus-
sam; Propterea dicendum est, gubernari aut à casu, uel à Cæ-
lo, Dęmone, aut à Deo; non à casu, quia stultum esset Pastores
ecclesię temeritati fortunę committere, quę sine ratione guber
nantur, cum possent maturo consilio prouideri; si à Cælo, ui-
tium esset superstitionis, quia Cælum uirtutem non habet diri
gendi, & moderandi uoluntatem hominum, cum actiones no- C
strę in libera uoluntate permaneant, quę à Stellis non cogitur;
si à Diabolo, sacrilegium magnum esset, rerum sacrarũ autho-
rem facere Dęmonem; si à Deo, peccatum est tentationis expe
tere, atque expectare à Deo, ut ipse sortes dirigat, quando id se
facturum promisit; nec deest humanum consilium, ideo Eccle-
sia tales electiones reprobauit, ex Bellarm. in Tomo 2. lib. 1. de
Cler. cap. 5. qui ad allegatum Matthię exemplum respondit,
tum, quia propriè sortes non fuerunt, sed cæleste lumen à Deo
infusum, secundum Dionys. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 5. par.
3. uel, quia ita Deus inspirauerat; aut quia Matthias, & Barna-
bas erant sanctitate, & doctrina pares, ita, ut humano iudicio
quis potior esset, discerni non posset; ideo, quasi diuino lumi-

ne in-

A ne inspirati, sorte experti sunt Dei iudicium, cum humano iudicio id declarari non posset; vnde rem tam magnam, grauem, & sanctam sorti committere, scelus esset, & sacrilegium maximum.

Successio ne non creatur Papa.

Nec successione carnali creandus est Pontifex, ita, vt in ius hæreditarium transiret: nam sicuti facta fuit translatio legis, & Sacerdotij à veteri ad nouam Legem, sic erat facienda translatio creationis Sacerdotum. In veteri enim lege Sacerdotes creabantur successione; nam soli de stirpe Aaron, & descendentes ab eo, ad Pontificatum, & Sacerdotium succedebant, Exodi 29. at Deus noster ex alia Tribu descendit, non ex Leui, cui debebatur Sacerdotium, sed ex Iuda, in qua Tribu, nihil de Sacerdotio erat determinatum, ad significandum Sacerdotium B non esse conferendum successione carnali. Hieronym. in cap. Moyses, 8. quæst. 1. Moyses, ait amicus Dei, cui facie ad faciem locutus est Dominus, potuit vtique successores Principatus filios suos facere, & posteris propriã relinquere dignitatem, sed extraneus ex alia Tribu eligitur, Iesus scilicet Iosue, vt sciremus, Principatum in populum non deferendum esse sanguini, sed vitæ meritis.

Secundo Deus nullam posuit differentiam personarum, & nationum, quin in Ecclesia sua omnes non assumantur, sed omnibus patet aditus. Apostolus ad Gal. 3. Quicunque baptizati estis, Christum induistis, non est Iudæus, nec Græcus, non est seruus, nec liber, & ad Coloss. 3. vbi ait: Non est Gentilis, & Iudæus, circumcisio, & præputium, Barbarus, & Scytha, seruus, C & liber, sed omnia in omnibus Christus. Pontifex ergò, cum possit assumi ex omni natione fideli, sic non venit per successionem, quod vniuersalitati euangelici sacerdotij non conuenit; & vlterius etiam additur, quod dum sanctior, & doctior est inuestigandus secundum Hieronymum in cap. licet, 8. quæst. 1. & Princeps optimus, & perfectus est omni virtute eligendus. Philosophus 2. Ethic. Quæ successione perfici non possunt, merito non dantur succedentibus, vt probat & Turrecrem. lib. 2. cap. 103. & Bellarm. in d. cap. 1. de Cler. dicit, quod scriptura docet, scilicet in nouo testamento qualiter Sacerdotes nõ sunt propagandi carnali successione, quod figuratiuè in Melchisedech sacerdote fuit figuratum, qui nulla genologia Patris, & Matris existente, venit in lucem, vt testatur Apostolus ad Heb.

7. & vt

7.& vt ostendatur,quod Sacerdotes fiunt,nō nascuntur; Idem A videtur Isaiam dixisse ca.66. Assumā ex eis Sacerdotes & Leuitas. Ex eo quod Sacerdotes non erant nasciturí ex aliqua familia,sed erant assumendi ex omnibus gentibus. Hoc idem dixerunt Glos.in cap.si Petrus,8.quæst.1. Glos.in cap. Si transitus, dist.19. Abb.in cap. Apostolicæ,de donat.num.9. & cap. Accipimus,de pact.num.2.& in cap. Apostolicæ, de renunciatione num.9. Felin.in cap.1. de Constit.num.30. Zabarell.in Clem. Ne Romani, de elect. ubi de communi testatur, unde carnalis successio à Sancta Sede excluditur.

Sedes nō traditur institutione carnali.

Nec institutione aut prædecessoris nominatione eligitur, vt in Synodo Roma.cap.5. Hilarius Papa in cap.Plerique,8.q.1. determinauit his uerbis: Plerique Sacerdotes in mortis confinio constituti,in locum suum feruntur alios designatis nomini B bus subrogare, ut scilicet non legitima expectetur electio,sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu; quod quam graue sit æstimate;atque ideo si placet,& hanc licentiam generaliter de Ecclesijs auferamus, ne quod turpe dictu est,homini quisquam putet deberi quod Dei est; Ab uniuersis acclamatum est, hæc præsumptio numquam fiat, quæ Dei sunt,ab homine dari non possunt.

Rationabile hoc ita ordinatum fuit, nam si penderet à iudicio hominis,qui errare potest, periculosum esset,ut talis,qualis requiritur,eligeretur,nec adducendum est in exemplum, quod Petrus Clementem successorem instituerit,tum,quia Petrus spiritu sancto repletus,quod Ecclesię erat expediens ostendit,quę falli non poterat, tum etiam, quia talis institutio habuit potius C uim electionis, ex quo in auribus totius Ecclesiæ protulit uerba, & his Petrus nullam uoluit formam tradere electionis,propterea quod fecit Petrus, non est sumendum in argumentum, quod & suis successoribus liceat, quia non omnes spiritum Petri habent,ideo uir Sanctus Clemens, recusauit electionem,ne hoc in exemplum traderetur ad posteros. Hier.lib.1.annalium quod sanctorum Patrum uotis nostra non adæquantur.

Non eligitur suffragio Populi.

Vlteriùs etiam dicitur, quod nec suffragio populi eligitur, iuxta dictum Apostoli ad Hebr.5. Neminem assumere sibi honorem, nisi uocetur à Deo tanquam Aaron, qui fuit à Moyse iussu Domini ad Pontificatum assumptus,sine alio populi consensu. Sumitur etiam ratio à Bellarmino in d.Tomo 2. lib.1.de

Cler.

A Cler.cap.7.quod Papa est Pastor, Populus sunt oues, secundum Io.cap.fin.si ab ouibus eligeretur Pastor ad earum gubernationem & regimen, sequeretur quod oues regerent, & regerentur, quod uidetur inconueniens; Inde terminatur in Conc. Laodicensi, Can.13. Nõ est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi. Concil. Martini Papæ cap.1. Decret. Non licet populo electionem facere eorũ qui ad sacerdotium promouentur, sed in iudicio Episcoporum sit. Concil. Nicæno II. can.3. Omnem electionem quæ fit à Magistratibus, Episcopi, uel Presbyteri, uel Diaconi irritam manere, oportet enim eum qui est promouẽdus ad Episcopatum ab Episcopis eligi. Concil.4. Constantinop. hoc est in 8. generali Can.28. Sancta & uniuersalis Synodus definit, neminem laico B rum Principum, uel potentum semet inferre electioni, uel promotioni Patriarchæ, uel Metropolitani, aut cuiuslibet Episcopi, prȩsertim cum nullã in talibus potestatem quemlibet potentum, uel cæterorum Laicorum habere conueniat, sed potius silere, ac attendere sibi usquequo regulariter à Collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Hæc ille. Merito hoc factum fuit, nam cum populus peritiam ecclesiastici regiminis, & experientiam Religionis non habeat, nec ei conuenit illum eligere ad eorum curam cuius cõditiones ignorant opportunas. Theodoret. lib.4. Hist. cap.6. Maior res est, quam ut nobis conueniat, uos autem gratia diuina præditi, & illius splendore fulgentes, melius eligetis.

Quomodo à Deo eligatur.

Quæritur modò, an sola Dei uoluntate absque alio hominis C ministerio creetur, quod & Bellarminus in loco citato breuiter à sufficienti diuisione, negatiuè concludit; nam aut Deus nullo signo externo hoc ageret, uel uisibili signo; Si Primo mõ, tunc qualis esset pastor, secundum illius uoluntatem ignoraretur, quia hoc esset tãtum in Dei uoluntate; Si Secundo, aut hoc eueniret præter ordinẽ naturæ, sicuti de Colũba Fabiani refertur, aut uox de Cȩlo audiretur, & tamdiu esset expectandus nouus Pontifex, donec signa de Cælo descenderent, hoc esset tentare Deum, & illius uoluntatem experiri; Vnde Deus creat Papã ministerio hominis. Aliquando Deus à seipso absq; alterius ministerio creauit, sicut legitur de Aaron, & D. Petro, quos ipse nominauit, creauit, & instituit, & similia, quæ Deus iuxta suæ uoluntatis prouidentiam operatus est; Quandoq; per homines

eligit,

eligit, & hoc, uel quadam naturali propagatione, ſicut de filijs A & deſcendētibus Aaron, qui omnes à Deo ad Sacerdotium fuerunt electi; uel alia uoluntaria electione, & hic quęrēdum erit, an ab uno tantum homine fiat, ſicuti de Clemente I. electo à Petro; ſic Deus miniſterio Petri illum creauit uel à pluribus dependet; ſi à pluribus, (ut Eccleſia modò agit) quærendum erit, ad quos ſpectet; unde concluditur, quod Deus creat Pōtificem miniſterio plurium hominum.

Papa creatur electione.

Quapropter primo firmatur Regula, quod Papa nullo alio præſtantiori modo, & tutiori creari poteſt, quam electione; & ſi in præſenti nulla alia extaret forma, & hæc tanquam diuino iure dictante eſſet ſeruanda: nam eligere, eſt de pluribus bonis eligere meliorem, ut in Auth. de defenſ. Ciuit. §. & ſi cadere cōtigerit, Io. Andr. in Rub. de elect. dicit, quod electio eſt alicuius B perſonæ idoneę ad dignitatem facta uocatio, ſeruata debita forma; ita dicimus, quod Saluator noſter dum Petro dixit: Paſce oues meas, ex omnibus Apoſtolis illum ad Pōtificatum elegit; ita dicitur, quod de iure diuino poſitiuo ſaltem figuratiuè eſt electio, & propterea fatemur, negotium creationis Papæ, eſſe negotium Dei, miniſterio autem hominis; cum non poſſint homines iuxta Dei uoluntatem efficacius creare Papam, quam electione; Inde Apoſtoli, qui pari conſortio honorem, & paſtoralem dignitatem una cum Petro acceperunt, ipſum eorum principem à Domino electum receperunt; Petrus pariter ex omnibus alijs, in auribus totius Eccleſiæ Clementem elegit, ut ipſemet Clemens refert. Inde Anacletus, in epiſtola 2. ad Epiſcopos Italię, de creatione Summorum Sacerdotum ita dixit: Ele C ctiones uerò ſummorum Sacerdotū ſibi Dominus reſeruauit; licet electionem eorū bonis Sacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſiſſet. Hæc ille. Idem tenet Barbat. de pręſtāt. Card. in 1. parte q. Baſilica, in principio, num. 29. propterea ea forma electionis ſeruata Pontifices creantur. Vrbanus in cap. ſunt quidam, 25. quęſt. 1. ait: Vbi uerò apertè Dominus uel eius Apoſtoli, & eos ſequentes ſancti Patres ſententialiter aliquid diffinierūt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, ſed potius quod prædicatum eſt uſque ad animam, & ſanguinem confirmare debet. Hinc Eccleſia Catholica hāc ſtatuit formā perpetuo ſeruandā, ut electione ſcilicet Summi Pōtifices crearentur; ita ſtatutum fuit in Concil. Stephani Papę III. Conc. Lateranenſi,

Electio eſt de iure diuino poſitiuo figuratiuè ſaltē.

A nensi, sub Innoc. III. Conc. Viennensi sub Clem. V. Concil. generali Lugdunensi, sub Greg. X. idem decreuit Nic. II. Si quis inquit Apostolicæ sedi sine cõcordi, & canonica electione Cardinalium Ecclesiæ, ac deinde sequentium clericorum religiosorum intromittatur, non Papa, vel Apostolicus, sed apostaticus habeatur. Idem Simmacus Papa in Synodo c. 3. hoc enim modo ecclesiæ indemnitati, & populorum saluti melius consulitur, quia melior, & sanctior semper assumitur. Turrecrema. lib. 2. cap. 51.

Electio Papæ pertinet ad Ecclesiã

Modo videndum ad quem, seu quos electio pertineat; At in hoc dubitandum non est, quod ad Ecclesiam pertineat. Hoc enim à Saluatore nostro, & ipso primo Apostolorum Petro docemur. Dominus autem noster dum Petro pascendi populum, B potestatem tradidit, coram suis Apostolis, hoc ministerium exercuit; Petrus, dum Clementem Episcopum ordinauit, in auribus totius Ecclesiæ, illa protulit uerba: Comprobatur etiam ratione, ꝙ Papa caput est ecclesię, & merito ut sit conforme mẽbrorum dispositioni ab ipsa Ecclesia erit eligendus. Inde Matthias non solum ab Apostolis, sed à tota Ecclesia fuit ad Apostolatũ electus, sorte autem, ministerio Petri, ne videretur cuiquã gratificari. Abb. in cap. ex Genesi, de Cler. non resid. Card. in Clem. 2. §. fin. de elect. & in cap. in nomine, dist. 21. Barb. in d. q. Basilica, num. 29. Corrad. in lib. 2. de Papa, cap. 1. §. 1. & 2. Bellarm. in d. lib. 1. de Cler.

Variæ formæ electionum

Ecclesia itaque diuersimodè hanc electionis formam exercuit, & vt a primo exordiamur principio, seriem vsque ad nostra tempora sequemur.

C De electione ab hominibus facta, omissis electionibus à Saluatore nostro, ac à D. Petro celebratis, prima fuit Lini Papæ, secundum multorum sententias D. Petri successoris, à Clero Romano celebrata, ut Rufinus testatur in translatione Clemẽtis, & Archidiac. in suo Rosario, & ita Clerus Romanus cui primo fuit potestas eligendi tradita per annos CCLXXX. continuauit usque ad tempora Eleutherij I. Tunc cum dignitas pontificia existimatione cresceret, & numerus Christianorum augeretur, ita, ut numerus eligentium fuerit etiã auctus, ut scilicet cum Clero adhiberetur & fidelium populus Romæ existentium, Clericiq; scilicet eligebant, & Populus cõsentiebat, ut legitur in Conc. Bonifacij Papę III. his verbis: Nullus Pontifice

Romano viuente, aut Episcopo Ciuitatis suę, præsumat loqui, aut partes facere, nisi tertio die depositionis eius adunato Clero, & filijs Ecclesiæ, & tunc electio fiat; Ita per multos annos fuit seruatum. Aliquando Deus apertis signis elegit, ut de Fabiano apud Platinam habetur. Fabianus Pontifex inquit cui cũ Anthero successor quæreretur, columba, (ut creditum est) supra caput astitit eiusdem formæ qua illa uisa est, quæ spiritum sanctum supra caput Iesu apud Iordanem detulit, martyrio coronatur. Postmodum eadem Cleri, & populi electio fuit seruata. Aliquãdo subrogatione fuerũt electi, sicuti legitur de Lucio I. qui cũ esset exulare iussus a Volusiano filio Galli Hostiliani Imperatoris, quo tempore in ultionem Christiani nominis tanta pestis exorta est, ut paruæ domus, nedum Ciuitates, & Prouincię extiterint, quę non tãtam calamitatem senserint, eo Volusiano mortuo, sed iubente Valeriano, cum Lucius ad Martyrium duceretur, omnem potestatem Ecclesiæ Stephano Archidiacono suo permisit, qui postmodum ei successit. Idem fecit Liberius electus à Clero, & populo, qui cum esset in exiliũ missus à Constantio, Felicem secundum subrogauit, qui pariter à Clero, & populo in Synodo Romana fuit electus, ex Rufino in Hist. Eccles. lib. 10. at cum talis subrogationis modus naturam successionis ostenderet, propterea fuit sublata per Nicolaũ Pontificẽ I. anno salutis 479. et per Bonifaciũ II. anno 551. ut legitur in cap. in nouo, dist. 23. & in cap. 1. 2. & seq. 8. quæst. 1. Postmodum uerò cessantibus persecutionibus, quę usque ad tempora Melchiadis de anno 355. adeo creuerant in Ecclesia, quod Pontifices ferè omnes martyrium passi sunt, Imperatores manus apposuerũt ad Pontificũ electionem sub nomine Christianę Religionis, & ut electiones legitimè celebrarentur; Inde super his leges aliquando promulgarũt; ita Siluerius I. à Theodoro Gothorum Rege fuit ad Papatum assumptus, & ab Antonina Belisarij uxore, in exiliũ missus, ubi decessit Pontifex (cõt. sententiam Admonij de Gestis Francorum,) sed eo mortuo, auxilio eiusdem Belisarij eligitur Vigilius ex Baronij Tomo 7. Ann. 538. ita durauit usque ad annos 608. Attamen Cleri, & populi consensus numquam fuit dimissus; Inualuit deinde, ut Clerus tantum eligeret, populus electum reciperet, nullo habito Imperatoris assensu, ut in electione Pelagij II. fuit seruatum, Anno salutis 608. licet postea Pelagius cõfirmationem suę electionis

Fabiani electio.

Subrogationis electio.

Imperatores ad electionẽ manus apposuerũt.

A ctionis perijsset à Tiberio Imperatore, & idem secutus fuit Gregorius, qui Pelagio successit, & tunc tantum denuò creuit Imperatorum authoritas, vt electio non admitteretur, nisi ab illis confirmaretur, certa etiam summa à Papa pecuniarum Imperatori porrecta, ut in cap. Agatho. cap. Qua cum, Glos. d. 63. & primus qui talem confirmationem attentauerit, fuit Mauritius Imperator, sicuti habetur de Gregor. I. Seuerino I. Vitaliano, & similibus, vsque ad Agathonem I. qui à Constantino liberationem seu remissionem pecuniæ obtinuit, hac tantum lege, vt nullus ordinaretur Papa, nisi prius electionis decretum in Regiam Vrbem traduceretur, ex d. cap. Agatho. d. 63. Postmodum Constantinus IIII. ordinauit in Bened. II. confirmatione, vt in futurum ille legitimus Christi Vicarius esset, quem B Clerus, populus Romanus & exercitus elegisset, quacumque alia Imperatoris authoritate remota, seu confirmatione, & ita fuerũt electi Ioãnis I. & Sergius I. at Stephanus II. ordinauit, vt electiones non celebrarentur absque præsentia Imperatoris oratorum, vt in cap. Quia sancta, d. 63. Deinde ad Presbiteros, & Diaconos Cardinales fuit translata electio, ca. Oportebat, dist. 79. Adrianus I. in Concil. Romæ celebrato concessit priuilegium Carolo Magno de Ecclesia benemerenti, eligendi Romanum Pontificem, vt in cap. Adrianus, dist. 63. quam facultatem deinde restituit Ludouicus Caroli filius Paschali Papæ, reseruato tantum, ut Papa nunciaret Regi Francorum per Legatos suos, electionem factam, vt eo facilius pax inter ipsos conseruaretur, cap. Ego Ludouicus, in dist. 63. & tunc electio redijt C ad Clerum, & Populum vniuersum. Redijt denuò ad Imperatoris confirmationem vt de Sergio II. Benedicto III. & Nicolao I. deinde ad Clerum, & populum fuit electio regressa, vt de Adriano II. anno 895. & ita seruatũ fuit vsque ad Leonem VIII. de anno 962. & cum sępè dissensiones orirentur inter Clerum, & populũ, dum de electione tractabatur, propterea sæpè Schismata in Ecclesia oriebantur, ad quas tollendas iterum ad confirmationem Imperatoris fuit caussa remissa, vt de Ioan. XIII. quo tempore schisma ortum fuit. Imperatoribus autem huic priuilegio renunciantibus, electio redijt, ad eundem Clerum, & populum. Ita fuit ab Othone ordinatum, cap. constitutio, d. 63. & seruatum fuit vsque ad Nicolaum II. anno 1059. qui in Ciuitate Senarũ primus à Cardinalibus fuit creatus Pontifex,

Prima electio facta à Cardinalib⁹.

absque alio Cleri, & populi consensu, qui postea Romæ con- A
gregato Conc. Lateranensi statuit, vt ad solos Cardinales spe-
ctaret electio, accedente tamen eiusdem Cleri, & populi con-
sensu, ac saluo honore, ac reuerentia Imperatoris, vt in cap. in
nomine, dist. 23. & ita fuit electus Gregorius VII. sicuti legi-
tur in suis epistolis. Nos S.R.E. Cardinales Cleri Acolyti, Sub
diaconi Presbyteri, præsentib. Episcopis, Abbatibus, multisq;
Ecclesiasticis, tũ laici ordinis, eligimus hodie 10. Maij in Basili-
ca S. Petri ad Vincula, anno salutis 1072. in uerum Christi Vi-
carium Ildebrandum virum summæ doctrinæ, magnę pietatis,
prudentiæ, iustitiæ, constantię, religionis, modestum, sobrium,
& similia. Quod etiam in alijs fuit seruatum, sicuti legitur de
Gelasio II. Calisto II. Gelasij successore, Honorio II. Celesti-
no II. Lucio II. Eugenio III. & sic ad annum 1159. Alexander B
III. statuit in Concil. Generali Romæ, quod ad Cardinales per
tineat electio, & qui a duabus partibus eligeretur, ille esset ue-
rus Pontifex absque alio Cleri populique consensu, cap. licet,
de electione, et talis forma per annos 200. fuit seruata, usque ad
Gregorium X. anno salutis 1271. qui plura addidit Constitutio
ni Alexandri III. vt in cap. Vbi periculum, de elect. lib. 6. & ita
fuit electus Innocentius V. Adrianus V. Attamen Ioan. XXII.
reduxit ad formam traditam à Nicolao III. & seruatum fuit vs
que ad Celestinum V. qui Perusij fuit creatus, cum esset Romæ
creandus, de anno 1292. ut in Constitutione; Deinde fuit reno
uata forma tradita à Gregorio X. præscripta à Celestino V. se-
cundum Ioan. Andræam in d. cap. Vbi periculum, quam Boni-
facius VIII. in corpore iuris collocauit. C

Ad Cardinales spectat electio.

Vltimo fuit constituta lex à Clemente V. de qua in Clemen
tina Ne Romani, de electione, quæ seruatur una cum alia edita
à Gregorio X. quod ad Cardinales absolutè spectet electio. In
ter Cardinales & alia distinctio seruabatur: nã primo eligebã-
tur Episcopi Cardinales, deinde Presbyteri, ultimo Diaconi
Cardinales, ut in cap. in nomine, dist. 23. postmodum his subla
tis differentijs, adæquata sunt uota, & numerantur per capita,
ut etiam refert Gamb. in Extrauag. Iulij II. de simon. Papæ e-
lect. Quapropter sublatis quibuscunque Imperatorum priuile-
gijs, ac Cleri ac populi Romani indultis, ad Cardinales Põtifi-
cis electio peruenit, & ita hodie taliter exequendum est, qui ali
ter attentaret, uelut hæreticus ab unitate Ecclesiæ esset ar-
cendus,

A cendus, ex dd. cap. in nomine, dist. 23. cap. 1. & seq. d. 79. cap. licet, de electione, & cap. ubi periculum, lib. 6. Clem. Ne Romani, de electione; & hoc rationabiliter factum est, cum ad Ecclesiam pertineat electio, quæ in Collegio Cardinalium repræsentatur, propterea alteri non esset demandanda; tum etiam, ad tollenda schismata, nam tunc ob diuersitatem formarum & multitudinem hominum interuenientium nimis frequẽtes indies in Ecclesia oriebãtur dissensiones, & schismata; at modo firmata forma, concursu personarũ sublato, quietè, & pacificè in Domino cuncta peraguntur, ex Onufr. de Pont. Rom. Bellarm. Tomo 2. lib. 1. cap. 9. & 10.

In Conc. Pisano pariter concluditur, quod in omnibus uacationum modis electio ad Cardinales spectabit, præterquam si B de schismatico Papa tractaretur; nam tunc ad Concilium pertineret terminare ueram, uel falsam electionem, & dissentientes Cardinales de tali electione concordare, quod ultra allegatos tenuerunt Abb. in d. cap. licet, de electione. Felin. in cap. Inquisitionis, §. ad petitionem, de accusat. num. 1. Archid. in Clem. Ne Romani, de elect. immò ulterius legitur, quod uacante Sede tempore quo Conc. pendebant, electio fuit à Cardinalibus celebrata, ut tempore Iulij II. & pendente Conc. Lateranensi, Leo X. à Cardinalib. fuit electus; idemque euenit in Concil. Pisano & Constantien. & de Paulo IIII. & Pio IIII. pendente Cõcil. Trident. & sic de similibus. Plura apud historias leguntur exempla. At si numerus Cardinalium reduceretur ad duos, tunc unus posset eligere alterum. Zabarel. in Clem. Ne Romani, & C Corrad. lib. 2. de Papa, cap. 2. §. 5.

Sed si ad unum tantum, tunc seipsum eligere non potest, ex quo electio spectat ad ipsum, Pelag. lib. 1. cap. 1. Doct. in cap. gratum, de Postulatione prælat. & cap. Per uestra, de iure patr. & est communis sentẽtia Doctorum, quod habens facultatem eligendi, non potest se eligere. Inter nouissimos Paris. de Resig. lib. 9. quæst. 17. num. 104. & seq.

Deficientibus Cardinalibus ad quos spectet electio.

Deficientibus autem omnibus Cardinalibus, quod Deus auertat, Dubitatur ad quos deuoluatur electio; secundum unam sententiam rediret ad Clerum Romanum, apud quem fuit prima electio, ut in d. cap. in nomine, d. 23. Pelag. lib. 1. cap. 1. Secundum aliam, spectaret ad Patriarchas. August. de Anco. q. 3. art. 2. Turrecrem. in d. cap. In nomine, q. 2. num. 8. Bal. in l. ubi

absint, ff. de tut. & curat. Ias. in l. si grege, ff. de leg. num. 14. Decius in d. cap. licet, num. 52. Iacob. de Conc. lib. 7. art. 1. A

Alij sentiunt quod ad Episcoporum Concilium pertineat, quia in istis repræsentatur Ecclesia, secundum Caiet. de Pont. cap. 13. & 21. Victor. in Relect. 2. q. 2. de Potest. Ecclesiæ. Simanc. de hæret. tit. 45. nu. 19. Alij uerò, quod ad Episcopos uiciniores, & non ad omnes, una cum Clero Romano pertineat, secundum Bellarm. in lib. 1. cap. 10. Tomo 2. de Cler. & non esset ad hunc effectum conuocandum Concilium Episcoporum, cum & Ecclesia repræsentetur etiam in paucioribus.

Quapropter, articulus iste in Cõc. generali, uti seruatum fuit in Concil. Constantiensi esset explicandus à Papa, secundum Bellar. in d. cap. 10. Attamen, cum hoc hodie Dei benignitate, timendum non sit, ideo nulla indigemus lege, cum lex de his quæ sæpè, & non raro contingunt, constituenda sit, Celsus in lib. 5. Digestor. ut in l. ex his, ff. de legibus. B

Papa statuit modum seruandũ in electione.

Circa modum seruandum in tali electione Papa statuit formam, quæ seruanda sit post eius mortem, ad euitandam successionem; ut de communi testatur Dec. in d. c. licet, nu. 7. Burg. in Rubr. de testamentis, num. 48. Petrus Andræas Gam. in Repetit. Extrauag. Iulij II. num. 55.

Modi eligendi Põtificem.

Fuit pariter & in modo circa electionem seruandam uariatum; nam aliquando Deus ipse elegit, aliquando mediantibus hominibus, & hoc uel compromisso, aut scrutinio, aut accessu, seu adoratione; Deus duplici modo elegit, ut de D. Petro, & Fabiano habetur; Vel inspiratione, quando Deus ex omnibus Apostolis elegit Petrum, prius interrogauit eum, an Dominum suum diligeret, & cum Petrus dilectionis signa ostẽdisset, oues suas ei commisit dicens: Pasce oues meas. C

Inspiratione quomodo fiat electio.

Quapropter, Ecclesia, & Vicarius ipsius Dei, cum eandem uocem apertis signis non percipiant, ad imitandum Saluatoris institutum, ut quis inter omnes magis Deum diligat, diuersis modis eligendi usque ad præsens tempus usi sunt, ut melior, & sanctior reperiatur, & qui magis Deum ueneretur, & colat.

Inspiratione duplici modo celebratur electio; uel quia Deus signo aliquo externo electoribus suam manifestat uolũtatem, sicut de Fabiano dictum est; aut dum electores omnes (nec uno contradicente,) absque alio tractatu concorditer aliquem eligunt. Spec. de elect. §. 3. Hostiens. in Sum. de elect. nu. 9. Gam.

in d.

A in d. Extrauag. Iulij II. nu. 140. Modus seruandus in inspiratione traditur in Ceremoniali, lib. 1. pag. 6. ubi si duæ partes cōsenserint, dicitur quod electio ualet, uide ut ibi.

Hominum ministerio fit electio, aliquando Cōpromisso, ut in cap. cum in ueteri, de electione; & alijs regulariter talis facultas non conceditur, nisi illis qui sunt de Collegio, cap. causam, de electione; & talis forma nō seruatur, nisi omnes electores; nec uno contradicente cōsenserint, cap. quia propter, cap. cum dilectus, de electione, & ibi Doct.

Compromisso quō fiat electio.

Nec ualeret commissio, ut compromissarij explorata uoluntate electorum illum eligant in quem duæ partes consenserint, cap. cum expediat, de elect. lib. 6. & ibi Glos. sed agere tenentur iuxta facultatem eis traditam, cap. sicut, de elect. in d. lib. 6. Vn B de, danda est certa forma specificè de modo quo compromissarij eligant, ex cap. cum dilectus, de elect.

Regulariter tres eleguntur Compromissarij, ut facilius maior pars eorum conueniat in unum, cap. in causis, & d. cap. cum dilectus, el 2. de elect.

Eligere autem seipsos Compromissarij nō possunt, nisi hoc habeant in mandatis, cap. Cumana, cap. fin. de sortileg. Albericus in diction. in uerbo electio. At ista Regula limitatur secundum Abb. in cap. cum in iure, de elect. per l. planè, ff. quod cuiusque uniuersitatis, dum Compromissarij fuerint plures; Attamē semper erit inspicienda facultas, in qua hoc expresè cauēdum est, an ipsi Compromissarij sint in numero eligentium, uel electorum, uel ambo, aut neutro simul, nam si Cōpromissarij pos- C sent seipsos eligere idem esset quod electio. Propterea legitur de Ioāne XXIII. antea Baltasar Cossa appellato, cum esset Bononię legatus de latere, Alexand. V. qui pariter dignitate Cardinalitia erat ornatus, mortuo tunc Alexandro, dum tractaretur de successoris electione, & iamdiu inter se Cardinalibus dissentientibus differretur electio, ad ipsius tandem suasionem in ipsum compromiserunt, se ipsum elegit, & Io. Papa XXIII. fuit appellatus, de hoc legitur in Supplem. Cronicæ; Qua de re cum incouueniens sit, ut quis seipsum eligat, ut est textus l. planè, & ibi Glos. & Doct. ff. quod cuiusque uniuers. l. si mandauero, §. fin. & ibi Bart. ff. mandati, nisi aliter fuerit pluribus demādatum, secundum Bart. & Alex. in l. si Consul, in fine, ff. de adoption. & Glos. in d. l. planè, Sicul. in cap. cōsuluit, de iure pat. &

cap. per uestras. Compromisso fuit etiam creatus Gregorius A X. Viterbij anno 1271. Panuin. in annot. ad eius uitam.

Requisita in Cõpromisso pro electione Papæ talia in sacro Cæremoniali Romano leguntur, lib. 1. *Si Dominis Cardinalibus placuerit procedere per uiam compromissi, oportet quod omnes concordent ad compromittendum, aliter non tenet, nisi fortè duæ partes tam diù in sententia permaneant quoad Cõpromissarij electum nominarent, illumque compromittentes comprobent, tumq. ut electus à duabus partibus esset canonicè electus. Forma autem talis compromissi est huiusmodi. In nomine Domini. Amen. Anno, Mense, die, & similibus, Nos Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, Sanctæ R.E. Cardinales omnes & singuli in Concistorio existentes (& sigillatim singuli nominentur Cardinales) de electione tractantes Sum. Pont. eligi B mus per uiam procedere compromissi, & unanimiter, & concorditer, nemine discrepante, eligimus compromissarios Reuerendissimos Patres D. (& nominãt Compromissarios) Cardinales, quibus damus plenariam facultatem, & potestatẽ prouidendi S.R.E. de Pastore sub hac forma, scilicet, quod duo ex ipsis possint eligere tertium de seipsis, & omnes tres concorditer de Collegio, uel de extra possint Romanę, & uniuersali Ecclesiæ prouidere, & uolumus quod dicta potestas duret usque ad consumptionem candelæ inibi ex consensu singulorum accensæ, & promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem dicti Compromissarij in forma prædicta duxerint eligendum; Compromissarij uerò ad partem in aliquo loco separato se retrahant, & primum inter se potestentur, quod per C quãcumque prolationem uerborum non intelligãtur dare consensum suum, nisi in scriptis illud expressè ponant, ut inter se possint uti uerbis humanis, & reuerentialibus sine præiudicio.* Hæc ibi; ex quibus quæ in simili requiruntur apparet. Latius aũt infra de Episcopis tractabitur, uide etiã Spec. de elect. §. 2.

Forma Compromissi.

Electio per scrutinium.

Alter modus est scrutinio, quod est inquisitio uoluntatum secreto facta, Glos. in ca. electionibus, de elect. lib. 6. Duplici modo fit scrutinium: Primo, dum scrutantur merita, & fit comparatio de merito ad meritũ, & de hoc dicetur infra. Secundo de modo seruando ad scrutandam uoluntatem eorum quis uideatur melior, & ad Pontificatum aptior, quod fit duplici modo, uel scrutando uoluntatem eligentiũ secreta uoce, uel scriptura,

ut per

A vt per Speculat. de elect. Hostiens. in Sum. eod. tit. & text. est cap. quia propter, & cap. publicato scrutinio, de elect.

At cum possint tribus procedi modis, vt dictum est, sic prius deliberandum est per Cardinales, an velint scrutinio eligere, & eadem die post scrutinium agi possit per viam accessus; his deliberatis, tunc singuli Cardinales seruato debito ordine, ac cæremonijs de more seruandis, assurgunt, vnus tamē post aliū, & cedulam scriptam, & annullo suo sigillatam ponunt intus Calicem deputatum, & existētem in Altari, in qua describitur nomē Cardinalis electi ad Papatum, et postquā id omnes pere gerint, prior Episcoporum in facie omnium singulas cedulas extrahit, aperit, & Diaconus legit alta voce, & singuli annotātur. His lectis, tres priores Cardinales Episcoporum scilicet, B Presbyterorum, & Diaconorum vota computāt, & Diaconus declarat vota singulorum, & si duæ partes in vno consenserint, ille dicitur Papa: eodem die facto cōpromisso de māne re diuina peracta, vlterius nō celebratur, sic semel singulo die possunt experiri scrutinio electionem. Hoc ex Cæremoniali in d. lib. 1. & cap. publicato, de elect. plura de eo per Abb. in d. cap. quia propter, §. 1. de elect.

Forma seruanda per scrutinio.

Alter modus eligendi est accessus, qui solummodo hoc speciale habet, vt Papæ electioni tantum conueniat, eo quod voluntas, seu consensus nō videtur præstitus collegialiter, sed potius, vt singuli videntur accedere, secundum Dec. in cap. licet, de elect. num. 23. at cum talis accessus fiat nullo postulato suffragio, sed spontanea inquam adoratione, sic tanquam excel- C lentior forma Diuino numine dictante recipitur, & in alterius Prælati inferioris electione non permittitur, & licet temporis interuallum de accessu vnius ad alterum interueniat, & nullus ordo accedendi seruetur, tamen ista non obstant, quia talis electio videtur facta diuina inspiratione, nam quæ spiritu Dei agūtur, nulla sub lege sunt, vt in ca. 1. de reg. iuris, attamen animaduertendum ne tam longa sit mora, quod detur tempus ad tractandum, aliàs non esset in consideratione, Oldradus in Cons. 155. de elect. per totum. Propterea ista vti tutior recipitur. Vide de ea in Cærem. Rom. lib. 1.

Forma electionis per accessum.

De his tribus formis vtitur modo S. R. E. Scrutinio, Accessu, seu adoratione tātum, licet & inspiratione & compromisso pariter vti possit. Primus omnium electionum formas edidit

Innocen-

Innocentius III. de quibus legitur in cap. Quiapropter, de e- A lectione.

Quæ vitanda in electione.

Sunt autem in similibus formis quædam euitanda, quædam vero exequenda, vt status verus electionis demonstretur. Primo enim prohibetur omnis clandestinitas, vt in d. cap. Quia propter, de elect. cap. si quis Papa, d. 79. quod intelligitur dum secretè celebratur, non scilicet expectatis tempore debito absentibus, uel si in loco secreto celebraretur, cap. 2. cap. si transitus, dist. 89. inde ad tollendam clandestinam formam, electio celebranda est in loco publico solenniter, & deinde solenniter publicetur coram Clero, et populo; et seruentur temporum interstitia post mortem Pontificis, & debita forma, Bald. in d. cap. quia propter, num. 14.

Clandestinitas euitanda.

Vitandum est pariter, ne in tali electione interueniant sedi- B tiones, prȩsumptiones, & ingenia, vt in cap. in nomine, d. 23.

Violentia remouetur.

Seditio intelligitur pro uiolentia, secundum Bald. in d. cap. licet, & ibi Decius, num. 41. unde omnis uiolentia ab electione tollitur, & qui uiolenter fuerit electus, non erit legitimus Papa, ita fuerunt assumpti Vigilius uiuente Siluerio, legitur in epistola Siluerij in 2. tomo Conciliorum Ioan. XIII. qui potentia Patris Alberici Pontificatum occupauit. Ioannes XVIII. potentia Crescentij Romani Consulis ad Pontificatum ascendit. Damasus II. per uim occupauit, nulla electione præcedente Cleri, & Populi, qui in Pontificatu tantum uixit per dies 23. ex Panuinio, in uita istius, sic de alijs doct. Bal. & Dec. in d. cap. licet, num. 45. & Bal. in l. fin. §. sed, C. communia de legati.

Ambitiosa electio vitanda.

Euitandi etiam sunt ambitiosi tractatus qui prȩsumptuosam C faciunt electionem, ex d. cap. in nomine, sicuti dictum est de Ioan. XIII. & prohibitum est seipsum eligere, cap. per uestras, de iure patr. Glos. & Doct. in d. cap. licet, num. 47. & 48. & tales qui propria authoritate se eligunt, sunt Schismatici, & excommunicati, ex d. ca. licet, de elect. & ibi Abb. & Dec. nu. 19.

Immò & qui electioni de se faciendȩ ante tamen electionem consenserint, & ipsorum inordinata uoluntate, tanquam ambitiosi à sancta sede essent remouendi, ita dixit Gregorius Syagrio Episcopo lib. 7. epist. 110. Sicut is qui inuitatus renuit, quȩ situs refugit, sacris est altaribus admouendus, sic qui ultrò ambit uel importunè se ingerit, est procul dubio repellendus. Hoc idem dixit Innoc. III. in cap. cum post petitam, de elect. circa finem.

A nem. Quod uerum est, quãdo formaliter assensum ante electionem præstitisset, ex Glossa in d.cap. cum post, in verbo, requisitum, & de similibus plura infra de Episc.

Quapropter ad euitandam hanc ambitionem uotum electi, licet faciat numerũ nõ intrat tamẽ in numerum, ita, ut eius uotum augeat partes eligentium, quia hoc esset eligere seipsum, sed facit numerũ quia tenetur consentire uel recusare electioni de se factæ. Glos. sing. in cap. per uestras, de iure patr. & Glos. in d.cap. licet, & ibi Abb. num. 13. & seq. & Ant. Franc. in annot. & Abb. in Clem. Ne Romani, num. 9. August. de Anco. q. 3. art. 6. & q. 2. art. 4. Goffr. in Sum. de elect. Alberic. in suo dictionario, in uerbo electio, Corrad. lib. 2. de Papa, cap. 2. q. 5. Paris. de Resignat. Benef. lib. 9. quæst. 17. num. 106. qui multos B alios in hãc sententia colligit, tum electus faceret numerũ quã do numerus Cardinaliũ reducitur ad duos, Zabarel. in Clem. Ne Romani, quocirca Cardinalis dum de tanta dignitate assumenda interrogatur, eadẽ humilitate, qua dum Papa esset uteretur, qui se seruum seruorũ Dei nostri nũcupari patitur, ad sanctam sedem ascendens progredi conuenit. Propterea interroganti, decens esset responsum, dicere: Nolo, uel rogo, ne me ad apicem tantæ dignitatis extollatis, attamen, non intendo Dei uoluntati resistere, & dum consensum suum electioni præstat, his utetur uerbis: Charitas me cogit ad consentiendum, cap. Scripturis, 8. quæst. 1. ubi Glos. & Doct. Abb. in cap. post, de electione, argumento cap. sciendum, & cap. qui Episcopatum, 8. quæst. 1. Rossel. de Potest. Papæ, §. nunc tertium, num. 28.

Votũ electi an intret in numerum duarum partium.

C Vitiatur ẽt electio facta fraude, uel dolo, ex d.cap. in nomine, d. 23. Abb. & Doct. in d.cap. licet, & Io. de Crassis, in d.cap. in nomine, num. 10. unde pactiones, conuentiones, iuramenta quæcunque obligatoria, & omnis simoniæ labes, quæ fraudulenter, & dolosè fiunt, ad effectum, ut Papa eligatur, sunt euitãdæ, ut in d.cap. ubi periculum, §. cæterum, de electione, lib. 6. & ex Constit. Iulij II. in Extrauaganti, de simon. Papę elect. quod & Doctores testantur. Pelagius lib. 2. ca. 12. Ias. in l. Barbarius, ff. de off. Præt. num. 15. & Iacob. de Conc. lib. 4. in tit. de simon. elect. Pap. art. 4. Corrad. lib. 2. de Papa, cap. 2. quæ quidem, & puritatem Sanctæ Sedis ostendunt, cum cuncta sint summa puritate, & fidelitate tractanda.

Fraus, & dolus vitiãdi in electione.

Aliud requisitum est, ut non minori numero quam duarum

partium

Eligatur à duabus partibus Cardinalium.

partium Cardinalium cõſentientium quis aſſumat dignitatem Põtificiam, ut in d. cap. licet, cap. ubi periculum, de elect. & ibi Doct. maioritas numeri requiritur, ita, ut duę partes conſentiãt in electum; nec attenditur ſanioritas, cũ omnia uota ſint æqualia, nec exceptio admittitur cont. Cardinales cenſurarum, uel ſimilium, in d. Clem. Ne Romani, §. fin. de electione, & Dec. in d. cap. licet, num. 24. Gamb. in d. Extrauag. Iulij II. Andręas ab Exea, in Rep. in cap. Cum omnes, de Conſt. num. 195.

Vnus quo modo eligatur.

Si Cardinalium Collegium ad unum tm̃ reductum eſſet, cautela eſt ut ipſe eligatur, quod nomine Collegij (quod in eo ſolo repręſentatur) compromittat facultatem eligendi Papam aliquibus compromiſſarijs, qui ſeipſos eligere non poſſint, ſed cum teneantur eligere Cardinalem, illum eligere poſſint. Decius, in d. cap. licet, Abb. in cap. fin. de inſtit. Cardinalis Albanus de Card. quæſt. 24.

Qui Cardinales nõ admittantur ad votum.

Nec impeditur Cardinalis uotum, eo quod ei adhuc pileũ non fuerit traditum, Dec. in d. cap. licet, de elect. num. 35. Anton. Roſſel. de pot. Papæ; at in hoc conſiderãdum eſt, quod ſancta Mater Eccleſia Romana diſponit; Dum itaque Cardinales à Papa creantur, clauditur illis os, quãdo Papa inhibet ne quid loqui præſumant in Conciſtorijs, aut conſilijs, quouſque de cõſilio fratrum duxerit eis os aperiẽdum, ut in Cęrem. Rom. lib. 1. tit. 8. adeo quod ſi eo tempore deceſſerit Papa, uotum non darent in illius electione, ut dicitur in eodem Cęrem. in loco citato, quod aperitur os, cum eis dicat Papa: Aperimus uobis os, tã in collationibus, quam in conſilijs, atque in electione Summi Pontificis, & in omnibus actibus tam in Conciſtorio, quam extra, quæ ad Cardinales ſpectant, & quos ſoliti ſunt exercere; ex quibus arguitur, qui actus prohibeantur dum os eſt clauſum.

Qui tractat⁹ permittãtur.

Tractatus autem de Perſona eligenda, ueluti comparare perſonam ad perſonam, meritum ad merita, ut magis idoneus reperiatur, non prohibentur: immò, talis diſcuſſio uidetur neceſſaria, dummodò, ne dum merita inueſtigantur, uitia, ſeu criminum notæ detegantur, ſic merita, & uirtutes ſunt proponenda, non uitia, ex d. cap. in nomine, diſt. 23. cap. in Geneſi, de elect. cap. Romana, §. ſanè, de Cenſ. lib. 6. Florent. 3. parte, tit. 21. capit. 2. §. 5. Paleot. de Sac. Conſiſt. Conſult. par. 1. quæſt. 4. par. 2. quæſt. 1. uſque ad 8.

Debet itaque electio eſſe pura, ſyncera, & gratuita; pura, ex animo,

A animo, syncera, ex prouidentia, gratuita, sine pretio. Card.in cap.2.de elect.lib.6.in fine,text.est & l.si quamquam,C.de Episcopis,& Cler.Glos.in d.cap.2. de elect.lib.6. Dec.in d.cap.licet,num.41.

Conditiones bonæ electionis.

Votorum etenim præstatio, & formam habet, nam purè sine conditione præstatur,ueluti,si quis dixisset, in illum consentio,qui hoc fecit,uel illud,aut in quem talis consenserit;sed uotum præstandum iuxta formam traditam per compromissum, scrutinium ,accessum , uel inspirationem, prout illis placuerit procedere, ex Alberico in suo Dictionario, in uerbo, electio, per d.cap.ubi periculum;ideo uota dantur non per calculos uel per suffragia fabarum,aut similium,sed pręsentia,ut in accessu; seu apocha,ut in scrutinio ; uerum, & tutius suffragiũ est,quod B fit adoratione,intronizando, & ponẽdo illum in Cathedram, osculando pedes,& sic de singulis,ex Ant.Rossel.de pot.Papę, §.sciendum , num.59.

Modus præstandi votum.

At his præmissis, quæ praxis in tali electione seruetur dicendum erit; de qua traditur tamen in d.cap. licet quæ, in cap.ubi periculum, & Clement. Ne Romani, de elect. & in Extrauag. Clem. VI.

Locus vbi sit celebrãda electio.

Primo enim uidendum erit,quo in loco ista electio erit celebrãda,cum apud multos locus habeatur de Substantia electionis;in quo casu considerandus est locus, ubi decessit Papa ; si in Vrbe,tunc nulli dubium est , quod ibi celebratur ; si extra Vrbem,aut in aliqua Ciuitate, uel alibi priuato quodã loco,tũc in utroq; casu electio celebratur ubi reddebat iura, in Ciuitate sci C licet illius Diœcesis,in qua decessit, quoniam ibi dicitur Curia Romana,& Apostolorum limina; nisi Ciuitas illa fuisset interdicta,uel rebellis Ecclesiæ Romanæ; nam tunc ad aliam Ciuitatem uiciniorẽ fiet accessus nõ interdictã , nec rebellem,adeò, quod semper electio erit in Ciuitate celebranda , tam si ibi Papa decesserit, quam si extra Ciuitatem diœcesanam loci decessus,ex cap.ubi periculum, §.porrò, de elect. lib.6. & licet Papa decesserit in Ciuitate extra Curiam suam existente,tamen non consideratur locus mortis, per Regulam,non uidetur discessisse,qui de proximo est reuersurus; Io.Andr.in cap. Fundamẽta, de elect.lib.6.Innoc.in cap.exposuit,de elect. Abb. & Fel.in c. ego,de iureiuran.nu.13.Zabarell.et Archid.in d.Clement.Ne Romani,§.iura,nu.3. & 4. Roman.in Singula.146.

Locus

Conclaue vbi costruẽdũ, & in qua ecclesia.

Locus autem in Ciuitate si fuerit Romæ, in ædibus ipsius A Pontificis apud S. Petrum, in Capella, quæ Paulina nuncupatur, si extra, in ædibus Episcopalibus illius Ciuitatis, uel alibi, arbitrio Cardinalium magis apto, secundum Cęrem. Rom. lib. 1. tit. 1. nec refert an illa ecclesia fuerit interdicta, uel ne: quia magis expedit ecclesiæ habere pastorem, Glos. in d. §. præterea, in uerbo interdicto, Zabarell. in Clem. Ne Romani, §. sunt, numero 3. & 4.

Quo tempore Cardinales teneãtur se recipere in Conclaue.

Cardinales ad quos talis electio spectat, cum primum Sedẽ Apostolicam uacare audierint, post decem dies ad locum determinatum se congregare tenentur, & in Conclaui reclusi, collegialiter de Papæ electione tractare; ita fuit terminatũ in d. cap. ubi periculum, §. præterea, de elect. lib. 6. & d. Clemẽt. Ne Romani, & capit. in Genesi, & Glos. in cap. 1. de reb. ecclesi. non alienand. lib. 6. Abb. & Zabarell. in d. Clem. Ne Romani, Bald. B in Tract. de Schismate, & in sua Margarita, in uerbo, electio Papæ, Ias. in l. non omnes, ff. si certum petatur, num. 7. Pelag. lib. 1. cap. 1. Augustin. de Anco. q. 3. art. 1. Hostiens. & Goffr. in Sũma, de elect. num. 13. Florent. 3. p. tit. 21. cap. 2. §. 10. Corrad. in d. lib. 2. cap. 2. de Papa.

Vacandũ orationibus.

Hoc autem tempore orationibus incumbendum est, & preces humiles ad Deum fundantur singulis diebus, donec Pontifex fuerit electus, qui concordiam ponat inter Cardinales eligentes, ut prouisio sit celer, concors, & utilis ecclesiæ suæ, quæ summopere exequi debent Prælati in eorum Ciuitatibus & locis insignibus & ut ab eorum Clero, & populo Pontifici defuncto exequiæ celebrentur solennes, ieiunijs & orationibus humiliter orantes Deum, ut gregis sui exaudiat preces. ex d. Cõc. C Lugdun. §. quia uerò.

Quando claudatur Cõclaue.

Cardinales existentes in loco ubi decessit Pontifex, expectant absentes per decem dies, ex eod. Conc. Lugdun. his uerbis: Hoc sacro Concil. approbante statuimus, ut si eundem Põtificẽ in Ciuitate in qua cum sua Curia residebat, diem claudere contingat extremum, Cardinales qui fuerint in Ciuitate ipsa præsentes, absentes expectare decem diebus tãtummodo teneantur, quibus diebus elapsis, siue absentes uenerint, siue nõ, ex tunc omnes in Palatio in quo idem Põtifex habitabat ad noui Pontificis electionem vnanimi voto progrediantur.

Quilibet Cardinalis tãtummodo vno seruiente Clerico, vel laico

A laico vtitur prout duxerit eligẽdũ illis autẽ quibus præſens ne ceſſitas id ſuggerit indulgeri, duos habere permittimus, eiſdem electionis arbitrio reſeruatis, ex dicto Concil. Lugdunenſi.

Modus ui uendi in Cõclaui.

Poterunt Cardinales præſentes abſque alia abſentium mora, procedere ad electionẽ elapſis dictis decem diebus, licet abſentes eſſent infirmi, vel alio legitimo impedimẽto detenti, qui præſentes non habentur, nec de ſuffragio requiruntur, ex eodẽ Concil. §. ſanè. Infirmi verò, qui de Conclaui exire ex cauſa infirmitatis ſunt coacti, non ſunt ad electionem expectandi, at redeuntes, ſicuti alij, qui denuo accederent re exiſtente integra, admittuntur in termino in quo negotium reperitur, §. ſi verò, in d. cap. vbi periculum.

Tempus eligendi quale.

Si contigerit Cardinales omnes exire de Conclaui ante ele- B ctionem, cogantur redire qui non fuerint legitimè impediti, in Clement. Ne Romani, §. porrò, elapſis deinde dictis diebus decem, ad locum celebrandæ electionis accedunt, & in Conclaui clauſi, de electione tractant, qui ſi poſt tres dies in clauſura exiſtentes, Papam eligere non curauerint, ſpatio quinque dierum immediatè ſequentiũ, ſingulis diebus, tam in prandio, quã in cæna, vno ferculo illis tantum veſci conceditur, ex dicto Cõcil. Lugdunẽſi, §. verum. Si poſt huiuſmodi prouiſiones, nec intra dictum tempus Pontifex eligeretur, de ordine dicti Concilij miniſtratur eiſdem tantum panis, & vinum, donec prouiſio ſubſequatur; pendenti ſimili negotio, Domini Cardinales nihil de Camera ſuſcipiunt, nec de alijs eidem Eccleſiæ tempore vacationis obuenientibus vndecumqne percipient, ſed ea om- C nia ipſa vacatione durante, ſub eius cuius fidei, & diligẽtiæ Camera eadem eſt commiſſa, cuſtodia maneant per eum diſpoſitioni futuri Pontificis reſeruanda; ex eodem Concil. §. prouiſionis.

Durante dicto tempore, Domini Cardinales de nullo alio negotio ſe intromittunt, quam de Papæ electione, niſi neceſſitas Eccleſiæ, vel ſtatus eccleſiaſticus in regimine tam ſpirituali, quam temporali aliter ſuaderet; ex eodem Conc. §. 2. Antequam Conclaue ingrediantur Cardinales, crebrò in Sacriſtia Eccleſiæ, vbi exequię celebrantur defuncti Põtificis, finita Miſſa congregãtur, ſiue in domo domini Camerarij, ſi apta fuerit, apud quem reſidet Collegij poteſtas Sede vacante, ex d. Clement. Ne Romani, & Sac. Cærem. Rom.

Cardinales intendant electioni.

Hæc à

Ad quẽ spectet ędificare Cõclaue, & in quo loco.

Hæc à Cardinalibus agenda sunt pro electione Summi Pon A tificis. Curat aut Camerarius, vt intra illud tempus præfixum Cardinalibus ad se congregãdũ, vt Conclaue instruatur, quod ædificandũ erit in Vrbe, in ædib. Pontificijs, in ea parte quæ re spicit Meridiem versus Basilicam S. Petri, in ipsa prima aula, quæ Regia appellatur; Claudũtur ibi omnes portę, & fenestræ existentes muro, & cæmento, præter illas, quibus ad Sacella, & ad secundam aulam itur; ita legitur in d. Concil. Lugdunensi à Gregor. X. Primo statutum fuisse Conclaue anno salutis 1268. mortuo Clemente IIII. Viterbij, fuit facta electio Gregor. X. uacauit tũc Sedes annos duos, & menses nouem, propter Cardinalium discordiam qui erant tantum 17. nam tũc summo mane singulis diebus in Ecclesia Lateranensi, aut in Ecclesia Sancti Petri, aut alibi prout occasio se offerebat, electionem tracta- B batur, ex Panuin. in vita Gregor. cum commoditas in longum protraheret negocium, ideo reprobatum fuit Conclaue; Ita legitur in illius Constitutione; Vt in eodem Palatio in quo electio erat celebranda, vnum Conclaue, nullo intermedio pariete, seu alio velamine omnes intercluderet Cardinales, & ibi inhabitent in communi, reseruato tantum libero ad secretam cameram aditu, quod ita clausum vndique sit, vt nullus illud intrare valeat, vel exire, nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, uel facultas secretè loquendi cum eis, nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos qui de uoluntate omnium Cardinalium inibi præsentium pro his tamen quæ ad electionis instantis negotium pertinet, vocarentur. Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, uel eorum alicui, nuncium mittere, C uel scriptutam: Qui verò contrafecerint, scripturam mittendo, uel nuncium, aut alicui ipsorum secretè loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat; In Conclaui tamen prædicto aliqua fenestra competens dimittatur, per quam eisdem Cardinalibus ad uictum commodè necessaria ministrẽtur, sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus; Et infra declaratur, quod Rotæ factæ sint ad modum Rotę Monialium, barris ferreis circundatæ.

Tempore quo fuerit ordinatũ Cõclaue.

Quare dicatur Cõclaue, & quot clauib⁹ clau datur.

Conclaue nũcupatur, vel quia pluribus clauibus clauditur, uel quia ad illud itur per plures claues, ex Additionib. ad Glos. in dicto loco. Quapropter in principio aulæ, ferreis uectibus, & clausuris quattuor munitur; in medio habet porticulam qua

esculenta,

A esculenta, & poculenta clausis patribus subministrantur. Conueniunt ad diuina peragenda in capella Paulina nuncupata, & ad electionem celebrandam ; Cellulæ eriguntur lignis quaternis à superiori parte à quibus cortinæ dependent, quæ alijs transuersis lignis firmantur, & istæ cellulæ litteris alphabeti signantur, quę distribuuntur sorte pridie quam Cardinales ingrediantur Conclaue.

Cauendum est etiam ne supra, aut infra, siuè è lateribus ingredi, aut accessus alicui patere possit, uel habitari, ne quisquā signo, uoce, sono, aut aliquo ingenio perscrutari valeat quid intus agatur. Hæc ex Cærem. Rom. lib. 1. tit. 2.

Custodes qui tueātur Conclaues.

Pluribus custodiūtur custodibus; in prima porta Palatij Prælatus insignis, uel nobilis uir deputatur, cuius officium est cum B primum Pontifex obierit, custodia armatæ militiæ ad minus ducentorum uel tercentorum peditum tueri Palatium, & supradictos Patres in Conclaui diu noctuq;. ex eod. Cęremoniali in dicto loco.

In alia Porta qua ascenditur ad Conclaue, alia deputatur custodia, quæ Conseruatoribus Vrbis, & capitibus Regionum cōmittitur, qui adiunctis aliquibus nobilibus ciuibus portam ipsam custodiunt, ex eod. Sac. Cæremon.

Tertia custodia in alia Porta paulò superiùs existenti, dimittitur Oratoribus Laicis, aut Regum, uel Principum proceribus numero condecenti, ut ibi.

Quarta porta in ipso aditu Conclauis existens à dignioribus Prȩlatis Curię numero sex, uel octo custoditur, qui etiam diuer C sarum nationum esse possunt. ibidem.

Quinta, & vltima porta quattuor clausuris munita est, ab extra una super porticulam, duabus infra porticulam, & similiter ab intus una, Custodes retinent claues duas, portæ scilicet & porticulę. Clerici cæremoniarum aliam clauem portæ & porticulę ab intus, adeò quod ad aperiendam requiritur consensus illorum qui sunt ab intus, & extra.

Si extra Vrbem constituendum esset Conclaue, sumitur locus tutus, munitur custodia armatæ militiæ, & Domini temporales loci, iuramento coram Clero, & populo præstando arctātur, vt prædictas formas seruent. Conclaue fideliter custodiatur. Cardinales clausuram seruent, & alia, ut supra de Concil. animaduertentes, ne ultrà quam fuit commissum excedant, ne

grauibus pœnis censurarum, & priuationis iurium puniantur, ex d.cap.ubi periculum, §.præterea. A

Aditus triplici custodia firmatur. Ædes reperiantur, ubi & cellulæ iuxta numerum Cardinalium ædificẽtur. Sacellum pro re diuina & electione celebranda, necnon aliæ aulæ deambulationis caussa requiruntur, & cætera ut dictum est ex eod. Cæremon. & latius in Constit. Clementis VI. edita Anno 1340. incipit. Licet.

Hæc de statu Conclauis, & formæ in electione seruandæ dicta sint; qui aliter quam iuxta dictã formã fuerit electus, Schismaticus, & non uerus Papa habebitur, ut ex dictis colligitur.

Schisma quid sit, et qua pęna puniatur schismaticus.

Schisma autem est animorum scissura. Isidor. in lib. 3. Etimolog. 3. & in cap. Schisma, 24. q. 1. & ex quo contra formam ab Ecclesia præscriptam ascendit, deijcitur ab Ecclesia excommunicatus, cap. licet, de elect. & ibi Doct. & Abb. in cap. 1. de Paroch. nu. 3. & in cap. Quoniam, de offic. ordin. Gerson, in suo tract. de Schismate Zabarell. in eodem tract. ac ibidẽ Bal. Turrecremata in Sum. lib. 4. cap. 1. Pelagius lib. 1. cap. 29. Florent. 3. parte, tit. 23. c. 11. Corrad. lib. 2. c. 2. Simanch. de hæret. tit. 58. B

Quomodo oriatur schisma.

Oritur Schisma in Pontificatu, quando duo uel plures de Papatu contendunt, non seruata debita forma, & uerus uel falsus in Concilio declarabitur, quod auxilio Dominorum temporalium congregabitur. Turrecremata in Summa, lib. 4. c. 9. Abb. in cap. tua, de Decim. num. 10. & in cap. quia diligenti, & cap. licet, de elect. & in Rubr. de Schism. August. de Ancona, q. 3. art. 2. Oldrad. in cons. 62. & 65. Iacob. de Conc. lib. 3, art. 4.

Durante Schismate subditi (nisi aliter de ueritate appareat) non tenentur uni magis, quam alteri obedire, ex Flor. in d. cap. 11. §. 7. & seq. C

Pœnæ cõtra Schismaticos quænam statutæ.

Tales qui aduersantur uerè electo, & contra legitimam electionem se opponunt, grauissimis pœnis sunt puniendi, ex quo hoc peccatum grauius est omnibus alijs; Quapropter, non tantum pœna bonorum priuationis sunt multandi, uerum etiam spirituali gladio feriuntur. Hanc de causa, Deus submersit Datan, & Abiron, & alios 250. uiros facientes Schisma contra Moysen. Num. c. 16. & 3. Reg. ca. 13. & habetur in cap. si quis inquit, 1. quæst. 1. cap. didicimus, 24. quæst. 1. Pelag. lib. 1. c. 65. col. 2. Flor. 3. parte, tit. 3. §. 5. Crem. lib. 4. cap. 8.

Schismatici cum sint extra vnitatem Ecclesiæ; ideo eorum ordinatio-

A ordinationes executione vacãt, & nullo digni sũt honore. Gregor. in epist. 20. lib. 3. ad Maximianum; excommunicati illicitè manus imponunt, quia potestatem ordinandi non habent; vbi autem illicita est manus impositio, vulnus infligetur. Idem Gregor. Mediolanen. dixit, & legitur in Conc. Lateranensi, ordinationes ab Octauiano, & Guidone hæresiarchis factas & ordinatas ab eis, irritas esse censemus, adijcientes, vt qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia per dictos Schismaticos acceptauerint, careant impetratis. ex cap. 1. de Schismat.

Primum Schisma quãdo ortum fuerit in Ecclesia.

Primum in Ecclesia ortum est Schisma à Nouitiano Romano Presbytero, contra Cornelium Pontificem, eò quod à Cornelio fuerat damnatus in Concil. Romano de errore suo, & durauit eius Schisma circiter annos sex, ortum secun- B dum Panuin. in sua Cronica, & in vita Cornelij anno salutis nostræ 252.

Numerantur Schismata in Ecclesia vigintiduo, à Turrecremata, in Summa, de Eccles. lib. 4. cap. 9. & totidem retulerunt Eusebius in sua Historia, & Platina, & in vltimo loco describitur Schisma inter Eugenium IIII. & Amadæum Ducẽ Sabaudiæ, qui se Felicem nuncupari fecit anno salutis 1431. quo tempore fuit inchoatum Concilium Basileense; de hoc Schismate in uita Eugenij apud Platinam, & Onufrium ibidem non legitur, nec in Cronicis, secundum Gamb. in Extrauag. Iulij II. num. 225. ultimum Schisma fuit Iulij II. quod, statim fuit oppressum.

Quidquid autem sit, de similibus hic tractandum non est, & C præsertim temporibus nostris, & etiam futuris, & perpetuis sæculis, quo usq; ordinata à sanctis Pontificibus, & Sacris Cõcilijs seruabũtur, quum (modo Principes quod Sancti Patres ordinauerunt tueantur;) Electionem ad Cardinales pertinere firmatũ fuerit & forma sit certa tradita eligendi, & cũcta summa deuotione tractentur; propterea schismatum causæ uidentur sublatæ, secundum Bellarm. Tomo 2. lib. 1. de Rom. Pont.

His ita dispositis, Cardinales inuestigant meliorem, ut eum ad Pontificatum assumant.

De conditionibus requisitis in Pontifice eligendo. *Cap. III.* A

DVM de Romano Pōtifice eligendo tractatur, illi qui bus hoc munus demandatum fuit, solicitè inuestigēt, ut talem eligant in Pastorem, qui omnes alios moribus, scientia, ætate, & peritia agibilium antecellat; Quapropter, nō solum requiritur quod sit fidelis, Catholicus, Christianus, de gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ de qua constitutus est Caput Pastor & Præsul, sed ex his omnibus melior erit inuestigandus; Vnde repellentur ab hac Sancta Sede Hæretici, Schismatici, infideles, criminosi, publici homicidæ, fornicatores, adulteri, Simoniaci, indigni, infames, furiosi, fœminæ, hermaphroditæ abundātes in sexu fœmineo, & similes, ex d. cap. in nomine, cap. licet, Extrauag. Iulij II. Paul. IIII. Anton. Rossel. de potest. Papæ §. 11. num. 51. Abb. & Doctor. in d. cap. licet, Iacobat. de Conc. lib. 3. art. 1. Ludouic. Carrer. de hæret. num. 155. Bal. de hæret. nu. 151. Corrad. in lib. 2. cap. 2. q. 4. & 5. & Bal. in d. cap. licet, num. 9. B

Qui excludātur à Papatu.

Vxoratus nō eligitur.

Vxoratus regulariter non eligitur, ex cap. oportebat, d. 79. licet ante dictam Cōstitutionem admitteretur; ideò D. Petrus coniugatus à Domino fuit assumptus, cuius uxor fuerat filia Aristoboli fratris S. Barnabæ Apostoli, ut Metaphrast. refert. Hormisda etiam cōiugatus fuit, & ex dicto cōiugio ortus fuit Siluerius qui pariter ad Pontificatum fuit assumptus, ex Platina, & aliorum historijs. Clemens IIII. mortua uxore fuit Papa electus; Iacob. de Concilijs lib. 3. art. 1. tenet, quod si comparatione aliorum, coniugatus magis idoneus reperiretur, electio ualeret, sed uxori continētiam persuadere ac seorsum ab ea habitare teneretur: at nunc ex Conc. Stephani Papæ III. declaratur, quod unus de Cardinalibus qui sit Presbyter uel Diaconus eligatur, & non laicus, his uerbis: Nullus unquam laicorum, neque ex alio ordine præsumat nisi per distinctos gradus ascendens, Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri; uide etiam Decium in cap. licet, de elect. num. 40. C

Laici non aßumuntur.

Idiota nō assumitur.

Idiota excluditur à Papatu, ueluti inexpertus ad regimen, sicut de Celestino legitur qui adeo erat imperitus, quod in negocijs gerendis cūcta penitus ignorabat, ulteriusque, ita memoria carebat, quod si uni de mane aliquid concessisset, de sero

alteri

A alteri donabat. Glos. in d. cap. 1. de Renunc. lib. 6. Felin. in cap. si quando, de Rescript. & refert etiam Gomes. in cap. licet, de Constit. lib. 6. num. 99. ex Platina, in vita Celestini.

Monachis etiam sancta Sedes conceditur, licet tales sui iuris non sint, & ad vitam Regularem sint adscripti; ideo multi Monachi ad Papatum fuerunt assumpti, sicuti legitur de Dionysio, Gregorio magno, Adeodato, Agathone, Stephano III. Paschali monacho & Abbate S. Stephani, Ioãne IX. Leone IIII. Monacho sanctorum Siluerij, & Martini, Siluestro II. Monacho Floriacens. Cœnobij in Gallijs, Stephano X. Abb. Cassinẽsi 1. Gregorio VII. monacho Cluniacensi primo, Vrbano II. Abbate Cassin. 2. Pascali II. monacho Cluniacensi 2. Gelasio II. Monacho Cassin. 3. Abb. Eugenio III. Abb. Cisterciensi Anastasio IIII. Abb. Sancti Ruffi in Gallia primo, Adriano IIII. Abb. S. Rufini 2. in Gallis, sic de alijs vt apud Euseb. & Platin. habetur; & fictio est iuris illud quod contra hoc tenet Glos. in cap. quam sit, 18. q. 1. quod Monachi ex quo nõ habent nec velle, nec nolle, & non recipiantur ad Papatum, & nullius est momenti, Dec. in d. cap. licet. num. 12. & 13.

Monachi assumuntur.

Multo magis sunt assumẽdi Canonici Regulares, vt legitur de Alex. II. Canonico Lateranẽsi 1. Honorio II. Innocẽtio II. Lucio II. Cõgregationis S. Fedriani Alexandrini Tertij, Innocentio III. Honorio III. Eugenio IV. Congregationis S. Georgij in Alga; Fratrum etiam Prædicatorum, veluti de Innocentio V. Prouinciali Galliæ; Benedicto XI. Ordinis Magistro, & Pio V. temporibus nostris. De Fratribus Minorum S. Francisci, sicuti de Nicolao IIII. generali Magistro, Alex. V. Sixto IIII. & Sixto V. generali ministro nostris temporibus; Et de numero Heremitarum fuit Celestinus V. assumptus, ex dd. Authoribus in eorum historijs.

Canonici regulares.

Prædicatores S. Dominici, & Minoritæ.

Nec recusantur quod eorum antecessores consanguinei fuerint Põtifices, nõ habita ratione successionis, aut sanguinis affectione, vt habetur de Stephano II. & Paulo I. qui erant fratres germani, & Martino I. & Romano I. ex fratre nepote, Sergio III. & Ioan. XI. filio ex comitibus Tusculanis. Benedicto VII. & Ioan. XIX. fratribus. Benedicto VIII. & Innocentio III. ex fratre Nepote, ex dictis Comitibus Tusculanis.

Coniũcti sanguine assumuntur ad Sũmum Põtificatũ.

Fuerunt etiam nonnulli ad Pontificatum assumpti qui non

Non Cardinales assumũtur. fuerunt Cardinales veluti Clemens II. ex Episcopo Mamber- A gensi Sutri in Synodo creatur. Papa Damasus II. ex Episcopo Bricensi in Noricis creatur. Leo IX. ex Episcopo Tullensi, Victor Germanus ex Episcopo Cistaten. Nicolaus II. Allobrox ex Episcopo Florentino Senis creatur. Alex. Secundus, Mediolan. ex Episcopo Lucen. Celestinus II. Gallus ex Archiepiscopo Viennen. Clumacij in Gallijs. Eugenius Tertius Pisanus discipulus S. Bernardi, ex Abbate S. Anastasij Romæ, in Ecclesia S. Cesarei. Vrbanus Quartus Gallus ex Patriarcha Ierosolymitano Viterbij creatur. Gregor. X. Placentinus ex Archidiacono Laudẽsi, post duorũ annorum vacationem sedis & mẽsibus nouẽ, Celest. V. existẽs in heremo creatus fuit; vacauit tũc sedes annis duobus, & mensibus tribus. Clemens V. Gallus ex Archiepiscopo Burdegalensi. Vrbanus V. Gallus ex Abbate B S. Victorij Marsilij, creatur Auinioni. Vbanus VI. Neapolitanus ex Archiepiscopo Barensi Romę, creatur. ex dictis hist. Eusebij & Platinæ.

Ex omni gente fideliũ an sit inuestigãdus melior ad Papatũ. Ex quibus infertur, quod non solum de numero Cardinalium inuestigandus est idoneus, sed ex omnium fidelium Congregatione magis idoneus est assumendus, ut retulerunt Pelag. lib. 2. cap. 10. August. de Anco. quæst. 3. art. 6. Franc. in d. capit. ubi periculum, §. præterea, de elect. Flor. 3. par. tit. 21. c. 2. §. 7.

Fugienda est acceptio personarum. Hoc ad euitandum acceptionem personarum, & sicut ait D. Hieronymus in cap. licet, 8. quæst. 1. qui doctior, & sanctior, & melior, ac omni virtute præstantior, dum dicit his uerbis: Requiritur in ordinando Sacerdote & præsentia populi, vt sciant omnes, & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, C qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium; vnde non quærant eligere quos plus amant, sed quos credant Ecclesiæ magis prodesse, vt & D. Hier. dixit; quæ licet de Sacerdote, & Episcopo dicta sint, multo magis in Pontifice requiruntur, vt Iustitia in omnibus gradibus, & officijs seruetur, sublata acceptione personarum; ita legitur in Concil. Alex. Tertij, de quo in cap. graue, de Præbend. D. Thomas 2. 2. quæst. 63. art. 2. & quolibeto 96. & 8. Florent. 3. par. tit. 21. cap. 2. §. 7. Alex. de Ales, 2. p. tit. 136. memb. 2. Sot. de Iustitia, & iure, lib. 3. q. 3. lib. 10. quæst. 2. art. 3.

An extra numerũ Car- Prẽferẽdus est unus de numero Cardinalium cęteris nõ Cardinalibus, quia Cardinaliũ status iudicatur aptior, & peritior

in regimi-

A in regimine Ecclesiæ, ex quo in illo versati sunt, & de omnibus negotijs sunt effecti certiores, & in eorum executione qualiter sit procedendum, sunt experti; necnon quia dignitas illa maiorem dispositionem in omnibus ad Papatum ostendit, & illi magis adhæret, propterea omnibus alijs anteponendi sunt ex debito honestatis; ex debito autem consilij, non est repellendus qui dignior, & aptior extra Collegium reperiretur, ex Flor. in d.cap.2.§.7.& Sot.quæst.6.art.2. Attamē sicut Episcopus Presbytero, & Presbyter Diacono in administratione officij prefertur, quia in eo magis idoneus iudicatur, ita Cardinales cæteris alijs sunt præferendi. Glos. in cap. si quis, d.79.& ibi Card. Alexand.& Abb. in cap. licet, de elect. nu.8. propterea in cap. in n[omi]mine, dicitur, quod Papa eligatur de Collegio Cardinaliu[m]

dinalium quis eligatur Papa.

B & rationem allegat Glos. ibi, in verbo (gremio) quod semp[er] de Clericis ipsius Ecclesiæ eligitur Prælatus, si est idoneus, & tunc sufficit, quod sit bonus, sed si de altera eligatur, requiritur quod sit optimus; ad hoc (ut dictum est) non tenentur nisi ex debito consilij; unde non solum inueniendus est ille qui non sit malus, ut in cap. Monasterium, 16. quęst. fin. uerum etiam quod sit bonus, & optimus, quia non agitur de regimine, & indemnitate unius Monasterij, seu Ecclesiæ tantum, sed de totius mūdi.

Inter Cardinales non seruatur ordo, ut unus magis quam alter sit eligendus, quoniam de omni numero habetur electio, ue[l]uti de numero Episcoporum fuerūt assumpti ad Papatum Formosus Episcopus Portueñ. Stephanus Septimus Episcopus Anagninus, Io. X. Archiepiscopus Rauennas. Bened. Sextus Episcopus Sutrinus, Io. XIII. Episcopus Papiens. Siluester Secundus Archiepiscopus Rauennas, & sic de alijs. De numero Presbyterorum Clemens V. Anacletus, Sixtus, Telesphorus. Hyginius, & cæteri. De Diaconis numerantur ultra numerum 49. Nec inter ipsos attenditur nobilitas tam Patriæ, quam generis; Nam Dominus Saluator noster assumpsit Petrū piscatorē ex Vico Bethsaidæ; De Dionysio Primo, Damasus negat inuenisse originem. Leo, ex Villa Priapi agri, Ardeatini in Latio natus. De Christophoro ignoratur ob eius ignobilitatē qualc fuerit eius cognomen, & qualis Patria. Io. XVII. ignobilis de Vico Liberatico, Io. XVIII. de vico portæ Melodij. Celestinus II. ex Parentibus incognitis apud Tifernū ortus: idem habetur de Eugenio Tertio, Adriano Quarto, Vrbano Quarto, Nicolao

Cardinalis eligitur absq; distinctione inter ipsos.

C

Quarto, Celestino V. & sic de singulis apud Platinam; & de no- A bilibus complures fuerunt electi, sicuti Clemens Primus ex pa tre Faustino patritio ortus, Ioan. XII. ex Alberico Rom. Princi pe filio, Ioan. II. ex illustri genere ortus, Gregor. magnus ex Pa tre Gordiano uiro Senatorio. Honorius Primus, Petri uiri Cō sularis filius; idem habetur de Adriano Primo, Gregorio V. Othonis Imperatoris affine.

Absentes etiam creantur.

Nec recusantur absentes quin eligi possint, sicuti electus fuit Clemens II. dum esset Bambergæ in suo Episcopatu. Damasus Secundus, residens in suo Episcopatu Bricensi creatur. Leo Nonus, Victor Secundus, Nicolaus Secundus, Calistus Secundus, Gregor. X. Celestinus V. Clemens V. Vrbanus V. Adrianus VI. Traiectinus, & nonnullis alij, qui absentes fuerunt Papæ electi.

B

Melior est præferendus.

His præmissis, uidendum quid postulet Religio Christiana ad statum Pontificis eligendi. Primo itaque quæritur, an idoneus, uel magis idoneus reperiendus sit, & cuius iudicio talis idoneitas committatur; De primo supra dictum fuit, quod sem per melior ex debito consilij reperiendus erit; unde si scienter præferatur minus bonus, meliori, uel minus doctus, doctiori, cęteris paribus, electio contineret acceptationem personarum, ut dicitur in cap. licet, 8. quæst. 1. & D. Tho. in 2. p. tit. 1. cap. 20. in Summa.

Cuius iudicio eligatur melior.

Quoad secundum, licet hominum iudicia sint uaria, tamen intelligitur secundum rectum, & uerum iudicium arbitrio eligentium, qui arbitrio boni, & prudentis uiris arbitrentur, unde iudicium faciēdum est in ratione eligentis timentis Deum, po- C tius quam in rei ueritate; nam regulariter nullus certo scit an homo sit bonus, uel malus; propterea eligens tenetur eligere, quem ipse credit esse meliorem; ita D. Tho. in quolibeto 6. art. 1. q. 4. & in 2. 2. q. 105. art. 3. Flor. 3. p. tit. 21. cap. 11. §. 8.

Versatur autem ista idoneitas circa sanctitatem morum, sciē tiam debitam, peritiam agibilium, ætatem maturam, & eminentiam omnium uirtutum, tam ex dicto Hieron. in d. cap. licet, 8. quæst. 1. quam ex Concil. Cartagin. 3. cap. cum in cunctis, de elect.

Melior in moribus quis dicatur.

Melior circa mores duplici modo consideratur; uel de eo qui maioris est perfectionis & dilectionis, sed tamen ad regimen non aptus; uel maioris perfectionis ad regimen, sed non

æquè

A æquè bonus, vt alter; tunc ille esset eligẽdus qui maioris est perfectionis ad regimen, dummodo sit bonus, licet non æquè bonus, vt alter, ex sententia D. Thomæ, in quolib. 6. art. 1. & in 2. 2. quæst. 85. art. 3. vt refert in d. loco Florent. at, si crederet probabiliter, quod esset malæ vitæ, tunc præfertur ille quem credit esse maioris perfectionis, & sanctitatis; at si nõ ea facilitate iuxta suum iudicium meliorem, & peritiorem inueniret, tunc poterit aliorum sententiæ adhærere, qui secundum eorum conscientiam meliorem reperierint; & licet talis ab alijs iudicatus aptior, secundum tuum iudicium non ita aptus iudicetur, tamẽ ad dissensiones tollẽdas, eum quem minus ipse iudicaueris idoneum confirmabis; at si putes eadem facilitate meliorem eligere, vt si tu tuo suffragio accederes, ille qui melior est assumere-B tur; tunc ex debito honestatis, & consilij, istum meliorẽ eliges; ex debito autem præcepti, sat erit quod sit idoneus, ex eodem Flor. 3. p. tit. 21. cap. 2. §. 8.

Pontificis autem conditiones ut idoneus iuxta veræ Religionis sensum iudicetur, plures ex Sanctis Patribus colliguntur.

Prima conditio dilectio Dei.

Primo etenim dilectio Dei vt maior in eo sit quã in alijs Prælatis requiritur: ideo Dñs Petrum de sola dilectione interrogauit dicens: Petre, Amas me? August. ibi dicit: Confitenti amorem suum, oues suas commendauit, ideo fuit amoris officium pascere dominicum gregem. Ambrosius in Serm. 47. de fide Petri, in Homil. lib. 1. Fidelior, ait, factus est Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam repe-C rijt, quam amisit; tamquam enim bonus Pastor tuendo gregem accepit, ut qui sibi antea infirmus fuit, fieret omnibus firmamẽtum, & qui interrogationis tentatione nutauerat, cæteros in veræ fidei stabilitate fundaret.

Origenes in lib. Num. 22. cap. 27. ait: Gubernatio populi illi traditur, quem Deus elegerit, homini scilicet tali, qui habeat sicuti scriptum audistis, in semetipso spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu eius.

Clemens in epist. 12. ad Iacobum Ierosolymitanum Episcopum, referens uerba Petri, dixit: Clementem hunc Episcopum ordino, quem prę cęteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, discendi cupidum, studijs deditum, sobrium, benignum, castum, patientem, & scientem ferre ex his, & quæ in

verbo

verbo Dei instruuntur iniurias; & alibi: Debet ergo ipse præci A
puè, & apprimè esse eruditus, & doctus, irrepræhensibilis, maturus, pauidus, sicut ipsi probastis fore Clementem hunc.

Gregorius lib.8. epist.40. ait: Petrus Diaconus quem a vobis electū asseritis, omninò ut dicitur simplex est, & nostis quia talis hoc tempore in regiminis arce debet constitui, qui non solum de salute animarum, uerum etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus.

Secunda conditio de sciētia.

Alia conditio qua Pontifices debent fulgere, erit scientia; nam cæteris paribus doctior est eligendus: quia scientia necessaria est in regimine, ut aliorū ualeat rumpere iniquitates; ideo Hieronym. ibi dicit, qui doctior; & Simmachus ait: Vilissimus putandus est, nisi sanctitate, & scientia præcellat, qui honore est præstantior. B

Euseb. in hist. lib.7. cap.8. referens verba Valentiniani Imperatoris ita dixit: Talem in Pontificali Sede constituite, cui & nos qui gubernamus Imperiū capita submittamus, & eius monita dum tanquam homines delinquimus, necessaria curantis medicamina suscipiamus. Concil. Carthag.4. cap.1. de Episcopo ita dicitur: Sit in lege Domini instructus, in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, quæ fidei rudimenta sunt, ad illa tuenda sit aptus. Noui, & ueteris Testamenti leges, Prophetarum & Apostolorum sciat.

Quæ sciētia requiratur.

Illa scientia dicitur necessaria ad statum Pontificis, quæ uersatur circa moralem Theologiam, eò quod Pontifex instruere debet animas in fide, & moribus, & non circa speculatiuam tātum, nam purus Theologus speculatiuus peritiam agibilium C non habet, quam qui alijs præest habere debet, cap. qui Episcopus, dist.23. August. de Anco. quæst.3. art.5. Felin. in cap. inter cætera, de off. ordin. Flor. in d.3. p. tit.21. cap.2. §.8. Intelligitur itaque de scientia utili, & necessaria ad salutem animarum, & regimen uniuersalis Ecclesiæ; propterea non astringitur ad peritiam omnium scientiarum, nec ad specialia idiomata; nec defectus scientiæ inducit depositionem. Glos. in cap.1. de renunciat. & ibi Doct. lib.6. Franc. ibidem, August. de Anco. q.3. art. 5. Corrad. in d. cap.2. Mendos. Reg.20. q.1. Clar. §. fin. quęst. 73. uersic. Prælati.

Tertia cōditio de peritia agibilium.

Alia conditio est peritia agibilium in regimine officij, de qua dicitur in cap. pastoralis, his uerbis: Pastoralis cura solici-

tudinis

A tudinis illi diuinitus super cunctas Christiani populi nationes iniuncta, illum inuigilare remedijs subditorum, eorumque periculis obuiare, & à scandalo remouere compellunt, dum eorum excutit onera; scandala remouet, & ipse in eorum quiete quiescit, & pace fruitur.

Bonifacius Martyr, de quo in cap. si Papa, dist. 40. ait his verbis: Si Papa suæ & fraternæ salutis negligens depræhenditur, inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturnus quod magis effecit sibi, & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducet.

Versatur itaque ista peritia curia administrationem Iustitię, vt sit prudens, sagax, circumspectus, & patiens, vt legitur in cap. considerandum, & seq. dist. 50.

Peritia circa quæ uersetur.

B Præponitur etiã ætas matura, licet in iure hoc nõ reperiatur expressum, tamen conuenientius videtur, vt maturo ætate magis deferatur, eò quod senes prudentiores sunt, & maior illis reuerentia tribuitur quam iuueni; S. Hieronym. aduersus Iouinianum dicit his verbis: Ecclesia licet fundetur super omnes Apostolos, & cuncti claues regni cælorum accipiunt, & ex quo super omnes Ecclesiæ fortitudo solidatur, tamen inter duodecim eligitur vnus, ut capite constituto Schismatis tollatur occasio; Sed cur non Ioannes electus est uirgo? ætati delatum est, quia Petrus senior erat, nec Ioannes adhuc adolescẽs, ac penè puer, progressæ ætatis hominibus præfertur, ne magister bonus, qui occasionem iurgij debuerat auferre à discipulis, in adolescente quem dilexerat, causam præbere uideretur inuidiæ.

Quarta conditio de ætate debita.

C Propterea matura ætas postulatur, moribus & experientia circa agibilia, ut in cap. si rector, d. 43. non quod multorum sit annorum tantum, nam tũc bis pueri senes; talis itaque sit ætas, quæ ad labores sustinendos sit apta, prudentiorem, & peritiorẽ hominem faciat, maioris honoris, & reuerentiæ sit occasio, & suo exemplo alij inferiores facilius ad sanctos mores inducantur, ut d. cap. sit rector, cap. his igitur, d. 23. cap. porrò, d. 84. cap. fornicatus, dist. 88. cap. de quibus, d. 38. quæ licet iuuenibus raro contingunt, tamen aliquando & iuuenes fuerunt electi, ueluti Alex. VII. qui sanctis moribus superauit ætatẽ. Bonifacius IX. nondum 30. erat natus annos, & de Leone X. idem legitur, tamen tantis floruerũt uirtutibus, quod ætas non fuit in annis, sed moribus, idcirco non minoris ætatis esset eligendus quam

ipse

ipse Papa ordinauit, ut eligerētur Episcopi 30. habentes annos, A cap. cum in cūctis, de elect. non fuit hoc in iure determinatum: quia Cardinales non essent adeo fatui, quod ad regimen Ecclesię prępónerent adolescentem, uel puerum, seni; secundum Gamb. in d. Extrauag. Iulij II. num. 153. & seq.

Diligētia electorū qualis.

Concludit itaque D. Hieronymus in lib. Leuit. in hom. 6. c. 8. qua uigilantia, & solicitudine electores inuigilare debeāt ut eligant meliorem, dum dicit his uerbis: Vigilent omnes animi uirtutes, & intentæ sint, ut nil ei desit sapientiæ, nil scientiæ, nil desit industriæ, sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio Sanctorum cogitationū, ut quid sit Pontifex, quid unctio, quid indumenta eius, conferens intra sacrariū cordis sui possit aduertere.

Electus consentire debet electioni, vel eādē recusare.

Talis itaque repertus, & forma debita seruata, eligitur Papa, B qui si fuerit præsens, consentire debet, uel recusare; nam recusare possunt si uolunt, sicuti recusauit Clemens I. Coactè autem non assumuntur, nisi charitatiua coactione, omni tamen uiolentia remota ac omni timore mortis, uel similiū, ita enim adhortationibus, ac suasionibus Clementis fuit assumptus Cletus; & sic quoque Gregorius magnus Pontificatum suscepit, ut in suis litteris testatur. Bened. III. pluribus lachrymis Deum & Sanctos eius orabat, ut electio de se facta renouaretur, & ut electores sententiā mutarent: sed acclamantibus omnibus tandem assumptus fuit, qui postmodum ut dignè suo fungeretur officio, cōtinuò ieiunijs, & orationibus uacabat, inde funeribus Sacerdotum semper interfuit, ægrotos præterea uisitauit, pauperes aluit, desperatos, ac calamitosos consolatus est, uiduas, pupillosque acerrimè tutatus fuit; Eius successor fuit Nicolaus I. fugi- C tiuus, & in Vaticano latitans, tanquam diuinitus demonstratus, inuitus ad Sanctam Sedem fuit assumptus. Præterea, ea ratione tenentur acceptare, uel recusare, sicuti infra de Episcopis dicetur. Si fuerit electus in Vrbe, uel uicino aliquo loco, interim dum requiritur eius consensus, Patres in Conclaui eius expectant assensum, ut si recusaret, ad aliam electionē parati possint accedere, & electus uocatur à Prælatis, quo introducto, eidem intimatur electio; si uerò fuerit longè dissitus & absens, tunc Patres publicata electione, è Conclaui exeunt, & per legatos electo intimatur facta electio, & eius assensus postulatur, quo habito, Papali habitu ornatur, & cætera requisita exequuntur; si

A tur; si autem recusauerit, tunc Patres redeunt ad nouam electionem celebrandam in Conclaue. Hæc ex Cærem. Rom. lib. 1. tit. 2. Nicolai successor, Adrianus scilicet II. Pauperũ amator, repertus in Ecclesia Sanctæ Mariæ ad præsepe, ad Lateranensem Ecclesiam inuitus de facto etiam creatur Pontifex. Paschalis II. vitam priuatam dum ducebat latitans in Monasterio S. Clementis cuius erat Presbyter, inuitus à toto Clero creatur. & plura de similibus Sanctis viris leguntur in historijs.

Habito tandem consensu, electus consecratur, sed in hoc ita procedendum erit: Requiritur in Pontifice Sacerdotium; nam sicut caput est corporis Christi mystici, ita & Minister est corporis Christi veri, quod sine Sacerdotio non cõficitur. Electio dat potestatem super corpus Christi mysticum, sed super corpus Christi verum, recipit à cõsecratione; Hoc idem refert Nauarrus in tractatu de spol. §. 2. ante num. 2. vnde laicus ordinatur, & consecratur ex Conc. Sardicensi, cap. 13. Episcopus postulatus non prius ordinetur, nisi ante, & Lectoris munere, & officio Diaconi, aut Presbyteri fuerit perfunctus, & ita per singulos gradus si dignus fuerit, ascendet ad culmen Episcopatus.

Quinta conditio, requiritur Sacerdotium in electo Põtifice.

B

Vnde, si fuerit merus laicus, à prima tonsura exordietur, & cæteris initiabitur Ordinibus vsq; ad Sacerdotium, vel eadem die, aut interpollatis diebus, vt ei placuerit; quos quidem Ordines à Cardinali Episcopo, vel ab alio Episcopo ad sui libitũ recipiet; sic fuit seruatũ in Celestino V. Eremita, & ita legitur in Cærem. lib. 1. tit. 2.

Laicus electus Papa, ordinatur.

Cum fuerit Sacerdos, consecratur tantũ Eps; at si ea dignitate præstaret, tunc non consecratur, vt notatur in cap. ad honorem, de aut. & vsu Pallij, & in cap. cum ex eodem, de pœnitent. & Gomes. in cap. licet, de electione, sed benedicitur, & coronatur tantum, ex Cærem. in d. lib. 1. tit. 2. ideo Consecratur vt Sacerdos magnus, Coronatur, vt Rex, quia vtramque habet potestatem. August. de Anco. quæst. 1. art. 6. consecratur secundum antiquæ legis figuram, & proferuntur illa verba: Ego te inungo in Pontificem Vrbis, & Orbis. Ita refert Cupers, in Repet. cap. oportebat, d. 79. art. 3.

C

Consecratur Sacerdos electus in Episcopũ et coronat͏̃, sed si fuerit Episcopus Papa electus, non consecratur.

Talis Consecratio, & Coronatio exercetur à Cardinali Hostiensi Decano, tanquam à Metropolitano, licet & hoc ab ipsius Papæ voluntate dependeat, & celebratur tam in Ecclesia, quam vbicumque voluerit, etiam extra Vrbem, secũdum Gosfred. de

A quo cõsecretur Papa & coronetur.

fred. de elect. num.26. in Sum. Corrad. lib.2. cap.2. A

Non confirmatur Papa, & quare.

Non confirmatur Papa in terris, quia solũ Deum recognoscit superiorem à quo confirmandus est, sed eò temporis momento quo fuit legitimè electus in terra, à Deo confirmatur in Cælis, August. de Anco. q.2. art.1. & 2. Pelag. lib.1. cap.18. Post quam Papa fuit electus ante tamen consecrationem, vtitur dimidiata tantum bulla, & ideo in altera parte plumbi nõ describitur eius nomen, nec aliquid designatur.

Quare ante Coronatio-nem non vtat^r suo nomine in litteris Papa electi^9.

Nonnulli ausi sunt dicere, quod appellatur tantum Papa electus, & quod ita videtur de stylo, Ideo Papa seruum seruorum Dei tantum se nuncupat omisso suo nomine: In hac autem sententia fuerunt Glos. in procem. Clem. in verbo, Pontificatus, in fine, Felin. in cap. eam te, de Rescript. num.2. Franc. in cap. Quoniam, de Con. pub. lib.6. nu.4. stylus autem est quod in vna par B te plumbi designantur capita Apostolorum, in alia facie nihil apponitur, vbi mos est quod nomen Papę imprimatur; ex Cæremon. Roman. in lib.1. vide etiam de his Archidiaconum, in cap. in nomine, dist.23. Gomes. in capit. licet, de Constit. lib.6. num.31. contra impugnantes litteras Pontificis ante consecrationem, sub hoc prætextu, quod Papa sit tantum eo tẽ pore Episcopus electus, nec vti possit Bulla in qua exprimatur nomen ipsius. Edita est Constitutio à Io. XXII. de qua in Extrauag. Nonnulli, de sententia excomm. quod tales sint excommunicati; ita etiam tenent Abb. in cap. licet, de elect. Gerson, de potestate Eccles. licet possint huiusmodi dubitationes amputari, prædicta scilicet hr̃e locũ si Papa nõ fuisset sacerdos, & egeret consecratione, quo tempore, quum non habeat potestatem C circa Christi corpus verum, propterea non patiatur se nominari suo nomine, quod plenam potestatem significat; Tamen, omissis his quæstionibus, veritas est, quod à stylo Romanæ Curiæ non est recedendum, & causam illi primo institutori remittamus, à quo qualis fuerit expectemus, Turrecrem. lib.2. cap.2. Spec. de Rescript. §. de rescripti ratione, nu.8. Doct. in ca. licet, de elect. Corrad. in lib.2. cap.2.

De nominis mutatione.

Introductum etiam fuit, vt statim facta electione, Papa mutaret sibi nomen, vt & D. Petri imitetur institutum, cui à Domino nomen mutatum fuit, dum dixit: Tu vocaberis Cephas; & hoc ad significandum mysterium, ut cum nomine mutetur & mẽs; ita legitur de Abraam, Sarrai, & Iacob, August. in Ioan.

21. ait.

A 21. ait: Ideo cum uoluit alium prius uocari, ut ex ipsa commutatione nominis, Sacramenti energia commendaretur. Chrysostom. ibidem ait: Nam quibus à prima ætate debebat uirtus clarescere, ex tunc nomina susceperũt, quibus autem postea debebat augeri, nuncupatio posita est.

Causæ autem talis mutationis uariæ a scriptoribus narrantur: Cupers, in d. cap. Oportebat, asserit id factum esse, ad designandam differentiam ueri, & schismatici Pontificis, art. 1. nu. 10. Alij dixerunt, ad fugiendam quorundam nominum turpẽ notam, sicuti dicitur de Sergio II. quia antea os porci appellabatur. Huic sententiæ adhæserunt Abb. in ca. cum secundum, de prob. num. 1. Io. Roffens. contra Assertiones Lutheri, art. 5. de primatu Petri. Flor. 3. par. tit. 21. ca. 21. Bibliotheca Sancta B lib. 8. Menoch. de Arbitr. lib. 2. Casu 318. num. 4.

Causæ istius mutationis nominis i Pontifice variæ fuerũt à scriptoribus assignatæ.

Panuin. in annot. ad Platin. de Sergio ita dixit: Quæ hic Platina ex Martino tradidit, Sergium II. primum fuisse qui nomen mutauerit, apud neminem ueterum authorum inueni, immò ex Anastasio Bibliothecario qui hoc tempore uixit, contrariũ magis elicitur, cum multo etiam ante põtificatum Sergiũ uocitatũ fuisse cõstet; Forte Sergij prænomẽ semper habuit, os porci uerò cognomẽ, & Pontifex factus, cognomẽ, prenomine tñ retento, omisit; sed ista nec sic concinnata mihi quadrant: Ioannem XII. ego primum inueni, qui priscum nomen Papa creatus, mutauerit, cum ante pontificatum Octauianus diceretur. Idem Anastas. de Ioanne XII. à Platina XIII. nuncupato dicit, Ioannem hunc XII. ab omnibus scriptoribus præter unum Pla C tinam appellari obseruaui, quem primum, esse inueni, qui nomen in Pontificatu mutauerit, nam cum antea Octauianus uocaretur, ut Gulielmus Bibliothecarius scribit, gentili nomine omisso, tanquam parum Maiestati, & Religioni Pontificiæ idoneo, se Ioannem appellauit: cuius exemplum sequentes Pontifices, qui deforme, & parum conueniens tanto Magistratui nomen habuere, sensim, & paulatim sequuti, leuem consuetudinẽ tamquam in legem perpetuam transtulerunt; Cæterum hãc rẽ Romani Pontifices, & maximè ex Germania lecti, Bruno, Gherebertus, Guidegerus, Poppo, alius Bruno, Geberardus, Federicus, Gerardus, Cadolus, Anselmus, Hildebrandus, & similes, maximè confirmarunt, barbarorum nominum deformitate commoti; Hæc ille.

Causas

Causas autem huius mutationis Bellarm. in lib. 1. de Roma A no Pontifice, cap. 17. plures numerat; Prima est, ex intentione Chrysostomi in Ioan. 1. quod Deus numquam noua nomina imposuit, nisi urgentibus causis, ut ostenderet speciali priuilegio illos esse ex ista mutatione ornatos; at, cum Deus soli Petro mutauerit nomẽ, eo inde utens, sic illius prerogatiuam specialem demonstrauit; licet & filijs Zebedæi & aliud indidisset nomen, quod prænomen potius appellandum est, licet eo usi non fuerint. Secundò, ut eo nomine Petri officium, & dignitas demonstraretur, authoritate Sãcti Leonis, in Serm. 3. in Anniuersar. Assumption. Dum à Christo Petro dicitur: Sicut meus pater tibi manifestauit diuinitatem meam, ita & ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus; idest, cum ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraq; unum, B ego fundamentum præter quod nemo potest aliud ponere, tamen tu quoque petra es, quia mea uirtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.

Promissa in Cõclaui quæ seruanda.

Vltimo uidendum erit, an promissa in Conclaui à futuro Põtifice ad effectum ut eligeretur Papa, sint seruanda; In quo casu distinguenda sunt promissa: nam si uouisset, aut promisisset utilia Ecclesiæ in effectum deducere, ad quæ Papa absque promissione tenetur, ueluti congregare Concilia, ut Ecclesię indemnitati suadente causa consulatur, absolutè obseruare tenetur. Præterea, ad cætera quæ tenderent ad priuatum commodum non tenetur. Abb. in cap. sicut, de iureiuran. Franc. in cap. 1. de renunc. lib. 6. Anch. in cons. 66. num. 2. & 6. Dec. in cons. 151. nu. C 2. Felin. in cap. 1. de Probat. & ibi Doct. Alex. cons. 224. lib. 6. Bursat. cons. 342. Mendos. Reg. 329. num. 5. immò nec ad obseruantium capitulorum factorum in Cõclaui inter ipsos Cardinales, quæ Papa dum erat Cardinalis seruare etiam iuramento promiserat, tenetur. Abb. in d. cap. sicut, de iureiuran. nu. 1. Felin. in cap. 1. num. 7. & ibidem Dec. de Probat. quæ refert Paris. de resignatione benef. lib. 3. quæst. 18. nu. 100. & quod fuit ita in Rota Romana decisum Anno 1560.

Si promisisset Papa renunciare Papatui ad sedandum Schisma, uidetur quod teneatur seruare, ut legitur de Gregorio XII. apud Platinam, de quo ita dicit: Creatus itaq; Romæ anno Domini 1406. pridie Kal. Nouẽbris, Angelus Corrarius Venetus,

tit. S. Mar-

A tit. S. Marci Presbyter Cardinalis, qui vt dixi Gregor. XII. appellatus est, statim quod ante Pontificatum promiserat se factu rum, scripto adhibitis etiam Notarijs, & testibus confirmauit, suaq; manu scripta Tabellionum notauit: tractatum enim fuerat, à singulis Cardinalibus, execrationibus, & iuramẽtis inter positis, abdicaturos se statim Põtificatu, si deligi ad tãtum Magistratum contigisset, hac conditione, vt idem quoque ab Anti papa fieret; Attamen, licet hoc Gregorius fecerit, non tamẽ ad id de iure obligabatur, cum fuisset legitimè electus. Bald. in cap. venerabilem, de elect. Mart. Laud. de Card. q. 36. Barbat. in cons. 1. lib. 1. Iacob. de Con. lib. 7. art. 5. Anchar. in d. Cons. 66. Corrad. in d. lib. 2. cap. 1. §. 2. nu. 3. in fine. Bursat. in d. Consil. 242. lib. 4. num. 20. & 24.

B

De vita, & moribus, ac Officio Pontificis electi, consecrati, & coronati. Cap. IIII.

HIs à Summo Pontifice peractis, & seruatis solennibus seruandis, vt in Pontificali, seu Cæremoniali Romano, tunc Põtifex se accingit ad eius officium, & Papali vtitur potestate, qui cum Christi Saluatoris nostri Vicarius in terra sit constitutus, sic & ipsius vestigia sequi debet, cum omnis Christi actio fuerit nostra instructio; Præterea, sicut Christus Patris voluntatem fecit, ut mundum saluum faceret, de Cælo descendit, & nõ solum verbo & exemplo, sed suo proprio sanguine animarum saluti consuluit; ita C Papa vsque ad sanguinem populorum salutem curare tenetur, vt sic Domino lucrũ faciat. Bernardus ad Eugen. de Consider. lib. 2. cap. 6. Curat itaque Papa animarum salutem, uerbo doctrinæ, exemplo bonorum operum, & iustitiæ subsidio, ut ipse Papa testatur in cap. 1. de offic. deleg. lib. 6. cap. 1. de homicid. eodem lib. 6. cap. cum plantare, de priuileg. cap. Fratrem, d. 86. Zabarell. in Clement. 1. de mag. num. 3. & 4. & Clement. Dudum, de sepult. verbo, super Cathedram, nu. 3. Pelag. lib. 2. cap. 12. Bibliotheca Sancta, lib. 3. annot. 219.

Papa imitari Christũ debet.

Petro diligenti Dominus oues suas commendauit, & hoc specialiter commisit, Pasce oues meas; quod non solum de verbo & cibo intelligendum venit, sed etiam vt illas ducat, reducat, tueatur, eisdem præsit, eas regat, & castiget; Ducit ad Christi legem,

Pascere quid sit.

sti legem, reducit ab erroribus, tuetur religionem Christianã, A
pręest uti Pastor, & Præsul uniuersalis Ecclesiæ, regit uti Dominus, castigat uti iustus Iudex. ex Gregor. in lib. de cura Pastorum. Chrysost. in lib. 2. de Sacerdotio; Hæc ex Bellarm. lib. 1. cap. 15. & 16. de Rom. Pontif.

Dominus commisit Petro Agnos, Ouiculas, & Oues, secundum Ambrosium, in Lucam, cap. fina. nam sub tali distinctione declaratur status omnium existentium in Ecclesia, incipientium scilicet, proficientium, & perfectorũ, quos pascere mandauit Christus; per Agnos, uniuersi populi qui Pastoribus subsũt, intelliguntur; Per Ouiculas, Sacerdotes minores, sicuti Presbyteri, & Curati, qui sunt tamquam patres populorum, sed filij maiorum, scilicet Episcoporum; Per Oues maiores Sacerdotes, hoc est Episcopi interpretantur, qui Agnis, & Ouiculis pręsunt, quibus omnibus præest Papa uniuersalis Ecclesiæ Pastor. B
Leo in 3. sermon. Anniuersar. Assumpt. ita dixit: Petrum esse à Christo præpositum omnibus Gẽtibus, omnibus Patribus, omnibus Apostolis; Præterea Dominus dixit: Pasce oues meas, nã sub isto pronomine (meas) omnes intelligũtur; dum ait his uerbis: De toto mundo unus Petrus eligitur, qui & uniuersarũ Gẽtium uocationi, & omnibus Apostolis, cunctisq; Ecclesiarum Patribus præponatur, ut quamuis in populo Dei multi Sacerdotes sint, multiq; Pastores, omnes tamẽ propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Bernard. in lib. 2. de Consideratione. Cui non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorũ sic absolutè, & indiscretè totę commissæ sunt oues: Si me amas Petre, pasce oues meas; quas? illius? uel illius? populos ciuitatis? aut regionis? aut certe Regni? oues meas, inquit: Hæc ex eodem Bellarm. in cap. 15. & 16. C

Pascit autem primò exemplo bonorum operum; Inter cæteras uirtutes quibus ornatur Summus Pontifex, est obseruantia Christianæ religionis, respiciẽs uniuersale commodum in Dei cultu, & non proprium: ideo errantes ad uiam salutis reducit, ut Ecclesia uiris probis abundet, & in fide Christi scandalum non oriatur; ita dixerunt Iulius Pont. in Epistola ad Episcopos Orientales. Sixtus in Epistola prima ad Gratum Episcopum, Euseb. in epist. 3. Episcopis Tuscię, Innocent. I. Epist. 26 Hieronymus ad Damasum, Marcus Epist. 1. ad Episcopos Antioch. uide etiam cap. memor, cum seq. 24. q. 1.

Dum

A Dum diligitur Deus,& populorum salus summoperè quæri tur, qua nil gratius reddi potest; ita dixit Bonifacius Martyr in 3.parte,de quo in cap.si Papa, d.40. Si Papa suæ & fraternæ salutis negligens deprehenditur, inutilis, & remissus in operibus suis,& insuper à bono taciturnus, qui magis officit sibi, & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mancipio gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum uapulaturus. Idem dicit Vrbanus Papa in cap.sunt quidam,25.q.1.Augustin.in tract.50.in fine; Non enim inquit Rex Israel Christus ad exigendum tributum,uel exercitum ferro armandum, hostesq; uisibiliter debellandos,sed Rex Israel, quod mentes regat, quod in æternum consulat, quod in regnum cælorum credentes,sperantes, amantesq; perducat.

Virtutes requisitæ in Papa quænam.

B Qua de re tãquam Christi minister,(ut ait Apostolus,) illius sanguinem pro nobis effusum colere, eiusque redemptionem promouere,ad diuinũ amorem subditos prouocare, & ad Dei charitatem referre omnia debemus. Sot.lib.3.q.6.art.2.de Iustitia & iure, quæ si cuilibet Christi ministro necessaria sunt, multo maiori sunt ornamento summo Pastori, & Capiti Ecclesiæ.Ita dixit Gregor.lib.7.Epist.124.Vulnerato namque Pastore, quis curandis ouibus adhibet medicinam? aut qualis de se fructus producturus est, cuius graui peste radix infecta est;maior ergo metuenda est locis illis calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur.

Boni mores in Papa necessarij sunt.

Obseruatur singulariter in Pontifice humilitas, quam & Saluator noster tantum dilexit quod cum esset Deus, formam serC ui accipere non recusauerit.Inde Chrysostomus in Matth.homilia 43.ca.23.ait: Quicumque desiderat primatum in Terra, inueniet confusionem in Cælo, nec inter Christi seruos computabitur, qui de primatu tractauerit, nec unusquisque eorum festinet, quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior uideatur:quoniam, non qui maior fuerit in honore, ille est iustior, & maior, conuersatio ergò melior est attendenda, non dignior gradus.

De humilitate Romani Põtificis.

Basilius: Nõ extollat Præsidentẽ dignitas, ne ab humilitatis beatitudine corruat,et illud nouerit,quod humilitas uera,ministeriũ pluriũ est;sicut.n.qui pluribus ministrat uulneratis,& abstergit cuilibet saniẽ, non sumit ministeriũ in causam elationis, sic multo magis cui cõmissæ sunt curæ fraternorũ lãguorum, fit

omnium minister, redditurus pro omnibus rationem, cogitare A debet, & esse solicitus, & sic qui maior est, fiat sicut minister.

Bernardus in lib.2.ad Eugen. de Consid. Quis inquit se iam titulo hoc in gloria putet? quo se prior Dominus Ecclesiæ præsigniuit; meritò Paulus in eo gloriatur, dicens: In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modũ, in mortibus frequenter; Quoniam id gloriosius principatu, si gloriari oportet, gloria sanctorum tibi præfigitur, Apostolorum proponitur gloria, parua ne illa tibi videtur? Quis mihi tribuat similem fieri in gloria sanctorum? Quid Apostoli? quid Prophetæ? delegauere tibi, transmisere tibi, agnosce hæreditatem tuam in Christi Cruce, in laboribus plurimis; Fœlix qui dicere potuit, plus omnibus laboraui, si labor terret, merces inuitet.

Gregorius scribens Narso Patritio, ita de suo statu conquere B batur; Dum contemplationes altas describitis, ruinæ meæ mihi gemitum renouatis, quia audiui quod intus perdidi, dum foris ad culmen regiminis immeritus ascendi, tanto autem me perculsum mœrore cognoscite, vt vix loqui sufficiã; Et infra idem dicit: Quod me ad Episcopatus ordinem cognoscitis peruenisse, si me diligitis, plangite, quod ego incessanter defleo, atq; vt Deũ pro me exoretis rogo. Idẽ in Dial. lib. 1. in principio, Mœror quẽ quotidie patior, & sẽper mihi per usum uetus est, & ẽs per per augmentum nouus; infelix quippè animus meus occupationis suæ pulsatus vulnere, meminit qualis in ministerio fuerit: quomodo ei labentia cuncta subtererãt, quantũ rebus omnibus quę voluũtur, eminebat, & paulo post: At nũc ex occasione curę pastoralis secularium hoĩum negotia patitur, & post tã C pulchram quietis suæ speciem, terreni actus puluere fœdatur.

Idẽ in Epist. 30. lib. 7. ad Eulog. Epm. Alexãd. Indictione 1. Ego nõ verbis quęro prosperari, sed moribus; Nec honorẽ esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus nãq; est honor vniuersalis Ecclesiæ; Meus honor est fratrum meorum solidus uigor, tũc ego uerè honoratus sum, cum singulis quibusq; honor debitus nõ negatur; & paulo post: Recedant uerba, quæ vnitatem inflant & charitatem vulnerant.

Vita Prælati in officio.

In Epistola 1. Clement. ad Iacobum fratrem Domini habetur his verbis: Te quidẽ oportet irrepręhẽsibiliter uiuere, & sũmo studio niti, vt oẽs vitę huius occupationes abijcias, ne fideiussor existas, ne aduocator litiũ fias, neve ĩ ulla aliqua occupa

tione

A tione prorsus inueniaris mundialis negotij occasione prolixus; neq; etiam iudicem, aut cognitorem seculariũ negotiorũ hodie te vult ordinare Christus, ne pręfocatus præsentib. hominũ curis, non possis verbo Dei uacare, & secundũ ueritatis regulam secernere bonos à malis; ista namque opera quę tibi minus congruè superius exposuimus exhibeant tibi inuicem uacantes laici, & te nemo occupet ab ijs studijs per quæ salus omnibus detur.

Idem dixit in eodem loco: Tanquam qui omnibus te præesse noueris, singulos prout poteris iuua, & singulos releua, qui & singulorum onus, & solicitudinem portas.

Propterea hoc erit in eius officijs, ut Præsul præsit ad hoc ut prouideat, consulat, & seruiat, sic præsit, ut omnibus prosit.

B Bernardus ad Eugenium lib. 4. Consideres ante omnia Romanam Ecclesiam cui Deo authore præes ecclesiarum matrẽ esse, non dominam; te uerò non Dominum Episcoporum sed unum ex ipsis. Idem in Ioan. ultimo. Pascendas utique non premendas oues suscepisti, si bene considerasti quis sis? hæc te oportere facere non ignores.

Idem Bernardus. Ergo si Papa debitor est, curãdum summo perè & uigilantia considerandum tibi est, quomodo, & qui nõ sapiunt, sapiant, docendo eos, præcipuè futuris casibus prouidẽdo, ideo dicitur in c. in nomine, dist. 23. Vnde si placet fraternitati uestræ, debemus auxiliante Deo futuris casibus prudenter occurrere, & ecclesiastico statui ne recidiua, (quod absit) mala præualeant, præcauere; & plura de similibus leguntur exem-

C pla, ut in cap. cum Adrianus, d. 63. cap. conuenientibus, 1. q. 7.

Gregorius Mediolanẽsi Episcopo, lib. 6. Epist. 14. uel c. 178. docet qua prudẽtia subditorum quærelas dirimat, dum ait: De uestra igitur sanctitate absit à Christianorũ iudicio, ut ea quę à maledicorũ hominũ rumoribus cõficta sunt credamus, in qualicunque modulo suspicionis adduci, quia ex sacri eloquij testimonio tenemus, ut maiora mala cum forsitã dñr, nisi probata credi nõ debeãt, sed probata citius ulcisci et paulo post. Hęc igitur dixi, ut nimiæ esse leuitatis ostenderem, si quis mala grauia credere studeat, quæ probari nõ possunt, Vnde sanctitas uestra debet mentem suam à maledicorum hominum rumoribus atque obtrectatione disiungere & sola quæ æternæ uitæ sunt atq; ad utilitatẽ subditorũ proficiũt, cogitare: ex ca. in cũctis. 11. q. 3.

Tertia agibiliũ.

Pacẽ cõponit inter Principes Christianos Rom. Põtif.

Pacem inter Principes Christianos componit: nam hoc Dei A præceptum est, dum dixit: Pacem meã do uobis, pacem meam relinquo uobis. Ioan. 14. & Apostolus 1. ad Corinth. 6. Non uosmetipsos uindicãtes, sed magis iniuriam accipite, & magis fraudem patimini; & ex Gregorio & Origene in Homel. 15. super Iosue, ex c. Nisi bella, 23. q. 1. cui iudicio stare debent Principes Christiani, ut pax sequatur, ex quo in eorum institutione, seu assumptione ita iurauerunt seruare, ex Clement. 1. de Iureiuran. Numquam permittet Papa, fideles Principes cum infidelibus pacem componere, nisi suadente, uel impellente necessitate, ut quia infidelis esset fortior, & insuperabilis, ut dr̃ Ecclesiastici cap. 8. Ne resistas contra faciem potentis, ibi cap. 4. & in Deut. 6. & in l. 2. ff. de alienan. iud. mut. causa, dicitur: cũ potentioribus pares esse non possumus pacis fœdera cum illis inienda B sunt, uide etiam cap. frequens, de rest. spoliat. lib. 6. et per plures quos testatur Albericus in Repert. Rubr. de Hæret. q. 9. nu. 10. Nec martyrio debet eo casu se offerre, ne occasionem dare uideatur alteri iniustè agendi: quamuis qui iniustè agit tolerandus sit, ne maiora inferat damna, ex sent. S. Thomæ, 2. 2. quæst. 124. art. 1. ad. 3. & in 3. art. ad 1. & quolibeto 4. art. 20. inde, licet iniustè oppresso honestè agere, ut se liberet de manu potentis, 2. Corint. 11. & Act. 9. de Paulo Apostolo. Dauid aufugit à Saul. 1. Reg. 20. & plura etiam ibi refert Alber. quod Papa ad euitandum maius malum tolerat pacem inter fideles, & infideles Principes, ne tentetur Deus, nisi ipse Deus aliter reuelaret, ut in cap. si nulla, 23. q. 8.

Portat onera singulorum.

Papa itaque singulorum onera portat, pro communi bono C salutis; ideò appellat se seruum seruorum Dei, ut omniũ incommoda sustineat, ad Dei honorẽ, & Bellam. in prooemio Clem. num. 5. Propterea uigilat pro salute sua, & fratrum, ac filiorum suorum; omnes fideles dicuntur fratres Papæ 11. q. 3. ad mensam, uide cap. si Papa, dist. 40. Vnde si multitudine negotiorum fuerit grauatus, cõsilio dato Moysi utetur, Exodi 18. ubi ita legitur: Prouide de omni plebe uiros potentes, & timentes Deũ, in quibus sit ueritas; & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis Tribunos, & Decanos, qui iudicãt populum omni tempore quicquid autem maius fuerit, referent ad te, ipsi minora tantũmodo iudicent, leuiusque sit tibi partito in alios onere. Inde, & Petrus adiunxit sibi socios Linum, & Cletum, ut Ecclesiæ in-

Adiũgit sibi socios in causis.

commodis

A commodis eo expeditius consuleret, cap. 1. cap. si Petrus, 8.q. 1. Gregorius in cap. singula, dist. 89. ait: Singula ecclesiastici iuris officia, singulis quibusque personis committi iubemus; Et idem legitur in cap. 1. d. 94. Calixtus Papa I. in epist. 2. ad Episcopos Galliarum, ait: Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, ne præcipitemus consilia, & opera nostra, sicut ait B. Apostolus; & reliqua.

Partiēda sunt onera, & ideo vtitur consilio Cardinaliū pontifex.

Qua de re cum onera grauia, & multa sint, ideò partienda sunt, vt in cap. Inter cætera, de offic. ordin. nam vbi semper tumultus, vbi negotiorum continuus strepitus, ibi iugum seruitutis perimit, inde mandata cælestia efficacius gerũtur, si cum fratribus, & consiliarijs onera partiuntur. Cardinales cum Papæ Consiliarij sint, ideò cum ipsis sua communicat arcana, & Ec-B clesiæ ardua negotia, vt partito onere, ea tutius, & facilius expediantur; Abb. in cap. 2. de his quæ fiunt à maiori par. Capit. Felin. Dec. & But. in Rubr. de Constit. num. 52. Franc. in cap. super, de iureiuran. lib. 6. & in cap. super, de hæret. & ibi Gemin. lib. 6. Iacobat. de Conc. lib. 7. Art. 5. num. 117. Alban. de Card. q. 39. Barbat. in cons. 1. Ant. Burg. in cap. Canonum, de Constit. num. 110. Io. Crot. in Rub. de Const. lib. 6. num. 2. Andr. ab Exea ibidem, num. 177. & seq. Bellam. in cap. cum Ioannes, de fide instr. nu. 78. Riminald. in d. Rubr. de Const. nu. 76. & latius infra, de Cardinalibus.

Sustineat itaque Papa tot negotiorum difficultates patienter, vt ait Apostolus 2. ad Cor. 11. Sustinet libenter insipientes, eo quod sapientibus & insipientibus debitor est: Propterea di-C citur ab Apostolo: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, nam bonum opus est martyrium pro Christo sustinere, vt animæ saluentur, ex sententia D. Hieronymi, in verbis Apostoli. Bernardus ad Eugenium, de Consideratione; Quid sunt scilicet negotia huius mũdi, nisi afflictio spiritus, euisceratio mentis, euacuatio gratiæ, nam fructus horum quid nisi aranearum telæ. Inde tot Summi Põtifices martyrium passi sunt; alij in carceribus detẽti, alij ad insulas relegati, alij occisi sunt, vt ipsemet testatur Apostolus: vt in eorum vitis apud Scriptores passim habetur.

Miscet pietatem cum Iustitia.

Miscet etiam pietatem cum Iustitia, sicut dicit Ambros. in Serm. 8. in Psal. 118. ver. 2. In ipsa Ecclesiā, ubi maximè misereri debet, teneri quam maximè debet forma Iustitiæ, ne quis à

cõsortio cõionis uel criminationis abstractus, breui lachrymula, atq; ad tempus parata, vel ẽt vberioribus fletibus cõionem quãplurimis debet postulare tẽporibus, à facilitate sacerdotis extorqueat, nonne etiam cum vni indulget indigno, ad prolapsionis contagium prouocat uniuersos? facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi. Hoc etiam legitur in cap. est iniusta, 23. q. 4. A

August. in lib. Psal. 31. sic ait: Duo ista nomina cum dicimus, homo peccator, non vtique frustra dicuntur, quia peccator est, corripe, quia homo est, miserere, non ergo suscipiamus peccatores, propterea quia sunt peccatores: sed tamen eos ipsos quia & homines sunt, humana cõsideratione tractemus, persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem cõditionẽ, & infrà. Ne amisso iudicio sis pauperi in mala causa misericors, cuius si parcis saculo, percutis cor, & tãto nequiorem reddis, quanto iustum sibi fauere videt. B

Religio Christiana summa in Papa.

Consideranda etiam sunt ea quæ de religione apud cæteros inferiores dicta sunt Summo Pontifici conuenire, qui paratus sit rationem reddere omni poscenti de ea fide, spe, & ijs qui in eo sunt, sicut ait Apostolus ipse Petrus, 1. cap. 3. dum dicit: Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionẽ de ea fide, & spe quæ in vobis est; quibus virtutibus edoctus Petrus, crucem optauit, Linus capitali supplicio occiditur, Cletus martyrio coronatur, Clemens in mare proijcitur, Anacletus supplicio perimitur, & nonnulli eos sequentes. Alij ad animarum salutem diuersa ediderunt volumina, sicuti Clemẽs I. Gregor. multa edidit documenta de uita Christiana, Innocentius III. Innoc. V. Leo I. & similes, adeo, quod innumeris ornata est Sancta Sedes virtutibus; & donis, quę in Pontificijs ornamentis Aaron fuerunt designatæ. C

Quomodo Papa errare possit.

In executione sui officij & ipsius status considerandus est, quando errare possit, vel ne, quæ quidem quæstionibus omissis breui declarantur sermone.

Duo in ipso Summo Pontifice considerantur. Persona ipsius particularis vt scilicet priuata, & Sedes Apostolica in qua sedet, & illius est constitutus caput, ex D. Thoma, in quolibeto 8. vt refert etiam Turrecrem. lib. 2. cap. 12.

Quando nõ erret.

Quando itaque agit vti priuata persona, non vti Sedes Apostolica, tunc errare potest, cum sit viator, & non confirmatus in

gratia,

A gratia, ſicuti fuit Petrus, qui hac prærogatiua excelluit alios, poſtquam recepit ſpiritum ſanctum; cæteri vero qui eandem gratiam non fuerunt conſecuti, errare potuerunt, ſicuti errauit Marcellinus, dũ thura Idolis porrexit, & Formoſus Papa, quã do Concil. Stephani damnatus, & Ioan. IX. in Synodo Rauennæ reprobauit geſta à Stephano contra Formoſum. Ioannes XV. aduerſatur ſententiæ Nicolai III. circa paupertatem Chriſti, Salinianus Gregorij Sancti Pontificis operibus pijs aduerſatus eſt. Idem de Marino II. & Ioãne IX. & ſic de alijs, quę quidem operationes Sanctæ Sedis non ſunt, & ideò ſententiæ Papæ aliquando erroneæ fuerunt, quia errare poteſt in fide, tenendo in mente ſua malam opinionem; nam ſicut ait Turrecrem. in d. cap. 12. ad primũ aſſiſtentia ſpiritus ſancti promiſſa à Chri-
B ſto Papæ, non reſpicit illius ſingularem perſonam, ſed ſedem, & officium, vndè poteſt opinari malè de fide, ſed non iudicare, nec in ea errare, ſtante diuina promiſſione Ioan. 14. Papa itaq; dum vti Caput & Eccleſię Paſtor, circa fidẽ, & mores aliquid ſententialiter determinat, cuius determinatio ſanctam ſedem reſpicit, tenendum eſt firmiter, quod diuina prouidentia illius mentem regat, & eidem ſpiritus ſanctus aſſiſtat, ne Sancta Sedes & Eccleſia Catholica in errorem labatur, cuius vice tunc Papa ſententiam profert. Cyrillus Alexand. ait: Secũdum hãc Domini promiſſionem Eccleſia Apoſtolica Petri ab omni ſeductione & hæretica circumuentione immaculata manet, ſuper Præpoſitos, & Epiſcopos, & ſuper omnes Primates Eccleſiarum, ac populorum in ſuis Pontificibus in fide pleniſſima,
C & authoritate Petri; & ſimilia.

Leo IX. contra Michaelem: Non enim à Sede Principis Apoſtolorum tam per eundem Petrum, quã per ſucceſſores ſuos reprobata, conuicta, atque expurgata ſunt omnium hæreticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quę nec deficit, neque vnquam deficiet, ſunt confirmata.

Bernardus ad Innocent. dixit: Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala emergentia in Regno Dei, ea præſertim, quæ in fide contingunt: dignum namque arbitror, tibi potiſſimum reſarcire damna fidei, vbi nõ poſſit fides ſentire defectum, hæc quippè eſt huius Sedis prærogatiua, diuina inquam promiſſione hoc ita ſtatutum eſt, ut ait Dominus Luc. 22. Ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret ſicut

triticum:

triticum: ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & A tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos; Et Io.21. Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt; Et Matt. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

Hoc etiam in Sanctis Concilijs terminatum est, ut in Alexandrino sub Athanasio, Carthaginensi temporibus Bonifacij II. in epistola Synodali ad Felicem in magna Synodo Calcedonensi 6. & 8. Synodo generali; Immò, secundum Turrecrem. in d. lib. 2. cap. 109. ad sextum argumentum, quod casus non est possibilis, quod scilicet Papa definiret hæresim consumatam, aut aliquid contra fidem, ita, ut status Ecclesiæ de fide Catholica decoloretur: quoniam Deus hoc non permitteret, sed aliquo repugnaret obstaculo, ut ueritati, ac indemnitati Ec B clesiæ prouideret; Inde Anastasius Papa, cum uoluisset reuocare Achatium, diuinitus percussus fuit: nam Papa si talia contra fidem terminasset, esset hęreticus, & à seipso deponeretur, ut supra probatum fuit, & habetur in cap. Nouatianus, cap. factus, 7. q. 1. cap. nos, de off. uicar.

Præterea altercationes Pontificum non fuerunt in materia fidei, nec circa ea quæ sunt necessaria ad salutem, sed de causis iudiciarijs, & profanis, ut de Formoso certarunt Stephanus, & Ioannes potius in facto, quàm de fide; & in his quæ sunt facti, etiam Ecclesia errare potest, D. Thom. in quolibeto 8. & in 4. Sētent. distinct. 41. Sic Ecclesia nunquam in fide errauit, nec illud de eius capite legitur. Eusebius Papa Episcopis Tusciæ, Epist. 3. ait: In Sede Apostolica extra maculam semper est Ca- C tholica seruata Religio; & legitur in cap. in Sede, 24. q. 1.

Potestatum species. Prima est ordinis.

Considerat inde Papa, qualiter suam exerceat potestatem, quæ ut facilius elucescat, prius quot in Ecclesia potestates repeiantur dicetur. Exordietur itaque primo ab ordinis potestate, quæ fuit instituta à Saluatore nostro in Cœna, quam fecit cum discipulis suis, quum dixit: Hoc facite in meam commemorationem, & tunc fuit tradita potestas consecrandi, & offerendi Christi corpus uerum, & illius sanguinem, ut in Concil. Trid. Sess. 13. cap. 2. & 3.

Secunda ptās Iurisdictionis spūalis.

Secunda est Iurisdictionis Spiritualis, ut ligare, & soluere, Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt; Quæ

potestas

A potestas extenditur etiam ad potestatem baptizandi, D. Thom. in 3.p.q.71.art.3.Conc.Trid.Sess.14. Can.3.

Tertia est potestas temporalis Iurisdictionis, ut reddere ius subditis, infligere pœnas contumacibus & inobedientibus, ut excommunicare, & similia, quæ pariter à Deo fuit instituta, quando dixit: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, si te nõ audierit, & cætera, & in fine: Sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus; Matth. 18. & Petro fuit tradita, quando dixit Dominus: Pasce oues meas. Iacob. Acuin. de potest. Ecclesiæ, cap. 2. & 8. Augustinus de Anco. quæst. 1. art. 6. Biblioth. Sancta lib. 6. annot. 72.

Tertia potestas Iurisdictionis tẽporalis.

Quarta est Potestas Apostolatus, quam Dominus instituit quando dixit Marci cap. fin. Ite in uniuersum mundum, & prę B dicate Euangelium omni creaturæ.

Potestas Apostolatus.

Quinta est Potestas recipiendi temporalia, ueluti uictum pro labore præstito in uinea Domini, ut ipse Dominus dixit: Manducate quæ apponuntur uobis; Manete apud illos edentes, & bibentes, quia dignus est operarius mercede sua, secundum Apostolum 1. Corint.

Datur & alia distinctio potestatum: Pontificalis scilicet, & Regalis, ut in cap. Duo sunt, dist. 96. & 23. quæst. 3. Principes. Quæ quidem potestates, & omnes aliæ, si quæ sunt, cumulatissimè sunt in Papa, & in dignitate Pontificia resident, collatæ ei immediatè à Deo: & qui contra hanc ueritatem diceret, esset hæreticus; ita D. Thomas contra errores Græcorum, cap. 23. Conclus. 35. & in 3. p. q. 8. artic. 6. & in tract. de Rege, & cont. C Gent. Hieronym. ad Damasum Papam, & in Dialog. ad Lucifer. Chrysost. super Matth. cap. 16. Pelag. lib. 1. cap. 36. & 37. Spec. de legat. §. 6. num. 4. Gig. de Pens. quæst. 8. Artic. 4. & in Extrauag. Vnam sanctam, de maior. & obed. & August. de Anco. quæst. 5. artic. 8. Florent. 3. p. tit. 22. cap. 3. ubi plures enumerat potestates.

Oẽs potestates sũt in Papa.

August. in Serm. 16. de uerbis Domini: Cæpisti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligas eum in terra; sed ut iustè alliges, uide: nam iniusta uincula dirumpit iustitia, cum autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluisti illum in terra, cum solueris in terra, solutus erit in Cælo.

Gregor. hom. 26. in Euang. Ipse ligandi, atque soluendi potestate se priuat, qui hanc pro suis uolũtatibus, & nõ pro subie- ctorum

Forma exercendi potestatem.

ctorum moribus exercet. Leo Papa, in Serm. 3. sui Anniuerſ. A ait: Manet ergo Petri priuilegium, vbicumq; ex ipſius fertur æquitate iudicium, nec nimia vel ſeueritas, uel remiſſio, ubi nil erit ligatum, nil ſolutum, niſi quod B. Petrus, aut ſoluerit, aut ligauerit.

Quapropter Papa iuxta Domini præceptum ſua utitur poteſtate, conſiderandum quod dicit Gregorius in homil. 26. in Euang. Iudicare de ſubditis dignè nequeunt qui in ſubditorum cauſis ſua, uel odia, uel gratiam ſequuntur (& paulò inferius) dans regulam Prælatis, quod ipſi delinquentes non abſoluant, niſi prius uiderint peccatum à Domino eſſe remiſſum; ita dicit: Tunc uera eſt abſolutio præſidentis, cum æterni ſequitur arbitrium Iudicis; quod benè quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignificat, quæ uidelicet demõſtrat, quia prius mortuũ Dominus B ſuſcitauit, & uiuificauit dicens: Lazare ueni foras; & poſtmodum is qui uiuens fuerat egreſſus, à Diſcipulis eſt ſolutus. In fine concludit: priuilegium omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

Auguſt. in ſerm. 6. de uerb. Domini: qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, ſed quid ſi illud iubeat quod non debeas facere, hic ſanè contemnit poteſtatem, non timendo poteſtatem.

Papa mã data Dei custodit.

Pontifex cum Deo ſeruit, eius mandata cuſtodienda mandat. Fabianus Papa epiſt. 2. omnibus Epiſcopis: qui omnipotentem Deum metuit, nec contra Euangelium, nec contra Apoſtolos, nec contra Prophetas, uel ſanctorum Patrum inſtituta aliquid ullo modo agere conſentit. Inde Dei mandata cuſtodit, ampliat, & interpræatur, & ex cauſa limitat. D. Thom. in quolibeto 49. art. 3. ad 1. 2. & 3. Pelagius lib. 1. cap. 59. Flor. 3. par. tit. 22. cap. 6. §. fin. Zabarella in Clem. 2. de pœnit. nu. 3. Ancharan. Conſ. 124. Corrad. in lib. 2. de Papa, cap. 2. §. 4. Mend. Reg. 2. quæſt. 2. num. 6. C

Priuilegia quomodo concedat.

Ideo non permittit ut Eccleſię ſtatus decoloretur. Pelag. lib. 1. cap. 59. colum. 2. Rom. Conſ. 345. Ius naturali & ſuorum prędeceſſorum Conſtitutiones cõfirmat, uel in melius mutat; uel ſuadente cauſa limitat. Doct. in cap. Priuilegia, 25. quæſt. 1. Pelag. lib. 2. cap. 14. col. 4. Inde dum Priuilegia concedit, aliorum ſtatum conſeruat, & nemini damnum infert. Gregor. in lib. 7. epiſt. 115. ut in cap. Eccleſiaſticus, cap. cum piæ, 25. q. 2.

In Concil. generali Conſtitutiones facit, Rubricas ordinat,

Concilia

A Concilia probat,& legem publicat,Domin.post Glos.in c.ubi periculũ,de electione,lib.6. Franc.in cap. Felicis,de cens.lib.6. nu.1.& in d.cap.ubi periculum, Rom.in Sing.419. Pedemõt. Decisio. final. Clar.in §.fin. q.4. uersic. ad quid.

Circa Cõcilijs quid possit.

In beneficialibus absolutus est administrator, ideo ædificat Ecclesias,& illas perpetuò conseruat, illarumque bona ad Religionis augmentum custodit,& ne conuertantur ad profanos usus diligenter intuetur, cap. nulli, de Reb. Ecclesiæ non alienand.cap.non licet Papæ,causa 12.quæst.2.cap.20.& in capit. constitutus,de Rescrip.nu.9. & in cap. constitutus,de religios. domib.num.16. & 17. & Abb.ibi, Archidiac.in cons.88.nu.3. D.Thom. in 2.2. quæst.100. art.13. Biblioth.Sancta,lib.6.annot.32.Ias. l. Barbarius,ff. de offic.Præt.num.39.Corrad.in d. B lib.2.cap.2.Mendos.in d.Reg.quæst.1.num.1.Nauar.in Apol. quæst.1. nu.6. & de Spol.§.2.num.11.Sarnens.de redd.benef. par.1. cap.5. num. 15.

In beneficialibus quid possit.

Propterea beneficia mœrentibus, & habentibus requisita iuxta Christianæ Religionis statũ confert, ideo dicit Ambr.in lib. de Offic. Si talem te debita deuotione Deo dicasti, nec.n. propterea te Deo dicasti, ut tu illos diuites facias,sed ut tibi uitam perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata tua redimas.Putant se paruum poscere precium cum uitæ suæ contendunt adimere fructum, & accusant quod eos diuites non feceris, cum te uelint illi parentes æternæ uitæ fraudare mercede.

Beneficia quibus cõferat, & qualiter illa dispẽset.

Ideò pluralitatem beneficiorum ultra uictum uni tantum C non permittit,nec incomparabilia, nec alia cuiuscunque status sint,cum ualde felix sit ille censendus, qui unam Ecclesiam benè,ac fructuosè,& cum animarum sibi commissarum salute regere potuerit, ex Cõc.Trid.Sess.7.cap.11. de reform.& antea ex Conc.Lateran.2.cap.29.sub Innoc.III.& ex eodem Conc. Trid. in Sess.7. cap.4. & Sess.24. cap.17.ubi dicitur: Statutum est in posterum; ut unũ tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad uitam eius, cui confertur honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodò utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferre.

Pluralitatem beneficiorum non permittit.

Licet Papa his legibus non subiaceat,tamen ut suorum antecessorum Constitutiones non uiolet,sic uoluntate sua se illis su-

Papa non subiacet legib⁹ sed illis seruit.

bijcit,

bijcit, ut legitur in l. Digna uox, C. de legibus. Digna uox est A maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri, adeo de authoritate iuris nostra pendet authoritas, & re uera maius Imperio est, submittere legibus Principatum, & oraculo præsentis edicti quod nobis licere non patimur, alijs indicamus.

Ideo sancti illi Pontifices Clemēs IIII. & Celestinus V. nec suis consanguineis passi sunt beneficia ultra uictum concedere, ut refert Pelag. lib. 2. cap. 15.

Simoniā detestatur. Tanquam fidelis dispensator bonorum Ecclesiasticorū multa considerat Papa, & in eorum dispensatione omnem Simoniæ labem detestatur, quæ licet in beneficijs habentibus ordinis administrationem & clauium executionem ut in Episcopatibus & beneficijs curatis, Simonia interuenire possit, attamen B plena potestate in eorum dispensatione Papa si uteretur, euitaret Simoniam. Abb. in cap. 1. de Simon. D. Tho. in 2.2.q.100. art. 5. & in 4. Sentent. dist. 25. art. 5. Card. S. Sixti de potest. Papæ, quęst. 65. de Communi. August. de Anco. quæst. 5. art. 3. Pelag. lib. 2. cap. 14. Iacob. de Concil. lib. 4. an in Papam cadat Simonia, art. 4. Viuius commun. opinionum, in Opinio. 724. nu. 5. qui tenent, quod in illis etiā à Papa committi possit Simonia; Idcirco considerat, quatenus illam ipse detestatus est.

Erigit Ecclesias. Ecclesias quascumque de nouo erigit, & erectas alijs unit, prout ad diuini cultus augmentum ei expedire magis uidebitur. Abb. in cap. proposuit, de præbend. Speculator de legat. §. 6. num. 2.

Potestas Pōtificis circa Regulares. Regulares cuiuscunque ordinis & Religionis de nouo erigit, ampliat, reformat, sicut uiderit oportunum, minuit etiam C & auget. Nouitijs tempus probationis concedit, & plenam in eos omnes exercet potestatē. Abb. in cap. super, de Regularib. num. 6. Felin. in cap. ad nostram, de appellat. Oldrad. in Cons. 265. & seq.

Papæ Potestas à Deo. Concludendum ergo est Papæ potestatem maiorem esse omnibus alijs, & nullam sibi habere æqualem: quia immediatè est à Deo ut spiritualiter ita & temporaliter, deriuatiuè tamen est apud alios, propterea nullum nisi Deum recognoscit in Dominum. August. de Anco. q. 3. artic. 3. quæst. 5. art. 8. quæst. 36. art. 3. Pelag. lib. 1. cap. 7. & cap. 30. Flor. 3. parte, tit. 22. per totum. cap. libellis, d. 20. cap. nolite, d. 11. Corrad. in lib. 2. cap. 1. §. 3.

uersiculo,

A uersiculo, pallium. Inde Adagio fertur, quod adæquat quadrata rotundis, Gamb. in cap. licet, de rerum permut. lib. 6. nu. 39.

Pontifex Summus an habeat vtrunq; gladij potestatem.

Nec reducendum est in dubium, an Pontifex habeat utrumque gladium, spiritualem in toto mundo, & temporalem simul, sed spiritualem semper habet in actu, temporalem extra terras sui imperij, saltem in potentia, & hoc adeò uerum est, ut in eam sententiam concurrant omnes Canonistæ; & omissis alijs scriptoribus, ita concludunt Restaur. Perus. in tract. de Imperator. quæst. 50. Director. Inquisit. par. 1. Comment. 1. Corrad. lib. 2. cap. 1. quæst. 1. uersiculo, ex commentis, Viuius in Opin. 369. Bellarm. Tomo 1. de Rom. Pontif. lib. 5. cap. 6. & seq. Nec obstant allegata à Nauarro, in cap. Nouit, de iudic. cum ipsius authoritates, & rationes potestatem Papę non minuant, B nec augeant, qui depẽdet à Deo, ut dictum est, & humanis modo subiacet legibus; ut infra de Imperatore dicetur.

Creat Cardinales Rom. Põtif. solus.

Creat ipse solus Cardinales, & illos conseruat. Ant. Burg. in Rubr. de Constit. nu. 102. & 103. Abb. in cap. 2. de Cler. non resid. nu. 3. Felin. in Rubr. de Const. Corrad. in lib. 1. cap. 1. § 4. uersic. 29. & lib. 2. cap. 2. §. 3.

Papa duplici modo vtitur sua potestate.

Papa utitur sua potestate duplici modo; uel absolutè, aut ordinariè; absolutè, dum derogat legibus tollẽdo eas; ordinariè, quando in suis dispositionibus utitur legibus; inde datur Regula, quod Papa utitur consilio Cardinalium, quando suis uult uiuere legibus, quia suæ leges hoc ordinant, cap. Ad Apostolicam, de re iudic. lib. 6. cap. 1. de Schismat. lib. 6. at si plenitudine suæ potestatis uti uoluerit, tunc absque ullo Cardinalium consilio disponit, cum eius potestas sit à Deo, non à Cardinalium Collegio, ita D. Thom. in 2. 2. quæst. 100. art. 1. ad tertium, Innoc. in cap. nouit, de sentent. excom. Augustr. de Anco. q. 1. art. 1. & 8. Nauar. de spol. §. 9. num. 2. & 4. & §. 10. Rodoan. de reb. Ecclesiæ non alienan. q. 44. & 45.

Quando utatur cõsilio Cardinalũ.

C In dubio non censetur uti plenitudine suæ potestatis. Innoc. in capit. innotuit, de elect. Felin. in cap. 1. de Constr. nu. 27. cap. causam, de test. num. 3. Hanc quæstionem examinat Illustrissimus Cardinalis Paleot. in Tract. de Sacro Consist. Consultat. par. 1. q. 3. art. 2.

Considerat enim Papa, quod in arduis negotijs, prudentum uirorum consilio uti, non sit inane, immò id & naturale ius, & honestas ipsa debita suadet, ut infrà de Consiliarijs dicetur;

Præterea,

Præterea, cum Cardinales sint Papæ Consiliarij, *illis uti* consul A tiuè, non authoritatiuè, non esset inconueniens. Hostiens. in cap. ad liberam, de iud. lib. 6. Rom. cons. fin. nu. 18. & 20. Bald. in l. cum multa, C. de bonis quæ liber. & legitur in formula professionis fidei Summorum Pontificum, in Bibliotheca Vaticana, his verbis: Si quæ verò emerserunt contra canonicam disciplinam, ego cum filiorum meorum S.R.E. Cardinalium consilio doctrinæ, & rememoratione ministerium meum geram, & emendare curabo; Hæc ille. Idem legitur in cap. fundamenta, §. Decet, de elect. lib. 6. Glos. in cap. Ad Apostolicam, de re iud. lib. 6. Felin. & Dec. in Rubr. de Constit. latiùs infra, de Cardinalibus dicetur.

Oĩs creatura rationalis subiacet Papæ.

Quapropter non solum omnis fidelis Populus, uerum etiam infidelis, ac omnis rationalis creatura Papæ imperio subiacet, B & nemini eum impugnare permittitur, immò ab omnibus uenerandus est, & singuli eidem obedientiam præstare tenentur. Felin. in cap. si quando, de Rescript. num. 18. Doct. in cap. Nouit, de iudic. August. de Anco. quæst. 22. artic. 1. & 2. & quæst. 23. art. 1. & 2. Pelag. lib. 1. cap. 25. 28. 36. 38. & 78. Flor. in d. 3. par. tit. 22. Biblioth. in lib. 6. annot. 2. & 269. & 277. & ita terminatum fuit in Conc. Constantiensi, Sess. 8. artic. 36. & Concil. Flor. tempore Eugenij IIII.

Cur Papa adoretur & ad pedes oscula recipiat.

Hac de causa ab omnibus fidelibus recipit adorationes, prostrationes, & oscula pedum; August. de Anco. q. 9. art. 1. Ioan. Roffens. art. 25. Florent. 3. parte, tit. 2. cap. 1. Astens. Lana, lib. 6. tit. 39.

Licet adorationes soli Deo conueniant, ut legitur in primo C præcepto Decalogi, quod ita Deus præcepit; & in Hester, cap. 13. quod Mardocheus ita dixit: Scis quia non pro superbia, aut aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorem Aman superbissimum, libenter enim pro salute Israel paratus essem deosculari vestigia pedum eius, sed timui, ne honorem Dei mei, transferrem in hominem, ut ne quemquam adorarem excepto Deo meo. Apocalyp. 22. habetur: Cecidi ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hoc ostendebat, & dixit mihi: ne feceris; & paulo post. Deum adora; Et ideo multi mortem passi sunt, ne statuam Nabuchdonosor adorarent, cap. non inuenitur, 23. quæst. 4. Tamen & in ministris suis Deus uoluit adorari, vt legitur de Abigail, & Dauid, de Abdia, qui curuauit genu

coram

A coram Helia, & precatus est eum, 1. Reg.24. Dauid adorauit Saulem, Iudith Holofernem, Iudith 10. iuxta D. Apostoli Petri præceptum, tales regibus permittuntur adorationes, 1. cap. 2. Subditi estote in omni timore Dominis. & cap. solitæ de maior. & obedient.

Inde datur triplex adorationum species: Latriæ scilicet, Duliæ, & Hyperduliæ. Latriæ adoratio conuenit soli Deo, quæ dicitur actus virtutis religionis, quæ exhibetur illi, vti Creatori, & fini vltimo, vt in Deut. 16. Matth. 4. & Luca 4. Alia quæ dicitur Dulia, est illa reuerentia, quæ exhibetur à seruo Domino, & se extendit ad omnem reuerentiam quę exhibetur alicui vel ratione dominij, seu superioritatis, vel excellentiæ, qua adorantur Angeli, sancti, & huiusmodi ueneramur etiam Recto-B res, & Principes; ita intelligitur de Nathā Propheta, & Dauid, 2. Regum, & Abraham Angelos adorauit Genes. 19. Vndè, Papæ tanquam Ecclesiæ Pastori, & illius Sanctæ Sedis Præsuli, & ratione dominij, & excellentiæ, Duliæ tribuitur adoratio; Innoc. in tract. de celebratione Missę, lib. vlt. cap. 6. & ex Constit. Iulij II. de Simoniaca Papæ elect. sic recipit Pontifex adorationes, & prostrationes, deosculationes pedum, licet non sine mysterio deosculetur aliquando ad os, ad pectus, ad humeros, ad manus, ad brachia, genua, & ad pedes, Restaur. de Imper. quæstione 64. in fine.

Quomodo Papa adoretur.

Tales adorationes denotant reuerentiam, & obedientiam, ex Ioseph. Stepha. de adoratione pedum, c. 5. Inde Leoni IIII. anno Domini 847. primo deosculati sunt pedes; Hoc idem fuit C seruatum Ioanni XVI. cuius pedes etiam seditionis authores osculati sunt. Gregor. VII. inter priuilegia Pontificis hoc posuit, vt ex eod. Stepha. capit. 8. Tale itaque institutum ex Christi imitatione venit, cuius pedes deosculabantur, ex eod. cap. 3. qui plura ibidem refert.

Portatur etiam Papa humeris populi; quod institutum etiā inter Imperatores electos olim fuisse seruatum legimus ex Claudiano, dum dixit:

Quare Papa portetur humeris.

Sed mox cum solita miles te voce leuasset;

Fuit autem mos Romanorum, vt quem fecissent Imperatorem, in altum eleuarent; Ammianus Marcellinus, lib. 20. de Iuliano, Cornelius Tacit. lib. 20. Cassiadorus, lib. 10. variarum form. Herodian. lib. 7. In Ecclesia Romana hoc idem seruatum

fuisse habetur. Primo, Ennodius Diaconus in 5. Synodo appel- A
lat sedem Pontificis, gestatoriam sellam. Stephanus Papa II.
fuit humeris delatus in Basilicam S. Saluatoris. Plat. in vita
Stephani. Leo I. postquam fuit assumptus in Ecclesia Sancti
Petri ad summum sacerdotium, facta consecratione attolli-
tur. Gregor. IX. tectus gemmis ducitur ad Lateranensem Ec-
clesiam, ex Luitprando lib. 6. cap. 2. In electione S. Damasi Pa-
pæ dicitur, quod Pontifices Romani dignitatis causa cum defe
runtur per Vrbem, hoc factum esse, vt testatur Stephan. ut pos
sent commodius populo benedicere, & oues sibi concreditas
prospicere, & vt commodius ab omnibus spectantibus videri
possint & venerari. Vlteriùs, addimus, vt illius supremũ Impe-
rium denotetur, & quod omnes illius potestati subiacent, cap.
solitæ, de maior. & obedient. cap. per uenerabilem, extra, qui fi B
lij sint legitimi. Necnon tamquam Ecclesiæ Paranimphus, &
minister Christi ita ab omnibus veneratur, ex Bernardo ad Eu
genium, de Consideratione; & honoratur tamquam Ecclesiæ
caput, quod superior est pars corporis. Chrysostomus in Ioan.
cap. fin. dicit his verbis: Vt loco mei esto præpositus, & caput
fratrum tuorum, & ipsi loco mei te assument vbique terrarum,
teque in throno tuo sedentem prædicabũt, & cõfirmabũt; Hæc
ille. Necnon sicut in sede inthronisatur, ita & in sede defertur,
vt eo magis honoretur, cap. in nomine, dist. 23. atque ad deno-
tandum quod omnis creatura Papæ supposita est, Innoc. in ca-
pit. 1. de Constit. ad significandum pariter quod sit Apex Apo-
stolatus, cap. oportebat, dist. 79. & sicut summus, & maximus
est, ita summo honore sine diminutione ab hominibus venera C
tur. Ioan. Quint. in Repet. cap. Nouit, de iud. num. 36. necnon
ut omnibus prima Sedes demonstretur, cap. prima sedes, d. 99.
atque ad demonstrandum quod omnes populi & colla submit
tere tenentur, cap. Valentinianus, dist. 69.

Portatur humeris, ne lapides offendant pedes eius, cum
sint pretiosi pedes euangelizantium pacem, & bona, ut dixit
Apostolus; ideo dicitur, quod gloria, & honore coronantur,
Gloria, dum & Beatus, ac Beatissimus, Sanctus, & Sanctissimus
appellatur; Venerationis honore, dum deosculãtur pedes eius,
adoratur, & hominum humeris portatur.

Coronæ Tapeque. Coronatur authoritatis excellentia; cum ipse omnes iudi-
cet, & à nemine nisi à Deo iudicetur; ideò in signum Imperij
& Regni,

A & Regni, vtitur in capite Regali Diademate; In signum Sacerdotij & Pontificalis maiestatis, utitur Mytra. Innocent. in Sermone in fest. Sancti Syluestri, Florent. 3. parte, tit. 22. cap. 1. in 1. Steph. Duran. de Ritibus Ecclesiæ, lib. 2. cap. 9. nu. 36.

Immò eius indumenta tanto sunt honore digna, quod qui illis uteretur, magnum committeret sacrilegium, & pœna capitali plectendus esset, ex Corrado, lib. 2. cap. 2. de Papa. Viuius in Opin. 540. num. 3.

Papa resi-det Romæ.

Considerat pariter locum esse deputatum ubi Sancta Sedes resideat, qui hodie Romæ est; inde dicitur, quod Deus suas sedes habet in terra; Ierosolymam, & Romam, cap. per uenerabilem, de elect. & legitur, quod Saluator noster, Petrum ab Vrbe fugientem, ad Vrbem reuocauerit, dum Petro Dominus B apparuit, dixit Petrus: Domine quo vadis, cui Christus respondens ait: Romam, iterum crucifigi; quibus monitus Petrus, ad Vrbem redijt, & martyrio coronatus fuit, & Roma facta est aliarum Ciuitatum caput. Bellarm. lib. 2. de Romano Pontif. Tomo 1. uide cap. per uenerabilem, §. rationis, qui filij sint legit. Licet aliquando fuerit in Galliam translata à Clemēte V. qui cum extra Curiam degens in Gallia esset creatus Pontifex Viterbij ex Burdegala cuius erat Archiepiscopus Lugdunum profectus Cardinales omnes ad se uocauit, & tunc Sedes ad Gallos fuit translata, Anno salutis 1306. ubi ad septuaginta annos remansit, magno cum Christianorum incommodo. At succedente tempore, Gregorio XI. dum audiret Italiam, & Romam multa pati bellorum, & seditionum incommoda, C decreuit ad Vrbem redire, suasione etiam cuiusdam Episcopi vt Plat. his uerbis refert: Existimauit autem Gregorius Pontifex omnia mala, quæ in Italia committebantur, sua absentia fieri, naufragiumque tam diuturnum absente Gubernatore committi, de profectione sua ad Italiam Vir bonus, diu multumq; cogitare cœpit: sed ipsum maximè mouere cuiusdam Episcopi uerba, qui interrogatus à Pontifice dum simul loquerētur, cur non rediret ad Ecclesiam suam, quam haud par erat tamdiu sine Pastore nudam relinquere; cur inquit, tu summe Pontifex, cæteris exemplum daturus tuum Episcopatum non repetis, Ecclesiamq; Romanā; Motus his verbis Pontifex paratā classem in Rhodano unius & uiginti triremium alio se iterum simulās, ne à Gallis retineretur si ipsum profecturum ad Vrbē intelle-

Translatio Sedis in Galliā.

Translatio Sedis in Vrbē.

xiſſent,(ipſam namque Curiã emolumenti cauſſa in Galliã uo A lebãt)cõſcẽdit; Genuã itaque primo, inde Cornetũ contendit, vnde terreſtri itinere nauigationis pertęſus, iſtius pręſertim, Romã peruenit anno Domini 1376. Idibus Ianuarij Pontificatus ſui anno 7. migrationis verò Romanæ Curiæ in Galliam anno ſeptuageſimo. Hæc ille. Ibi poſtea ſemper permanſit.

Conſiderationes pro cõcluſione operis D. Bernardi de Papa.

Vltimo pro Summi Pontificis ſtatu conſiderandũ erit quod Bernar. in ſuis Conſiderationibus ad Eugenium Papam reſcripſit, dum dicit: A te ipſo incipiat conſideratio tua, non ſolum autem à te, ſed in te finiatur, quocumque euagetur, ad te reuocaueris eam cum ſalutis fructu: ſic exeat, ut te non deſerat; contra ſalutem propriam cogites nihil, minus dixi contra, præter dixiſſe debueram, quicquid ſe conſiderationi offerat, quod non quoquo modo ad tuam ipſius ſalutem pertineat reſpuendum, B & hæc tui conſideratio in tria quædam diuidatur, ſi conſideres quid, quis, & qualis ſis, quid in natura, quis in perſona, qualis in moribus, ſeu uita. Conſiderandum quid ſis occurrit, quia homo, animal ſcilicet rationale & mortale, & ex hac conſideratione tibi fructus occurrit, vt mortale quod in te eſt, rationale humiliet, & rurſus, rationale mortale confortet; (& infra) Conſidera quis ſis, quia ſcilicet Pontifex Summus, & nunc audi canticum meum, equidem minus ſuaue, ſed ſalutare. Moſtruoſa res, gradus ſummus, & animus infimus, Sedes prima, & uita ima; lingua magniloqua, & manus ocioſa, ſermo multus, & fructus nullus, uultus grauis, & actus leuis, ingens authoritas, & nutans ſtabilitas. Admoue ſpeculum, inſpice tamen, & tu ne forte & ſi ſit unde meritò placeas tibi, etiam in quo debeas diſplicere non deſit; (& infra.) De cætero conſiderare oportet, te C eſſe iuſtitiæ formam, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exẽplar, aſſertorem ueritatis, fidei defenſorem, Doctorem gentium, Chriſtianorum ducem, amicum ſponſæ, ſponſæ paranimphũ, Cleri ordinatorem, Paſtorem plebium, magiſtrum incipientium, refugium oppreſſorum, pauperum aduocatum, miſerorũ ſpem, tutorem pupillorum, iudicem uiduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, ultorem ſcelerum, bonorum gloriam, uirgam potentum, malleum tyrannorum, Regum patrem, Legum moderatorem, Canonum diſpenſatorem, orbis terræ lumen, Sacerdotem altiſſimi, Vicarium Chriſti, Chriſtum Domini, poſtremò, Deum Pharaonis, intellige

Bernard. lib. 2. de conſid. ad Eugeniũ circa medium.

quæ

A quæ dico; (& infra.) Non eris innocens, si aut punias eum cui fortè parcendum esset, aut parcas ei qui fuerit puniendus; In tribulationibus quoque qualem te inueneris nolo dissimules, te constantem in tuis, dolentem in alienis, gaudium recti cordis hoc est: fugienda est etiam ociositas, mater nugarum, nouerca virtutum, quæ inter seculares nugæ sunt, in ore sacerdotis blasphemiæ, interdum tamen si incidant ferendæ fortassis, referendæ numquam: (& infra.) Hæc inquam circa te sunt, Clerus, & populus tuus, cui spiritualiter Episcoparis, ac per hoc specialis curæ teneris debitor. Hi quoque qui tibi quotidie assistunt seniores populi, orbis iudices, & qui item de domo, & mensa tua sunt, capellani, cubicularij, ministri, quique diuersis deputati officijs in obsequium tui, hi sunt qui non verentur suscitare dilectam, & ante quam ipsa velit; Primò quidem Clerum illum ordinatissimum esse decet, ex quo præcipuè in omnem Ecclesiam Cleri forma præcessit; deinde quod perperam agitur te presente, id tibi turpius, (& infra.) Non te moneo summis occupatum, intendere infimis, & minimis spondere quod magnis debes, ac illa per te agens, per te etiam oportet prouideas qui pro te de his prouideant, vacuum prorsus à solicitudine rerum minorum & vilium oportet esse animum, tam magnis, tam multis intentum rebus, oportet esse liberum, quem nulla sibi vendicet violenta occupatio, oportet esse ingenuum, quem nulla deorsum trahat indigna affectio; oportet esse rectum, quem nulla seorsum auertat sinistra intentio, oportet esse cautum, quem nulla subeat furtiua suspicio, oportet esse vigilem, quem nulla à sese abducat peregrina, & curiosa cogitatio, oportet esse firmum, quem nulla concutiat repentina turbatio, oportet esse inuictum, quem nulla fatiget vel continua tribulatio, oportet esse amplum, quem nulla coerceat rei temporalis amissio, his te non dubites, & bonis priuandum, & feriendum malis. Quædam per temet facias, quædam per te, & alios simul, quædam per alios, & absque te; non est quod inter ista dormitet consideratio tua. Quærendus proinde fidelis, & prudens, quem constituas super familiam tuam; fidelis, ut non fraudet; prudens, vt non fraudetur; ita timori sit omnibus, & vtiliter præsit omnibus, & omnibus prosit, & de omnibus clandestinas, & susurratas delationes nō recipias aduersus eum, sed magis detractiones censueris; & hanc velim generalem tibi con-

Bernard. in principio lib. 4. de Cōsid.

stituere regulam, ut omnem qui palam uerentur dicere, quod A in aure locutus est, suspectum habeas. Hæc Bernardus, & plura ibi cumulatè. Sed ista sufficiant pro præmissarum omnium conclusione.

DE CARDINALIBVS Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

De Cardinalium origine, & institutione, tam in officio, quam in nomine; ac de eorum nominibus, & epithetis, de quoue gremio assumantur, & qualiter à Papa creentur. Cap. V.

EA est Religionis Christianæ uirtus, ut tales in B Ecclesia constituãtur pastores, & generẽtur filij, quales illius Maiestas, ac amplitudo postulat: requirit enim, vt eorum uirtutibus, meritis, & exẽplis taliter decoretur, qualiter cuilibet iudicium sit, quod extra illam nulla doctrina firma, felicitas ve, aut bonitas aliqua reperiri possit. Quapropter statum, & gloriam suam non solum illius Summi Pontificis diuina institutio manifestat, verum etiam & eiusdem Cardinaliũ Cõsiliariorum præstantia, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum (qui ecclesiæ columnæ existunt) gloria, ac singulorum Sacerdotum, illustrant; Non immerito modo, de ea Religione, quæ Cardinalibus propria est, (ex quo de Religione sermonem sumpsimus) in præsenti considerandum erit, vt C qui in Ecclesia Catholica Saluatoris nostri Collegium Apostolicum sub purpurea cruẽtaq; veste imitari gloriãtur, illius sciãt religioni vsque ad Sanguinem esse ascriptos, ut tamquã à Deo vocati, eandem Ecclesiam Sanctam omni postposita cura ueneretur, & protegant. De Cardinalibus multi, & præcipuè scriptores nonnulla tradidere ita cumulatè, ut nil ulterius in hac materia desiderandum sit, tamen non ea intentione quam modo sermo amplectetur meus; idcirco perutile erit, ut ex pluribus dispersis hincinde, unus compleatur sermo. Tractarunt autem de Cardinalibus Martinus Laudens. Gundissaluus Villadiego, Andræas Barbatia, Hieronymus Manfredus, Hieronymus Albanus Cardin. Nicolaus Boerius, Petrus Andr. Gammara,

Card. Patriar. Archiep. & Episcopi Ecclesiæ columnæ.

Doctores tractãtes de Cardinalibus.

A mara, Ioãnnes Brunelli, Onufrius Panuinius, Iacobatius de Conc. Io. Eckius, Thomas Valdensis, Cęlius Rodigin. in Lect. antiq. Card. Aræcæli, in Theol. instit. Pelag. lib. 2. cap. 16. Flor. 3. p. tit. 21. cap. 1. Turrecrem. lib. 1. ca. 80. & seq. Summa de Ecclesia. Necnon Canonistæ diuersimodè loquuti sunt, ueluti in cap. per uenerabilem, ext. qui filij sint legitimi, & Clement. Ne Romani, de elect. & in cap. oportebat, dist. 79. cap. in nouo, d. 23. &, sic de alijs; Plura itaque apud eos reperta sunt (diuisim tamen) quæ summum Cardinalium statum ostendunt; At ut à principio exordiamur sermonem, illorum primam considerabimus originem, & institutionem, quam (ut eorum sententiam sequamur) omnes potius diuinam (figuratiuè saltem) quã humanam appellant. Laud. q. 7. Barb. quæst. Basilica, nu. 70. Turre B crem. in d. lib. 1. capit. 80. & sequentes communiter allegati, quod & sacris literis comprobare nituntur; at prius paulo altius exordiamur, ut controuersiæ de Cardinalium origine tollantur, quod scilicet in Cardinalium statu duo præcipua considerantur: nomẽ, & officium; Inde dum Doctores Cardinalium statum describunt; dicunt nil aliud esse, quã officium cum dignitate. Mart. q. 17. Barb. in 1. quæst. num. 33. Bald. in cap. bonæ, el primo, de post. prælat. Primo etenim de officio inquirimus institutionem, quam multi affirmare sunt ausi habuisse originem in ueteri lege ab illis scilicet Sacerdotibus (ita nuncupatis) Leuitici generis, qui Moysi a Domino in eius regimine fuerunt sociati, ut illi assisterent, consulerent, & operam in minoribus causis præstarẽt, ut est textus in cap. per uenerabilem, extra qui C filij sint legit. quem omnes allegant; Vlterius prædicta confirfirmantur institutione Apostolica, de qua Doctores triplicem tradunt considerationem, dum triplicia tempora distinguunt, propterea primum tempus considerant ante Ascensionem Saluatoris nostri, quo & iam erat Collegiũ Apostolorũ institutũ à D. N. Iesu Christo, ut in Luca 22. Dominus dixit: Vos estis, qui permansistis mecum in tribulationibus meis, & ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus Regnum, ut sedeatis super thronos iudicantes duodecim Tribus Israel. Secundum tempus post Saluatoris nostri Ascensionem, ante tamen Apostolorum separationem, dum Petro assistebant in onere commisso. Tertio, post separationem: Nam Petrus ut Domini præceptum adimpleret qui dixerat Marci cap. fin. Euntes per uni-

De origine Cardinalium.

In Cardinali consideratur officiũ & nomen.

Apostolorum triplex status.

uersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. A & similia; Diuersas in prouincias Apostolos destinauit, vt ex Turrecrem. lib. 1. cap. 80. & ex superiùs allegatis; Iccircò asserunt Cardinalium officium primum tempus Apostolorum demonstrare, eo quod sicuti tunc Apostoli Christo assistebant, vt eius mãdata perficerẽt & docerentur esse cooperatores in eius lege, ita Cardinales Christi Vicario assistunt, & eius persoluũt negocia, cap. fundamenta, de elect. lib. 6. secundum hanc distinctionem Apostoli prius fuerunt Cardinales Orbis, quam Episcopi Vrbis, vt ait Turrecrem. in citato loco; quod & alia ratione confirmat: sicut Petrus prius fuit Papa totius Orbis Vniuersalis Ecclesiæ, antequam esset Episcopus Romanus per particularem administrationem (licet nõ desineret esse uniuersalis Papa) ita non uidetur incongruum dicere, Apostolos prius fuisse B Cardinales Orbis quã Episcopos Vrbis; Vlteriùs asserit, quod dum Papa inuestitur de Papatu, illa proferuntur uerba: Inuestio te de Papatu Romano ut præsis Vrbi, & Orbi, & Cardinales, Papæ in utroque assistunt. Contrarium tenet Scot. in 4. dist. 24. quæst. 2. art. 4. & quidem Subtilis Doctor hæc considerans, aliter distinguit tempora; Nemo autem inficiari poterit, quod Christus Saluator noster, antequam illa protulisset uerba, pasce oues meas, (cum tunc pastorale officium instituerit) quin & Apostolicum Senatum ordinauerit, nam tunc Dominus Apostolos docebat legẽ suam, ut magistri fierẽt in regimine Ecclesiæ, & cooperatores, ac ut apud suum Vicarium optimè starẽt. Deinde aliud officium commisit, dum dixit Petro: pasce oues meas, adeò, quod Apostoli dum erant apud Dominum, duo ui C debantur repræsentare officia. Assistentium scilicet primo, qui futuri erant apud suum Vicarium Consultores, Assistentes, & Cooperatores; Deinde Pastorum, quæ & Cardinalium & Episcoporum statum significare arbitratur; Inde Petrus, tamquam Saluatoris Vestigia imitatus, postquam Apostolos per uniuersum mundum ad prædicandum misisset, sibi socios, & cooperatores Consiliarios Linum, & Cletum in administratione Summi Sacerdotij adiunxit, ne solus in tam arduo regimine remaneret, ex Manfredo, cap. 6. propterea Cupers in sua Repetitione, in cap. oportebat, affirmat Cardinales à Petro per traditionem Domini fuisse institutos, & publicatos; Eandemq. sententiam antea Cardin. Alban. in quæst. 2. & 7. sectatus fuerat, qui Apo-

Qualiter Cardinales repræsentẽt statum Apostolorũ.

Alia Apostolorũ diuisio in officio.

Papa habet Consiliarios sicut Petrus.

Cardinales institutos esse a D. Petro

A qui Apostolos prius Cardinalatus quam Episcopatus munere functos esse, & eandẽ institutionẽ diuinã fuisse, pronunciauit, illisque inhæret uerbis, ut in 1. Reg. 2. Domini sunt cardines Terræ, posuit super eos orbem. Propterea sicut Ecclesia Catholica dicitur caput, & cardo aliarum Ecclesiarum, secundum Anaclæt. in cap. Sacrosancta, dist. 22. quam à Domino institutam, & fundatam esse nullus fidelis negat, ita & eius Cardines, quibus Ecclesia regitur, Dominus posuit, secundum Barbat. in d. 1. quæst. Basilica, num. 20. & 29. & concludit ea ratione, quam ipse mirabilem appellat, his uerbis: Cardinales repræsentant ipsos Beatissimos Apostolos, nam assistunt Papæ tãquam Principi qui Vicarius Christi, & Petri successor; & etiam quia Summum Pontificem eligunt, & constituunt, & in hoc repręsentãt

per traditionẽ Domini.

B etiam ipsos Apostolos. Alij aliam addunt rationem: nam ut aiunt, ratio postulabat, ut eo tempore quo Dominus Petrum caput Apostolorum, & pastorem uniuersalem totius Ecclesiæ instituit, & tunc pariter illi Collegium prudentum Virorũ associaret, qui eidẽ assisteret, & cõsulerẽt, & in regimine coadiuuarent, non immemor beneficij Moysi concesso, cui Deus, & Cõsiliarios concessit, licet ad minorem curam ille esset destinatus; nam cum quæ tractantur à Papa, ardua, difficilia, & implicita admodum sint, meritò aliorum præsidio utitur, cum non arte, aut certa demonstratione illorum exitus cognoscamus, eo magis ob negociorum multiplicitatem, casuales circumstantias, fallaces attestationes, quibus ueritas implicatur, & ut uerbis ipsius D. Cardinalis Paleotti in par. 1. quęst. 3. eleganter apposi

Alia ratione probat̃ quod sic de iure diuino.

C tis utar, multa cautione, circumspectione, solicitudine, ac uigilantia opus sit, quæ quidem ab uno tantum præstari nequeunt, & multo magis in Christianæ Reipublicæ administratione huic necessitati prospici necesse sit; cum Apostolicæ Sedis Decreta ut ait Sanctus Gregorius magna semper cum moderatione, ac deliberationis grauitate proferri oporteat. Idcirco, præter alias rationes, quibus institutus fuit amplissimus ordo Cardinalium, hæc maximè opportuna uisa fuit, ut Papa ipse tot lectissimis, probatissimisq; Consiliarijs circumseptus, totidẽ ueluti oculos, aures, manusq; sibi adiũctas hr̃et, ex quibus sacer illorum Senatus tanquam unum corpus Summo Pontifici ubique præsto esset, paratusque ei semper, atque ante oculos positus, nec aliundè subsidia ad res deliberandas accersere cogere-

tur;

Alia rõne idem probatur quoad Cardinales effecti Episcopi desinebãt eße Cardinales.

tur; Hæc ille Iacob. de Conc. lib. 1. num. 252. Refert ex Const. Eug. IIII. his uerbis: De Cardinalibus quippe, etsi huius dignitatis nomen quodammodo in usu est, ab initio Primitiuę Ecclesiæ non ita expressum fuit, officium tamen ipsum à Beato Petro, eiusque successoribus institutum euidenter inuenies; & similia, atque de iure diuino factum esse testatur; Hoc idẽ latius Paleot. in memb. 5. not. 2. prosequitur tanquã si prædicta omnia solum periodo colligeret; Hoc unum in proposito addendum uidetur, ad comprobationem præmissæ Apostolorum distinctionis, quod & D. Petri successores per nonnulla tp̄a seruauerũt, si quis de numero Cardinalium cõsecraretur Episcopus, Cardinalitiã dignitatẽ dimittebat, & Episcopali fungebatur officio (quod quidẽ latius hic infra dicemus.) Vndè hoc quod ante præcesserit demonstrat, & Saluatoris nostri Apostolicum Collegium designat, quo fungerentur Apostoli officio antequam prædicatum mitterentur per Orbem, & istæ sunt multorum uirorum sententiæ.

Aliorum sententia quod a Papa Cardinales instituti sint.

Alij autem institutos esse Cardinales senserunt à Sũmis Põtificibus, eo quod eorum nomen tempore Cleti Papæ frequentatum esset, ut refert Goffred. Viterb. Episcopus in sua historia, ubi legitur a Cleto septem fuisse promotos Cardinales Diaconos ad Apostolorum immitationẽ; Hoc etiam refert Cardinalis Albanus, in tract. de Card. q. 3. & idem asserit Cupers supra in Repet. cap. oportebat, art. 1. num. 32. pag. 214. quam quidem institutionem dictorum septem Diaconorum, potius tribuendam esse Euaristo, quam Cleto credimus, ut in uita Euaristi apud Platinam legitur, & Panuin. de officio mag. in uersic. tituli.

Tempore Higini.

Alij dixerunt, Cardinales sumpsisse originem tempore Hygini Papæ, eo quod cum Euaristus Parochias, seu Titulos in Vrbe diuisisset, ne in administratione diuinorum confusio inter ministrantes sacra oriretur; ideo singulis titulis unum præposuit presbyterorum; Verum non longe post crescente numero fidelium, Higinus præfectus, plures in unoquoque titulo presbyteros, & Clericos ordinauit, (Hinc Panuin. in allegato loco ait) presbyterorum Cardinalium nomẽ emanasse crediderim, ut is scilicet esset presbyter Cardinalis scilicet principalis, qui cæteris presbyteris eiusdem tituli præesset; ex quo satis constat aliquot annis post etiam ante Siluestri tempora Cardinalis nomen in

A men in Ecclesia Romana vsitari ceptum fuisse, quod non nisi ex Higini instituto oriri potuit, quum antea eo nomine uti opus non esset, ex quo singuli singulis Parrochijs erant ordinati hoc fuit Anno 140.

Quidam alij tempore Pontiani senserunt Cardinales incepisse, anno Domini 236. sed fortasse tempore Fabiani, qui plures designauit Notarios in Vrbe ad scribendum gesta Martyrum, quibus prȩfecit alios prothonotarios appellatos, vlteriusque & alios istis prȩfecit; viros virtute, & pietate insignes (quos Cardinales nuncupabant) quorum ope Christianorum corpora sepelirentur, & baptisma summa vigilantia, & studio à deputatis administraretur; Ita etiam dicit Plat. in vita Fabiani; Qui diuino cultui intentus, vbi Priscillam matronam Ro-B manā impulisset Cæmeteriū suis sumptibus via Salaria cōstruere; Titulos quinque & viginti in Vrbe Romana constituit, quasi diœcesim ad commoditatem Baptismi, & oportunitatem eorum qui ad fidem ex gentibus quotidie veniebant procurandā, & eo modo sepulturis Martyrum consulebat; Ita etiam retulerunt Canonistȩ, Arch. in cap. vbi periculum, de elect. lib. 6. numero 4. Zabarel. in Clem. Ne Romani, §. porro, de elect. nu. 2. Barbat. par. 1. q. 1. nu. 5. Gam. in Extrauag. Iulij II. nu. 124.

Alij Tēpore Pontiani.

Alij dixerunt, sub B. Marcello Papa hoc nomen ortum habuisse, qui 25. creauit Cardinales, ex Albano, q. 3. de Card.

Alij tempore Marcelli.

Nōnulli tutius ausi sunt affirmare, tempore Syluestri I. creatos esse anno salutis 314. qui (vt aiunt) primo Cardinalium Collegium ad similitudinem Romanorum procerum ordinauit: C nā sicuti seruabatur vt in Vrbe cuilibet regioni (quæ in plures diuisa erat) plures curatores deputarentur ad perficiendum ea, quæ ad Ciuium incolumitatem pertinerent sub præfecti potestate, ita Syluester Papa, vt indēnitati Ecclesiæ commodius cōsuleret, singulis regionibus Vrbis singulos destinauerat Cardinales, qui his verbis se subscribebant; A.S.R.E. Cardinalis regionis quartæ apud Decreta Simmachi Papæ Anno 409. sed labente tempore aliam nō à regione, sed à tumulis Martyrum susceperunt; A. presbyter humilis, tituli Sācti Laurentij Card. anno 495. Ita seruabatur tempore Sancti Syluestri, Manfred. de Card. cap. 3. & 6. qui in Concilio magno Romano expresse nominauit Cardinales, licet in dicto Concilio, in quo interuenit Constantinus Imper. Cardinalium subscriptiones non leguntur;

Alij tempore Syluestri.

Subscriptiones Cardinalium.

gantur; cum de presbyteris & Clericis legatur accessus, nam A tūc in primitiua Ecclesia, quia paruus erat numerus fidelium, & pauci presbyteri, ideo & ad electionem Papæ & celebrationem Conciliorum Clerici Diaconi, & presbyteri interueniebāt, vt ex litteris Cypriani ad Clerum Romanū patet; at facta postmodum distinctione personarū, crescente numero fideliū, & Religiosorum, ad electionē Papę, et Concilia vocabātur, qui hodie dicuntur Cardinales, ex Synodo Greg. lib. 4. Reg. cap. 88. vt refert Bellarm. de Cler. cap. 16. quod an uerum sit, infra declarabitur. Episcopi tunc non erant in Collegio Cardinalium, ideo primus Episcopus ad Cardinalitiam dignitatem assumptus fuit Corradus Sueuus Archiepiscopus Moguntinus creatus ab Alex. III. anno 1163. Federici Imperatoris affinis, ita per Annos mille seruatū fuit, & usq; ad Clemētē III. ut qui B dam testantur, qui Anno salutis 1080. ad Papatum fuit assumptus. Alij tempore Greg. VII. qui uiguit anno 1074. & Vrbani II. anno 1089. hoc idem affirmarunt, qui Episcopos ad Cardinalatum assumpserunt, sed illud indubitatum uidetur, quod usque ad Alexandrum III. non legitur Episcopos creatos esse Cardinales, ex Panuinio, ut supra alleg. Bal. in tract. de schism. Spec. de leg. lib. 1. §. 3. ver. 2. Zabar. in dicta Clem. Ne Romani. Pelag. lib. 2. cap. 15. & 16. Rom. in Consil. 494. Corrad. lib. 2. cap. 2. §. 1. & 2. At contrarium legitur in tomo 2. Surij in Vita Sancti Greg. Magni, & ex lib. 3. Ioannis Diaconi, his verbis: Nam ut pauca de multis contingam, ex presbyteris Cardinalibus Ecclesię consecrauit Episcopos, Bonifacium Regij, Gabētium Perusij, Donnum Alessanæ Siciliæ; Hæc ille. Fuit autem C Gregorius anno 610. Vnde dicendum erit, aut hoc differre ad inuicē, Episcopum creari Cardinalem, uel Cardinalem creari Episcopum, aut ista ad inuicem diuersa esse; Nam si primus Episcopus ad Cardinalatum fuit Corradus tempore Alex. III. & multo ante de Gregor. I. legitur, quod Cardinales consecrauit Episcopos, propterea uidetur dicendum, prædicta differre ad inuicem, & uera esse, quæ paulo ante tetigimus, quod Cardinales dum consecrabantur Episcopi, desinebant à primo titulo, cui erant incardinati, & sic nomen Cardinalis amittebant, ex quo Ecclesia cui erant ascripti; & à qua recipiebant nomen, dimittebant, quod eo tutius affirmamus, si Belarmini sententiā sequimur, quod à loco Cardinales recipiebant nomen magis,

Episcopi non eligebātur Cardinales.

Episcopi facti Cardinales.

Cardinales effecti Episcopi, desinebāt esse Cardinales.

A quam ab officio, ex quibus etiam dignitatum prędictarum Cardinalium Episcoporum differentia colligitur; ex eodẽ Onufr. de Sum. Pont. & S. R. E. Card. habetur, quod nonnulli alij presbyteri Cardinales tam tempore Alex. III. quam Greg. VII. & nonnullorum successorum Romanorũ Pontificum fuerunt cõsecrati Episcopi, retento titulo Episcopali tantum, vt in eius serie videre licebit. Hugo Gallus presbyter Cardinalis postea Archiepiscopus Lugdunensis, Anselmus presbyter Cardinalis postea Episcopus Lucensis, & sic de alijs omissa serie. Comprobantur prædicta, per ea quæ leguntur in dicto Tomo Surij in vita Gregorij magni; & Greg. in Regist. lib. 1. Epist. 77. scribens Martino Episcopo Corsicę, eum Cardinalem in Ecclesia Arelatensi, siue Sennensi Sacerdotem instituisse, idest principa B lem Sacerdotem; & in Registro lib. 2. epist. 25. scribit Ioanni olim Episcopo Captiuatæ Lusitaniæ Ciuitatis ipsum in Squilacena Ecclesia Cardinalem instituisse Sacerdotem, omissis alijs, quæ principalem locum inter alios demõstrant; vnde idem erat tunc creare in aliqua Ecclesia illum Cardinalem, ac si principalis in dicto loco constitueretur; quod optimè etiam Baron. in suis Annal. Tomo 2. facie 438. B. loquens de Numidio presbytero, Credimus (ait) Cardinalem uocem incardinari alicui Ecclesię significare, scilicet principalem facere in ea Ecclesia in qua est ascriptus, ex vsitato sermone D. Greg. Inde de nominũ eorum causa pariter inter scriptores controuertitur; at præmisso sumpto ordine, quattuor olim vsque ad tempora Sylueſtri præcipuis nominibus Cardinales appellabantur ab eorum offi C cijs desumptis, quæ etiam Manfred. in suo tract. de Card. refert cap. 6.

Cardinare quid velit.

Nomina diuersa Cardinalium.

Primo, & antiquiori nomine Sacerdotum Leuitici generis sunt nuncupati, ut est textus cap. per uenerabilem, extra, qui filij sint legitimi, quod ex authoritate ueteri Testamenti sumptũ est, ut latè supra hic demonstrauimus.

Sacerdotes Leuitici generis.

Secundo, ex nouo etiam testamento alia sumpserunt nomine, inde Mãf. supra dicto loco illos appellat Antecessores Apostolorum, ut ipse ait, cum Apostoli essent teste Paulo ad Galatas cap. 1. post missionem denique Apostolorum, ac prædicationem gratiæ per Christum, & inchoatam Romanam Sedem in Vrbe, Petrus Consiliarios, atque adiutores sibi Cletum, & Linum in administratione Summi Sacerdotij adiunxit. Hæc ex

Antecessores Apostolorum.

Manfr. At ni fallimur, hoc nomen Antecessores Apostolorum A (si Cardinalibus tamen conuenit) potius respicit tempus quo adhuc Apostolis non erat demandatum officium pastorale à Christo & prędicationis, quam tempus diuisionis, & separationis Apostolorum, quo in tempore, Petrus asciuit sibi Linum, & Cletum Consiliarios, propterea illi tantum dicuntur Antecessores Apostolorum, qui illorum statum repræsentant, sicuti diximus esse Cardinales.

Cōsiliarij Papæ.

Tertio, Consiliarij fuerunt appellati, vt legitur tempore Syluestri I. qui in Ecclesia quinquaginta tres Viros instituit, quibus Cardinalium officia demandauit, & Consiliarios appellauit; ita etiam Gregor. in c. ecclesiasticis, 12. quęst. 2. Pelagius in cap. Parochia, 16. quæst. 1. & cap. conuenientibus, 1. quæst. 7. §. his ita, de Cons. d. 4. retulerunt; Postmodum Cooperatores, & B coadiutores fuerunt nuncupati, ut in cap. fundamenta, de elect. lib. 6. dum dicitur: Decet namque ipsi Romano Pontifici, per fratres suos Ecclesiæ Romanæ Cardinales qui sibi coadiutores existunt. &c.

Cooperatores & coadiutores dicti sunt.

Cardinales quare.

Vltimo, Cardinales sunt dicti, & tamquam præcipuum & excellentius hoc nomen retinuerũt; sed cõtrouersa est de istius nominis origine apud Scriptores; Refert autem Panuin. in suo tract. de Interp. uoc. in uersic. Cardinalis, plures significationes ferè ad eundem finem tendentes, dicitur enim quod in Registro D. Greg. & in Epistolis Rom. Decretalibus legitur, quod is Cardinalis dicitur, qui ad alicuius Tituli, siue Ecclesiæ ministeriũ ordinatus, insertus, annexus, & ut ipse loquitur, incardinatus est, unde secundum D. Greg. idem est Cardinalem constiC tuere in aliquo titulo, ac illi Ecclesiæ incardinare, ut satis dictũ est: quod non solum ipsis Cardinalibus conuenit, sed commune erat Episcopis, tam in Vrbe, quam extra; Hac ratione factũ fuit, quod ille qui principalis erat in Ecclesia, tam Episcopus, quam Presbyter, uel Diaconus, appellaretur Cardinalis, ea ratione quatuor Venti principales, Cardinales uocantur; & Cyprianus in libello nuncupato de Cardinalibus operibus, intelligit de principalibus Christi operibus; Inde sumptum est quod Cardinales S. R. E. eo decorentur nomine, tamquam præcipui, & principales in Ecclesia Catholica; idemque firmat in Opusc. de præc. Vrb. Rom. Panui. qui quidem erat principalis in Ecclesia cui erat ascriptus, ille dicebatur Cardinalis; quam

sententiam

A ſententiam Bellarm.in Tomo 2.lib.1.c.16.apertis uerbis impugnat, ex quo plures reperti ſunt Cardinales ſub eodem titulo, ueluti ſub titulo Sanctæ Balbinæ tres, Sancti Damaſi duo, Sancti Syluestri duo, Sanctorum Apoſtolorum duo; ſic nō qui pręerat titulo tantum erat Cardinalis, ſed plures; necnon ait, quod Cardinales Diaconi erant tantum ſeptem, non uiginti octo tēpore Syluestri, quo tunc vigebat Canon 14. Concil. Neocęſarienſ. & hoc probat authoritate Conc. Romani ſub Syluestro can.6. & propterea non erat ille Diaconus Cardinalis, qui pręerat alijs Diaconis in eadem Eccleſia, idem dicit de Epiſcopis, ideo ſecundum ſuam ſententiam, nomen prius impoſitum eſt loco quam perſonæ, ſed à loco deriuatur ad perſonas, eo quod erant quędam Eccleſię principales, ubi baptiſma cōficiebatur,

B & tales dicebātur Tituli Cardinales; & hæc erat differentia ab alijs Eccleſijs nō principalibus, & presbyteri principales illius loci, dicebantur Cardinales; Diaconię uero erant loca principalia Vrbis, diſtincta iuxta numerum Regionum ubi Diaconi reſidebant. Epiſcopi Cardinales illi ſex dicti ſunt, qui ad eligendum Papam conueniebant; Hoc enim probat authoritate Cōcil. Meldēſ. Can.54. ubi legitur his uerbis: Vt ad Titulos Cardinales in Vrbibus uel ſuburbijs conſtitutos, Epiſcopos canonicè ordinet, & diſponat. Et ex Ioanne Diacono in uita Sancti Greg. lib.3.cap.11. Cardinales uiolenter in parçcijs ordinatos forenſibus, in priſtinum cardinem Gregorius reuocabat: ubi cardinem uocat Cardinalem Titulum, ſiue Eccleſiam; Hæc ex Bellarm. in dicto loco de Clericis; Veruntamen dum Gregor.

C Regiſt.4.cap.88. legimus in allegatis Titulis, ubi presbyterorū ſubſcriptiones plures habentur, de Cardinalibus nulla fit mentio, ſed ſolummodo tamquam presbyteri ſe ſubſcripſerunt omiſſo Cardinalis nomine, ideo Panuin. ſententiam non uidetur tollere D. Bellarminus, cum non plures Cardinales, ſed plures presbyteri Vrbis Romæ tantum in dd. Conc. ſe ſubſcripſerint; nam, & presbyteri legationis officio fungebantur, ideo in Conc. Epheſino uolum.1. nominantur presbyteri legati Chadius, & Proiectus Epiſcopi, & deinde Philippus presbyter, ut legitur in epiſtola Celeſtini ad Synodum de eorum legatione, in eius fine. Miſimus ad uos Archidiaconū, & Proiectū Epiſcopos, & Philippū presbyterū veſtros fratres. Idē legitur in ſubſcriptionibus Nicæni Conc. ſub Syluestro I. ut in Conc. uol.1.

Sub nomine Preſbyteri olim uenie bant Cardinales.

Presbyteri olim erant Papæ legati.

Primus

Primus locus datus fuit Hosio Cordubæ Episcopo Rom. Pontificis locumtenenti, postea Victori, & Vincentio Vrbis Romę presbyteris, pro uenerabili Vrbis Romæ Episcopo Syluestro; Idemque habetur in destinatione Legatorum Leonis I. & ex litteris Ioannis IIII. Hilario Archipresbytero S.R.E. Idemque dicit Beda in cap. 19. in Tomo Conc. 3. Vlteriùs, si omnes presbyteri qui Concilijs interfuerunt Cardinales fuissent, magnus profectò Cardinalium numerus extitisset, ita, ut multo longe Titulos numero superassent: nam in primo Concilio Romano presbyteri numerantur 35. & in uol. 3. tempore Felicis III. anno 487. ante Gregorij Romani Concilij celebrationem in Tomo 3. Conc. presbyteri 74. interfuerunt in 2. Synodo Rom. habito Anno 499. sub Symmacho subscripsere presbyteri urbis Romæ 67. ut in dicto Tomo 3. qui quidem specificè nominantur cum suis titulis. in Synodo 4. de 37. presbyteris legũtur subscriptiones, in dicto uol. 3. Apertissimè etiam constat ex tabula lapidea reperta in Ecclesia Sanctorum Ioannis, & Pauli, Vrbis Romæ, qualiter Cardinales, & presbyteri nomine differebant, ubi hæc sunt descripta uerba, Gregorius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Dilectis in Christo filijs Donodedit Cardinali & Archipresbytero tit. S. Io. & Pauli, & ex eodem Panuin. supra annot. in uita Deusdedit, & in Monumentis Italiæ. Attamen his quæstionibus omissis, quas uoluntati legẽtium remittimus, hoc unum concludendum uidetur, Cardinalis nomen principalem in loco significare, & de iure positiuo positum esse secundum Manfred. in decis. 78. tam ad eorum præeminentiam designandam, quam ad illorum nobile officium describẽdum; Ideo Volater. in Comm. Vrb. lib. 22. Antropolog. his ait uerbis: Ipsum Cardinalium nomen ab initio epitheti honorationis appellatio fuit, nam alibi Clericum Cardinalem, & Canonicum Cardinalem legimus, idest pręcipuum, aut principalẽ, quo honore Vrbani dignabantur. Sicut enim Vrbis Romæ Episcopus cæteris præstabat, sic & Clerus Romanus cui Euaristus I. oĩum titulos distribuit, eiusdemq; pręcipui aliquot Põtifici de oĩbus fidelium rebus occurrẽtibus tractaturi, assistebant; Cardinales deinde à posteris appellati; Extat Epistola Gregor. I. ad Populonicenses, aliquem presbyterum Sacramẽtorum gratia requirentes: Mittimus (inquit) uobis dilectum filium A. presbyterum Cardinalem. Hæc ille.

Presbyteri plures ad Concilia mittebantur.

Quare appellentur Cardinales.

Dicuntur

A Dicuntur etiam Cardinales, quia tamquam cardines Ecclesiam sustentant, & regunt, circa quos voluitur ostium, scilicet Papa. Turrecrem. in d. lib. 1. cap. 80. & textus est, cap. Sacrosancta, dist. 21. adeo quod ut nomen sit consonum rei, eo nomine nuncupantur, cap. Cleros, dist. 21. cap. si cupis, 16. quęst. 1. nam indignus est nomine, qui illius caret effectu, l. cum precibus, C. de probat. l. notione, §. instrumenta, ff. de ver. signif. necnon vt originale nomen conseruetur, cum Ecclesia Romana antiquitus Cardo aliarum Ecclesiarum appellaretur, & in d. cap. Sacrosancta, & legitur in 1. Reg. 2. Domini sunt Cardines Terræ; Præterea, quia eo nomine qualitas, & præstantia Cardinalium facilius innotescunt, nam quanto verba in digniori sunt gradu, tanto potiori significatu intelligenda sunt, l. adigere, §. quamB uis, ff. de iure patr. glos. in c. relatio, 21. quæst. 1. sic eo vtuntur tā quam præstantiori nomine, licet & pluribus decorentur nominibus & epithetis, nam pluralitas nominum, maiorem dignitatem, & excellentiam demonstrat, iuxta illud, qui vnico tantum nomine dignus est, eo carere debet, capit. nullus, dist. 17. cap. capienda, 24. quæst. 1. Ideo plura recenset Manfr. in suis decis. de Cardinalibus, inter cætera ista breuiter collegimus.

Pluralitas nominum maiorem dignitatem demonstrat.

Dicuntur Cardinales Vicemgerentes Apostolorum, filij primi gradus amoris, Pōtificis filij summæ dilectionis, & fratres, immò pars corporis ipsius, Cardines Ecclesiæ Dei, Patres spirituales, Consiliarij, Coadiutores, & Papę assessores, Reges, patres cōscripti in Diademate principis, Principes.n. sunt Senatores, & Patritij maximi, luminaria Ecclesiæ, Seniores Populi, C stellę fixæ in Cælo, sunt illustres, & illustrissimi, splendidissimi, Reuerendissimi, potentissimi, lucernæ ardentes, Candelabra lucis decoris, & præstantiæ, Diui, & Venerabiles, & Religiosissimi, sunt Canonici Vrbis Ecclesiæ, repræsentantes non solum Clerum Vrbis Romæ, sed & ipsam Ecclesiam, & tandem in illis residet Maiestas Reipub. Christianæ, ita colligitur ex glos. in capit. ministerium, de officio Archipresbyteri, in 6. glos. in Clem. de schismatic. in versic. bona memoria. August. de Anco. quæst. 101. art. 1. Rom. Cons. fin. nu. 3. Pelag. lib. 2. cap. 16. Iacob. de Conc. lib. 1. num. 118. & 244. Anch. in Cons. 295. nu. 4. & cons. 29. & cons. 247. Albert. in tract. de Card. q. 6. Gam. in Extrauag. Iulij II. num. 127. Boss. in Rubr. de Constit. nu. 82. Paleot. in memb. 5. not. 2. Corrad. lib. 2. cap. 2. Manfr. & alij su

Cardinalium nomina & epitheta diuersa.

Cardinales tanquã pars corporis Papæ nõ minuunt sanguinẽ incõsulto Papa.

pra allegati, sunt autẽ adeo Papæ annexi, quod tãquã pars corporis ipsius, sanguinem de eorum corpore non minuunt incõsulto Papa, Gondis. à Villadiego, in tract. de orig. Card. quæst. 5. num. 13. de his etiam dixit Bernard. ad Eugen. Veniamus ad Collaterales tuos, & coadiutores, Hi seduli tibi, hi intirni sunt, quamobrem, si boni sunt, tibi potissimum sunt, si mali, æquè plus tibi, ne te dixeris sanum dolentem latera, hoc est ne te dixeris bonum malis innitentem. Hæc ille; Præstant etiã hodie Episcopali dignitate, Papam eligunt etiam de eorum gremio, & ad Concilia accedũt, Alb. de Card. & Legat. de lateee eius Cardinales eliguntur, & præcipua Ecclesiæ gerunt officia, inde maxima communio est inter Papam, & Cardinales. Laud. quæst. 3. & 9. & Papa numerat se de numero Cardinalium. Barbat. de præst. Card. 1. quęst. Basilica, in 16. quæst. 42. Ioan. And. & Archid. in cap. quicumque, 2. quęst. 9. & ex Const. Eug. IIII. Manfred. in c. 6. Iacob. de Conc. lib. 1. Turrecrem. lib. 1. cap. 82. propterea dicuntur de statu perfectorum, sicut Episcopi; de his plura apud Barbat. in d. q. 16. nu. 42. & seq. Manfr. in cap. 5. & decis. 101. & seq. Paleot. in memb. 5.

Hierarchia ĩ collegio Cardinaliũ.

Continet pariter Cardinalium Collegium Hierarchiam triplici ordine ornatam ad similitudinem Cælestis Hierarchiæ, secundum Dionys. in cap. 7. & Gregor. Moral. 33. quam Seraphin, Cherubin, & Throni repræsentant; Ita dicimus Episcopos Cardinales significare Seraphin, qui præ cæteris alijs in amore sui Creatoris intimissimi ardẽtissimiq; sunt; Presbyteros repræsentare Cherubin, qui sapientia, & eruditione præstantissimi esse debent. Diaconos designare Thronos, qui authoritate doctrinæ, & iustitię rectitudine firmi esse debẽt, ex Turrecrem. lib. 1. cap. 84. Cassanæ. in Catal. Gloriæ mundi, quæst. 4. consider. 7. Iacob. de Conc. lib. 1. num. 251. Manfred. cap. 4. & decis. 79. Gondis. quæst. 3. Præterea sicuti Hierarchiæ est purgare, illuminare, & perficere in rebus spiritualibus, secundum eundem Dionys. ita dicitur quod Cardinalium est purgare Ecclesiasticum statum ab erroribus, & vitijs, illuminare in veritate doctrinæ, ac sanctis moribus, & perficere quę Domini sunt pręcepta, ex eodem Turrecrema. in d. cap. 8. Pelag. lib. 2. cap. 16. Paleot. memb. 5. pag. 363. de sac. consist. Consultat.

Hierarchiæ effectus.

Necessarij sũt ĩ Ecclesia Cardinales.

Quapropter meritò affirmãdum est, Cardinalium Senatum necessarium fuisse, non solum ad decorem, sed ad opportunum regimen

A regimen Ecclesiæ, cum sint Consiliarij, & cooperatores, ex Gondis.quæst.2.& 5.

Qua de re dignitatem hanc Summi Pontifices nõ solum extinguere non procurant, sed numerum, & eorum priuilegia indies augere nituntur, quia secundum Barb. sententiam in d. 1. quæst. num.35. videretur agere contra legem Deuteronomij vt supra dictum fuit. Necnon turbaretur tali extinctione vniuersalis status Ecclesiæ, & sicut non licet tollere Episcopos, ita nec Cardinales, glos.sing.in cap.per principalem, 2.quæst.3.in verbo, ad nos, in fine. Præterea, quum Cardinales ad bonorum morum decorem, & ad melius regimen Ecclesiæ cum Papa ordinati sint, non debent remoueri, ne scandalum oriatur in Ecclesia, & illa decoloretur, & Papa posset aliquando de errore cõ B uinci, vel sic de alio gremio esset eligendus, & minuerẽtur eius membra, ex Barb. de Card. in d.quæst.Basilica, num.36.usque ad 38. Idcircò Papa non deponit Cardinales iure ordinario, quia suo iure sunt priuilegiati, sed vtitur tunc plenitudine potestatis. Host.in cap.ex gestis, de Cler.non resid. Lauden.in q.78. de Card. Manfr. in decis.238. & vt asserit regulariter talis depositio fit coram Cardinalibus in Collegio.

Nõ licet extingue re Cardinales.

Papa quo iure deponat Cardinales.

Quapropter, nonnullæ aliæ Ecclesiæ vltra Romanam eo honore Cardinalatus voluerunt suos Canonicos insigniri, sicuti Compostellana, Rauennatens. & similes, vt dicit Arch.in cap. fundamenta, §. decet, de elect.lib.6. & cap.Sacrosancta, d.22. Alber.in versic. Cardinalis, Gam.in Extrauag.Iulij II. nu.70. licet largo modo Canonici alicuius Ecclesiæ dicantur Cardi-C nales illius Ecclesiæ, eo quod sunt principales in loco, per text. in cap.2.de officio Archid.& ibi Doct. ubi appellantur Cardinales Romanæ Ecclesiæ ad differentiam aliarum Ecclesiarum, quæ non sint Romanæ, & sic duę dabantur species Cardinaliũ, Papæ, & Episcoporum, Host.in d.cap.licet, de elect.cap.in Genesi, eod.tit. Rauennatẽses Cardinales dicti sunt ex priuilegio Caroli, tempore Leonis, qui pariter ea nomina apud dictam Ecclesiam aboleri mandauit anno 800. vt refert Hier.Rub.lib. 5. Hist. Rauen. & tale nomen adeo creuit, vt etiam dicerentur Cardinales Ecclesiæ Mediolanensis, & Neapolitanæ in Italia; Præterea Pius V. in suo diplomate anno 1568. decimo tertio Kal.Martij talia priuilegia (si quæ erant) abrogauit, & penitus hoc nomen in omnibus alijs Ecclesijs præter quam in Romana

Veri Cardinales qui.

Cardinales Rauẽnatenses & alij.

extinxit, & solummodo Cardinalis nomen competere uoluit A Cardinalibus S.R.E.à Papa creatis, cap.si quis pecunia,in uerbo,electio Cardinalium,cap.nullus, uers.presbyter,dist.79.& cap.ubi periculum,§.nulli,de elect.lib.6.Barb.8.quæst.num.9. Gam.in d.Extrauag. Iulij II. num.71.

Papa solus creat Cardinales.

Papa itaque solus, qui caput est Ecclesiæ creat ueros Cardinales,sic nemini alio competit,glos.in cap.2.de officio Archid. & in cap.Sacrosancta,dist.12.Anch.cons.297.uide etiam glos. in Clem.Ne Romani,in uerb.reprobatur.Laud.in q.1.Manfr. cap.3. & decis.11.

Creantur publicè.

Creantur Cardinales à Papa in publico Concistorio, tum quia publicum est beneficium, & sic in publico conferendum est à Principe, uti publica persona, & ad publicam utilitatem, ut habeatur testimonium syncere fidei, & obseruantiæ,ex Paleot.in parte 3.q.1.ad pag.102.de Sac.Cōsist. consult. & sicuti B inferiores dignitates in Consistorio creantur; ita multo magis ibidem est Cardinalatus concedendus; ita etiam legitur seruatum ex Sac.Cærem.Rom.ex Manf. latè in q.3.

Quō procedat Papa dum creat Cardinales.

Cuius quidem creationis modus duplex est, uel dum Papa iure ordinario procedit, uel si absolutè de plenitudine suæ potestatis tantum.

Causæ creandi Cardinales.

In primo autem modo causæ prius considerantur;quę secundum Paleot.in allegato loco inspiciendæ sunt, ut consulatur loco,muneri,aut Ecclesiæ indigenti,non ut inde homines, aut familiæ illustrentur, aut quia amicitiæ, aut similes causæ uinculū aliquod astringat, quæ in negocijs publicis peragendis Sancta Sedes non sequitur; sed sibi tantum electio erit reseruata, ex C D.Thom.in 2. 2. quæst.63. art.2. & in corpore ad quartum, & ibi Caiet. art.3.

Illud etiam potissimum est, quia his fides Catholica tuetur, uel augetur, ita & pax inter Christianos conseruatur. Manfr. in cap.13.per cap.uerum, dist.18.cap.placuit,dist.93.cap.Dominus noster, de maior.& obedient.capit.1. & cap. solitæ, de maior. & obedient.

Quales ad Cardinalatū assumātur.

Propterea tales eliguntur quales Leo Papa ad Episcopos Africæ,epist.81.descripsit his uerbis; Quid est manus citò imponere, nisi ante temporis maturitatem, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ,ante experientiam disciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere probetis?

Gregorius

A Gregor. in sua Decret. in cap. pen. de præbend. ait; Nos igitur attendentes, quod non generis nobilitas, sed virtutũ, uitæq; honestas, quæ gratum faciunt, & idoneum seruitorem, ad cuius regimen non multos secundum Canonem nobiles, & potentes elegit Christus, sed ignobiles, & pauperes, eo quod non est acceptatio personarum apud Deum.

Bernardus ad Eugen. de Consid. ait. Tibi imputa quicquid patieris ab eo, qui sine te potest facere nihil, His exceptis de cætero non inconsiderate eligendi quique seu colligendi sunt in opus ministerij huius; sanè huic negocio non se ingerat rogãs, consilio non prece id agendum est; adulantem, & ad placitum cuiuscunque loquentem unum de rogantibus puta, etiam si nihil rogauerint pari pondere existimaueris eius humilitatẽ qui B timet, & eius, qui sperat; Itaque non uolentes nec currentes, assumito, sed cunctantes, & renuentes etiam collige, illos compelle intrare; Idem refert Flor. 3. par. tit. 21. cap. 1.

Modus pro cedendi ad creationẽ Cardinalium.

Ideo legitur in Cęremoniali Romano, quod Papa prius pręponit causas creandi Cardinales, quæ cum ab eorum Senatu probatę fuerint, (iuxta tamen Papæ uoluntatem) in alio Consistorio creandorum nomina declarantur, & quæ merita in eis sint, qualiter his Ecclesia indigeat, ita ut eorum virtutibus ipsi Ecclesiæ utilitati consulatur, & inter Principes eorumdem meritis pax conseruetur, His præpositis, & maturè discussis, & acceptatis, tunc Pontifex (si præpositus est Episcopus) prius illum à uinculo Ecclesiæ quo detinetur, absoluit, & deinde in Cardinalem assumit, quod ualde notandum uidetur ad confir- C mationem præmissæ distinctionis Apostolorum. Postmodum Papa in alio publico consistorio publicat; & illos recipit ad obedientiam, & monet, ac hortatur tales se gerere, quales munus concessum postulat: Singuli deinde accedẽtes, Pedes prius Summi Pontificis osculantur, manusq; postea, vltimo ad osculum pacis recipiuntur; Hæc enim mysteria significant, ut refert Ioseph. Steua. de Adorat. Ped. ex quo triplex status hominis demonstratur incipientium in osculo Pedum, proficientium in osculo manuum, perfectorum ad os; ad quæ Cyrill. in lib. 1. Leuit. trium mulierum statum (quæ Christi fimbriam tetigerunt) applicat: nam quæ fimbriam tremebunda tetigit, incipientium demonstrat statum; quæ pedes deosculata est, proficientium, quæ caput Christi unguento vnxerat, perfectorum. Ita Ponti-

sex gradatim ad perfectionem recipit; factum est etiam ut Au- A
gust. ait in Symbolo, ut ipsius Papæ beneuolentiã cognoscant, relicta pedum deosculatione quæ illi cõuenit, benignè ad osculum pacis admittuntur, & ut cæteri ad pedum deosculationem tenentur, corporis curuatione, & reuerentiæ inflexionem, nam talem habet Pontifex Maiestatem ut sub eo curuentur; qui portant orbem, ex sententia Iacobi cap. 9.

Quib. uerbis creentur Cardinales. Non habet Papa determinatam formam uerborum in tali creatione, sed suis utitur uerbis; (usitata enim et vulgaria uerba sunt: talem creo in Cardinalem,) & similibus, secundum autem Augustinum de Anco. in 1. q. 8. art. 3. & relat. à Flor. 3. parte tit. 21. cap. 2. §. 2. utitur his uerbis: Estote Cardinales fratres mei, & Principes mundi; Legitur tandem in Cęremoniali his uerbis: Auctoritate Dei Patris omnipotentis, sanctorum Aposto- B
lorum Petri, & Pauli, & nostra N. Episcopum (& exprimitur dignitas, quam habet) assumimus in Presbyterum, vel Diaconum S. R. E. Cardinalem. Deinde transmittitur biretum, & dum recipiuntur ad osculum pacis, recipiunt Galerum, adeo quod secundum quosdam, non efficitur quis Cardinalis per susceptionem bireti, tituli, uel nominationem, glos. in Extr. Execrabilis, de præbend. tamen secundum Card. Alban. in tract. de Card. q. 17. controuertitur causa, qui diuersas Doctorum sententias colligit, & uidetur uerior opinio, quod solo uerbo fiat absq; alia insignium traditione, & si tunc decederet Papa, possent tales Cardinales intrauenire ad electionẽ Papę, eo qđ ex sola collatione Prælatus adipiscitur ius; Traditio insignium ostendit quẽdam actum possessionis, eo magis quia per similium C
traditionem nullus confertur ordo, & solo uerbo creatur, propterea tamquam verior ista retinetur sententia vt ibi probat Alban. uerum tamen obseruandum erit, ut de consuetudine asseritur in Cæremon. quod Papa creatis Cardinalibus claudit os, quod illius est uirtutis, quòd Cardinales eo tempore uocem non habent in Collegio, vnde licet esset effectus Cardinalis, tamen in electione Papæ ante oris apertionem uotum non præstaret; dum itaque Galerus conceditur Rubeus, dantur etiam titulus Ecclesiæ, & annulus, vnde requiritur, quod sint præsentes, absentibus autem talia non dantur, nisi absentia esset pro seruitio Ecclesiæ Romanę; sic talibus insignibus augetur illius honor, & reuerentia, hoc autem raro contingit; Præstant etiam

An fiat Cardinalis solo uerbo, an & cũ insignibus etiam.

Effectus oris Clausuræ.

Quę dentur Cardinalibus creatis.

Cardi-

A Cardinales iuramentum fidelitatis Papæ ſicuti Epiſcopi, & hoc, ut quidam affirmant, potius tamquam Epiſcopi, quàm uti Cardinales uidentur præſtare, Laud. q. 4. de Card.

Qualiter Iuramentum præstent.

Seruatur etiam tempus in tali creatione, & ſecundum antiquam conſuetudinem, & inſtitutionem in temporibus Natiuitatis Domini ſolennes ordinationes à Pontificibus celebrabantur; ita ſeruauerũt Clemens, Anacletus, Euariſtus, & succeſſores, per annos 600. & aſſeritur in Cæremon. libro 1. tit. 8. ad pag. 38. Nouiſſimè autem Sixtus V. antiquam conſuetudinem reſtituit, & in quatuor temporibus Natiuitatis Domini Cardinales creãdos eſſe ordinauit, tamen in his Papa utitur arbitrio ſuo, & mos eſt ut in quatuor temporibus tales creationes celebrentur; Noſtris autem temporibus tales ſolennitates Pontifi-

Quo tempore creētur Cardinales.

Papa nũc utitur plenitudine ſuæ poteſtatis.

B ces omittũt, & de plenitudine poteſtatis eligunt, nullo alio Cardinalium ſuffragio poſtulato, in unico tantum Conſiſtorio, & quocunque tempore ſicut libuerit. Hoc autem non ſine ratione factum fuit: quia Pontifices non eligunt niſi perſonas ſatis ſibi notas, & habentes ſecundum humanum ſenſum debita requiſita, quo inquam caſu, talis inquiſitio ceſſat, ex quo Papa optimè nouit talia ratione communis boni, hoc eſt ut omnibus pro ſit ita adminiſtranda eſſe, iuxta ea quæ tradit D. Tho. in 2. 2. q. 65. art. 2. & ibi Caiet. verſ. nota 3. Auguſtinus de Anco. q. 47. artic. 1. & 2. ideo non eſt opus, ut à Papa dum creat Cardinales alia adhibeatur diligentia, ut propoſitum fuit. Notandum uidetur, qđ cum dignitas iſta tantæ ſit virtutis, ut hominum uoluntates ſummo affectu ad ſe alliceat; ideo poſita eſt lex ambienti-

Ambientibus denegatur.

C bus, ut nullus ſua ſponte ſe offerat, nec ſua, aut aliorum induſtria petat, ſecũdum D. Bernard. ad Eugen. de Conſider. Greg. Sirgio Epiſcopo lib. epiſt. 210. Sicut is (inquit) qui inuitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris eſt altaribus admouendus: ſic qui vltrò ambit, uel importunè ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus: nam qui ſic nititur ad altaria conſcendere, quid agit, niſi ut creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius interius ad profunda deſcendat.

Idem ait in epiſtola 5. cap. 169. lib. 6. non eligitur carnali affectione, ſed per hoc ad paſtoralem ſollicitudinem nos cõgruè ueniſſe oſtenditis, quia ſicut locus regiminis deſiderantibus eſt negandus, ita fugientibus eſt offerendus. cap. in ſcripturis, 8. q. 1. Quæritur ex hoc, an inuitus cogatur hanc dignitatem aſſumere?

Inuitus an aſſumatur.

mere? Barb. in 12. q. nu. 11. & 16. negatiuè respondit, tum, quia beneficium est quod in inuitum non confertur, l. quod facere, C. de leg. l. non eo minus, C. de proc. nec publica vtilitas in hoc casu præferenda est priuato commodo, propterea ad renũciationem seu recusationem fuerunt admissi Archiepiscopus Flor. & tempore Gregor. XIII. quidam Hispanus recusauit, Ferdinandus pariter Medices tempore Sixti V. eandem dignitatem recusauit, refert etiam Paris. de Resig. benef. lib. 3. q. 18. num. 52. sic de alijs. Quando autem in foro conscientiæ teneatur acceptare vel recusare latius infra de Episcopis dicetur. Hoc unum non omittemus, quod acceptans officium iudicat se idoneum; Gond. de Villadiego, de Card. q. 5. num. 15. qui Ecclesiæ Dei prodesse putat, (quod iudiciũ in arbitrio peritorum & Sãctorum Virorum est) recusare non debet, quia tunc priuatum commodum anteponeretur publico, quod non est concedendum, sicuti paulo post dicemus.

His ita dispositis, qua scilicet forma, quoue modo Cardinales creentur, ut illorum magnitudo, etiam in omni actu illucescat, non erit modo inutile eas considerare qualitates, quæ huiusmodi amplitudini decorem, & reuerentiam præstant.

De quo gremio creandi sint Cardinales. Conditiones Cardinaliũ eligendorũ.

Non enim de omni natione Cardinales eliguntur, sed de fidelium tantum numero creantur, qui præstantiores sint omni populo, & non electi, sed electissimi, ut legitur in Conc. Trid. Sess. 24. cap. 1. de Refor. his uerbis: Ea uerò omnia & singula, quæ de Episcoporum perficiendorum uita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus aliàs in eadem Synodo constituta sunt decernit eadem etiam in creatione S. R. E. Cardinalium etiam si Diaconi sint exigenda, quos Sanctissimus Romanus Pont. ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos reperierit assumet; Postremo eadem Sancta Synodus tot grauissimis Ecclesię incõmodis commota, non potest non commemorare nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium quam, ut beatissimus Romanus Pont. quàm sollicitudinem Vniuersæ Ecclesiæ ex muneris sui officio debet; causam hic potissimum impendat, ut lectissimos tantum sibi Cardinales accersat; Hæc ex Conc. Quocirca dum tales lectissimi perquiruntur, profectò illi inter cæteros præstantiores uidentur, qui maiorem ad Cardinalatum decentiam ostendunt, quales sunt Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, cum Episcopalis

An potius assumãtur ad Cardinalatũ Præ

dignitas

A dignitas magis Cardinalatui, quàm alia dignitas Ecclesiastica adhæreat: tum quia pares quodammodo inter ipsos describuntur mores, par quidem sit scientia, peritia eadem, parque tãdem sit ordo, & cura, tum etiam quia par fit de his omnibus inquisitio, ut inter multos eligantur meliores; Inde legitur, quod Matthias de numero Discipulorum non ex alia natione ab Apostolis in locum Iudæ fuit assumptus; Suadet etiam ratio, sicuti ad Sacerdotium & Episcopatum per minores ordines gradatim proceditur ad maiores, ita inter Ecclesiastica officia de minori seruato debito ordine procedẽdum esset ad maiora; licet Cardinalatus non sit ordo, sed officium ordini Pontificali annexum. Barb. q. 7. num. 7. Laud. in q. 17. tamen ex quo Pontificale officium exercent, sicuti Episcopus, ratio differentiæ non tollit ordinem, arg. cap. 1. Conc. Trid. Sess. 24.

lati maiores quam minores.

B Attamen ea lege uidentur præmissa seruanda fore, dummodo Ecclesia Catholica in eius Regimine, diminutionẽ aliquam non patiatur. Præterea cum in his (vt diximus) maiori (quo fieri possit) comoditati, vtilitati, ac indemnitati Ecclesiæ consulendum sit, merito de toto gremio fidelium præstantiores assumendi sunt. Ideo dicit D. Bernard. ad Eugen. An non eligendi de solo orbe orbem indicaturi?

De toto orbe assumuntur præstãtiores ad Cardinalatum.

Quapropter Summus Pont. qui nullis nisi Diuinis subiacet Legibus, suo utitur imperio, & illos de omni natione Christianorum eligit, & ad Cardinalatum promouet, ut de omni natione iudicium faciant, cum iudices totius orbis sint effecti.

His itaque dispositis, ad cæteras eorum conditiones, quæ eorum magnitudinem demonstrant descendet sermo, ut cuncta C de eorum statu legentibus aperta remaneant; Hoc unum præmissis erit addendum, circa Cardinalium originem controuersam, quod diuersitas orta est ex diuersitate nominum, quidam enim senserunt Cardinales nõ fuisse in rerũ natura, quum hoc nomine Cardinales non appellabantur. Ideo diximus quo in tempore repræsentetur officium, & tributa eis plura fuerint nomina, ut omnibus ita ordinatis quilibet ex istis ueritatem, seu probabilem sententiam inueniat.

De Con-

De Conditionibus requisitis in Cardinalibus eligendis, de eorum officio, qualiter se gerant in eo; de illorum moribus, priuilegis, & ornamentis. Cap. VI. A

Requisita in Cardinali eligendo.

DVM de conditionibus quæ Cardinali eligendo conueniunt scriptores inquirunt, illæ eorumdem maiestatem, & gloriam demonstrant, quæ singularē industriam, exploratam fidem, grauitatem morum, & scientiam debitam ostendunt, ex Manfr. decis. 243.

Quæ ætas requiratur.

At non minorem istis Ætas inducit gloriam, cum non Patrum tantum decreta, quam & antiquorum Senatorum mores doceant, id in suis Senatibus religiosè obseruatum fuisse, quæ licet iuxta Concil. Trid. decretum Sess. 24. cap. 1. eadem quæ & ipsis Episcopis conuenit, 30. scilicet annorum statuta fuerit, etiam Cardinalibus conuenire, tamquam officio, muneri, & honori magis congrua, tamen cum non omnes Cardinales Episcopi sint, licet in eorumdem Ecclesijs pontificali fungantur officio, sed alij Presbyteri, quidam uerò Diaconi existant, propterea secundum ordinum dispositionem, ita & illa congrua iudicatur ætas; At secundum Sixti V. constitutionem, non minori ætate 22. annorum ad Diaconatum spectantium Cardinales promouentur; at si plenitudine potestatis Papa uti uoluerit, tunc in qualibet ætate disponit; inde Greg. XI. minorem 17. annis promotum fuisse legitur, ut Platina refert, & de alijs exempla plura recensent historiæ. B

Hoc enim Papæ non denegatur, quia certum est, tales ab eo esse eligendos, qui moribus & ingenio ætatem antecedant, ita, ut non solum muneri satisfacere apti sint, sed & Collegio maximo sint ornamento futuri, unde quæritur ætas ornata moribus, illustris scientia, fœcunda cōsilio, & futurarum rerum prospectrix, ex Gond. quęst. 8. nā sicuti diximus paulo ante, ut Hierarchia in Sacro Cardinalium Collegio instituta est, ita suis Ecclesiasticis ordinibus Cardinales initiantur, quoniam Laicis talis dignitas non confertur; Postulat itaque Cardinalatus ad minus Diaconalem ordinem; Dum Ecclesia Apostolorum imitatur exemplum Diaconos ordinauit, Act. 6. cap. Diaconi, d. 93. Presbyteri ordinantur, ut illos 72. discipulos ab Apostolis constitutos imitetur, qui Sacerdotum personam repręsentant, cap. in nouo, dist. 21. Alij ordinantur Episcopi significantes Apostolos C

Requiritur ordo.

A los, cap. legimus, dist. 93. quapropter decens uisum fuit, ut qui sacro insignitus est munere, eo in aliqua Ecclesia fungeretur officio: ideo Cardinalis regulariter sine titulo alicuius Ecclesię, non eligitur, etsi Petrus Cardinalis Columna restitutus ad dignitatem, aliquando steterit sine titulo, ut refert etiam Mar. Ant. Colum. de orig. & redd. benef. par. 2. ca. 15. At si primam Ecclesię institutionem inuestigamus, ideo Cardinales (ut diximus) appellati sunt, quia alicui Ecclesię incardinati idest affixi sunt. Prima autem causa instituendi Titulos in Vrbe, fuit, secũdum Panuin. ut accedentibus ad fidem sacramēta commodius administrarentur. Petrus Apostolorum primus dum in Vrbe Ecclesiam ordinare uoluisset, ex omnium fidelium multitudine quosdã elegit Viros Seniores, ac probatę uitę, spectatę fidei,

Requiritur titulus.

Quare sint instituti Tituli.

B & plenos Spiritu Sancto, & sapientia, quos Clericos uocauerunt, & ex illis per manus impositionem partim Presbyteros, partim Diaconos consecrauit, quorum opera Episcopus Romanus scilicet Pontifex, in instruendo Ecclesiam, uteretur, & curam animarum commisit Presbyteris, qui partim orationi, ac ministerio uerbi Dei cum Episcopo uacarent, Diaconi uerò circa Papę curam, & presbyteros sacra facientes uersabantur; Cletus deinde Presbyteros deputauit in Vrbe 25. Euaristus Diaconos septem iuxta Apostolorum institutionem, quibus addidit ad curam, vt Episcopum prædicantem propter stylum veritatis custodirent; qui primus pariter Vrbem in Parochias diuisit, seu Titulos, & singulos singulis Presbyteris commisit Anno salutis Centesimo, vt quilibet in titulo designato popu-

C lum erudiret, sacramenta fidelibus administraret; sed cum iste numerus succedente tempore ob multitudinem credētium nõ sufficeret, Higinus deinde Pontifex plures in vnoquoque titulo presbyteros, & clericos ordinauit, & ille, qui pluribus presbyteris in vno titulo præerat, Cardinalis appellabatur; Deinde Dionys. Papa Anno 260. cum augeretur numerus fidelium, parochias, seu titulos suis limitibus terminauit, & presbyteris curam Cœmiteriorum pariter adiunxit, quæ cum plura essent, ea inter presbyteros gubernanda distribuit; Successiuè Marcellus anno salutis 305. Decreto statuit Titulos presbyteris datos esse tantum numero 25. in quibus baptisma dispensaretur, & martyrum sepulchra custodirentur; At dum Paganorum persecutiones contra fideles cessarent, Syluester Papa auxit titulos,

& pres-

& presbyteros, auxit autem presbyterorũ Titulos ad 28. qui A numerus, vt ipse Panuin. refert, vsque ad sua tempora permansit, & tunc denominationes, & subscriptiones ab ipsis titulis cȩperunt, & cum titulus sub nomine alicuius Sãcti appellaretur, sub eo itaque nomine Cardinales se subscribebant, veluti tit. Sanctæ Mariæ, tit. Sancti Grisogoni, & similium; talis autem numerus tempore Leonis I. plenus erat, vt ipse testatur Panuin. qui omnes specialiter numerat, & propterea dicuntur tot fuisse Cardinales presbyteri, qui singulo titulo alijs presbyteris præerant; Inde in electione Gelasij II. Cardinales numero 28. intercesserunt. Circa tempora Gregor. I. quinque desierunt tituli, Sanctæ Æmilianæ, Sanctæ Crescentianæ, Sanctæ Nicomedis, Sancti Matthæi, & Sancti Caij, quorum vice in Synodo celebrata sub Gregorio Magno circa annum Domini 600. B (vt Bibliothecarius refert) hos quinque repositos esse, S. Balbinæ in Monte Auentino, Sanctorum Marcelli, & Petri, S. Crucis in Ierusalem, Sancti Stephani de M. Celio, & Sanctorum Quattuor coronatorum, at cum titulus Sancti Ciriaci Vetustate corruisset, et profanatus fuerit, cuius loco fuit additus titulus Sanctorum Quirici, & Iulittæ à Sixto IIII. erant singulæ Ecclesiæ Patriarchali septem presbyteri Cardinales deputati, Ecclesiæ scilicet S. Petri, S. Pauli, S. Mariæ Maioris, S. Laurentij extra muros, & singulariter cuilibet eorum deputatus erat dies hebdomadæ ad celebrandum in Altari principali pro Papa diuina officia; vnde sicuti septem fuerunt à principio deputati presbyteri singulæ Ecclesiȩ Patriarchali, ita numerus fuit ad 28. redactus, & totidem fuerũt tituli designati; Talis itaque nu- C merus vsque ad Honorium II. anno salutis 1125. permãsit, quo tempore decedentibus Cardinalibus, & alios loco decessorum Papa non subrogaret, Cardinalium numerus multum decreuit, ita, ut temporibus Alex. IIII. Vrbani IIII. Anno 1261. ad duos tantum redactus fuerit numerus Cardinalium presbyterorum, & ita remanserũt sub Archipresbytero, & Canonicis; eadem ratio de Diaconis militat: Nã Honorius II. Diaconos ad Titulos Ecclesiarum promouit; exemplum hoc Romani Põtifices successores immitati sunt, Cum primum electio Papȩ ad Cardinales fuit transmissa, & ille esset legitimus Papa, qui à duabus partibus Cardinalium eligeretur, ut Schismata in Ecclesia tollerentur, numerus Cardinalium fuit auctus, inde Dia-

Ecclesiæ Patriarchales Vrbis Romæ.

Quomodo ibi celebrabatur.

Numerus Card. presbyt. ad duos tãtum redactus.

coni

A coni erant numero 18. presbyteri 28. Episcopi 7. qui numerus non semper eodem modo fuit plenus, aliquando etenim, ut tẽpore Innoc. II. vel Celestini II. erant numero 40. deinde decreuit ad 35. postmodum ad 30. postea 25. adhæc ad 20. postmodum ad 10. demum in 8. remansit Cardinalium Collegium, quatuor scilicet presbyteri, & totidem Diaconi, ut in electione Nicolai III. de anno 1276. deinde numerus paulatim creuit, & ascendit ad 15. deinde ad 20. ut tempore Bonif. VIII. & usque ad Sixtum IIII. numquam ascendit ad 30. & in Conc. Constantien. cautum fuit, ne plus quam 24. Cardinales viuẽtes insimul essent; Sixtus IIII. excessit numerum 30. & Alex. VI. plus minusque 50. Cardinales viuentes permisit, & nullus istorum excessit numerum 53. Leo X. unica uice creauit Cardinales 31. & B tunc numerus ascendit ad 65. Paulus III. & Paulus IIII. & Pius IIII. ad 63. auxerunt, sequens ad 70. Tertius ad 76. ad quem numerum numquam legitur secũdum Panuin. quod Cardinales ascenderint, Nouissimè Sixtus V. ad numerum illorum 72. seniorum quorum personam repręsentant, & discipulorum Domini dictum numerum terminauit. Legitur quod tempore Põtiani erãt numero 236. quod credimus potius presbyteros fuisse Vrbis Romę, quã Cardinales, Vrbanus VI. unica uice creauit Cardinales 29. qua de re & titulorum numerus fuit auctus. Primus qui nouum titulum auxit fuit Calistus III. anno salutis 1458. de Sancto Calisto prope Ecclesiam S. Marię in Transtiberim, quem concessit Ludouico Milano Cardinali à se creato suę sororis filio; Deinde Sixtus IIII. alium S. Nicolai instiC tuit inter imagines, prope Colisæum anno 1478. quem cõcessit Petro Foscaro Cardinali à se creato; Tertius titulus à Leone X. Anno salutis 1517. S. Matthęi in Merulana, qui (ut aiũt) fuit tantum restitutus, restituitque pariter Leo X. & decem alios titulos de nouo, vt Panuin. refert. Iulius III. & alios ordinauit Titulos S. Mariæ in Via, S. Barbaræ, & S. Simeonis, Paulus IIII. alium titulum adiunxit anno 1557. S. Mariæ supra Mineruam concessum Cardinali Fratri Michaeli Ghisilerio Alexandrino; Pius IIII. addidit Sanctam Mariam Angelorum in Thermis anno 1564. quam Io. Antonio Sorbellonio Cardinali à se creato concessit. Pius V. tres alios titulos auxit anno Domini 1566. inde vsque ad illa tempora tituli aucti ascendunt ad summam 21. & sic omnes Tituli presbyterorum sunt 49.

Titulorũ numerus.

Aliorũ titulorũ ĩstitutio.

De Dia-

Diaconorum Tituli. De Diaconis modo dicendum erit, ſeptem enim antiquitus A (ut diximus) erant Diaconi, qui ſinguli ſingulis Regionibus erant deputati, cum vrbs diuiſa eſſet in 14. Regiones, ita & Diaconi fuerunt 14. Deinde creſcente populo plures Diaconi in vnaquaque Regione fuerunt deputati, & eorũ numerus erat indeterminatus, tamen dignior, & antiquior Diaconus Cardinalis appellabatur; & cum Regioni eſſent aſcripti propterea illi 14. dicebantur Diaconi Regionarij; Deinde ad differentiam iſtorum, alij Diaconi Cardinales Palatini ſunt uocati, eo quod aſſiduè in Palatio Pontifici Miniſtrãtes in Eccleſia tam Lateranenſem, quam in Vaticana aſſiſterent; Ideo aliquando fuerunt appellati Miniſtri Lateranenſis Altaris, Paulus III. auxit numerum, nam eo tempore viuebant Cardinales Diaconi 19. Pius IIII. auxit ad 25. & licet tituli Cardinalium Diaconorum cu- B ram animarum non gererent, nec ſacramenta adminiſtrarent, (licet ſub nomine Eccleſiarum appellarentur,) tamen Diaconi dicebantur; Quapropter ſicuti prius ſub nomine Regionis 1. 2. & 3. ſe ſubſcribebant, ita poſtmodum cæptum eſt dici Cardinales illius Eccleſiæ & Sancti cui erant incardinati, ueluti Sancti Adriani Diaconiæ, tempore Gregor. I. 18. tantum erant Diaconiæ, ut numerantur à Panuinio, quæ (ut aſſerit,) uſque ad tempora Leonis X. ita permanſerunt, qui deinde unam addidit ſancti ſcilicet Onufrij, & tempore Sixti IIII. ordo Titulorum fuit cõfuſus; qui dum Cardinales creauit, Presbyteris Titulos Diaconorum, & Diaconis titulos presbyterorum conceſſit, hoc idem ſectatus fuit Alexand. VI. unde factum eſt, ut mutua vice ad libitum Pontificum Tituli concederentur; licet anti- C quitus, qui Diaconiæ erat aſcriptus, ſemper fuiſſet Diaconus Cardinalis, & ſi conſecraretur Presbyter, tunc uacante titulo presbyteri, dimiſſa Diaconia aſcẽdebat ad illum; Nunc autem Cardinales optionis lege aſcendunt; quod tempore Alex. V. in Conc. Piſano Anno Domini 1410. factum fuit. Idcirco Cardinalis unus ratione optionis per plures Diaconias, tituloſque presbyterorum, & Epiſcopatus aſcendit; Vlterius, & Epiſcoporum cauſa (quare inter Cardinales Epiſcopi ſint introducti) tractanda erit; pluribus enim de cauſis in Vrbe quatuor fuerũt ordinatæ Eccleſiæ Patriarchales, Baſilica ſcilicet Sancti Petri, Sancti Pauli, Sanctæ Mariæ Maioris, Sancti Laurentij extra muros, vt dictum fuit, quibus in Eccleſijs principaliter Papa ſa-

Confuſio Titulorũ.

Optio quãdo fuit inducta.

Epiſcopalium titulorum inſtitutio.

cra per-

A cra persoluebat, inde ad illius maiorem dignitatem, & maiestatem, septem Episcopi ex maximè consinibus oppidis uocati sunt, qui singulis hebdomadæ diebus singuli, vel præsente, uel absente Papa, super Aram præsertim Ecclesię Lateranensis, diuina mysteria celebrarent; & sicuti septem sunt dies hebdomadæ, item septem erant Episcopi electi ad hoc peragendum officium, qui postmodum Cardinales dicti sunt, tamque omnibus alijs propter officium principaliores; Talis itaque institutio, (ut ipse ait) tempore Stephani IIII. anno 758. incępit; Sunt autem tales, Primus est Episcopus Cardinalis Hostiẽsis, qui utitur pallio, & illi ab Eugenio III. fuit adiuncta Ecclesiæ Veletrensis, & iste celebrabat die Dominico in Basilica Lateranensi. Secundus est Episcopus Cardinalis Syluæ candidæ, alias Sanctarum
B Virginum Rufinæ, & Secundæ, cui fuit unita Ecclesia Portuẽsis à Celestino II. hic exercebat actus Episcopales absente Papa, tam in Ecclesia Sancti Petri, q̃ in Vrbe Leonina, & feria secunda celebrabat in dicta Ecclesia seu Basilica Lateranensi; At deficientibus incolis, fuit unita Portuensi uicinæ, ibidemque dicit Panuin. quod Episcopus Cardinalis Sancti Hyppoliti aliàs Portuẽsis, qui trans Tiberim Iurisdictionem Episcopalem obtinebat feria tertia siue die Martis sacra in Basilica Constantiniana peragebat. Quartus in hoc ordine Cardinalis Sabinensis Eps̄, qui feria quarta celebrabat. Quintus Eps̄ Cardinalis Prænestinus, qui feria quinta celebrabat. Sextus Episcopus Cardinalis Tusculanus feria sexta cebrabat. Septimus Episcopus Cardinalis Albanus Sabbato celebrabat, Hodie illi sex nu
C merantur, Episcopi Hostiensis, Portuensis, Sabinensis, Prænestinus, Tusculanus, & Albanensis, Cęteris Patriarchalibus Ecclesijs septem presbyteri singuli Ecclesię erant deputati, & caput eorum dicebatur Cardinalis, ex quibus satis colligitur, qualiter tituli in creatione Cardinalium requiruntur, & inde numerus eorumdem descenderit, vide etiam de his apud Manfr. decis. 18. Corad. cap. 2. §. 1. Paris. lib. 8. q. 12. & cumulatiuè tradidit Panuin. in libello de Præcipuis Vrbis Romæ Sanct. Basilicis, & ex alijs suprà allegatis.

Requiritur scientia.

Vlteriùs considerandum est, quod scientia, quæ omnibus dignitatibus summo est ornamẽto, & Cardinalicio muneri summè necessaria sit, propterea Ecclesia Viros omni virtute prædictos optat, ut in cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. quia mundus non

regitur

regitur sine sapientia Auth. Habita, C. ne filij pro patre, & Re- A
ges per sapientiã regnant; Principes imperant, Potentes decernunt Iustitiam; Prouerb. 8. & qui alijs præpositus est scientia excellat, cap. conuenientibus, 1. q. 7. glos. in cap. Clericatus, 16. q. 1. Cardinales itaque qui totum orbem sunt iudicaturi nõ minori quam mediocri scientia excellere debent, arg. cap. nisi, §. propter defectum, de Renunc. lib. 6. Alban. in q. 8. erit enim eorum scientia stabilis non transitoria, quia ad ipsos pertinet iudicare de fide, moribus, & animarum omnium salute; inde circa sacræ Theologiæ veritatem, canonumque auctoritatem uersari debent, vt in omni tempore Doctores præcipuè se ostendant, tex. in prag. sanct. de numero & qualitate Card. arg. cap. quia Episcopus, dist. 23. quoniam secundum D. Hieronymum in ca. si iuxta, dist. 38. Ignorantia scripturarum est ipsum Christum B ignorare, & de hac scientia uide Conc. Trid. in d. Sess. 24. cap. 1.

Peritia agibiliũ. Requiritur autem in Cardinali peritia agibilium, industria singularis, fides explorata, ac summa omnium rerum scientia. Anacletus ad Episcopos Italiæ epist. 2. porrò Moysi præcepit Deus, ut eligeret presbyteros idest, seniores; hæc uero canicies sapientiam designat, de qua scriptum est Canicies hoĩum prudentia est; inde, non propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur; sic ætas matura moribus, & uirtutibus eo efficacius scientia requiritur, si bonam conscientiam comitatur, cum illud sit sapere, Dei timorem habere, iuxta Psal. Initium sapientiæ timor Domini, & Dominus Moysi præcepit dicẽs: Prouide de omni plebe viros sapientes, timentes Deum. Idem Dominus dixit Petro: Amas me Lu C cæ 22. Sint Lucernæ ardentes in manibus vestris. Hieronymus ad Fabiolam: Prius inquit faciamus, & sic doceamus, ne doctrinæ authoritas prauis operibus destruatur.

Boni conſciẽtia cũ sapientia requiritur.

Idem ad Neapotianum: Non confundat opem sermo tuus, ne dum in Ecclesia loqueris tacitus quispiam dicat, cur hæc, quæ dicis ipse non facis?

Cardinalium mores & requisita sint præstantiora cęteris alijs.

Qua de re Conc. Trid. in dicta Sess. 24. cap. 1. hortatur, Cardinales eligendos esse omnium uirtute eminentissimos, inde non electos, sed electissimos, non doctos, sed doctissimos, non dignos, sed dignissimos, & demum sicuti in Ecclesia perfectissimo potiuntur gradu; ita his uirtutibus ornatissimi Ecclesiam Sanctam ædificent, & illustrent. Ideo Bernard. ad Eug. lib. 3. de

Car-

A Cardinalibus ita sermonem fecit: Sint tales, vt præter Deum nil timeant, uiriliter pugnent pro afflictis, iudicent in æquitate pro mansuetis Terræ, sint probati ad Sanctimoniam; parati ad obedientiam, mansueti ad patientiam, subditi ad disciplinam, rigidi ad censuram, Catholici ad fidem, fideles ad dispensationem, concordes ad pacem, recti in consf. prouidi in iubendo, & discreti in omnibus; Hæc ille.

Gregor. in Past. ait: Quod sumus professione, actione potius, quàm nomine demonstremus, ut nomen cõgruat actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen inane, & honor sublimis, & uita procliuis, ne sit Deifica professio, & illicita actio, ne sit Religiosus amictus, & irreligiosus professus, ne habeatur in Ecclesia cathedra sublimior, & conscientia Sacerdotis reperiatur hu

B milior; Idem dicit Ambr. de Fuga seculi, cap. 2. Hæc enim uita est Sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quædam alienatio charissimorum, ut suis se abneget, qui seruire Deo elegerit, & cui portio Deus est, nil debet curare nisi Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere.

Plura de similibus Hostiens. in c. ad sustentandos, de schism. lib. 6. Pelag. lib. 2. cap. 15. & 16. Flor. 3. par. tit. 21. cap. 1. & 2.

Cardinalium officium mortuo Papa.

Tales itaque Cardinales duplici funguntur officio, vno Papa mortuo, altero autẽ eo uiuente; Vacante enim Sede, illum eligunt, ut in cap. vbi periculum, de elect. lib. 6. (& supra de Papa diximus) illius resignationem recipiunt, ut in cap. 1. de Renunc. Archid. Io. Andr. & Gemin. in 6. & satis superius de modo in electione seruando declarauimus.

Officium Cardinalium uiuẽte Papa.

C Viuente autem, triplex istorum status consideratur, ex eo quod Papæ assistunt, consulunt, & cooperantur; inde Assistentes, Consiliarij, & Cooperatores sunt dicti glo. in c. ministeriũ, de officio Archid. cap. fęlicis, de pœnit. lib. 6. Abbas, in cap. bonæ, de post. prælat. nu. 6. Ioan. de ligna. de officio prælat. 1. par. de Papa, num. 2. Iacob. de Card. lib. 7. art. 55. August. de Anco. q. 8. art. 4. & q. 92.

Bernard. in epist. 88. dicit: Nulli dubium, quin ad uos specialiter spectat tollere scandala de Regno Dei, surgentes succidere spinas, sedare querelas, (& infra) agitur pro loco, quem tenetis, pro dignitate, qua potimini, pro potestate quam accepistis; Hæc ille.

Idem Bernard. ait: Qui sint in Consilio prouidi, in iudicio re

cti in iubendo discreti, in disponendo industrij, in agendo strenui, in loquendo modesti, in aduersitate securi, in prosperitate deuoti, in zelo sobrij, in misericordia non remissi, in ocio non ociosi, in hospitio non dissoluti, & similia; ut ibi; legitur etiam in cap fundamenta, §. decet, de elect. lib. 6. his uerbis, de Cardinalium officio; Dum consulunt, pacem inter Christianos Principes suadent, ius commune fouent, & Ecclesiæ utilitati prouident. Propterea electi sunt ad eandem solicitudinem, quam ipse Pontifex sustinet, ut in dicto cap. per uenerabilem, qui filij sint leg. & in dicto cap. fundamenta. Ideo pluribus funguntur officijs: sunt Papæ electores, assistentes, Consiliarij, & cooperatores; Dum itaque illum eligunt, generare uidentur, dum consulunt, nutriunt, dum eiusdem iussa exequuntur, cooperantur, ex Paleoto par. 5. q. 9. Idem dixerunt Archid. in cap. ubi periculum, de elect. lib. 6. num. 4. Card. in Clem. Ne Romani, §. porro, de elect. num. 2. Barb. in 1. q. 12. num. 1. Præposit. in c. quam quam, 2. q. 7. num. 2. Hostiens. in cap. excommunicatus, de officio leg. num. 3.

Quomodo aßistãt Papæ.

Dum Papę assistunt in Consistorio, in quo ille residet, ardua negocia Ecclesiæ tractant, & determinant, iuraque Populo reddunt, non autem authorando Cardinales assistunt, sed cõsulendo, & coadiuuando, Abb. & Zabar. in dicta Clem. Ne Romani, & in Clem. Pastoralis, de sent. & re iud. Mend. etiam refert in Reg. 32. q. 1. num. 2. & reg. 17. q. 2. & 3.

Cõsistorij descriptio et diuisio.

Duplex designatur Consistorium, publicum scilicet, & priuatum, publicum est, quod commune est omnibus, non solum Cardinalibus, sed etiam alijs Prælatis, ita, ut cuilibet liceat adire, & publica negocia tractare; Aliud secretum, & priuatum, quod coram Cardinalibus tãtum celebratur, coram quibus sua dispensat officia, Cardinales creat, & Prælatos Ecclesiæ, & talis locus Sedes Apostolica nuncupatur Lap. in Alleg. 84. ante num. 12. Rebuff. in concord. Rub. de elect. ad prælat. §. 1. vers. consistorialiter, Mend. Reg. 34. q. 16. nu. 6. & 7.

Cõsistorij institutio qualis.

Verùm, cum Consistorij institutio ea sit, ut Paleot. ait, ut de rebus propositis quisque suffragium ferat, ideò, qui in eo pulcherrimè, & aptè stare, & uota dicere optauerit, summa prudentia, integra fide, & animi bonitate negocia pertractet, ut cæteri illos Consiliarios probatissimos agnoscant August. de Anco. q. 100. art. 7. & Paleot. in par. 1. q. 4. par. 2. q. 1. & 2.

Hinc

A Hinc est, quod Senatores, Patres amplissimi, & Patritij Ecclesię nuncupentur, Manfr. decis. 2. & in decis. 36. demonstrat qualiter Cardinales in Collegio sunt tamquam nubes propter existimationem, ut Columbæ propter uitæ integritatem, eorumque innocentiam, candidiores niue, propter mores, fulgentiores uetusto ebore propter charitatem & Dei timorem, unde pacem, & Christianæ felicitatis bonum concedunt; Finis autem congregandi Cardinales ille præcipuus erit, ut publicæ in negocijs conficiendis utilitati per eos consulatur: nam ad Sanctam Sedem, non solum ea, quæ ad fidem, Religionemq; Christianam pertinent, deferuntur, uerumetiam & aliarum causarum quæstiones, difficultatesque grauiores deuoluuntur, ut refert Paleot. in part. 5. q. 11. est enim inquit Sedes Apostolica ue-

Quæ ad Consistorium deferantur.

B lut arbor illa, quam apud Danielem uidit Assyriorum Rex Nabuchodonosor, ad cuius ramos aues conuolabant, & sub cuius umbra reliqua oĩa animalia conquiescebant; propterea Summus Pontifex ad quem, tamquam ad caput & vniuersalem Ecclesiæ præsulem cuncta ordinanda procedunt, eò disposuit ordine, ut partitis causis, non uni oĩa, sed singula singulis adaptarentur negocia, ut omnes cooperatores existant, & tamquam aquæductus plures dispositæ sunt Cardinalium Congregationes, quibus ad Papam in Concistorio peragenda ducuntur, ut illorum opera, & labore plurimũ Papa ualeat subleuari; Dũ etenim consulunt, ut Paleot. in dicto loco asserit, cognitionẽ prius illarum rerum, quæ tractandæ sunt nituntur habere, ut optimè instructi ad Congregationem accedant, ut non casu, aut impa-

Quomodo consulant.

C rati, sed edocti cuncta persoluant, iuxta Basilij sententiam in Moral. Reg. 9. nullo pacto negligentes esse oportere eos, qui Deo placere cupiunt, in ijs cognoscendis, & pręstandis, quæ officij eorum sunt, fideliter, (ut aiunt) eos Deo seruire, qui illa, quæ conditioni eorum congrua sunt, libenter faciunt, vicissimque, illos longe aberrare, qui conditionis suæ functiones contemnunt, nec bonam in eis fidem ostendunt: Idcirco, cum Cardinales uinculo illo sint astricti Papæ, quasi, ac propria uoluntate, ita contraxerunt, ut nihil aliud curent, quam Reipub. Christianæ prodesse, & ad quod se pertinere dignoscunt quotidie uersentur, sicut dixit Salom. Prouerb. 6. Fili mi, si spospondoris pro amico tuo, defixisti apud extraneum manũ tuam, illaqueatus es uerbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. & infra; di-

ſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum ocu- A
lis tuis, nec dormitent palpebrę tuæ; & pluribus Paleot. probat
rationibus, Cardinales Papæ eſſe Conſiliarios, ut etiam legi-
tur in dicto cap. fundamenta; Pius II. in lib. 1. ſect. 8. c. 10. Car-
dinalibus dixit: Vocati eſtis Conſiliarij noſtri, & coniudices
Orbis Terrarum, ſuper quos militantis Eccleſię oſtium uoluen
dum eſt; Leo X. in lib. 1. Cærem. ſect. 8. cap. 6 Liceat (inquit) ut
par eſt Cardinali cuique ſecundum Deum & conſcientiã ſuam
liberè, & impunè, quodcunque ſentiunt, dicere; Paulus IIII. in
Bulla 21. Cardinales (ait) uocantur in partem ſolicitudinis, ut
aſſiſtant Romano Pont. Et Pius V. in Bulla 8. appellat Cardi-
nales, Templũ Dei Baſes, clariſſima Eccleſiæ lumina, qui pro
animabus populorum, pro fide, pro iuſtitia, proque ueritate
peruigilant; Sixtus V. in Bulla 93. Proprium (ait) Cardinalium B
munus aſſiſtere Chriſti in Terris Vic. eique in regenda Eccle-
ſia Catholica conſilium, & operam aſſiduè pręſtare, atque cum
eo Eccleſiæ neceſſitatibus prouidere, ipſoſque tum ad id ex ip-
ſius officij debito, tum ex ſanctorum patrum Decretis teneri;
Qualiter circa præmiſſa ſe exerceant, Pelag. lib. 2. cap. 16. Flor.
3. par. tit. 21. c. 1. Laud. in tract. de Cardinal. q. 10. & 32. Barb.
q. 10. Manfr. Deciſ. 117. Concludimus tandem cum D. Hier.
in 24. q. 1. his uerbis: Non afferamus ſtateras doloſas ubi appẽ-
dimus quod uolumus pro arbitrio noſtro, dicentes, hoc graue,
hoc leue eſt, ſed afferamus ſtateram de diuinis ſcripturis tam-
quam de Theſauris Dominicis, ut in illa, quid ſit grauius appẽ-
damus, tempore, quo Dominus priora delicta recentibus pœ-
narum exemplis cauenda monſtrauit, & Idolum fabricatum, C
atq; adoratum eſſe apparuit, & propheticum librum ita cõtem
ptoris regis incenſum à ſchiſmate tentatum, Idolatriæ gladio
punitum eſt, & exuſtio libri; bellica ſede, & peregrina captiui-
tate, ſchiſma hiatu Terræ, ſepultis authoribus viuis, & cæteris
cæleſti igne conſumptis, quis iam dubitauerit hoc [illegible] ſcelera-
tius commiſſum, quod eſt grauius iudicatum? Hæc ille.

Card. qualiter ſint cooperatores.

Cooperatores etiam Papæ ſunt, propterea ſpecialia illis cõ-
mittuntur officia, ſicuti Camerarij, Vice Cancellarij, Summi
Pœnitentiarij, Præfecti ſignaturæ, Gratiæ, & Iuſtitiæ, & ſimi-
lia, quæ ualde à priori illa inſtitutione differunt, Hi enim tunc
(ut diximus) uel ut geſta martyrum deſcriberent, aut corpora
intra cœmeteria reconderẽtur, curabant, aut ſacra in eorum Ec

cleſijs

A clesijs vel coram Papa persoluebant, quibus ut modo Sacerdotali, aut Pontificali ministrando funguntur officio, Manfred. decis. 106. omissis alijs.

Ista quippe officia, cum Ecclesiæ regimen designent, meritò illis tantum demandantur, quibus & illius Ecclesiæ regimen commissum est. Camerarij officium Cardinalis administrat, pertinet autem ad hoc munus Cameræ collectas, introitus, & prouentus custodire, Zabarel. in Clem. 2. de elect. Paul. de Castro, in cons. 106. in nouiss. Dec. in consil. 404. Gomes. in Reg. Cãc. in proœm. Maxima est dignitas Camerarij post Papam, quia in Curia Romana tenet primum locum, post quam venit Maior Pœnitentiarius, quæ officia etiam mortuo Papa vigent. Zabar. in Clem. Ne Romani, vers. eo ipso, de elect. Borg. de Re B gular. par. 3. num. 10.

Camerarij officium.

Cuius quidem exactio Christianam sequitur charitatem, ne populi tributorum onere aut rigorosa exactione grauentur, sed pauperes potius piè subleuentur, & fideliter quod partum fuerit tueantur; glos. & Zabar. in d. Clem. Ne Romani, in verbo Camerarij.

De Camerario ista Panuin. retulit de interpret. nom. obsc. eccl. Camerarius à Camera non est recens inuentum; Archidiaconi enim S.R.E. officio Gregorij VII. Papę tempore extincto, in eius locum successit Camerarius, qui quod pecuniarum Ecclesiasticarum, quæ in Cameris conseruabantur curam gereret, ita appellatus est. Hæc ille.

Maioris Pœnitentiarij officium, quod etiam mortuo Papa C Cardinalis eo fungens administrat & Iurisdictio in Ecclesia ordinata est, vt eo commodius pœnitentium saluti consuleretur, ex Vestr. in lib. 1. de Sum. Pœnitent. & Corrad. in dicto lib. 2. cap. 2. §. 3.

De maioris Pœnitentiarij officio.

Cuius proprium est, in foro conscientiæ etiam iudicare, absque alio iudicij tramite, & in casibus Papæ reseruatis dispensationes humiliter petentibus voce, vel supplicationibus, concedere, glos. & Zabarel. in dicta Clem. Ne Romani, §. eo tamen, Rebuf. in part. 2. signat. num. 21. & 22. & in tit. de dispensat. ad plura benef. num. 35. Flor. 3. par. tit. 17. cap. 14. Vestr. de Sum. Pœnit. est tandem Sum. Pœnit. fidelis Ecclesiæ pœnitentiarum dispensator; qui dicitur summus ad differentiam aliorum, cum plures constituti sint in Patriarchalibus Ecclesijs in Vrbe

pœnitentiarij ad audiendas accedentium peccatorum confes- A
siones, circa quos Episcopali tantum vtuntur potestate, sed Summus non audit sacramentales confessiones, sed circa delicta Papæ reseruata dispensat, & alijs confessoribus committit ex Vestr. in dicto loco.

De Vicecancellario.

Demandatum est & aliud officium Cardinalibus quod Cancellariæ nuncupatur; de huiusmodi officio hæc retulit Panuin. in citato loco; His verbis: Cancellarius, aliàs Bibliothecarius is, quis Romanum Pont. in chartis ecclesiasticis iuuabat, & orientis, occidentisq; Synodicis consultationibus, vt (D. Hieronym. in epistola ad Ageruchiam de monogamia tradit) respondebat, quem antiqui scribam, à libellis, ab epistolis, epistolatū magistrum, nostro tempore secretarium vocant, Cancellarius in Ecclesia Romana appellabatur, quam vocem à Flauio Vo- B
pisco in Catini vita primum vsurpatam fuisse obseruaui; Hi cum à secretis, & libellis Principum essent, scribendis quoque ac custodiendis publicis rebus vacabant, & a Cancellis intra quos demandata sibi munera obeuntes consistebant, appellationem habuere.

Cassiodorus in suis epistolis de Cancellario ita dixit; Hoc igitur laudabile præiudicium, sententia gratiosa, militia domestica, à 12. Indictione Cancell. tibi deus attribuit, vt Consistorij nostri secreta fideli integritate custodias, per te præsentandus accedat, per te nostris auribus desiderium supplicis innotescat, iussa nostra sine studijs venalitatis expedias, omniaque suggeras, vt nostram possis commendare Iustitiam; Respice quo nomine nuncuperis, latere non potest, quod inter Cancellos C
egeris.

Inde sequitur Panuin. Omnium igitur Scribarum, Notariorum & Scrinariorum S. R. E. Princeps Cancellarius vocabatur, quod munus diu in Ecclesia amplissimum fuit, & non nisi summæ authoritatis presbyteris, & sæpissimè Episcopis concedi solitum, qui quod bibliothecariam etiam curam haberet, bibliothecarius dicebatur. Hic epistolas Romani Pont. nomine dictabat, Synodicis Episcoporum Consulationibus, respondebat, Sacerdotum Romanorum Decreta scribebat, & à Cancellario dictus Vicecancellarius. de eo librum Panuin. edidit.

Cancellariæ Papæ quæ.

Appellatur Papæ Cancellaria organum Summi Pontificis, eo quod ex ea qualis fuerit illius mens optimè colligitur; Nuncupatur

A cupatur etiam ſtylus Romanæ Curiæ in omnibus cauſis, tam ſpiritualibus quam temporalibus; & in executione Apoſtolicarum litterarum idem dicitur iudex, & Bibliothecarius Papa, & Cancellaria dat formam in omnibus Apoſtolicis expeditionibus, ex Sarnenſ. Gomeſ. Caſſad. & ſimilibus, in Reg. Canc. in princ. Mendoſ. Reg. 7. q. 2. nu. 10. Reg. 34. q. 45. nu. 2. Veſtr. lib. 2. cap. 8. Corrad. lib. 2. cap. 1. §. 4.

Contendit cũ Camerario de præeminentia, & numeratur inter iudices Rom. Curiæ, ex Gomeſ. in Reg. Canc. in procem. Corrad. in d. lib. 2. cap. 1. §. 3. nu. 2. & lib. 1. cap. 1. §. 4.

Quare dicatur Vicecancellarius.

Fuit diminutum nomen, & Vicecancellarius appellatus, quia ſecundum quoſdam uolebat in Iuriſdictione Reg. Canc. cum Papa cõtendere: propterea Papa ſolus dictas regulas ordi- B nat, ſtatuit, auget, & minuit, pro cuius arbitrio, & circa ea, Vicecancellarius Iuriſdictionem exercet & iuſtitiam facit; Alij uerò ſentiunt, quod ob reuerentiam D. Laurentij in cuius ædibus poſita eſt Cancellaria, & quod primus fuit Cancellarius, inde alij in eius honorem receperunt diminutum nomen, & cum ueritas ſit, quod Beatus Laurentius potius fuerit Theſaurarius Eccleſiæ inter pauperes, ut ipſe dixit; Et Theſauros, quos tradidiſti mihi, iam expendi, ideo talis ſentẽtia nõ recipitur; Quidã verò dixerunt, magnum Dei, & Eccleſiæ Cancellarium eſſe Pontificem; ideo ad illius honorem fuit diminutum nomen, Zabar. in dicta Clem. Ne Romani, §. eo tamen, num. 4. de elect. Corrad. in dicto lib. 1. cap. 1. §. 4. uerſic. Cancellarius. Borg. de irreg. parte 3. num. 10.

C Nuncupatur etiam Queſtor, & Pręſes iuſtitiæ, & illius etiam eſt cum Auditoribus Rotę in deciſionibus cauſarũ interuenire, ſi uoluerit. Corrad. in d. lib. 2. cap. 1. §. 3. per Interpret. in Reg. Innoc. VIII. in procem. uide etiam Veſtr. lib. 2. de Vicecanc. in Reg. Leonis X. Paul. III. & ſimilium.

De Vicario Papæ.

Habet etiam Papa in Vrbe, & in his, quæ ſunt circa Vrbem ſicuti in ſuburbijs Vicarium Cardinalem, cui demandata eſt Iuriſdictio Diœceſana, & eſt tanquã Ordinarius in ſua Diœc. extenditur ſua poteſtas uſque ad quadrageſimam lapidem, ſecundum Rebuff. in forma Vicariatus, num. 64. Veſtr. lib. 2. de Vicario Vrbis. Pariſ. de Reſig. benef. lib. 2. quęſt. 12. Sbor. de Vicario lib. 1. quæſt. 13. num. 19.

Reſidet in Vrbe tamquam Ordinarius in ſua Diœc. in regi-

mine spirituali, & omnia, quæ Episcopus exercet, ipse admini- A
strat, præter beneficiorum collationem, ex Vestr. in dicto loco,
Paris. d. quæst. 12. Sbor. quæst. 13. & lib. 1. quęst. 69. lib. 2. quęst.
14. & 25.

De præfecto signaturæ.

Qualiter in officio se gerat Flor. 3. p. tit. 29. cap. 10. plura declarat. Vltra prædicta, fuit & præfectus. Vtriusque signaturæ à Papa constitutus, qui Cardinalatus honore fulgeret, Concursus multarum causarum ex uniuerso orbe inducebant confusionem, & dilationem negociorum, propterea Populus multa patiebatur incommoda; inde Pontifex pro maiori commoditate supplicantium, duo ordinauit Auditoria, in quorum altero, ea, quæ gratiam, in altero uerò, quæ iustitiam concernunt, postulantur; & ideo duplici nomine iustitiæ, & gratiæ præfectus appellatur; licet aliquando Pontifex duos constituerit Pręfectos, B & aliquando non Cardinales, ipsorumque Rescripta eam uirtutem habent, ac si manu Pontificis essent signata, ex Vestr. lib. 1. de utraque signat.

Sunt pariter, & alia officia à Papa commissa Cardinalibus, & committuntur indies iuxta negociorum oportunitates, propterea intelligant Pontificem delectum personarum habere; tales itaque eligit, qui illo negocio aptiores, & in causa instructores fuerint, & qui non solum clariores, sed prudentiores extiterint, ex Paleot. par. 5. quæst. 2.

Cardinales cooperatores, ita negocia perficiunt, ut suis declarationibus publicę in negocijs conficiendis utilitati consulatur, & reliqua, quæ cumulatè Paleot. inter nouissimos collegit, & suprà tetigimus. C

De Legatis à latere.

Demandatur etiam Cardinalibus legationis officiũ, & quia pars dicuntur corporis Papæ, ideo de latere appellantur, cap. Ecclesia Senatum habet, 16. quæst. 19. Abb. in cap. 1. de officio deleg. & in c. ad eminentiam, de sent. excom. & c. quod translationem, de officio deleg. talis itaque institutio antiqua est; In celebratione Concil. Nicæni Legati cœperunt, & ad Concilium Arelatense, Syluester Pontifex Legatos destinauit, Eckius in Enchirid. de Cardinalibus, in fine, Gomes. de legat. Florent. 3. p. tit. 21. cap. 3. §. 1.

Cum ad sedem Apostolicam non solum Vrbis negocia solummodo deferantur; sed & totius Orbis deuoluantur tanquam flumina ad mare, ideo his existentibus causis arduis, quæ

de facili

A defacili minori authoritate expediri non possunt; Legati ad illam Prouinciã, uel Regem authoritate Apostolica destinantur, illisque legatio committitur, qui & fidelitate, experientia, ac negociorum gerendorum scientia sint experti, Specul. de lega. §. 3. Gomes. de leg. Felin. in c. cæteros, de Rescript.

Tres describuntur Legatorum species; quidam sunt de latere Pontificis; Alij Legati particulares, ut Nuncij; Quidam sunt Legati nati, sicuti quidam Episcopi, glos. communiter allegata supra cap. 1. de officio deleg. & in cap. 1. eodem tit. lib. 6. Spec. de leg. §. 3. Abb. in cap. excõmunicatis, de legat. Gam. de Leg. in exord. num. 7. & 8. Astens. in Sum. lib. 6. tit. 40.

Legatorũ diuisio.

Legatus de latere, uel Papæ, est ille, cui à Papa certa prouincia, uel patria committitur gubernanda, qui Vices Papæ gerat B in loco commisso, & Ordinarius Prouinciæ nuncupatur, cap. nouit, de iud. l. unica, C. de mand. Abb. in Rubr. hoc eod. tit. Spec. in d. tit. de Leg. §. 1. nu. 2. Mend. Reg. 13. q. 6. num. 4. Parisius de Resign. lib. 7. quæst. 13.

Tales Legati originem duxerunt ab antiquis Proconsulibus Romanis, qui ad gubernandas prouincias Populo Romano subiectas mittebantur, & Proconsules appellabantur, quia uices Consulum gerebant; Ita & Papæ Legati de latere dicuntur, ut in cap. Legatos, de officio legat. lib. 6. & ff. de Procons. Legati constituuntur eo modo, & forma, quibus constituentibus placuerit, propterea in eorum litteris, & suæ commissionis causa, ac iurisdictionis termini declarantur, Spec. de leg. §. 2.

Origo Legatorum.

Extra Vrbem utuntur insignibus, quæ illis tantum conueC niũt, sicuti est benedicere, & deferre Crucem ante ipsum; in cæteris Legatis non Cardinalibus, talia non conceduntur, sed solum eorum insignia sunt Vestes rubei coloris, frenum, & calcaria deaurata; Abb. in c. antiqua, de priuileg. cap. excommunicationis, de officio leg. §. superest, num. 6.

Quando vtãtur insignibus & quæ sint.

Tenent autem Legati loca Apostolorum, & ipsius Pontificis personam repræsentant, unde honorantur, particulari honore, etiam finito officio, Abb. in cap. dilectus, de filijs presb. Fel. in c. mandatum, de præsumpt. num. 5. c. quæ Eccles. de Constit. Franc. in ca. si Abbatem, de elect. lib. 6. glos. in c. qua de causa, 2. q. 6. Mendos. Reg. 17. q. 7. Reg. 3. quæst. 8. Reg. 19. quæst. 19. Paris. lib. 7. quæst. 13.

Datur etiam & istorum alia differentia; quidam enim sunt

Legati,

Legati,& Iudices; quidam Legati tantum, dum nudum exerceant ministerium c.nobilissimus, d.97. Abb.in d.c.excommunicationis, & Rub.de officio deleg. A

Requisita in Legatis.

Habet Legatus, os, & sapientiam, linguamque eruditam, uiget in eo rectitudo Consilij, & prudentiæ, rigiditas censuræ, in aduersitatibus seueritas, in prosperitate deuotio, in Zelo sobrietas, in agendo strenuitas, & in arduis experientia multipliciter approbata, ex Pelag.plura, de Planctu Ecclesiæ lib.1.c.47.lib.2.c.15.Flor.3.par.tit.21.cap.3.num.1.vide etiam cap.si ergo, 8.q.1.

Bernard. de consid.ad Eugenium: Tales tibi expedit in legationem mittere, qui missi post aurum non eant, sed Christum sequantur; per questum legationem non ęstiment, nec requirāt datum, sed fructum, qui Ecclesias non spolient, sed augeant.& similia; Hæc ille, Vnde quæ sunt Iesu Christi quærunt, cætera sicuti Apostoli in contemptum inducunt; De his plura in dicto loco Pelag.lib.2.c.15. Goff.de leg.num.9. Spec.de leg.§.superest, num.26. Flor.d.cap.3. B

Quot modis termi netur Legatio.

Quatuor modis legatio terminatur, tempore apposito in literis, re expedita, & morte Legati; & licet Legatus legantis reuocationem ignoret, tamen eius Iurisdictio à die reuocationis cessat, Felin.ca.ex parte, de Rescript.nu.12.uide etiam Franc. in cap. præsenti, de offic.leg.lib.6.Host.& Goft.in Summa eodem titulo.

Gloria Legatorū quæ.

Finita legatione, Legati reuertuntur ad Principē à quo missi sunt, potius defatigati labore, quam onusti auro, gloriantur corā eo, (ut refert Socrates) non quod curiosa, & preciosa quæque terrarum attulerint, se quod reliquerint pacem commissis Regnis, legem Barbaris, quietem Monasterijs, Ecclesijs ordinem, & Clericis disciplinam; Ita de Beato Martino legitur ad impletum, ex Bernardo, & Pelag.in citatis locis; Taliter tādem Cardinales Cooperatores à Papa destinantur; inde uacante Sede Collegium Cardinalium extra Romanam Curiam inuitum Card. Legatum non mittit. C

Gomes.in tract.de Leg. quales debeant esse Legati, nu.9.& Card.in Clem. Ne Romani, de elect.Manfr.de Card.cap.18. declarant.

Priuilegia quædam Cardinalium.

His de causis pluribus priuilegijs & immunitatibus decorātur; Inde Constantinus in locum Senatorum Romanorū constituit,

A stituit,cap.Constantinus, d.96.Domus eorum ea immunitate gaudent, quod cõfugientes ad illas,à Curia eximi non possunt sine eorum mandato,præterquam in criminibus exceptis,Clar. in §.fin.q.30. vers.item addo.

Collegiũ Cardinalium mortuo Papa non creat Cardinales.

Præcipuum eorum priuilegium est, quod illis tantum concessum est,de eorum gremio eligere Pontificem, ex c.ubi periculum, de elect.lib.6.attamen eorum Collegium,Cardinalem mortuo Papa non creat, nec alios in locum absentium subrogat, nisi in defectum Camerarij, uel Pœnitentiarij, Sede Vacante durante,Abb.in c.Cura pastoralis,de iure patr.& in c.eãte,de Rescript.num.13.Arch.in d.Clem.Ne Romani,nu.4.

Collegiũ Cardinalium mortuoPapa, an hẽat Iurisd.Papalem.

Papa mortuo, Cardinales non habent Iurisdictionem Papalem,glos.in d.cap.ubi periculum,§.idem,de elect.lib.6.cap. B 1.in Extrauag.Ioannis XXII.de elect.uers.moram,& in cap.1. de schism.in 6.Dec.in c.translato, de Const.Et similibus. Offendentes Cardinales, sunt ipso iure excommunicati; & incidunt in Crimen læsæ maiestatis, cap. Felicis, de pœnit. lib. 6. Clar.in d.§.fin.q.77.uers.offendentes, in §.Crimen læsę maiestatis,uers.quæro.

De Cardinaliũ prælatione.

Repræsentant in Ecclesia statum perfectorum ratione dignitatis,& officij, & hac de causa præferuntur cæteris alijs prælatis inferioribus,ueluti Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis,tũ ratione loci,cum Papæ assistant,& sint eius Consiliarij, & cooperatores, tum etiam, quia apud istos residet uniuersalis Ecclesiæ regimen,cap.placet,d.65.glos.in c.quamquam, 2.q. 7.Turrecremata,in Sum.lib.1.cap.80.August.de Anco.q.102. C Art.2. Flor. 3.par.tit.21.cap.2.arg.Conc.Trid.Sess.24.cap.1. Manfr.Decis.104.

Vnde maior dignitas hodie nõ reperitur, & summus est gradus post Papam. Barb.in q. 1.nu.42.Manfr.Decis. 102.& hoc pluribus rationibus probant; Primo, quia cum Papa iudicant Orbem,& à nemine nisi à Papa iudicantur; Secundo,quia eorum consilio totus mundus regitur; Tertio,quia sunt Cardines super quibus uniuersi orbis machina uoluitur; Quarto,quia in Ecclesia Dei tenent principatum; Quinto,quia Papæ membra appellantur; Sexto Senatus illorum diuinus est; Septimo,loca Apostolorum tenent; Octauo eligunt Pontificem,& in Pontificem eliguntur; Nono, quia speciali ornamento decorantur; Decimo, quia maioribus negocijs præsunt; Vndecimo,eo qđ

Papa inter Cardinales se connumerat, & plura de priuilegijs, A
& Iurisdictione Cardinalium collegit Manfred. in suis Decis.
140.cum seq. de Priuileg.

Ornamenta Cardinalium.

Ornantur ipsi solum purpura, ad ostendendum mysterium saluatoris nostri, qui purpura fuit ornatus, inde Iudæi illum prę ter eorum intentionem Regem appellarunt. Iacobus Apostolus Ierosolymæ Episcopus, laminam ex auro gerebat in capite. Hoc signum pariter Ioannes Apostolus in fronte portauit, in signum obedientiæ, uolentes ostendere se ad mortem paratos esse pro fide Christi; His, & alijs rationibus inductus Innocentius IIII. in Conc. Lugdunensi, in Vigilia Natiuitatis Domini, Anno 1244. Cardinalibus duodecim ab eo creatis Pileũ rubrum concessit; hoc legitur apud Martinum Polonum; eo signo ornauit Innocentius Cardinales, vt cognoscerent pro de- B fensione Christianæ legis se mortem spõte subire, quod actum fuit tempore, quo Federicus Ecclesiam Dei subuertere nitebatur; Paulus deinde II. anno 1464. Rubeum biretum, ac alia pur purea ornamenta concessit; necnon equitare Equos, vel Mulas eisdem ornamentis decoratos; olim ante hęc tempora veste tali Cardinales induebantur, manicata violacea; Regulares eodẽ pariter ornamento vestiebãtur, & modo induendi sunt; nã sicuti, moribus, & officio, ac dignitate pares sunt, ita, & habitu, Innoc. III. in cap. Deus, de Vita, & honest. cler. his verbis determinat, videlicet: Ne igitur, si dispar in vobis obseruantia fuerit, & dissimilis habitus apud eos, quibus vnum Euangelium prædicatis scandalum suscitet: mandamus, quatenus eo non obstante quod inter vos monachi sint, & Canonici regulares, vel C alij etiam regularẽ vitam sub alia distinctione professi, omnes pariter in unum regulare propositum, & honestum habitum, quantum ad hoc spectat officium, conformetis. Hæc ille.

Biretum rubeũ an concedatur Regularibus.

Ideo quilibet debet se cõformare moribus eorum inter quos uiuit, nam diuersitas habitus inter existentes in vno gradu scandalum parit, secundum Augus. lib. 3. de Doct. Christ. cap. 12. His de causis Gregorius XIIII. Regularibus purpureum biretum concessit, uide etiam glos. in cap. quod Deo, 33. quæst. 3. Thom. in 2.2. quęst. 184. art. 7. & quęst. 185. Idem etiam in cap. in noua, 16. q. 7. Flor. 3. par. tit. 21. Menoch. de Arbit. lib. 2. Centur. 4. Casu 392. num. 7.

Idcircò, si Cardinalis ob delictum deponitur, & dignitate

perpetuò

A perpetuò priuatur, eo quod grauius peccat, Host. in Summa de pœnit. §. cui confitendum, Dec. in c. ut nostrum, de appell. in 8. not. arg. eorum quæ habentur in cap. principium, de pœnit. dist. 2.

In eorũ ecclesijs plenã exercẽt Iurisdictionẽ; unde beneficia ibidem existentia, adimunt, & conferunt; Clericos corrigunt præsertim suæ Ecclesiæ seruientes, fulminant ibi Censuras, & dignitatem Episcopalem administrant, immò in eorum Ecclesijs sunt maiores Episcopis, sed extra nõ cognoscũt causas, nisi delegatas, Spec. de lib. concept. §. iam nunc, nu. 7. Abb. in d. c. is qui, nu. 1. cap. sua, num. 5. & cap. cum eo. Imo. in d. Clem. Ne Romani, uers. quæro, Roman. Cons. 148. num. 2. Bursat. cons. 105. nu. 7. Mend. Reg. 7. q. 5. nu. 5.

Potestas in eorum Ecclesijs.

B Quapropter eorum residentia est in Curia Romana, dum Ecclesias Episcopales non retinent, ut Papæ in illorum officio præsto sint, & sine eiusdem Pontificis licentia ab eo discedere non licet: nam tunc, si eo inuito abirẽt, tamquam schismatici ab obedientia Papæ recedẽtes, haberẽtur. Abb. in c. ex gestis, de cler. non resid. & cap. 2. eodem tit. num. 2. Abb. & Fel. in c. si quando, de Rescrip. num. 29. Card. in cap. filium, 1. q. 5. num. 2. Host. in cap. bonæ memoriæ, de postul. prælat. Gam. in tract. de auth. legat. lib. 5. & tit. an Legati poss. num. 227. Mend. Reg. 7. quæst. 3. num. 7.

Resident penes Papam.

De Cardinalium uita plura scripsit D. Bernard. in lib. 4. de Consid. ad Eugenium, his uerbis, omissis alijs; In conuiuio non effusi, in cura rei familiaris non anxij, aliena non cupidi, suæ nõ C prodigi, ubiq; in omnibus circumspecti, qui Regibus Ioannem exhibeãt, Ægyptijs Moysen, fornicãtibus Phinees, Eliã Idololatris, Elisæum Auaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negociantibus Christum, qui vulgus non spernunt, sed doceant, diuites non palpent sed terreant, pauperes non grauent, sed foueant, minas principũ nõ paucant sed contẽnat, & infra; Crimina corrigant, famæ prouideant suæ, nec in uideãt alienę, qui orandi studiũ gerant, & usum habeant, ac de oĩ vere orationi plus fidãt, quã suæ industriæ uel labori; Quorũ ingressus pacificus, non molestus exitus sit; quorum sermo ędificatio, quorum uita iustitia, quorum præsentia grata, quorum memoria in benedictione, qui se amabiles præbeant non uerbo, sed opere reuerendos exhibeant, sed actu non fastu, qui humiles cum

Cardinalium vita, & mores.

les cum hominibus, & cum innocentibus innocentes, Duros A durè redarguant, malignantes coerceant, reddant retributionē superbis, qui non de Dote, viduæ, & Patrimonio Crucifixi, se, uel suos ditare festinent, gratis dantes, quod gratis acceperunt, gratis facientes iudicium iniuriam patientibus, vindictam in nationibus, increpationes in populis, & similia. Hæc Bernard.

DE FAMILIARIBVS PAPAE, ET Cardinalium, ac aliorum Prælatorum.

De eorum statu, & qualiter erga eorum Dominos se gerere debeant. Cap. VII. B

Conditiones famili ariū Prę latorum.

INTEREST, gloriæ, ac sanctitatis Prælatorum, quos ante oculos habent, ita esse ordinatos, ut totius honestatis, & ordinis ipsi sint speculum, ipsi forma, ipsique omni splendore puritatis, & scientiæ fulgeant; propterea expediti sint ad officia, idonei ad sacramenta, ad Plebes ordinandas soliciti, & ad semetipsos custodiendos in castitate, & honestate circumspecti, hoc uoluit Apostolus ad Timoth. 3. dum dixit: Sit domui suæ benè præpositus.

Ambros. in Sermone 82. declarans uerba Apostoli, ita dixit: Hoc est ut illos, qui suę familię sunt, à vitijs ad uirtutum studia, & uerbo, & exemplo, prouocet, ut quod postea pręcepturus est C populis, prius exigat à domesticis.

Subiunxit Apostolus 1. ad Timo. 3. Habentes filios sibi subditos in omni castitate, non in accusatione luxuriæ; non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguendi, & in 2. Timoth. 3. scribit: Qui suorum maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior; ex Ambros. & Bernardo.

Hieronym. in Comm. in epistolam ad Titum 4. par. ait: Nō enim iustus polluitur, ex uitijs filiorum, sed libertas ab Apostolo Ecclesiæ Principi reseruatur, ut talis fiat, qui non timeat propter uitia liberorum extraneos repręhendere, quod tunc fiet, si non erit, quod sibi imputetur; cum enim gressus hominis à Do

mino

A mino dirigantur, nec sinit in homine, eius vice, corripere quidē potest, corrigere aut non valet, pulsare potest, non aperire, manus comprimere, non animum mutare, ex c. sicut ij, §. necesse, in fine, dist. 47.

Bernardus ad Eugen. in lib. 4. His quoque qui tibi quotidie assistunt, seniores populi, Vrbis iudices, & qui de domo, & mēsa tua sunt, Cappellani, & Cubicularij, ministri quiq; diuersis deputati officijs in obsequium tuum, ij sunt, qui non vereantur suscitare dilectam, & antequam velit, & similia.

Ad talia officia Papa eligit non iuuenes, sed senes, moribus, & probitate vitæ, qui suis exemplis alios ad bonam vitam inducere possint, sicut fecit Moyses Exodi 17. in principio.

In generali Synodo legitur, his verbis: Cum pastoris uita in B exemplum debeat esse discipulis, plerumque Clerici qualis in secreto sit vita sui pastoris nesciunt, quam tamen sæculares pueri sciunt: de qua re, præsenti decreto constituimus, ut quidam ex Clericis, vel etiam ex Monachis electi in ministerio Cubiculi Pontificalis obsequantur, vt is, qui in loco regiminis est, tales habeat testes, qui uitam eius in secreta conuersatione uideant, & ex sedula uisione exemplum profectus sumant, ex c. cum pastoris, 2. quæst. 7. Idcirco laudabilis eorum est accessus, qui non vt beneficia Ecclesiastica acquirant, sed ut beneficam animarum salutem conferant alijs, ne symoniæ uitio detineantur; ex dicto Vrbani Papæ, cap. Saluator, 1. quæst. 3. & in Conc. Collosens. 3. ex D. Tho. in 2. 2. q. 100. art. 5. ad primum.

Quo animo familiares ad seruitiū Prælatorum accedant.

Conuenit itaque, vt inter ipsos familiares Pax Dei sine æmu C latione conseruetur. Ita Victor Papa, in Epistola 2. ad Afros rescripsit, ut in cap. fin. dist. 90. Perlatum ad Sedem Apostolicam aliquos vestrum nocere fratribus uelle, & ut cadant decertare, similiter in sacramentis discrepare, & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter uos, à quibus dissentionibus uos auertere, & in omnibus concordare, & opem ferre uicissim mandamus: Nam si hoc agere cito neglexeritis, & uicissim reconciliari non studueritis, ab Apostolicæ Sedis, & totius Ecclesiæ communione uos pelli non dubitetis: Hæc ille, quæ concordia non solum in moribus, sed & in officio esse debet, ut quilibet iuxta formam obsequij præscriptam Domino fideliter inseruiat.

Qualiter se gerere debeant.

Curandum pariter uidetur, ut Ecclesiarum bona, quorum administrationem familiares gerunt, ne contra iuris formam

ad eorum

ad eorum commodum, & non Ecclesiæ conuertant, quoniam A hoc esset sacrilegij crimen committere. Ita Pius Papa in epistola 2. rescripsit his uerbis: Prædia diuinis usibus tradita, quidam humanis usibus applicant, & Deo nostro cui tradita sunt, subtrahunt, ut sibi inseruiant; quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne prædia usibus secretorum cælestium dicata à quibusdam irruentibus uexentur, quod si quis quam præsumpserit, ut sacrilegus habeatur de quo in cap. prædia, 12. quæst. 2. & in cap. Diaconi sunt, dist. 93.

Hæc Prælatus ad uindictam contra suos familiares facilis, & pronus esse debeat. Ita sibi legem proposuit Gregorius in Epistola 49. lib. 9. ad Ioannem Episcopum scribens, his uerbis; Si quid uerò ad aures tuas de quocunque clerico peruenerit, quod te iustè possit offendere, facile non credas, nec ad uindi- B ctam te rés accendat incognita sed præsentibus Ecclesiæ suæ senioribus diligenter est ueritas perscrutanda; & tunc, si qualitas rei poposcerit, Canonica districtio culpam feriat delinquētis.

Pari iure familiares, Cubicularij, officiales & cæteri, Principi, & Prælato suo obedientiam & reuerentiam præbeant, nec illi lingua detrahant, audi Gregor. in cap. ex merito, 6. quæst. 1. & Anacl. secundum alios, in epistola 3. Caueat unusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, idest, ne aut ipse alijs detrahat, aut alios audiat detrahentes, (& infra) Parcant singuli detractioni linguæ custodiantque sermones suos, & sciāt quia cuncta, quæ de aliis loquuntur, sua sententia uindicabuntur; Officij singulorum sit dilectissimi, non solum oculos castos seruare, sed & linguam, nec quid in cuiusquam domo agatur, alia C domus per eos unquam nouerit, habeant omnes simplicitatem columbę, nec cuiquam machinetur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidijs.

Cætera infra in 2. lib. consideranda de familiaribus habentur, vt in omnibus fideles, & sancti inueniantur.

De Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis. *Cap. VIII.*

CVm Summus Pontifex, cui à Domino totius sui gregis cura commissa fuit, solicitudinē huiusmodi oneris solus sustinere perdifficile posset, non solum in partem solicitudinis commissæ, fuerunt Cardinales electi, uerum etiam, & Patriarchę, Archiepiscopi, & Episcopi, fue-

A pi, fuerunt ordinati, ut iuxta Domini præceptum Marci cap. finali, Dei populus ministerio uerbi Dei, ac sacrorum Sacramentorum dispensatione Diuinis legibus imbutus, cælestem adipisceretur gloriam.

Institutio Episcoporum quãdo facta fuerit.

Prætereà, Pastorum scilicet Episcoporum institutionem tũc dicimus ordinatam, quando Saluator noster Apostolos constituit, & Petro dixit: Pasce oues meas, ut Propheta Regius de Iuda dixit: Et Episcopatum eius accipiat alter. August. in libro de quæst. verb. Domini: Dominus omnes Apostolos Episcopos instituit.

Legitur etiam in cap. 1. de Sum. Trinit. his uerbis: Nam nisi illos Episcopos instituisset, presbyteros promouere nõ potuisset. Vide etiam in cap. Quanto, de Consuet. cap. in nouo, dist. B 21. cap. quorum uices, dist. 68. Soto, de Iust. lib. 10. quæst. 1. Art. 4.

Episcopi in partẽ solicitudinis electi.

Cùm messis quidẽ multa esset, & operarij pauci, Dominus misit operarios multos, scilicet Episcopos, qui in eius messe laborarent; Act. 20. Attendite uobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiã Dei: Iccircò, non in plenitudinem potestatis, sicuti est Papa, fuerunt ordinati Episcopi, sed in partem solicitudinis Pastoralis officij; Gregor. ait: Sed si quid (quod absit) graue intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura, ut nihil plus de eo qui ad sinum sanctæ Ecclesiæ Rom. confugit, & eius implorat auxilium, decernat, quàm ab eiusdem Ecclesiæ autoritate fuerit præceptum; quæ vices suas ita alijs impartiuit Eccle C sijs, ut in partem sint uocati solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Ex cap. de cætero, 2. quæst. 6. D. Thom. cont. Gent. lib. 4. cap. 76. qui dicit: Licet Dominus Petro tantùm dixerit: Tibi dabo claues Regni Cælorum; tamen hoc factum uidetur, ut Ecclesiæ unitas conseruetur, & ut ostendatur qualiter potestas clauium per eum ad alios sit deriuanda.

Primus Episcop⁹ ad determinatũ locum electus quis.

Quapropter, ministerio Petri Apostoli missi sunt per Orbẽ, ut pastorali fungerẽtur officio; Et primus inter omnes Apostolos fuit electus ad determinatum locum Iacobus Alphæi cognomento Minor, Ierosolymę scilicet: nã tunc Petrus & Ioannes quotidianis curis Baptizandi & Confirmandi, detinebantur, ut in Act. Apostol. legitur.

Hoc etiam figuratum fuit in Moyse, qui fratrem Aaron ad

maius Sacerdotium & illius filios ad Sacerdotium secundi A ordinis assumpsit, ut legitur cap. decretis, dist. 21. c. perlectis, dist. 25. cap. sacrosancta, dist. 22. cap. sicut, de excess. prælat. Ex quibus infertur, quòd Apostoli prius fuerunt uocati ad Religionem, deinde ad Episcopatum, sicuti fuerat eorum status antequàm Dominus Pastorale officium institutum illis demandaret, vt de gradu in gradum properarent ad salutem, & ad perfectiorem statum diuinas leges edocti, ascenderent. August. in Genes. cap. 12. D. Th. 2. 2. q. 185. Art. 4. Ideo descendens ad Regularem uitam à Pontificali, ad eandem Pontificalem in futurum non assumitur, ita legitur in c. Hoc, 7. q. 1. his uerbis: Hoc nequaquàm apud nos habeatur, ut quicunque de Pontificali ordine & habitu ad monachorum descenderit uitam, ulterius possit in Episcopatum reuerti: Item, Præcepit Sancta Synodus, ut B quicunque de Pontificali dignitate habituq; ad monachorum vitam & pœnitentiæ descenderit locum, nequaquàm ad Pontificatum resurgat. Monachorum enim vita subiectionis habet uerbum, & discipulatus, non docendi uel præsidendi, vel pascendi alios. Hoc ad pęnitentiam agendam, non ad quietem seruandam quibusdam conceditur. Hæc ille.

Apostoli prius ad Religionē uocati.

Episcopi quomodo poßint descendere ad vitam Regularem.

Episcopi autem nomen est officij, Ita apud ueteres Magistratus officij nomē erat, cuius munus panis & cæterarum rerū què ad cibum pertinent, curam habebat Ex Aul. Arcadij Iurisconf. Digest. lib. 50. de muner. & honor.

Episcopi nomē quale.

Inducta est hæc uox ab operatione; ideo idem est quòd operari & speculari, ex Cicerone in Epistol. ad Act. lib. 7. & latius in cap. cleros, d. 21. C

Idcircò Episcopatum de iure diuino dicimus institutū, quia Dominus noster tunc Episcopos instituit, cùm pastorale officium ordinauit; Et præterea, Ecclesia non potest esse sine Episcopis, tāquàm si illis esset alligata. Inde illud uicissitudinis uinculum est inter Ecclesiam & Episcopos, quòd Episcopus est in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo. Et qui cū Episcopo non sunt, in Ecclesia Dei non sunt, ex Cypr. lib. 4. epist. 9. Ideò Episcopis nomen Patrum tribuitur in Ecclesia Catholica; hinc Apostolus ad Ephes. 4. dicit, Dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Prophetas, alios uerò Euangelistas, alios Pastores, alios Doctores, ad confirmationē Sanctorum. Hi sunt ministri Christi, & dispensatores ministeriorū Dei; quod benè Cypria. in dicto

Quo iure institutus sit Episcopatus.

Ecclesia nō est sine Episcopis.

A cto loco latissimè declarat: Sine Prælatis, hoc est Episcopis (qui legitimi ministri Christi sunt) Ecclesia Sancta Dei non est: Vnde quærentes tollere ab Ecclesia Episcopos, illam demoliri, & ad ruinam perducere nituntur, ex Hosio de Cathol. Ecclesia, lib.5.

August. cont. Epist. Manich. cap.4. & in 5. tomo 7. ita dicit: Multa sunt, quæ in Ecclesiæ gremio iustissimè tenent. Et infra, Vsque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum.

Item contra Faustum lib.11. cap.5. ait: Vides inquit quid in hac re Ecclesiæ Catholicæ ualeat autoritas, quæ ab ipsis fundatissimis Sedibus Apostolorum, usque ad hodiernum diem succedentium sibi Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. Et infrà, Quæ Apostolorum confirmata tem B poribus, per successiones Episcoporum, & propagationes Ecclesiarum, tanquàm in sede quadam sublimiter constituta est.

Concludendum est ergo cum Hosio in lib. de Ecclesia, cap. 28. quòd ubi est legitima Episcoporum successio, ibi est doctrina Apostolorum, ibi est uera, Sancta, Catholica, & Apostolica Ecclesia, & talis Episcoporum successio, à Beato Petro Apostolo primario Episcopo originem sumpsit, & huc vsque successio in Ecclesia fuit propagata. August. contra Parmenianum ita dicit, lib.3. cap.3. Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, inde Cephas appellatus, in quo uno, Cathedræ unitas ab omnibus seruaretur, ut iam schismaticus esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret; ergo Cathedra unica est; quæ C est prima, sedet prior Petrus, cui successit Linus, & similia enumerat vsq; ad Simmachum, qui tunc in Cathedra sedebat, & ita concludit: vestræ (inquit) Cathedræ uos originem reddite, qui uobis vultis Sanctam Ecclesiam uendicare. Hoc idem dixerat Epiphanius 27. Hæresi.

Sicut ab uno capite Episcopalis dignitas ad usque finem sæculi propagata est, ità à Summo Pontifice qui pater est patrum, & omnium Episcoporum caput, talis confertur dignitas; Et sicut unius Diœcesis unus est Episcopus, cui tanquàm Patri grex à Deo sibi creditus, & Sacerdotes omnes sunt obedientes: ita omnium Episcoporum in omnibus totius Orbis prouincijs unus tanquàm pater communis est Romanus Pontifex, qui ea, quæ ad eorum statum pertinent, tàm de ele-

ctione, confirmatione, consecratione, quàm de vita, moribus, A & officio, curare non desinat. ex Hosio in eodem loco. Describit deinde Isidorus, in lib. 7. Ethim. cap. 12. & in lib. 2. cap. 1. de Ecclesiasticis officijs, quòd sub nomine Episcoporum ueniunt Patriarchę, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, his uerbis in c. cleros, dist. 21. Ordo uerò Episcoporum quadripartitus est, idest, in Patriarchas, Archiepiscopos, Metropolitas, atq; Episcopos: Ideo sub uno nomine Episcoporum istorum omnium status describitur; at cùm præemineat his omnibus Patriarchalis Sedes, meritò primo in loco de ea dicetur; hoc autem nomine illa Sedes appellata est, ut nomen sit consonum rei; Græca est enim dictio, & Latinè idem sonat, quòd Princeps patrum, à dictione Archos, hoc est Princeps. Isidorus in dicto cap. Cleros, ita dicit: Patriarcha Græca lingua summus patrum inter- B prætatur, quia primum post Apostolicum tenet locum, & ideo quia summo honore fungitur, tali nomine censetur dignus.

De Patriarcharũ dignitate et origine.

Originem duxerunt Patriarchæ ab illis primis Patribus, qui tanquàm Principes credentium hoc nomine fuerunt nuncupati, sicut Abel, Noè, Abraham, Isac, Iacob, Ioseph, & Dauid, quem Petrus in Act. Apostolorum 1. Patriarcham appellauit; & Lucas Euangelista in primo c. Ioannem Baptistam eodem nomine nuncupauit. Pelag. de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 2. ca. 18. & cap. 105. Flor. 3. par. tit. 20. cap. 3. & 4. Corrad. in templo omnium Iudic. lib. 2. cap. 3. & 4. Brix. in tract. de pręstant. Card. in principio.

Ecclesiæ Patriarchales in urbe quot numero.

Legitur etiam quòd in Vrbe fuerunt quinque Patriarchales Sedes ordinatæ, quarum prima Ecclesia Lateranensis, secunda C D. Petri Basilica, tertia S. Pauli, quarta Sanctæ Mariæ ad Præsepe, quinta Sancti Laurentij extrà muros, quia Papa Summus Patriarcharum Princeps ibi frequentius munus Sacerdotale exercere soleat, cap. fundamenta, de elect. lib. 6. & cap. in nomine, dist. 23. & ibi Archid. ut supra, de Card. necnon adueniente casu accessus Patriarcharum tanquam in eorum sedibus residerent, ex eodem Brix. de præst. Card. in principio.

Numerus Patriarcharum.

Ecclesia tamen Catholica, quatuor hodiè retinet Patriarchas; In parte autem Orientali sunt, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Ierosolymitanus; quamuis Anacletus Papa in Epistola 3. declaret Ecclesiam Romanam tenere inter omnes Episcopos primatum, his uerbis:

Prima

A Prima ergo Sedes Cælesti beneficio in Romana est Ecclesia, quam (ut memoratum est) Beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio consecrarunt.

Prima Sedes quæ in Ecclesia.

Secunda autem Sedes apud Alexandriam, quæ Beati Petri nomine à Marco eius discipulo atque Euangelista consecrata est. Tertia uerò Sedes apud Antiochiam, eiusdē B. Petri Apostoli habetur nomine honorabilis, quam illic priusquàm Romam ueniret, habuit, & Ignatium Episcopum constituit. Hac authoritate Alexandrina Ecclesia secundum à prima locum habere dignoscitur; sed postea in Constantinopolitana Synodo, Ecclesia Constantinopolis, secūdum à Sede Apostolica locum accepit. De his uide cap. Sacrosancta, §. prima ergo, distinct. 22.

Secunda Sedes & aliæ.

B Sed cùm Ecclesia Romana maior sit omnibus alijs, uti & aliarum caput, præeminentiam habet super omnes alias Ecclésias, ideo non fuit conueniens, ut inter Patriarchales Sedes numeraretur secundum Hosium Card. Varm. in c. 28. & 29. lib. 5. de Ecclesia.

Eo tamē honore decoratur ratione dignitatis & præeminentiæ, non Iurisdictionis & ordinis, cùm illa multo maiori præstet potestate; illis de causis Papa nuncupatur Patriarcha, Archiepiscopus, & Episcopus, ut suprà de Papa primo dictū fuit. Proprio nomine quattuor tātùm connumerantur Patriarchæ, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Ierosolymitanus: Alij uerò, qui hac dignitate fulgent, Primates, non Patriarchæ appellantur, & ad inuicem differunt nomine tan-C tùm, illi etenim quattuor maiori prerogatiua & priuilegijs gaudent, uide cap. Sacrosancta, cap. Constantinopolitanus, c. Renouantes, cap. Diffinimus, dist. 22. c. Antiqua, de priuileg. glos. in dicto cap. Cleros, dist. 21. cap. prouinciæ, distin. 99. Flor. 3. par. tit. 20. cap. 3. Cassan. in Catalogo de gloria mundi, parte 4. Consid. 9. Corrad. in d. lib. 2. c. 3. Cupers, in d. c. oportebat, distinct. 79. Artic. 12. Paris. de resign. benef. lib. 12. quæst. 1. num. 41. Marc. Anton. Colum. de origine Eccles. ben. par. 2. cap. 3.

Prærogatiuæ inter ipsos Patriarchas.

Differt Patriarcha ab alijs inferioribus Prælatis Iurisdictione tantùm, & præeminentia, non ordine & cōsecratione, cùm in istis inter eos sit paritas, ca. per singulas Prouincias, 9. quest. 3. quod habetur in Conc. Martini Papæ cap. 4. & ex Conc. Antiocheno cap. 9. Spec. de dispens. lib. 1. §. 8.

Differentia inter Patriarchas & alios Prelatos.

Patriarchæ Constātinop. preeminētiæ.

Patriarchę Constantinopolitanus & Alexandrinus possunt A deponere suos Episcopos, secundùm ea quæ referunt Host. & Innoc. in dicto cap. Antiqua, de priuileg. Spec. lib. 6. de leg. §. 6. Constantinopolitanus olim ausus fuit uti insignibus Cardinalium, ut refert Matth. Vgo Brixen. de presbyt. Card. Ierosolimitanus uocabatur Æliæ, ut in cap. Quoniam, d. 65. ex cod. Brixen. olim Constantinopolitana Ecclesia celebris erat, & multas sub sua ditione retinebat prouincias, ex Auth. decet, C. de Sacrosanct. Eccles. & erat ibi Clerus numerosus, ex d. Brixen.

Patriarchæ Pallium Metropolitanis conferunt, & ab illis iuramentum fidelitatis & obedientiæ pro Ecclesia Romana recipiunt. Appellatur etiam ab Episcopis ad Patriarchas, omisso medio, secundum communem relatam ab Abb. in d. cap. Anti- B qua, But. ibid. tenet cont. cum Glo. testatur de magis communi, nisi aliter constet ex priuilegio.

Regulariter ergo Patriarchæ de iure communi habent maiorem Iurisdictionem, quàm alij Primates, & eisdem plures subiacent Prouinciæ; præeminent Archiepiscopis, ac si essent eorum Ordinarij, & Archiepiscopi essent eorum Suffraganei, Abb. in cap. Antiqua, & cap. fin. de confir. uti. vel inutil. num. 3. & in cap. scriptum, de elect. nu. 16. & in c. duo simul, de Offic. ord. num. 1. & Flor. 3. par. tit. 20. cap. 3.

Immò ordinare potest, ut in omni loco ante ipsum deferatur crux, præterquàm in Vrbe, aut coràm Summo Pontifice, uel eius Legato de latere. Glos. in c. 1. ut lite pend. Abb. in d. c. Antiqua, Cassan. in d. par. 4. ead. Consid. 9.

Locus residentiæ Patriarcharum.

Resident in nobiliori loco Prouinciæ, ubi & Reges residere C solent, quę diuisio fuit facta tempore Clementis, ut refert Anacletus Papa, in epist. 2. ad Episcopos Italiæ, his uerbis: Prouinciæ multo ante Christi aduentum tempore diuisæ sunt, maxima ex parte, & postea ab Apostolis & B. Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata; In capite omnium Prouinciarum ubi dudum primates erant legis sæculi, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas Ciuitates commorabātur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris uel Regum confugere non poterant, uel quibus permissum non erat confugiebant, pro oppressionibus vel iniustitijs suis, ipsosque appellabant quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat;

A erat; ipsis quoq; in ciuitatibus uel locis nostros Patriarchas uel Primates, qui unam eandemque formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges Diuinæ & Ecclesiasticæ poni & esse iusserunt, ad quos Episcopi (si necesse fuerit) confugerent, eosque appellarent, & ipsi Primatum nomine fruerentur. Hæc ille. Vide in cap. Prouinciæ, dist. 99. & in cap. 1. cap. In illis, dist. 80. Flor. 3. par. tit. 20. cap. 4. & Matth. Brixen. de præstant. Patriarch.

Quapropter cùm Patriarchæ post Papam teneant primum locum, sic in singulis Regnis ubi Patriarchalis Sedes nondum erecta est, esset erigenda, Durand. de mod. Congr. Conc. lib. 2. At hodiè cùm Patriarcharum Sedes sint apud infideles, illos Papa eligit. His de causis Sancta Sedes Primates instituit, qui uti Patriarchæ in eorum Ciuitatibus residere solent. Glos. in c. B Vrbes, dist. 80. & Glos. in cap. si quis, 2. q. 6. Card. in d. c. si quis, Gigas de resid. cap. 18. Et non habent residentiam, & electi à Papa sunt ueri Patriarchæ; electi apud Gentiles ab alio, sunt schismatici, Brix. d. loco.

De Primatibus.

Primatum nomine multi hodiè decorantur, ueluti in Italia Archiepiscopus Pisanus, in Vngaria Archiepiscopus Strigoniensis, in Gallia Viennensis. Bituricensis, & Lugdunensis, in Alemania Archiepiscopus Magdeburgensis & modo ob hęresim Lutheranorum eam Sedem occupantium hoc honore fruitur Archiepiscopus Salisburgensis in Hispania Archiepiscopus Toletanus, in Anglia Cantuariensis. Paui. de off. & pot. Cap. Sede Vacante, in 6. prælud. nu. 13. Sunt & alij ueluti Aquileiens. & Gradensis. Archid. in c. Cleros, dist. 21.

C Sed cùm ciuitas Gradēsis fuisset desolata, talis dignitas fuit translata ad ciuitatem Venetiarum per Summum Pontificem Nicolaum V. Anno Domini 1451. Gigas in tract. de resident. Episc. c. 18. nu. 12. Hoc idem moderni retulerunt sicuti Sbroz. in tract. de Vic. Episcopi, lib. 1. q. 3. nu. 25. Paris. de resig. benef. lib. 2. q. 1. num. 41. cum seq.

De Archiepiscopis.

Post Patriarchas & Primates sequuntur Archiepiscopi, qui alio nomine Metropolitani appellantur. Archiepiscopus dicitur ab illa dictione Archos, qua Latinè Princeps nuncupatur; inde Archiepiscopus idem sonat quod Episcoporū Princeps, alio noīe Metropolitanus appellatur, quasi metros idest à mensura, seu numero decem Ciuitatum; uel sic dicitur quasi mater ciuitatum Prouinciæ, ut in cap. Cleros, dist. 21. cap. scitote, 6. q.

3.cap.de his, dist. 12. Card. in Clem. 2. de priuileg. num. 6. Flor. A
3.par.tit.20.cap.4. Alciat. in l. notionem, ff. de uerb. signific.

De loco in quo resideat Archiepiscopus.

Metropolitanus seu Archiepiscopus residet in maiori loco Prouinciæ, ut refert ipse Anacletus his uerbis: Reliquæ uerò Metropolitanæ Ciuitates, quas minores iudices habitant, licet maiores Comitatibus essent, habeant Metropolitanos suos, qui prædictis iustè obediant Primatibus.

Inde colligitur, quòd Archiepiscopus maior est Episcopo in Iurisdictone, & maiorem habere debet solicitudinem in regimine spirituali, defert Crucem ante se, sicut Patriarcha in tota Prouincia, etiam extra tempus uisitationis, & sine licentia sui Diœcesani, Abb. in c. 2. ut lite pend. Anch. in Clement. Archiepiscopo, de priuileg. nu. 2. Zabarel. in Clem. 2. eod. tit. Corrad. in lib. 2. cap. 4. §. 1. B

Vtitur pallio.

Nuncupatur Archiepiscopus Ordinarius Episcopi; utitur pallio sicut Patriarcha in celebratione Missarum, & per illud monstratur plenitudo Pontificalis officij, Abb. in cap. nullus, de Iure patr. & in ca. Nisi, de author. & vsu pall. cap. suo, ex eodem, & ibi in cap. ad hæc, Zabar. in dicta Clem. 2. Hostien. & Goffred. de auth. & vsu pallij.

De potestate Archiepiscopi circa Suffraganeos.

Non conceditur Archiepiscopis aliquid attentare contra suos Suffraganeos in eorum Diœcesi, nisi in casibus à iure concessis, Abb. in cap. sicut unire, de excess. prælat. cap. solicitudinem de appell.

Notantur aliqui casus, in quibus multa conceduntur Archiepiscopis in locis suorum Suffraganeorum, ueluti si in Prouincia legationis officio fungerētur, aut si crimina notoria in Diœcesi à Suffraganeo Episcopo negligerentur, sic omnē negligentiam Episcoporum suorum supplent; Tertiò, in causis concernentibus interesse totius Prouinciæ: Quarto in omnibus causis appellationum, nam tunc Archiepiscopi ordinariam gerūt potestatem si ciuiliter agatur; Abb. in cap. perniciosus, de celebr. miss. cap. 1. Ne sede uacan. cap. dilectis, de appell. cap. non potuit, de appell. & exprimit multos Corrad. in d. lib. 2. cap. 4. C

Nam tunc si Suffraganei reperirentur negligentes, Archiepiscopi ad iustitiam administrandam eos coercere possunt, & ad summam negligentiam repellendam, Vicarios in illis locis constituunt, ad effectum dumtaxat, ut suo muneri satisfaciant; si quæ praua in eorum Diœcesi consuetudo, seu abusus uigeret, ab

A ret, ab eisdem Archiepiscopis tollũtur Abb. in cap. 1. de foro compet. & cap. ex frequenti, eod. tit. Felin. in cap. pastoralis, de offic. ordin. nu. 28. Franc. in cap. 1. de supplen. negl. prælat. lib. 6. nu. 3. cap. 1. de pœnit. & remis. Hostiens. & Gofft. in Summa, de supplend. negl. Prælat.

Archiepiscopus ardua suæ prouinciæ negotia sine suorum Suffraganeorum consilio exequi non debet, eo quòd unus alterum destruere non permittitur, nisi in casibus à iure permissis, Abb. in Marg. (ardua,) & ibi multa in suis adnotationibus Corsett. uide etiam Anchar. in Clem. 2. de priuileg.

In prędicationibus faciendis vel committendis plenario funguntur mandato; necnon possunt mittere Quæstores, indicere festiuitates tàm nouas, quàm veteres, & generales antiquorum B Canones exequi Suffraganeis consultis permittitur. Ancha. in Clement. Dudum, de sepult. Franc. in cap. 1. de off. ord. lib. 6. Syluest. in verbo (Patriarcha.)

In Suffraganeorũ suorum Diœcesi Vicarios nullo modo Archiepiscopi constituere possunt, nisi in casu de quo suprà, vel ex Priuilegio, Consuetudine, vel casu in iure expresso; Celebrantes in suæ Prouinciæ partibus in diebus debitis, Pontificalibus, Pallio, & alijs similibus indumentis, quandocunquè voluerint, vtuntur, Abb. in cap. 1. de author. & vsu pall. Felin. in cap. Antiqua, de priuileg. num. 3.

Ante pallium recep tũ quid nõ faciat.

Ante Consecrationem Archiepiscopus non exercet ea quæ sunt ordinis, sed Iurisdictionis tantùm; Et Patriarcharum, seu Archiepiscoporum nomen, ante pallij receptionem non conC ceditur, secundùm Abb. & But. in cap.... de translat. Episcop. & in cap. Inter monasterium, de re iudic. nu. 5. But. in cap. nisi specialis, de author. & vsu pall.

Congregant Archiepiscopi Prouincialia Concilia; & tunc Suffraganei accedere tenẽtur, et Episcopi Suffraganei iudicum locum tenent, Assessorum verò cæteri de Capitulo; caput Collegij tenet Patriarcha, vel Archiepiscopus, Abb. in cap. fina. de his quæ fiunt, & in cap. grauissimis. de præbend.

Olim ante Concilij Tridentini Constitutiones & Decreta, Archiepiscopus in locis suorum Suffraganeorum poterat Confessiones audire, Absolutiones concedere, Monasteria & loca pia visitare, Abb. in ca. cum ex officij, de præscript. c. Romana, de Cens. lib. 6. Archid. Glos. in cap. 4. de cens. in verbo, totius

Prouinciæ,

Prouinciæ, hodie terminatum est in Concil. Trident. Sess. 24. cap. 3. Quod Archiepiscopi similia exercere non possunt, nisi causa cognita in Prouinciali Concilio, ut latius declarabitur infrà de visitatione. A

Ordinantur Archiepiscopi Quæstores in tota Prouincia, secundùm Franc. in cap. 1. §. sanè, de cens. lib. 6. Florent. 3. par. tit. 20. cap. 4.

Cognoscunt causas ciuiles suorum Suffraganeorum, iuxtà declarationem factam à Sacri Concilij Congregatione, Sess. 24. cap. 5. de Reformat.

Cætera de authoritate istorum uide apud Doct. in cap. Pastoralis, de off. Ordinar. Flor. in d. cap. 4. Corrad. in lib. 2. cap. 4. & Brixens. de præstant. Patriarch. Paris. de resignat. benef. lib. 5. quæst. 5. num. 48. B

Episcopi in quibus differant ab Archiepiscopis.

Episcopi ergò in Iurisdictione sunt inferiores Patriarchis & Archiepiscopis, sed in exercitio ordinis Episcopalis pares iudicantur, ex Isidor. in d. cap. Cleros, Corrad. & alijs suprà allegatis.

Non mutantur Sedes Episcopales nisi ab ipso Papa.

Nulli licebit istas Sedes mutare, nisi ipsi Summo Pontifici, vt terminatum legitur in 8. Synodo his verbis: Diffinimus neminem prorsus mundi potentum quemquam eorum qui Patriarchalibus præsunt Sedibus inhonorare, ac mouere de proprio throno tentare, pręcipuè quidem Sanctissimum Papam Senioris Romæ, deinceps Constantinopolitanum Patriarcham, deinde verò Alexandriæ, ac Antiochiæ, & Ierosolymitanorū.

Ad esse Episcopi an requiratur Diœcesis.

Notandum pariter, quòd ad esse Episcopi non est necessarius certus ac determinatus locus veluti Diœcesis, quæ certis sit distincta limitibus, quoniam sat erit, si generalis fuerit ordinatio seu dispositio, sicut legitur de Paulo & Barnaba, qui generaliter ad omnes missi fuerunt, vnde Regula est, quòd Diœcesis distinctio non faciat quem Episcopum. Hostiens. in Sum. de trāslat. Episcopor. Cardinalis de Cusa, lib. 2. de concord. Cath. cap. 3. Ias. l. hæres, §. vices, ff. de leg. 1. C

Nec videtur obstare, quòd eo tempore non legatur alicui Ecclesiæ fuisse Episcopos consecratos, nam tūc Apostoli non erāt dispersi per Orbem; sic poterat consecrari Episcopus, & retinere in mente Ecclesiam, ad quam Pontifex Consecratum instituere uoluerit; sed postquàm inter Apostolos loca fuerunt distributa, quæ Parochiæ, & hodiè mutato nomine appellantur

Diœce-

A Diœceses, Episcopi cœperunt in Diœcesi residere. Vide in Conc. Apostolorum, cap. 14. ex Concil. Agatens. cap. 34. & S. Thom. in 2. 2. quæst. 185.

Differẽtia inter Patriarchas Archiepiscopos & Episcopos.

Sunt tandem omnes supradicti, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi pares in Ordine, differunt Dignitate scilicet & Iurisdictione tantùm, & hoc factum fuit, ut isto ordine Senatus & Hierarchia in Ecclesia conseruaretur. Card. de Cusa, in lib. 2. cap. 13. & 16. Flor. 3. p. tit. 20. cap. 4. Hosius in ca. 17. Corrad. lib. 2. cap. 4. Gigas de cens. q. 2. de his uide Bellarm. lib. 4. cap. 22. 23. & 24. De Clericis.

Institutio Sedũ & earũ differentiæ.

Meritò cuilibet eorum fuit assignata Sedes & distributa loca inter Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ut in d. ca. in illis, sequitur Clemens his uerbis: In illis autem Ciuitatibus B in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflamines, quos tamen minores esse tenebant, quam memoratos Primates, Archiepiscopos institui præcepit, in singulis uerò reliquis Ciuitatibus, singulos & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporum tantùm uocabulo poterentur, quoniam nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio, sed unus præfuit omnibus.

Anacl. in Epist. 3. de qua in cap. Episcopi, distinct. 80. dicit: Episcopi non in Castellis, neque modicis Ciuitatibus debent constitui, sed presbyteri per Castella, & modicas Ciuitates, atque Villas debent ab Episcopis ordinari & poni, singuli tamen per singulos titulos suos, Episcopus uerò non ab uno, sed à pluribus Episcopis debet ordinari. Hoc idem dicit Leo Papa, in C Epist. 81. & in cap. 57. de quibus in cap. illud sanè, & cap. non debere, dist. 80. Idem habetur in epist. Clementis ad Iacobum fratrẽ Domini, in Epist. 1. his uerbis: In illis uerò Ciuitatibus in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Episcoporũ primates, uel Patriarchas Beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum causas & maiora negotia in fide agitarent. Et sic de singulis, ut in cap. in illis, dist. 80. Vnde non legitur, quòd Petrus se immiscuerit de Curatis, sed hoc fuit Episcopis demandatum, cap. Omnis, de cons. dist. 4. cap. regẽda 10. quęst. 1. cap. ex frequentibus, de inst. Tales Episcopales Sedes non longo interuallo à Sede debent disiungi, secundùm Greg. in cap. 8. de quo in cap. fin. dist. 80. ut ad consecrationem sui comprouincialis sine difficultate possint

recurre-

recurrere, ex cap. pen. ead. dist. ex Conc. Laodicen. cap. 57. A

Sedes Episcopalis ubi sit col locanda.

Vnde in noua Episcopalis Sedis erectione hæc sunt conside randa, quę dicit Leo Papa in citato loco; Nequè quibuscunquè Castellis ubi ante nō fuerunt Episcopi, consecrentur: cùm ubi minores sunt Plebęs, minoresque conuentus, presbyterorum cura sufficiat; Episcopalia autem gubernacula, non nisi in maio ribus populis & frequentioribus Ciuitatibus oportet præside re; ne (quod Sanctorum diuinitus Patrum inspirata Decreta ue tuerunt) Viculis & possessionibus, uel obscuris & solitarijs Mu nicipijs tribuatur Sacerdotale fastigium.

Dignitas Episcopalis, quæ.

Sunt autem Episcopi tanquam Ecclesiæ columnæ, & spon si, quia filios in fide regeneratos regunt, ideo Episcopatus appel latur Dominicū munus, dignitatum culmen, omnium ordinū caput, sacerdotale fastigium, & ordinis sublimitas; nam Episco B patus nomen ordinis est, & dicitur quasi superintendens, scili cet curam subditorum gerens, unde qui præesse non prodesse cognouerit, in uanum nomen Episcopi assumet. Cum itaque in Ecclesia Præpositi sint, ut populorū subditorum mores & ui tam speculentur, meritò Episcopus speculator interpretatur, cap. Cleros, dist. 21. cap. non autem, 7. quæst. 1. cap. illud, d. 80. cap. legimus, dist. 93. cap. in nouo, dist. 21. ca. qui Episcopatum, 8. quæst. 1. August. de Ciuit. Dei, lib. 19. Spec. lib. 1. in procem. num. 27. Card. de Cusa, lib. 4. exercit. in sermone (Vide Ciuita tem) Hosius in cap. 54. & Conc. Trident. Sess. 13. cap. 4.

Appellatur etiam Episcopus Communis Sacerdos populi, & ordinarius suę Diœcesis, postquam Diœceses fuerunt distin ctę, Felin. in ca. ea quę, de accusat. Zabar. in Clem. 1. de off. ord. C Franc. in cap. 2. de const. lib. 6. num. 3. & 6.

Necnon nuncupatur Pastor animarū, Oeconomus Domus Dei, & fidelis dispensator, Ambros. Luc. 12. Paterfamilias. Hie rony. in 24. Matth. Seruus & minister plebium suarum; Chry sostom. in Homil. 24. Genes. Architectus Ecclesiæ, Apostolus prima ad Corinth. cap. 3. Immò aliquando Episcopus diceba tur Papa, secundum Hieronym. in Epist. 43. ad Cromant. & in epist. 98. ad August.

Prærogatiuæ Episcoporū.

Talis dignitas constituit in Ecclesia Dei Hierarchiam, secun dum Hosium in lib. 6. de Ecclesia, cap. 20. Et multis decorantur prærogatiuis Episcopi ultrà prædictas, & appellantur Serenis simi, Illustres, æquiparantur Duci, & Comiti, sunt oculi & co-

lumnæ

A lumnæ Ecclesiæ, à Spiritu Sancto positi ad gubernãdã Ecclesiã Dei; vnde vocantur legati Christi, oculi Domini, specula & Sacerdotes Dei, pupillæ oculorum Christi, fratres Summi Põtificis, Principes, Patres, & Pastores, repræsentantes ordinem cęlestis Hierarchiæ in terris, & sunt super omnium dignitatum gradus constituti; quapropter in hac Vita & in alia excellentissimũ est esse Episcopum, si ita viuunt vt Episcopos decet; Hæc ex pluribus collecta sunt, Abb. in c. plerisque, de elect. & in Clem. si quis, de pœnit. nu. 25. Zabar. in eod. loco, Aug. de Anco. de potest. Papæ, quæst. 1. art. 3. Ias. l. quicunque. C. de procur. num. 3. Bursat. lib. 1. consil. 125. num. 65. Barbat. de præstan. Card. quæst. 1. num. 20. Sarnen. de Visitat. cap. 2. num. 10. Hosius ca. 27. 28. & 54. Concil. Trident. Sess. 24. cap. 1. & plura similia col B legerunt moderni, Mend. Reg. 22. q. 11. Paris. de resign. benef. lib. 5. q. 3. & lib. 3. q. 1. & lib. 1. q. 3. num. 234.

Differentia inter Cardinalatum & Episcopatum.

Differt Episcopatus à Cardinalatu, quia Episcopatus est potius nomen ordinis; quàm dignitatis. Cardinalatus est nomen honoris & dignitatis, potius quàm ordinis, & hunc ordinem etiam seruat Pontifex in suis litteris, nam quando se appellat Pontificem, hoc facit ut suam dignitatem ostendat, dum appellat se Episcopum ostendit ordinem, ut supra de Cardinalibus dictum est, Alban. Card. de Cardinal.

An connumeretur inter ordines Episcopatus, uel inter dignitates.

A multis inde quæritur, an Episcopatus sit ordo, uel dignitas? & talis quæstio ita soluitur; si ordo pro officio Episcopi sumatur, veluti est consecrare, ordinare, confirmare, benedicere, & similia exercere, tunc Episcopatus inter ordines collocatur; C sed si pro vno ordine separato ab alijs septem ordinibus, non erit ordo, nisi perfectiuus, & sic concluditur, quod est omnium ordinum caput, & non cõnumeratur inter septem ordines uersantes in administratione corporis Christi veri, sed mystici; & ita terminatum est ab Ecclesia Catholica, septem tantùm esse ordines, & tenet communis Theologorum sententia, vt in Cõcil. Trident. Sess. 23. Can. 1.

Verum tamen, dum vt caput ordinum consideratur, à quo inferioribus ordinatis potestas conceditur, ordo appellatur. D. Tho. in 2. 2. quęst. 184. artic. 4. Bonauent. in 4. dist. 24. q. 1. Vide etiam c. 1. d. 25. Zabar. in Clem. plerisque, de elect. nu. 13. Frãc. in cap. quia, de off. deleg. lib. 6. Hosius cap. 54. Nauar. cap. 22. num. 18. Sot. de iustit. & iure, lib. 10. quæst. 1. art. 2.

Non

Non solum ordo eo modo quo dictum est Episcopatus erit, A sed inter maximas dignitates Ecclesiæ Dei habetur, ex quo Episcopi Christi legatione funguntur, & à Deo eorum institutio facta fuit, ut in Psalm. 108. & Episcopatum eius idest Iudæ, accipiat alter. Vide cap. porrò, dist. 66. Glos. in cap. 1. dist. 80. Abb. in cap. per uenerabilem, qui filij sint legit. Spec. de leg. §. 6. num. 22. Io. Sylua. in tract. de benef. parte 1. quæst. 4. num. 25. But. de Episc. in prælud. num. 2. & 4. Hosius cap. 54. Sot. de iustit. & iure, lib. 10. quæst. 1. artic. 4. Mendos. Regul. 22. quæst. 4. numero 5.

Talis ordo seu dignitas Episcopalis imprimit characterem indelebilem, ita, quòd licet renunciaret Episcopatui, tamen remanent ea quæ sunt ordinis, sed amitti solummodò Iurisdictionem, ideo in signum ueri sponsi annulum indesinenter defert, B Abb. in cap. ad supplicationem, de Renunc. Ant. Butr. in cap. 1. de ord. ab Episc.

Quãdo dicaturquis effectus Episcop⁹.

Tunc dicitur Episcopus, quando erit consecratus; undè, appellatione Episcoporum non ueniunt electi tantùm, & ex his sequitur, quòd occidens Episcopum electum solummodo, mitiori pœna esset puniendus, quàm si consecratum peremisset, sic in exorbitantibus Regula habet locum, non in fauorabilibus. Glos. in cap. tua nos, 25. quæst. 1. Felin. in d. capit. eam te, de Rescript. Bald. in l. si non datum, C. de furt.

Requisita ad hoc quòd quis efficiatur Episcop⁹.

His generaliter præmissis, modo ad statum Episcoporũ erit accedendum, & prius notandum, quòd vt quis Episcopus appelletur, requirũtur ista, uidelicet Electio, Confirmatio, & Cõsecratio, sic ante Consecrationem, quò ad ea quæ pertinent ad C Episcopalem ordinem, non erit Episcopus, ut dictum est. Glos. cap. 1. de Relig. domi. & alia Glos. fina. c. transmissam, de elect. Abb. in d. cap. eam te, de Rescript. Bald. in prooem. Decretorũ. Felin. in Marg. in verbo, Episcopus. Bursat. in cons. 19.

Episcopi sunt superiores Sacerdotibus.

Sunt autem Episcopi superiores omnibus Sacerdotibus & curatis, ita terminatum fuit in Conc. Hispalensi 2. & Concil. Trident. Sess. 23. Can. 7. his verbis: Si quis dixerit Episcopos non esse presbyteris superiores; uel non habere potestatem Cõfirmãdi & Ordinandi, uel eam quam habent illis esse cum presbyteris communem, Anathema sit, ut ibi.

In eodem tempore quo constat institutionem fuisse factam Episcoporum, & aliorum Sacerdotũ secundi ordinis, Clerico-

A rum nomen incepit: nam Petrus Apostolorum caput, Romam se conferēs, ex omnium fidelium multitudine, quosdam specta tæ fidei, ac probitatis, seniores, Spiritu Sancto & sapientia plenos, Clericos appellatos, elegit, quorū partem in presbyteros ordinauit, quibus summam negotiorum & animarum salutis singularem curam mandauit, quibus iniunctum fuerat, ut unà cum Episcopis orationi & prædicationi uacarent: Diaconi uerò in seruitio Altaris assisterent, & pauperum curam gererent; & sic Episcopalis dignitas anteposita semper fuit Sacerdotali. Medina de sac. sanct. hominum orig. lib. 1. cap. 13. & 26. Isid. in d cap. Cleros, Hosi. de sac. ord. Sot. de iust. & iure lib. 7. q. 1. artic. 1.

B *De Patriarcharum Archiepiscoporum, & Episcoporum statu; Quibusue modis vacet eorum Sedes; & quibus conferatur modis; & qui ad tales dignitates assumantur.* §. 1.

SVMMA diligentia Mater Ecclesia laborat, ut qui diuina miseratione ad Episcopalem altitudinem fuerint assumpti, uita, moribus, & scientia eandem cōseruent maiestatem, quam ipsis Deus ac sancti Patres constituerunt; Quapropter, in Sacro Conc. Trid. antiquorum Canonum decreta innouando, hoc idem fuit ordinatum, in Sess. 25. cap. 17. de Reform. his uerbis: Quare hæc, & similia detestans Sancta Synodus, Sacros Canones omnes, Conciliaque generalia, atque alias Apostolicas Sanctiones, ad dignita- C tis Episcopalis decorum & grauitatem pertinentes, renouādo, præcepit; & similia; Quare non casu factum fuit, ut tales (Spiritu Sancto dictante) positi sint ad regimen Ecclesiæ Dei, secundum Apost. 20. Act. & in Apostolorum locum successerunt, atque ad hunc Hierarchicum ordinem sunt assumpti; nec quisquam putet nomen illud, & officium fuisse inane, ex Conc. Trident. Sess. 13. c. 4. & & supra dictum fuit.

Episcopi quomodo Maiestatem Ecclesię conseruent.

His generaliter præmissis, modo ad statū istorum, qui communis erit cum Patriarchis, & Archiepiscopis, ac alijs suprà positis conuertetur sermo, & quid ad Episcopalem dignitatem pertineat dicitur. Primo itaque loco, de ipsius Sedis uacatione uerba faciemus; nam quotiescunque Sedes uacauerit, Prælatus dicitur mortuus, & de noua electione erit tractandum, Bertachin.

Quot modis Sedes Episcopalis vacet.

chin. in tract. de Episcopis, in tit. de causa efficienti, num. 1. & 2. ut suo ordine cuncta sint disposita, diciturque quod modi uacandi plures numerantur, veluti, per priuationem, transitum ad Religionem, translationem, vnionem, renũciationem, & obitum.

De depositione et eius causis.

Contingit aũt vacare Sedem priuatione, multis ex causis, veluti, ut si Episcopus ob delictum criminaliter esset condemnatus in casibus à iure permissis, & seruata forma iuris, talis difinitio erit Papæ reseruata, Abb. in cap. non potest, de Resid. Felin. in Marg. in uerbo, Episcopus.

Notandum, quod Episcopus nunquam erit deponendus, nisi pro graui, & enormi crimine in iure expresso, ueluti pro crimine Heresis, cap. ad abolendam, de hæret. Doct. in c. excommunicamus, eodem titulo.

Absit quod Episcopi in hæresim incidãt, cũ illis datũ sit regere Ecclesiam Dei, ac eisdem sit dictũ: Pascite qui in uobis est gregem Domini, 1. Pet. 5. merito ergo grauius contra ipsos esset seuiendum, Vide Symanch. de hæres. tit. 45. nu. 18.

Deponitur etiam, si litteras Apostolicas falsificauerit, ut in cap. ad falsariorum, de crimine falsi.

Coniurantes cõtra alios Episcopos, ut in Conc. Calcedon. cap. 18. de quo in cap. coniurationum, 11. q. 1.

Plures casus a Doctoribus recensẽtur, qui hic breuiter annotãtur, in quibus Episcop⁹ deponi et priuari potest.

Deponitur etiam pro Sortilegio, pro falso testimonio, uel si fuerit Incantator, aut consuluerit Incantatores, Magos, uel Haruspices; Item, si fuerit continuæ ebrietati deditus, in Conc. Toletano 4. cap. 28. his uerbis: Si quis Episcopus, aut Presbyter, uel Diaconus, uel quilibet de ordinibus Clericorum, Haruspices, aut Incãtatores, aut certos Augures, uel Sortilegos, vel qui profitentur Artem Magicam, aut aliquos eorum similia exercentes, consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ suspensus, Monasterij curam excipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat;

Idem fuit statutum contra Augures, & Diuinatores in Agath. cap. 38. & 42. vide in cap. si quis Episcopus, cum seq. 26. quæst. 5.

Ebrietas damnatur, ut in Canonibus Apostolorum, cap. 43. legitur, his verbis, ut in cap. Episcopus, dist. 35. Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, Aleæ atque ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certè damnetur.

Hiero-

A Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum, ut in ca. Vinolentum, dist. 35. dicit his uerbis: Vinolentum Sacerdotem & Apostolus dānat, & uetus lex prohibet; & infra: Nolite (ait Apostolus) inebriari uino, in quo est luxuria, qui Altario deseruiunt vinum, & ciceram non bibant, sponsa Christi vinum fugiat ut uenenum, vinum, & ebrietas incendium est.

Deponitur etiam si monitus non cessat uiuere in taberna; Ita legitur in 6. Synodo his uerbis: Nulli Clerico licet tabernā aut ergasterium habere, si enim huiusmodi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis alijs ministrare in ea? si quis uerò tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur.

Item si Vsuras exercuerit ex Can. Apostolorum c. 44. his uerbis: Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, Vsuras à debitori-B bus exigens, aut desinat, aut certè deponatur. Hoc idem legitur in Conc. Nicæno, cap. 17. de quibus in ca. Episcopus, cap. quoniam, dist. 47.

Idem in eo qui adeptus fuerit Episcopatum Regio, uel seculari fauore, non de manu Pontificis, ut in secūda Actione 6. Synodi, 310. Episcoporum, ut in c. omnis electio, dist. 36. his uerbis: Omnis electio Episcopi, uel Presbyteri, uel Diaconi, à Principibus facta, irrita maneat, secundum Regulam, quæ dicit; Si quis Episcopus Secularibus potestatibus usus, Ecclesias per ipsos obtinuerit, deponatur, & segregētur ab Ecclesia omnes qui illi communicant; Hoc idem legitur in cap. 1. Mart. Papę, ex Synodo Greg. in 2. par. & ita etiam refert in c. non licet, dist. 63. & in 16. q. 7. Si quis deinceps.

C Item si tolerauerit Clericos suos fornicarios, & illos nō correxerit, ex D. Greg. 7. libro pro defensione Synodorum Romanorum, his uerbis: Si quis Episcopus fornicationem Presbyterorum & Diaconorū, uel crimē incestus in sua parochia precio uel precibus interueniente tolerauerit, uel commissum autoritate officij sui non impugnauerit, ab officio suspendatur.

Augustinus dicit, ut in cap. Nemo, dist. 83. Episcopus itaque qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus quam Episcopus.

Innocentius in cap. Error, eadem dist. ait: Negligere quippe cum possis deturbare peruersos, nihil est aliud, quam fouere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Item deponitur Episcopus, qui quærit occupare Episcopatus uiuentis; Euaristus Papa epist. 2 de qua in cap. audiuimus, 3.q.2. & Gregor. in epist. 50. lib. 2. ait his uerbis: De Episcopi persona hoc faciendum est, ut si nulla contra eum criminalis causa (quæ exilio, uel depositione digna est) mota, siue probata est, is Episcopus, qui eo superstite peruersè, & contra Canones in Ecclesia eius ordinare præsumpserit, Sacerdotio priuatus, ab omni Ecclesiastico ministerio repellatur. A

Item, si carnaliter cognouerit filiã spiritualem, ex dicto Celestini, ut in cap. fin. 30.q.1. his uerbis: Non debet Episcopus, aut Presbyter commisceri cum mulieribus, quæ & sua fuerint confessa peccata, & si fortè (quod absit) contigerit, sic pœniteat, quo modo de Filia spirituali, Episcopus quindecim Annos, Presbyter duodecim, & deponatur, si tamen in conscientiam Populi deuenerit. B

Item, si reuelaret confessionem sacramentalem in casibus non concessis; Ita dicit Gregorius, de quo in cap. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. his uerbis: Sacerdos ante omnia caueat, ne de his qui ei confitentur peccata, alicui recitet, non propinquis, non extraneis, neque (quod absit) pro aliquo scãdalo, nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus uitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat. Idem dicitur in cap. fin. 3.q.7. cum similibus quod de Episcopo & Doctores intelligunt.

Item, deponẽdus erit, quando, ut magis timeatur, suis manibus percusserit aliquem, ex Canone Apostolorum, c. 28. his uerbis: Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percutientẽ fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiusmodi uolentem timeri, deijci ab officio suo præcipimus: quia nusquam nos docuit hoc Dominus, è contrario verò ipse cum percuteretur, non repercutiebat, cum malediceretur, non remaledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Hoc idem habetur in Conc. Brachen. 3. Can. 6. de his uide ca. Episcopum, cum cap. seq. dist. 45. C

Item, si negocia secularia curauerit, erit deijciẽdus, ex Can. Apostolorum, cap. 7. his uerbis: Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequaquam seculares curas assumat: sin, dijciantur; ut in c. Episcopum, dist. 88. Gregor. Romano Defensori, epist. 2. dicit his uerbis: Perlatum est ad nos, & Reuerẽdissimum fratrem nostrum Basilium Episcopum, uelut unum de Laicis, in

causis

A causis secularibus occupari, & Prætorijs inutiliter deseruire, quæ res quoniam & ipsum uilem reddit, & reuerentiam Sacerdotalem adnihilat, statim, ut experientia tua hoc præceptum susceperit, eum ita ad reuertendum districta executione compellat, & similia.

Ideo in Conc. Carthag. 4. Can. 18. fuit prohibitum, quod Episcopi non suscipiant tutelas testamentarias, nec curam rei familiaris ad se aduocent, & similia, in cap. Episcopus, & seq. dist. 88.

Item ordinans Clericum per Simoniã, deponitur, ex Conc. Calced. c. 2. his uerbis: Si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & precio dederit Spiritus Sancti gratiã, quæ uendi non potest, ordinaueritque per pecuniam Presbyterum, B aut Diaconum, uel quemlibet de his, qui cognominantur in Clero promouerit, & dispẽsatorem aut defensorem, uel quemlibet, qui subiectus est Regulæ, pro sui turpissimi lucri commodo, is, qui hoc attentare probatus fuerit, proprij gradus periculo subiacebit, de quo in c. Si quis Episcopus, 1. q. 1. & Gregor. in epist. 44. lib. 4. siue cap. 88. ut in cap. sicut Episcopus, 1. q. 2.

Item, in eandem pœnam incidit, si beneficia Ecclesiastica, prębendas, uel Altaria contulerit per simoniã, ex d. Greg. VII. Pont. ut in cap. si quis Episcopus, 1. q. 3. his uerbis: Si quis Episcopus, præbendas, Archidiaconatus, vel Præposituras, uel aliqua officia Ecclesiastica uendiderit, uel aliter quàm statuta Sanctorum patrum præcipiunt, ordinauerit, ab Ecclesiæ officio suspendatur: Dignum est enim, ut sicut gratis Episcopatum acce C pit, ita mẽbra eiusdem Episcopatus gratis distribuat. Hoc idem fuit ordinatum in Conc. Vrbani Papę habito Aluernię, de quo in cap. Quæsitum, 1. q. 3.

Item, si contempserit Constitutiones, & Decreta Apostolica, uel Concilia, esset suo honore priuandus; ita legitur in cap. fin. dist. 40. his uerbis: ex D. Greg. ad Augustinum Anglorum Episcopum; Hæc si legibus constituta sint, tamen quia communi vsu approbata non sunt, non obseruãtes, transgressionis reos non arguunt, alioquin his non obedientes proprio priuarentur honore, cum illi, qui sacris nesciunt obedire Canonibus, penitus officio debeant carere suscepto.

Item, si mandatis Apostolicis noluerint obedire, ex d. Greg. ca. nulli fas, dist. 19. Nulli fas est, uel uelle, uel posse transgredi

Apostolicę Sedis pręcepta, nec nostrę dispositionis ministeriū, quod vestram sequi oporteat charitatem, sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis uoluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter Sacerdotes habeat, sed extorris à sancto fiat ministerio, nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus à Sancta & Apostolica Ecclesia, ac autoritate sua de inobedientia, atque præsumptione à quoquam esse non dubitetur: quia maioris excommunicationis deiectione est abijciendus, cui Sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina, qui non solum præfatæ Sanctæ Ecclesię iussionibus parere debuit, sed etiam alijs, ne preterirent insinuare, sitq; alienus à Diuinis, & à Pontificalibus officijs, qui noluit præceptis Apostolicis obtemperare. A

Item, alienans bona Ecclesiæ extra casus concessos ex Concil. Mart. Papæ c. 14. Synodorum Græcorum, ut in c. finali, 10. q. 2. his uerbis: Si quis Episcopus, nulla Ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus, in Clero suo, aut ubi fortè non est presbyter, de rebus Ecclesiasticis aliquid præsumpserit uendere, & res ipsas Ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, & in Iudicio Episcoporum deijciatur, auditus, & conuictus, & tamquam furti, aut latrocinij reus, suo priuetur honore. Hoc idem habetur in cap. fin. de rebus Ecclesiæ non alienand. & ex Constit. Pauli II. eodem titulo. B

Item, si Excōmunicatus scienter celebret, esset deponendus, quia contemnit mandata Apostolica. Vide Spec. de Accus. §. 1. vers. porro.

Item, si homicidium commiserit, ex Conc. Agathen. ca. 50. his uerbis: Si Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, capitale crimen commiserit, aut cartā falsauerit, aut falsum testimonium dixerit, ab officij honore depositus, in Monasterium detrudatur, & ibi quamdiu uixerit, laicam tantummodo cōmunionem accipiat. de quo in cap. Si Episcopus, distinct. 50. & ex Conc. Mart. Papæ cap. 26. & in cap. Si quis uiduam, ead. dist. & cap. 1. de homicid. & §. quia ergo, 2. quæst. 7. C

Item, si consecraretur Episcopus non legitimè electus, quo casu, & consecrans, & consecratus, essent deponendi, ex dicto Calisti Papæ, his uerbis: Nullus in Episcopum, nisi canonicè electum cōsecretur; quod si præsumptum fuerit, & consecrans, & consecratus, absque recuperationis spe deponatur.

Vndè,

A Vndè, nemini licet assumere sibi hunc honorē, nisi quis fuerit legitimè electus, & seruauerit ea quæ dicentur, ut ibi, & latius infrà.

Item, si indignum scienter consecraret, ex Conc. Carthag. 4.c.68.& 69. his uerbis: Ex pœnitentibus, quamuis sit bonus, Clericus non ordinetur: si per ignorantiam Episcopi factū fuit, à Clero deponatur: quia se ordinationis tempore, non prodidit fuisse pœnitentem; si autem sciens Episcopus ordinauerit talem, etiam ipse ab Episcopatu suo ordinandi dumtaxat potestate priuetur; simili sententiæ subiacebit Episcopus, si sciens ordinauerit Clericum eum, qui Viduam, aut repudiatam vxorem habuerit, aut secundam; Vide in cap. ex pęnitentibus, dist. 50. & cap. aliquantos, dist. 51.

B Item, qui confirmat electum non idoneum, sed indignum, ita, quod electio non ualeat, si scienter fecerit; Celestinus I. ad Episcopos Galliæ, epist. 2. ait: Tantis Daniel grauatus testimonijs, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum (ut dicitur) Virginum pollutus incestu, Episcopus asseritur ordinatus; & vt in nostris libellis scrinij continetur, quorum ad uos quoque exemplaria direximus, in Pontificij dignitatem hoc tempore, quoad causam dicendam missis à nobis litteris uocabatur; obrepsit Sacro nomini, absit iniuria; facilius est, ut hanc dignitatem tali dando ipse amiserit ordinator, quam eā obtineat ordinatus, cui conuicto sociabitur, qui eum sibi credidit largiendo Pontificium sociandum, qualis enim sit ipse, quisquis tales ordinauerit, ostendit.

C Item, si consecrat Ecclesiam in aliena Diœcesi existentem; aut Pontificalia exercet; aut Ordines alicui confert sine litteris commendatitijs sui Ordinarij, ex Conc. Anthiocheno, cap. 13. Nullum Episcoporum audere debere ex alia prouincia ad aliā transitum facere, & ordinare aliquos in Ecclesijs, aut proferre ad sacrum ministerium; Nec ab illis illuc trahatur Episcopis, nisi fortè per litteras rogatus abierit, non solum à Metropolitano, sed & ab his, qui cum eo sunt omnibus ipsius Prouinciæ Episcopis; Quod si nullo inuitante inordinatè superueniat Episcopus, & aliquos, uel ordinare præsumpserit, uel quoslibet actus illi Ecclesię competentes, qui ad se minimè pertinent, vsurpare tentauerit, uacua quidem & inania erunt omnia quæ gesserit, ipse uerò huius indisciplinati ausus, & irrationabilis cœpti

dignas causas expendat, tamquam depositus à Sancta Synodo, & propter huiusmodi præsumptionem iam prædamnatus. Hoc idem legitur in eodem Conc. cap. 2. & in Conc. seu Synodo Constant. cap. 2. & cap. 3. de quibus in q. 2. per totam. Idem pariter terminatum est in Conc. Trid. ut in Sess. 6. cap. 5. de Reform. his uerbis: Nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tantum, si secùs factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum sint ipso iure suspensi, Vide etiam in Sess. 14. cap. 3. de Reform. & Sess. 23. cap. 8. A

Hęc autem adeò uera sunt, quod non liceat aliquo modo dubitare; immò, nec Episcopus potest Ecclesiam à se fundatam, in aliena Diœcesi Consecrare sine illius Ordinarij licentia; Nicolaus Papa in cap. Si quis, 16. q. 5. ita terminauit, & Greg. in lib. 11. ad Io. Subdiaconum epist. 19. ut in c. Lator, eadem 16. q. 5. & sic habetur, quod omnes Ecclesiæ subiacent suo Diœcesano Episcopo, ex Conc. Aurelianen. cap. 19. his uerbis: Omnes Basilicæ, quæ per diuersa loca constructę sunt, uel quotidie construuntur, in Episcopi potestate consistunt, in cuius territorio positæ sunt. Et in 10. q. 1. cap. 3. & 18. q. 2. Abbates, & cap. obitum, dist. 61. quæ intelligũtur, nisi aliter ex priuilegio fuerit concessum, c. cum plantare, de priuil. & glos. in d. c. Omnes Basilicæ, 16. q. 7. B

Item, pro quolibet notorio crimine; ita dixit Nicolaus Papa Carolo Archiepiscopo, his uerbis: Sacerdotes si in fornicationis inciderint laqueum, & criminis manifestus siue ostensus sit actus, Sacerdotij honorem habere non possunt, secundum Canonicæ institutionis autoritatem. Hoc idem legitur in gestis Conc. Varm. & in Glos. in d. c. fin. 3. q. 1. C

Item, pro quolibet crimine capitali, ut in Conc. Agath. cap. 50. his uerbis: Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus capitale crimen commiserit, aut cartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit, ab officij honore depositus, in Monasterium detrudatur, & ibi quamdiu uixerit, Laicam tantummodo communionem accipiat, ut in c. Si quis Episcopus, dist. 50.

Deponitur tandem, pro omnibus criminibus in iure expressis, & non pro alijs; ita dicit August. in tract. 41. ad cap. 8. Ioannis:

A nis Apostolus Paulus, quando elegit ordinandos, uel Presbyteros, uel Diaconos, & quicunque ordinandus est ad præpositu-ram Ecclesiæ, non ait: Si quis sine peccato est, (hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, & nullus ordinaretur,) sed ait: Si quis sine crimine est, sicuti est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cętera huiusmodi; crimen autem est peccatum graue, accusatione, & damnatione dignissimum; Quolibet itaque horum implicatus, ordinari non debet; uel si iam ordinatus ante tempus, uel post tempus suæ ordinationis aliquid eorum admisisse conuincitur, suscepti gradus officio priuabitur; unde etiam in Concil. Neocæsarien. cap. 9. & 10. de quo in cap. 1. 15. quæst. 8. & ibi Glos. ord. in uerbo, (de ultima uerò) & Glos. in cap. ex tenore,
B de temp. ordin. & cap. Sicut, & cap. fin. de elect.

Si priuaretur ex eo quod fuerit indignè promotus, vt quia fuerat homicida, bigamus, vel alio simili delicto detentus, tūc non est habenda ratio an impedimentum sit occultum, vel manifestum, Fel. in cap. Si quando, nu. 1. & in c. Sciscitatus, nu. 8. de Rescript. sed attenditur tamen veritas.

Considerandum pariter in simili est, quod talis priuatio solummodo ad Papam spectat, & ex causis, (vt dictum est) legitimis, & certis. Abb. in cap. 1. de Cler. non resid. ca. pręuenimus, de præbend. & in cap. Nisi, §. per defectum, de Renunc. & Fel. in d. c. Si quando, vide etiam Firma. in tract. de Episcopis, lib. 4. par. 8. de causa mat. degrad. vel deposit.

Episcopatus quando vacet per transitum ad Religionem.

Iste est vnus vacādi modus per priuationem; Alter verò erit
C per transitum ad Religionem, in casibus à iure concessis: nam de facili licentia monachandi Episcopis non conceditur; Ratio est: quia ex hoc pastorali officio acquiritur Ecclesiæ Dei maxima vtilitas; Ideò Episcopi dicuntur esse in perfectiori statu, quā cæteri Religiosi: Datur ista licentia à Papa ad maius bonū exercendum, Vide, quæ dicit Innoc. III. in cap. Inter corporalia, de translat. Episcoporum, & ca. nisi cum pridem, de Renunc. D. Thom. in 2. 2. q. 188. Abb. in c. Nisi, §. verum, de Renunc. Goffred. in Summa, de Regular. nu. fin. Sot. de iust. & iure, lib. 10. quæst. 2. art. 4.

Vndè, causa scrutanda est, quæ si animo tantum mutandi statum peteretur, non esset concedenda hæc renunciatio; quoniam nullus status reperitur perfectior eo; ita dicit Innoc. III.

in cap. Nisi, de Renunciat. Si in huiusmodi (inquit) cessione fru A gem tibi melioris vitæ promittis, scire te debes, non esse sanctifi cato in vtero sanctiorem: & ideo non oportet te prædicationis iam susceptæ deserere ministerium, cum ille, cuius fieri baiulus recusabat, tandem prædicandum receperit Verbum Dei.

Hæc dicitur causa iusta, puta exercendi se in maiori humilitate; ita legitur in d. c. Nisi, Quod si forsan humilitatis causa de culmine quæris Pontificali descendere, eo ipso humilitatis videris eligere male verticem, quod te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem, quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum & per eam locum sublimem fugies, & per obedientiam non dimittes.

Et hoc, quia nil gratius esse potest Deo, quam animarum salutem quęrere, quod proprium est Episcoporum, cap. suggestũ, B & cap. sciscitaris, 7. quæst. 1. Abb. in d. c. Nisi, num. 30. D. Tho. in 2. 2. q. vlt. art. 3. & q. 195. art. 4. & inter nouissimos hoc idem refert Paris. de resignat. benef. lib. 5. q. 3. nu. 232.

Episcopatus quomodo uacet per trãslationem.

Vacat etiam Sedes Episcopalis per translationem de vno Episcopatu in alium; Est autem translatio de Sede in Sedem commutatio, quod fit per dispensationem Summi Pont. ex honestis, & rationabilibus causis, ita, quod inuiti non transferantur, & volentes non debent absque d. Summi Pont. licentia suam Ecclesiam dimittere, & transire ad aliam: quia coniugium spirituali modo cõtractum est inter Episcopum, & Ecclesiam, quod difficilius, immò solum Deo iudice dissoluitur; ideo dicitur in cap. Inter corporalia, de translat. Episcoporum; Non enim humana, sed potius diuina potestate coniugium spirituale dissol- C uitur, cum per translationem, depositionem, aut cessionem autoritate Romani Pontificis, quem constat esse Vicarium Iesu Christi, Episcopus ab Ecclesia remouet; & quę sequuntur. Hoc idem legitur in cap. licet, eodem titulo.

Antherus Papa Episcopis Beticis, & Toletanis ita rescripsit, de quo in cap. Mutationes, 7. quæst. 1. his verbis: Mutationes Episcoporum scitote communi vtilitate, atque necessitate fieri licere, sed non propria cuiusquam voluntate aut dominatione, (& infra) Nõ enim transit de Ciuitate ad Ciuitatem, nec transfertur de minori ad maiorem qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut vi à propria Sede compulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci, aut Populi, non superbè, sed humiliter

A militer ab alijs translatus est, (& infra;) Non tamen sine sacrosanctæ Romanæ Sedis autoritate & licentia; Alia etenim est causa vtilitatis & necessitatis, alia auaritiæ, ac præsumptionis, aut proprię uoluntatis. Hoc idem bene declarat Pelagius II. Benigno Archiepiscopo, ut in cap. Scias frater, 7. quæst. 1. & in Concil. Carthagin. 3. & 4. c. 37. his uerbis: Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat: sanè si utilitas Ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo Clericorum, & Laicorum Episcopis porrecto in præsentia Synodi transferatur.

Fiunt etiam tales translationes metu hostilitatis, cap. eos, & cap. temporis, 7. quæst. 1. & sic pro utilitate & necessitate, cap. omnis, ibi, 7. quęst. 1. Tres ponuntur causæ istius transitus à Gof B fred. in Summa, de translat. Prælat. num. 6. leuitatis scilicet, cupiditatis, & humilitatis: ut si ingrediatur Religionem; Leuitatis, & cupiditatis indistinctè reijciũtur causæ, 7. quæst. 1. Si quis Episcopus, & de translat. cap. 4.

Facienda est aliquando etiam translatio ad sedandum scandalum ortum in Populo, ex facto, & culpa Prælati, etiam eo inuito, ex Conc. Constantien. Innoc. in c. nisi quidem, de Renunciat. Anch. in c. Suggestum, 7. q. 1. Abb. in c. 1. de elect. Felin. in c. Nihil, de præsumpt. nu. 3. & in c. Cum eo, eodem tit.

Per vnionem vacat.

Per Vnionem unicus Episcopatus ad alium, etiam uacat, quod regulariter non conceditur, nisi magna subsit causa, licet Diœcesis diuisio non sit de iure diuino, & sic plures Episcopi possunt esse in una Diœcesi. Abb. in c. 1. de Paroch. in c. Quo- C niam, de officio ordin.

Gregor. Papa in epist. 31. lib. 2. Benenato Episcopo, cap. 25. ut in c. Et temporis, 16. quæst. 1. his uerbis dicitur: Et temporis qualitas, & uicinitas nos locorum inuitat, ut Cumanam, atque Mesenatem unire debeamus Ecclesias, quoniam, nec longo à se itineris spacio seiunctę sunt, (nec peccatis facientibus,) tanta multitudo populi est ut singulos (sicut olim fuit) habere debeãt Sacerdotes: Et in alio loco Ioãni Episcopo epist. 35. lib. 2. & in cap. Postquam, 16. quæst. 1. dicit: Postquam hostilis impietas diuersarum Ciuitatum ita (peccatis facientibus) desolauit Ecclesias, ut reparandi eas spes nulla populo deficiente remãserit (& infrà,) Huius ergo rei solicitudine sæpæ commoti, hoc nostro sedit Cordi consilium, fit uicinis eas mandaremus Põtificibus guber-

gubernandas; ideoque fraternitati tuæ curam gubernationemque trium tabernensium Ecclesię prouidimus committendum, quam tuæ Ecclesiæ aggregari, unirique necesse est; & similia, ut ibi: Et Celestinus III. Faustino Episcopo, ut in c. sicut unire, de excess. Prælat. ita dixit: Sicut unire Episcopatus, atque potestati subijcere alienæ, ad Summum Pontificem pertinere dignoscitur; ita Episcopi est, ecclesiarum suę diœc. Vnio, & subiectio eorumdem. Hoc idem legitur in c. 1. Ne Sede uacãte, & habetur quod unio in casu, quo sit facienda, ad Papam pertinet & causas quæ fuerint, debet iudicare. A

Per Renunciationem quomodo vacet.

Vacat etiam Episcopatus per Renunciationem; quæ fit aliquando uel coactè, uel spontè; coactè, ut si daretur in pœnam, ueluti per translationem, ut dictum est ex causis præmissis. Fel. in c. quæ in Ecclesiarum, de Const. num. 4. de communi, Rom. Cons. 345. num. 3. B

Cogitur aliquando renunciare criminosus, ita determinauit Innoc. III. scribens Episcopo Hipp. de quo in c. ex litteris, de excess. Prælat. in fine, his uerbis; Nos autem, quia idem Episcopus non solum in iudicio candentis ferri, uerum etiam in furis suspendio grauiter noscitur deliquisse, cum his non tantum autoritatem præstiterit, uerum etiam præsentiam exhibuerit corporalem, ipsum indignum Altaris ministerio reputamus; Cum igitur Pontificale officiũ sine Altaris ministerio nõ ualeat adimpleri mãdamus, quatenus, ut Episcopatui cedat, moneatis eundem, alioquin ipsum ab Albiganensi Ecclesia amouentes, faciatis eidem per electionem Canonicam de persona idonea prouideri.

Hoc idem dixerunt glos. Host. Abb. & cõmuniter alij Doct. in d. c. nisi, de renunciat. & D. Tho. in 2. 2. quæst. 185. art. 4. C

Cogitur etiam renunciare, quando fuerit penitus illiteratus, qui officio suo satisfacere nequiret. Ita rescripsit Honorius III. Capitulo Bremensi. ut in c. fin. de ætat. & qualit. ord. his uerbis: Quamuis multa proposita fuerint contra Episcopum Calinensem, quia tamen cõfessus est coram nobis, se numquam de Grãmatica dedicisse, nec etiam legisse Donatum, & per euidẽtiam facti usq; adeò de illiteratura, & insufficientia sua cõstat, quod contra Deum esset, & Canonicas Sanctiones, tantum in Episcopo tolerare defectum, ipsum à Pontificalis officij executione, & administratione Calinen. Ecclesiæ penitus duximus

amo-

A amouendum, Vide etiam cap. Nisi, de Renunc. §. pro defectu quoque.

Idem ibi affirmat Host. num. 3. Abb. num. 1. & 2. & communiter Doct. Felin. in c. Si quando, de Rescript. num. 13. satis apertè demonstrat.

Item, ratione scandali sicut dictum est cogitur ad translationem, & tandem causæ renunciationis optimè declarantur ab Innoc. III. in d. cap. Nisi cum pridem, de Renunciat. his verbis: Intueri te quoque uolumus quod hæc sunt illa per quæ cedendi Episcopus licentiam potest postulare; conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, graue scãdalum, irregularitasq; personæ. Sed in his omnibus est obseruanda cautela, propter conscientiam enim criminis & damni,

Causæ renunciationis quæ.

B potest licentiam postulare, & forsitan non cuiuslibet, sed dumtaxat illius, propter quod ipsius officij executio post peractam pœnitentiam impeditur, cum si omnes quos arguit conscientia, cuiuslibet culpæ cederent, pauci, uel nulli, in illo ministerio remanerẽt; & similia, ubi Innoc. declarat omnes prędictas causas, & ibi Host. Abb. & communiter omnes Scribentes.

Tandem in omnibus casibus, in quibus uenerit priuandus, posset cogi ad renunciandum. Doct. in d. c. Nisi, & inter Modernos etiam refert Paris. de Resig. benef. lib. 3. q. 3. nu. 30.

Sponte etiam fit talis renunciatio, uel ex causis pręmissis, uel pro utilitate suæ Ecclesiæ ueluti ubi transfertur ad aliam Ecclesiã, ut suprà dictum est, uide Rom. in cons. 345. Petrus de Vbal. in tract. de permut. num. 63.

C Infirmitas corporis regulariter non cogit ad renunciãdum, sed illa solummodo per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale, ita legitur in d. cap. Nisi, in §. alia uerò causa, & ibi Innoc. num. 4. Abb. nu. 9. & in c. Ex parte, de Cler. ægrotant. in fine.

Qui ad pinguiorem, seu digniorem Episcopatum cupit ascẽdere, & ideo postulat renunciare Episcopatum, quem obtinet, peccato non uacat, ex quo auarè, aut ambitiosè petit, quibus omnibus Prælatus omninò carere debet, ex Concil. Meldens. his uerbis: Si quis de ordine Sacerdotali contemptu minoris Ecclesiæ ambitiose, & improbè ad potiorem aspirauerit, Canonica erga eum diffinitio conseruetur; hoc est, utraque careat; ex cap. si quis, 7. quæst. 1.

Item

Item dicit Leo I. in epist. 82. cap. 8. Si quis Episcopus suæ Ci A uitatis mediocritate despecta, administrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem plebem se quacunque ratione transtulerit, à Cathedra quidem pellatur aliena, carebit etiam propria, ut ne illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit, nec illis, quos per superbiam spreuit; suis igitur terminis contentus quisque sit, nec suprà mensuram iuris sui affectet augeri.

Hoc idem in Conc. Carthag. 3. in c. 27. fuit terminatum; Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat; Vide etiam, quę dicit Bertachin. in tract. de Episcopis, lib. 2. par. 1. de causa materiali Episcopi nu. 83.

Exemplo etiam cauetur Beati Petri Principis Apostolorũ, qui postquam Antiochię Cathedram posuit, Romam tamen se transtulit; quod iure factum esse dicitur, ut per totum Mundum B Ecclesia Dei se diffunderet; & sic pro Ecclesiæ tantum utilitate translationes, & renunciationes permittuntur, cap. Sacrosancta, dist. 22. Bertach. in d. lib. 2. p. 1. de causa materiali, num. 83. ubi de similibus causis differit; Quid si pauci de Diœcesi Episcopum infestarent, an ex hoc liceret renunciare? & dicitur quod non, secundum ea quæ Liberius Papa respondit omnibus Episcopis, epist. 2. his uerbis: Vnde namque est beata perseuerantia, nisi de uirtute sapientiæ, quoniam secundum Apostolicam prædicationem, omnes, qui uolunt in Christo piè uiuere, persecutionem patiuntur, & infra. Attendite, itaque uobis, & omni gregi, in quo uos Spiritus Sanctus constituit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine Saluator Mundi, ut non sit, qui uos decipiat subtilitate sermonis, & C plebes uobis commissas relinquatis, ex c. Suggestum, 7. quæst. 1. & uide etiam ibi cap. sciscitaris, cum sequenti, & cap. scimus, distinct. 43.

Episcopo quibus casibus dandus sit Coadiutor.

Contingit aliquãdo quod Episcopus senectute, uel alio perpetuo morbo impeditus, non potest suo officio fungi, & ad euitandam coactam renunciationem, datur Coadiutor, per ea, quę dicit Abb. in d. c. Nisi, de renunciat. c. pen. de Cler. ęgrot. Doct. in c. grande, de supplen. negl. Prælat. lib. 6. latissimè declaratur ab Innoc. III. Arelaten. Archiepiscopo, in c. Ex parte, de Cler. ægrot. his uerbis: Ex parte tua fuit propositum, quod cum Aurasien. Episcopus graui morbo, & incurabili ferè per quadriennium laborauit, ita, quod Pastorale officium non potest ullatenus

A nus exercere, Princeps Terræ illius, ac ciues ciuitatis eiusdem, à te postulant incessanter, vt ipsis (cum sis Metropolitanus eorum) studeas prouidere; Verum cum ipsum ad cessionem compellere non possis, nec debeas vllo modo, nec afflictio afflicto sit addenda, immò potius ipsius miseriæ miserandum, eo quod idem vir bonus extiterit, & Ecclesiam salubriter sibi commissam gubernauerit, nos volentes tam Episcopo, quàm Ecclesiæ prouidere, mandamus, quatenus illi Coadiutorem adsocies virum prouidum, & honestum, per quem tam Episcopo quam populo vtiliter consulatur.

Duplex hodie designatur Coadiutoria: Vna temporalis, durante impedimento, de qua dictum est; Alia quæ dicitur perpetua, quæ durat post impedimentum, & tunc non vti Coadiutor B simpliciter, quia datur cum spe futuræ successionis, quæ de stylo potius inducta est quã de iure, ex quo prohibitum videatur dari successorem in beneficialibus, sic datur Coadiutor viuente Episcopo impedito, non successor, secundum Pelagium Clero Narniensi, de quo in c. Quia frater, 7.q.1. tamen Zacharias Papa scribens ad Bonifacium Maguntinum Archiepiscopum, vt in cap. Petisti, 7. q. 1. concesserit dari Coadiutorem cum futura successione, his verbis: Item, si eundem diuina voluerit clemẽtia tui post diem transitus superesse, si eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit diffinitum, ea hora, qua te de præsenti seculo migraturum cognoueris, præsentibus cunctis tibi successorem designa, vt huc veniat ordinandus; Hoc nulli concedi alij patimur, quod tibi charitate cogente largiri censuimus; C Sic potius uidetur concessum ex speciali causa.

In Episcopatu futura succesſio an sit danda.

Inde sequitur, quod dare successorem uiuenti, est contra omnem Ecclesiasticam regulam, & cõtra statuta Patrum, licet Papa hoc possit, quia prouidet Ecclesiæ & non dicitur successor prohibitus à lege, sed prouisus à Papa, ac si ipsemet Episcopus elegisset; unde hodie à Papa confirmatur, ut refert Mend. Reg. 11.q.5. num.5. per Decis. Cassad. de rest. spol. Decis. 2. num. 2. Consideranda enim in hoc casu sunt uerba illa Zachariæ Pont. in d.c. Petisti, in fine, his uerbis: De eo autem quod tibi successorem constituere dixisti, ut te uiuente in tuo loco eligatur Episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur, quia cõtra omnem Ecclesiasticam regulam, uel statuta Patrum esse mõstratur: sed uolumus, ut ministret tibi, & sit in Euangelio Christi adiutor,

nimis

nimis enim reprehensibile esse manifestum est, ut te uiuente, tibi alium substituamus; & similia; Vide etiam quod sequitur in cap. Quia frater, eadem 7.q.1. Ex quibus satis colligitur, quod tales successiones sunt contra Cõstitutiones Ecclesiasticas; Sic habetur, quod duplici de causa datur Coadiutor, contemplatione Ecclesiæ, & Prælati: Ecclesiæ, ut illa non priuetur debitis obsequijs; Prȩlato aũt, quia ex quo est inhabilis ad suum officium, tamen non patitur resignare, sed Coadiutore adiuuatur. Præterea notandum erit, quemadmodum talis Coadiutoria non est nouiter inuẽta, ut tactum est, sed antiqua; inde legitur de Athanasio, cui iam in ætate matura existente, fuit datus Coadiutor cum futura successione; pariter Narciso Episcopo, Gregorio Nazianzeno, & Augustinus fuit datus Coadiutor Valerio Episcopo. Zacharias idem concessit Bonifacio Archiepiscopo Maguntino, & sic de alijs, apud Rufinum, in lib. 2. Hist. Ecclesiasticæ cap. 3. Eusebius lib. 6. q. 1. c. 12. Non autem, 7. q. 1. c. 17. Petisti, ibidem 7. q. 1.

Coadiutor Episcopi quotuplici ex causa dari soleat.

Attamen postea fuit prohibitum, ut ex dicto D. Augustini, in epist. 40. & 110. & in Conc. Anthiocheno, cap. Episcopo, 8. q. 1. & ab Hilario Pont. cap. plerique, & ex Conc. Martini Papæ, cap. 8. ut in cap. Episcopo non liceat, ante finem, 8. q. 1. Innoc. II. cap. Apostolica, eadem 8. q. 1. lib. 8. in fine, refert. & vltimo in Conc. Trid. Sess. 25. ca. 7. de Reform. ita fuit ordinatum his uerbis: In Coadiutorijs quoq; cum futura successione, idem posthac obseruetur, ut nemini in quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis permittantur: quod si quando Ecclesiæ Cathedralis aut Monasterij urgens necessitas, aut euidens utilitas postulet Prælato dari Coadiutorem, is non aliàs cum futura successione detur, quam hęc causa prius diligenter à Sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ à iure, & Decretis huius Sanctæ Synodi in Episcopis, & Prælatis requiruntur, aliàs Concessiones, super his factæ surreptitiæ esse censeantur.

De similibus etiam uide Archid. in cap. unico, de cler. ęgrot. in 6. Hostiens. Innoc. Abb. & alij scribentes, in cap. Nisi, de Renunciat. & communiter Doct. in d. cap. vnico, in 6. Archidiac. & Card. Alex. in cap. Nihil, §. Ecce, 7. q. 1. & in cap. Quod autem, & ibidem Abb. in cap. Ex parte, & cap. De Rectoribus, de Cler. ægrot. Ioan. Andr. & Innoc. in d. c. vltimo, de Cler. ægrot.

Zabar.

A Zabar.in conf.70. Oltrad.conf.44.& fic de alijs. inter Modernos Nauar. in Conf. 1. de Cler.ægrot.Mend.Reg.11.quæft.5. Parif.de refig.benef.2.q.20.omiffis alijs; Diuerfæ autem caufæ numerantur: videlicet Senectus, Infirmitas pro maiori parte tẽporis, ita, quod illum impediat ab officio Pontificali, ut quia cęcus, uel laborat lepra, demẽtia, Epilepfia, & fimilibus, aut quia fufpectus de dilapidatione bonorum Ecclefiæ, aut tandem taliter inhabilis, quod fuum munus per fe exercere nõ poffit. Fel. in c.2. de præfcript. Io. Sylua. in tract. de benef. 2. p.q.5. Mend. in d.Reg.11.q.5.& 6.& Parif.in d.lib. 2.q.20. qui omnes prædictas caufas pariter collegerunt: quæ quidem omnes caufæ reducuntur ad neceffitatem, & utilitatem Ecclefię, ut fatis fuperque dictum eft.

B Concludendum ergo, quod antequam fiat noua electio Epifcopi, fpectanda erit uacatio, quibufuis modis Ecclefia illa uacare potuerit; fic regulariter Epifcopatus uiuentis non conceditur. Ita Leo IIII. fcripfit Veroni Duci Britanniæ, ut in c. Nõ furẽ, 7.q.1. Non furem, & latronem, qualẽ Gillandum effe fentimus, in Nannetica Sede, qui uiuentis (quod non licuit) locum non timuit vfurpare, pro cuiufque muneris donis vltra debes defenfare.

Epifcopatus uiuentis non cõfertur regulariter.

Califtus Papa fcribens omnibus Epifcopis, in epift.2. ita dixit, ut in c. Sicut, 7.q.1. Hoc non folum de Epifcopis, uerum etiam de quibuflibet Ecclefiæ Miniftris intelligitur, ne videlicet in locum viuentis alter fubrepat.

Gregorius Salernitano Epifcopo lib.2. epift.14. ut in c. Eum C qui, in d.7.q.1. Eum qui contra iuftitiæ Regulam in Archidiaconatum alterius fe prouehi confenfit, ab eiufdem Archidiaconatus honore deponimus: Rationem allegat Hieronymus, fcribẽs ad Rufticum Monachum, quod in una Ecclefia duo Prælati effe non debent. in cap. In apibus, in d.7.q.1. hoc idem terminatum legitur in cap. Nouitianus, in d.loco, & in c. In primis, 2.q.1.

Immò non eius electio erit celebranda, antequam eius cadauer fit traditum fepulturæ, ex Conc. Bonifacij III. Nullus Pontifice Romano uiuente, aut Epifcopo Ciuitatis fuæ præfumat loqui, aut partẽ fibi facere, nifi tertio die depofitionis eius adunato Clero, & filijs Ecclefiæ, & tunc electio fiat; Et ita etiam legitur in cap. Bonæ, el fecondo, de elect. & ibi Glof. & Doctor.

Epifcopi electio qui erit celebranda.

Necnon

Necnon certa debet esse mors, non per famam, si fuisset absens, ut electio teneat, nec per subsequentem mortem conualidatur electio, Bertachin. de Episcopis, lib. 1. par. 1. de causa efficienti; num. 4. per Ang. in l. si quis bona, §. seductum, in fine, ff. de acquir. hæred. A

Curandum est pariter, ne in longũ protrahatur electio, quia Ecclesijs ualde damnosa erit, & periculosa lõga uacatio, secundum cap. Vt circa, in princip. cap. Quam sit, ca. Cupientes, in 1. de elect. lib. 6.

Prouisio Papæ est tutior oĩbus Sede Episcopali vacãte.

Vacante Sede, prouidendum erit de pastore, & omnis prouisio ad Papã spectat, & illa ab eo facta habet uim Electionis, & Confirmationis, cap. si eo tempore, de elect. lib. 6. Glos. in c. 1. de elect. lib. 6. Abb. in c. nosti, de elect. & in cap. Cum olim, de causa poss. & propriet. Fel. in cap. Eam te, de Rescript. Dec. in cap. 1. de elect. at Pontifex electionem illorum qui illã habent, non tollit, in d. c. si eo tempore, de elect. lib. 6. quia regulariter electio Episcoporum ad Papã spectat, sicut cætera, quæ sequuntur: quia Romana Ecclesia, & Christi Vicarius Pontifex, Primatum tenent inter omnes alias Ecclesias, cap. omnes, d. 22. Glos. in cap. Quamquam, de elect. lib. 6. Ripa hoc etiam dicit, in Responso 3. de elect. Hoc pariter refert Mend. inter Modernos, Reg. 2. in præfat. nu. 4. & terminatum fuit in Conc. Trid. Sess. 24. cap. 1. de Reformat. B

Papa creat Episcopos solo uerbo.

Fit autem Episcopus à Papa solo uerbo, dũ rescribit in Supplicatione, Fiat. Dec. in Rubr. de Const. nu. 38. Bursat. in Consil. 393. nu. 4. uol. 4. Abb. in cap. huiusmodi, de Rescript. tamen ad probandam dictam gratiam fuisse concessam, de stylo, & vulgari Regula Cancellariæ, requiruntur litterę testimoniales; quamuis quidam alij teneant contrarium; sed uerior opinio & receptior est, quod litteræ sunt expediendæ de gratia concessa. Extrauag. Iniunctæ de præbend. & ex Reg. Canc. 26. Pręterea, circa ea non esset elaborandum, vide etiam Paris. in d. tract. de Resig. in lib. 10. q. 1. à nu. 5. & fere per totam. C

His præmissis, dicendum erit de conditionibus requisitis ad ueram electionem, in casu quo ex priuilegio alicui competeret Capitulo. glos. in cap. quamquam, de elect. lib. 6. & Firma. in d. loco.

An electio Epi-

In primis quærendum erit, an Prælatus debeat esse electus; uel sufficiat, quod sit datiuus, absque alia electione, & regula; videtur

A videtur quod electio faciat Prælatum, quæ an ſit de iure Diuino, uel ne, diſtinguendum erit: ſi conſideretur ſtatus Epiſcoporum ueluti quia ordinati ſunt Epiſcopi ad vniuerſale Regimen Eccleſiæ Dei, hoc eſt de iure diuino, cũ paſtorale officiũ fuerit à Deo inſtitutum, ſed in ſpecie, ueluti ut Petrus, vel Paulus fiat Epiſcopus hic, uel ibi, non eſt de iure diuino, ſed iudicio humano defertur: tamen, cum Deus ſit, qui immediatè facit electiones per ſuos miniſtros, ſic de iure diuino electio uidetur ordinata; conſidera tamen, quod ius Diuinum intelligitur illa facultas, & præceptio faciendi id quod Deus ipſe inſtituit; ſed ſi conſideratur vſus ipſius iuris, & exercitium illius, de quo tractatur in electione, hoc eſt in facto hominis, ſic eligentium prudentię remanet, ex Soto, de iuſt. & iure, lib. 10. q. 2. art. 4. & refert dictũ

ſcoporum ſit de iure diuino.

B Leonis Pontif. in ſermone de ſua Aſſumpt. his uerbis: Dignatio cæleſtis gratiæ facit Antiſtitem. Ambroſ. in Paſtor. Quis dat gratiam Epiſcopalem, Deus, an homo? ſine dubio Deus largitur gratiam, Epiſcopus initiat ordinẽ, & Deus tribuit dignitatem; Si homo in ordine nihil operatur, niſi ſeruitium, quod ei creditur, cur Deo totum negatur qui ipſum ordinem tibi largitur. Ita etiam dixit Card. de Cuſa, in ſua Concor. Cathol. lib. 2. cap. 32. Spec. de elect. §. 1. Bald. in l. quicunque, C. de bonis, quæ liberis, ſic Epiſcopi eliguntur, & non fiunt ſucceſſione. Bellar. Tomo 2. lib. 1. ca. 6. & 7. de Clericis: Electio Epiſcoporum quintupliciter fuit ſeruata; Primo eſt, quando Pontifex eligit à ſe; Secundo quando per alios Epiſcopos conuicinos, ex Cypria. lib. 1. epiſt. 4. Tertio, ut eligitur à Clero, & Populo Ciuita-

C tis, ut tempore Ambroſij, Auguſtini, Leonis, Gregorij, & ſimiliũ; Quarto, quando Imperatores, & Reges elegerent, uel ſoli, uel cum Clero, & Populo. Quinto, quando ſoli Canonici eligunt, ex Bellarm. in d. lib. 1. cap. 9. Tomo 2. de Cleric. Sic plures modi ſunt eligendi; ſed illa uerior eſt electio quæ fit ab ipſo Papa, ut dicetur.

Modo quærendum erit, ad quem talis electio pertineat, & qualis modus ſeruandus ſit ex quo electio neceſſaria eſt; Et primo dictum eſt, quod regulariter ad Papã pertinet, ſed eo omiſſo ad cõprouinciales Epiſcopos; De Metropolitano, & de Epiſcopis, ad Canonicos illius Cathedralis Eccleſię. Leo Papa in epiſt. 82. ad Athanaſium Epm̃ ita ſcribit; Metropolitano defuncto, cum in locũ eius alius fuerit ſubrogandus, Principales Epi

Epiſcoporum electio ad quem pertineat.

ad Metropolim conuenire debent; De Episcopis uide in ca. **A** in Genesi, cum duobus sequen. de elect. & latè refert & Bertachin. de Episcopo 2. p. lib. 1. à quibus eligatur Episcopus num. 1. & Doct. in supradictis locis citatis.

Quæritur à multis, an in simili Episcoporũ electione, solummodo Canonici suæ Cathedralis Ecclesię interueniãt, ad quos electio spectare solet, uel cum ipsis interuenire possint etiã omnes alij Clerici, etsi in dignitate constituti fuerint? Respondetur, quod in istis attenditur Consuetudo, cap. Cum dilectus, de Consuet. cap. Cum Ecclesia, de causa poss. & propriet. quia de iure, ut dictum est, solum ad Canonicos pertinet electio. Bertach. in d. loco, nu. 2. per Innoc. in c. 2. de inst. & in c. cum olim, de re iudic.

Olim liberum erat Clero, & Populo, de propria Diœcesi eli **B** gere Episcopum, & cum consilio religiosorum uirorum Cano nici maioris Ecclesiæ eligebant, ut legitur in c. Sacrorum, cum seq. d. 63. & cap. Plebes, cum seq. ibi, quod habeat locum ad prę standum consensum, ideo dicit Leo Papa I. epist. 82. ut in c. fin. dist. 63. ita tamen, ut nullus detur inuitis, & non petentibus ne plebs inuita Episcopum non optatum contemnat, aut odiat; Verùm, cum ex hac causa multa orirentur scandala, & Populus concitabatur in tumultum, & multoties ad illum sedandum eli gebatur indignus, ideo fuit sublata talis Cõsuetudo. Chrysost. ait: Populus populari fauore eligit, & modo unũ extollit, alium uerò contemnit; Stephanus Papa, in c. 12. nosse. d. 63. ait, quod quia sæpè contingere solet, (quærentibus singulis quę sua sunt, non quæ Iesu Christi) & (infra) quia docẽdus est Populus, non **C** sequendus. Ideo dicit Leo Papa primus, in epist. 85. ad Episcopos Africæ, de quo in c. Miramur, d. 61. his verbis: Miramur tãtum apud uos per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum ualuisse popularem, ut in dignis quibusque, & lõge extra Sacerdotale meritum Constitu tis, pastorale fastigium, & gubernatio Ecclesiæ crederetur; & similia, quæ sequuntur, sunt notanda;

Qui excludãtur à tali electione Episcoporum.

Ideo fuit terminatum, quod laici penitus à tali electione ex cludantur, & etiam Principes; ita dixit Adrianus Papa, de quo in ca. Nullus, dist. 63. his uerbis: Nullus Laicorum Principum, vel Potentum semet inserat electioni aut promotioni Patriarchæ, Metropolitæ, aut cuiuslibet Episcopi, ne videlicet inordi-

nata

A nata, hinc & incongrua fiat confusio, vel contentio, præsertim, cum nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum vel cęterorum Laicorum habere conueniat; (& infra) Quisquis autem secularium Principum, & Potentum, vel alterius dignitatis Laicus, aduersus communem & consonantem atque canonicam electionem Ecclesiastici ordinis agere tentauerit, Anathema sit, donec obediat, & consentiat, quicquid Ecclesia de electione & ordinatione proprij Præsulis se uelle monstrauerit.

Excluduntur pariter omnes hæretici, & non Catholici; Sic Gregorius scribit Mediolanensibus his uerbis, ut in c. Nos, 9. q. 1. Nos in hominem, qui non à Catholicis eligitur, nulla præbemus ratione consensum, nec si alicuius præsumptionis vsur-B patione factus fuerit, in locum, uel ordinem istum Sacerdotem suscipimus.

Vide etiam Goffred. de elect. Flor. in d. c. 9. Bertach. de Episcopis, in d. loco num. 54. excluduntur etiam suspensi, & interdicti, & qui uocem non habent in Capitulo; ita legitur in cap. Inter, el primo, de elect. vbi Innoc. III. in fine ita loquitur. Ideoque causam ipsam uobis duximus committendam, ut si constiterit, quod electio fuit facta à suspensis, ea omninò cassata, ipsi Monasterio (post satisfactionem condignam, suspensionis, & interdicti sententia relaxata) de persona idonea consulatur; Et ibi Glos. & ex alia Glos. in cap. 1. de post. Prælat. & ibi Doctor.

Dubitatur à multis, an Episcopus possit dare modum seruan C dum in tali electione suis successoribus; & concluditur, quod quando talis electio ad Capitulum pertineret de iure, tunc Episcopus cum Capitulo posset statuere modum seruandum, dummodo ius Capituli non tolleretur; ita tenet Zabar. in Clem. Ne Romani, de electione.

Requisita ad veram Episcopi electionē & primo de cōditionibus spectantibus ad electores.

Ad veræ electionis statum hæ seruantur Regulæ. Prima etenim est, quæ electores respicit, quibus conuenit Zelum Dei comedere; ita dicit Gregorius Papa, in lib. 2. epist. 22. & in epist. 29. siue cap. 68. causa 8. q. 2. cap. 2. Dilectissimi Filij, Officij nostri censura commoniti, suademus, ut in hac suscipiendi Antistitis causa, nullus uestrum neglecta vtilitate communi suo lucro prospiciat, ne si quisquā propria commoda appetit, friuola æstimatione fallatur: quia nec libero iudicio præferendam sibi per

ſonam examinat mens, quàm cupiditas ligat; Penſantes Igitur, A quæ cunctis expediunt, ei quem vobis gratia diuina prætulerit integerrimam ſemper in omnibus obedientiam præbete, Iudicari namque à uobis vltra non debet ſemel Prælatus, ſed tanto nunc ſubtiliter iudicandus eſt, quanto poſtmodum iudicandus non eſt, uide cap.fin.8. q.2.

Hieronymus in 4.par.de quo in cap. Audacter, 8.q.1. ita docet, quomodo electores tali electione procedant; Non ſemper per Principes Populi, & Eccleſiæ Iudex per Dei arbitrium datur, ſed prout merita noſtra depoſcunt; Si mali ſunt actus noſtri, & operamur malignum in conſpectu Domini, dantur nobis Principes ſecundum Cor noſtrum (& Infra) Audi namque, quod Dominus dixit, (Fecerũt ſibi Regem, & nõ per me, Principem, & non per conſilium meum) & hoc dictum uidetur de B Saul illo, quem utique ipſe Dominus elegerat, & Regem fieri iuſſerat, ſed quoniam non ſecundum Dei uoluntatem, ſed ſecũdum peccatoris Populi meritum fuerat electus, negat eum cum ſua uoluntate, uel conſilio conſtitutum.

Tale ergo aliquid intelligamus etiam in Eccleſijs fieri, quod pro meritis Populi aut in uerbo, & opere potens a Deo tribuitur Rector Eccleſiæ, aut ſi malignum faciat Populus in conſpectu Domini, talis Eccleſiæ Iudex datur, ſub quo famem, & ſitim Populus patiatur, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini.

Vnde fundamentum firmum eſſe debet, ut tales electores, talem eligant, qualem in Eccleſia Dei animabus commiſſis prodeſſe poſſe omni priuato poſtpoſito commodo iudicabunt. C

Modus ſeruãdus in tali electione.

Secunda Regula modum ſeruandum reſpicit, ut talis electio fiat palam, ſeruata forma debita, ac loco, & cæteris neceſſarijs ſeruatis de iure, uel conſuetudine, uel ſtylo ſeruandis; Ideo omnis clandeſtinitas tollatur; Ita dicit Iſidorus, de quo in c. ſciendum, diſt.29.c.1.his uerbis: Sciendum eſt, quod pleraque Capitula ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore conſideranda ſunt, quorum modi, quia medullitus non indagantur, in erroris labyrintum, nonnulli intricando impingunt, cum ante iudicant, quam intelligant, ante inculpent, quam iterando lecta perquirant, uide cap. in nomine, d.23.

Tempus celebrãdi

In primis cõſideratur tempus celebrandi electionem, quod ita ſtatutum fuit in Conc. generali, de quo in c. Ne pro defectu, de elect.

A de elect. his uerbis: Ne pro defectu Pastoris, gregem Dominicum Lupus rapax inuadat, aut in facultatibus suis Ecclesia uiduata graue dispendium patiatur, uolentes etiam in hoc occurrere periculis Animarum, & Ecclesiarum indemnitatibus prouidere, statuimus, ut vltrà tres menses Cathedralis Ecclesia, uel Regularis, Prælato non uacet, infrà quos (iusto impedimento cessante) si electio celebrata nõ fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea uice. Et similia.

electionẽ Episcopi quale.

Isti tres menses currunt in qualibet vacatione à die scientiæ habitæ, secundum Innoc. & Doctor. post alios, quos refert Bertachin. in d. tract. de causa efficienti, p. 1. lib. 1. nu. 7.

Nec in hoc seruatur distinctio temporum, ueluti si feriatum, uel non fuerit, etiam in honorem Dei, propter periculum mor-B tis, ut ex d. c. Ne pro defectu; per Spec. de ferijs, §. 2. uers. quid de causis, & notatis in c. oblatæ, in fine, de Appell. & Bertach. in d. loco, num. 13.

Sed si post electionem cõtigerit quouis modo de electionis nullitate dubitare, tunc concedantur tres alij menses ad aliam electionem celebrandam; ita legitur in c. si electo, de elect. lib. 6. si electio ex eo non sortiatur effectum, quia electus consentire recusat, uel post consensum renũciat iuri suo, aut fortè diem claudit extremum, seu propter occultum eius uitium irritatur, electores (qui iam fecerant, quod spectabat ad ipsos, intra iuris terminos eligendo) habebunt à dissensu, renunciatione, morte, uel irritatione prædictis, ac si uacatio noua esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, dummodo nil fraudu-C lenter egerint in præmissis.

Attenditur etiam locus ubi talis electio erit celebranda, & regula est, quod in Ecclesia fiat; Celestinus III. in c. Cum terra, de electione, ita dicit: Statuentes, ut forma electionis Canonicę in omnibus Conuentualibus Ecclesijs obseruetur; Et in c. Quod sicut, eod. tit. dicitur: Licitè procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præsertim in Ecclesia Armachana, cum iuxta Constitutiones Canonicas, si fieri potest, in Cathedrali Ecclesia electio debeat celebrari. Et similia, ut ibi.

De loco in quo electio Episcopi sit celebranda.

Attamen, si ad Ecclesiam non daretur tutus accessus, uel ex alia causa legitima electores conuenire non possent, tunc in Ciuitate, uel Diœcesi celebrari poterit, Doct. in d. c. Cum terra, & c. Quod sicut, de elect. Specul. de elect. §. 1. & refert etiam Fir-

ma.in eodem loco, & item fiat electio 2.parte,lib.1. A

Ad similia perageda forma debita seruada erit, ueluti, quod omnes electores sint certiorandi qualiter Sedes uacet, & prouidendum esse de nouo pastore, & talis certioratio fit duobus modis, existentes in Ciuitate sono campanæ conuocantur, sicut alij Consiliarij; ita uidetur de consuetudine seruandum, Barto. in l.2.C. de Decurion.lib.10. Bald. & Paul.de Castro in l.1.ff. de procur.& in c.In causis, de elect. dicitur his uerbis: Capitulũ uerò cum tota die illa ipsorum præsentiam expectassent subsequenti die Campanam pulsari fecerũt, sicut moris est ad Capitulum congregandum, & similia; Ex ijs autem existentes extra Ciuitatem citantur per litteras, uel per nuncium, secundũ glos. & Doct.in c. Coram, & c. Cumana, de elect. & refert etiam Firma.in d.loco, num.10. & Goffr.de elect.num.10. B

In tali citatione nunciandus est dies electionis celebrandæ, & si quis latitauerit, erit ad domum suæ habitationis citandus, secundum Spec. de elect. §.1. per eundem Firma. in d.loco, & Spec.de citat.§.seq.per cap.Ex parte, c.Suæ, de Cler.non resid. cap. Ex parte, de foro competen.

Si domum non haberet, tunc per proclama est uocandus, ut de Bar.l.si tamen, de leg.2.Bal.in l.fin. C. de iure dom. impetr. & de hac materia plura differit Bertach. in d.loco, nu.53. cum seq. & ibi uide de omnibus.

Citatis, & uocatis uocandis, omnes electores insimul in unũ locum conueniunt, & facta prius inuocatione Spiritus Sancti, deinde procedunt ad electionem, ita legitur in cap. Cum cætera, de elect. his uerbis: Statuentes, ut forma electionis Canonicæ in omnibus Cõuentualibus Ecclesijs obseruetur, uidelicet, ut cum debet Ecclesiæ consuli Pastoris regimine destitutæ, electores in unum locum (in quo fuerit electio celebranda) conueniant, & inuocata Spiritus Sancti gratia, personam nominent; Et similia. C

De modo dandi Suffragia ad electionẽ Episcopi.

Ideo requiritur, quod electores collegialiter insimul congregentur; nõ enim possunt singuli sua uota reddere domi, ex quo requiritur simul omnium consensus, l.2. C.de Decurion.lib. 10.& ibi Bart. & refert Firma.in dicto loco, à quibus eligatur, numero 43.

Hinc habetur, quod Canonicus, qui fuerit absens, non poterit dare uocem per litteras in electione Episcopi; uide, quomodo in

A do in similibus sit procedendum, in c. Si quis iusto, de elect. lib. 6. & ibi Doct. & plura etiam refert Bertach. in d. loco, num. 24.

Congregatis electoribus, tunc ad electionem proceditur, & tribus modis procedi potest, Scrutinio scilicet, Compromisso, & Inspiratione diuina, seruata debita forma Ecclesię, ut ex cap. Quia propter, de elect. sed prius deliberãdus erit modus ab electoribus in tali electione seruandus, & de his, (ut litigia tollantur) esset conficiendum instrumentum, ita refert Firma. in d. tract. Qualiter eligatur Episcopus, par. 1. lib. 3. nu. 1.

Forma seruãda.

Facta itaque deliberatione, quod electio sit scrutinio tractanda, iuxta formam ca. Quia propter, de elect. Statuimus, ut cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent, & uolunt, & possunt commodè interesse, assumantur tres de Col B legio fide digni, qui secretè sigillatim uota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta, mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto; Hæc ille.

Tres illi scrutatores eligendi sunt ab electoribus, qui recipiẽtes se in angulum Ecclesiæ, conuocant singulos Canonicos separatim, incipientes ab eo, qui primam uocem habet in Capitulo, eos monendo, ut consentiant in eum, qui Ecclesiæ magis expediat, & eos ita adiurent per Deum uiuum, in uirtute Spiritus Sancti, & sub animæ suæ periculo, quod in illum tamquam meliorem consentient; Hæc tradit Speculator, de elect. §. 1. uer sic. hoc facto. Goffred. in Sum. de elect. Bertachin. Qualiter Episcopus eligatur, num. 2.

Susceptis singulorum uotis, scrutatores insimul congregati, C de nominatis scrutari debent, de merito scilicet ad meritum, de numero ad numerum, de zelo ad zelum, qua discussione facta, eum eligant, in quem inuenient omnes, uel maiorem partem Capituli consensisse, ut in cap. Quia propter, cap. in Genesi, de electione.

His peractis, unus deinde ex scrutatoribus, qui de mandato sociorũ fuerit electus ad publicãdã electionẽ, coram omnibus electoribus electum nominabit, secundum formam, & cautelam, quam tradit Spec. de elect. & talis publicatio duabus uicibus fieri debet; Vna in Capitulo corã Canonicis electoribus, ut in cap. In causis, in principio, ca. Cum inter Canonicos, cap. Quia propter, de elect. Secunda, per alium scrutatorem, coram omni Clero, & Populo, conuocato prius ad sonum Campanę,

cap. Cum inter, cap. In causis, 8 quæst. 1. cap. Licet, Hæc praxis A traditur à Spec. de elect. Goff. in Summa, de elect. & refert Firmanus, Qualiter eligatur Episcopus, nu. 2. cum seq.

Forma seruanda in cõpromißo.

Secundus modus celebrandi electionem erit in Compromisso, vt latè in cap. cum dilectus, de elect. his verbis; Ecclesia Mutinensis Episcopi solatio destituta, Canonici eiusdem de pastoris substitutione tractantes, in tres Canonicos Mutinenses potestatem eligendi Episcopum vnanimiter contulerunt, promittentes, ut illum reciperent in pastorem, quem de gremio ipsius Ecclesiæ ducerent eligendum, qui examinatis voluntatibus singulorum, Archidiaconum eiusdem Ecclesiæ in Episcopum elegerunt, & similia; Vide etiam cap. In causis, cap. Cum in iure, cap. Cum in veteri, cap. Quia propter, de elect. & ibi omnes Scribentes. B

Praxis in similibus seruanda traditur post Spec. in d. loco, per Firman. in d. cap. Qualiter eligatur Episcopus, num. 69. Arbitri quibus data est facultas eligendi, trahunt se ad partes secretas, & ibi ad inuicem discutiũt de persona eligenda, & cum fuerint concordes, redeunt ad Capitulum, in quo unus eorum pronunciat electum, ut in cap. In Genesi, de elect. per uerba singularis numeri, scilicet, Eligo, & non eligimus, secũdum Spec. de elect. §. 2. & Bertachin. in dicto loco; sed uti poterit uerbo eligo, uel prouideo, ut ibi Firman. & de his conficitur Instrumentum de iure ualidum.

Per inspirationem quomodo eligatur Episcop⁹.

Tertius modus est per Inspirationem, & de eo pariter talis praxis datur à Spec. & Firman. in citatis locis.

Dum electores intrant omnes insimul in locum ubi electio C erit celebranda, & se recipiunt ad tractãdum de electione, prius inuocato subsidio Spiritus Sancti, statim unanimiter absque alio tractatu præcedente, omnes quasi repente in unam personã consentiunt, ita, ut quasi diuina reuelatione absque alio hominis ministerio illum eligerent, ut legitur de Fabiano Papa, Nicolao Episcopo, & similibus; unde dicitur, quod si unus tãtum contradiceret, talis electio non teneret in simili forma.

Notandum tamen, quod in omnibus electionibus semper maior pars electorum consentire debet in electum, ut electio ualeat, maior pars intelligitur de toto numero electorum, non autem de alijs, cap. Auditis, cap. Dudum, cap. Cum in iure, de elect. & c. Ecclesia uestra, cap. Cumana, & ibi etiam Doctor. de elect.

A de elect. & cap. Congregatum, & omnes sentiunt Scribentes.

Aliquando fit electio ad clamorem Populi, quæ electio cum Canonica non sit, ideo non est seruanda, ex Conc. Sardicen. ut in c. Osius, de elect.

Ad clamorẽ Populi nõ sit electio Episcopi ualidè.

Alia Regula, quæ seruãda uenit in similibus electionibus est, quod fiat uerbis debitis, & regulariter sunt ista; Eligo, nomino, & pronuncio, in Pastorem, & Episcopum, talis scilicet Ecclesiæ, talem N. ex Spec. & Goffr. Bertach. in citatis locis. Doctor. in c. 1. de postulat. Prælat. lib. 6. Corrad. in templo omniũ iudic. lib. 2. cap. 5. §. 1. Alphons. Aluarez in Spec. Rom. Pont. c. 10. Pet. Rebuf. in Concord. tit. de mandato Apost. §. 1. uers. litteras, similia tractantur.

Si fuisset alicui data facultas eligendi, uel nominandi aliquẽ B in Episcopum, non intelligitur talis, quod ille posset seipsum eligere, uel nominare, Glos. & Io. Andr. & Doctores, in cap. Cum in iure, de elect. & cap. Episcopatum, 8. q. 1. cap. fin. de instit. Glos. in c. Bonæ, el primo, de elect. Vide etiam l. si mandauero, §. si tibi centum, ff. Mandati, & ibi Bart. communiter receptus. Bertachin. in tit. à quibus eligatur, num. 35. & inter Modernos Parisius de Resig. benef. lib. 9. q. 17. num. 104.

Se ipsum in Episcopum eligere nõn potest aliquis, & quare.

Vndè terminatum pariter est, quod si quis cõsentiret electioni de se factæ per abusum potestatis secularis, contra Canonicã libertatem, careret omni commodo electionis, ut in cap. Quisquis, de elect. sed sic poterit consentire electioni de se factæ per alios legitimos collatores post electionem factam. Firma. à quibus eligatur, num. 35. per Io. Andr. Butr. & Doct. in cap. Cum C in iure, de election.

Sed dubitatur à multis, si electorum uoces fuerint pares, an uox electi possit computari ad fauorem sui; tenet ibi Firman. quod si uox electi non intrat in scrutinium, nec potest augere numerum, per Glos. in cap. licet, & Glos. in cap. Cum in iure, in cap. Cumana, & in cap. Ecclesia uestra, & ibi etiam Doctor. de elect. unde per dictas glos. satis colligitur, quod electus non potest præstare cõsensum ante electionem; sic dicitur quod postea tenetur consentire uel renunciare, sed talis consensus non auget numerum; si aliter fieret, idem esset quod eligere seipsum, quod non conceditur. Alberic. de Rosat. de statu, quæst. 123. & ratio est, ne incidant in uitium ambitionis, glos. & Doctor. in cap. per uestras, de iure patron. necnon confunderentur personæ, cum

Vox electi an faciat partem.

næ, cum differant ad inuicem eligens, & electus, nominans, & nominatus, capit. qualiter, de elect. & seq. ita legitur in cap. cum post petitam, de elect. his uerbis: Cum post petitam instanter, & demum obtentam quõdam Lugdunensis Archiepiscopi cessionem, uota Canonicorum Lugdunensium in te tunc ipsorum Præpositum concorditer conuenissent, quia tandem examinato (sicut decuit) processu electionis tuæ, inuenimus eã post publicationem consensuum, & collationis tractatum aliquamdiu fuisse protractam, assensumq; tuum priusquam electus fueris requisitum, electionem eamdem (ex ipsius dumtaxat inordinato processu) iustitia cassauimus exigente: sic non sola requisitiõ, sed consensus ante electionem facit illum ambitiosum, ex glos. ibi pen. in fine, uide etiam Doct. in cap. Cum inter Canonicos, de elect.

Quando electus Episcop⁹ poßit recusare electionẽ.

Dubitari etiam contingit, an electus possit sine peccato electionem recusare, uel illam dignitatem appetere; in quo casu ita distinguendo respondetur; si Ecclesia egeret illo Prelato, eo quod illius meritis Ecclesiæ commodis subueniri possit, tunc ex debito charitatis prælaturam acceptare teneretur, & ex debito charitatis ille recusare non debet, quia in vinea Domini laborare tenemur, iuxta Domini sentẽtiam. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum; electus attamen defectus quos habet occultos, manifestare sine sua infamia tenetur, si tales sint, qui illius officium impedirent. Quapropter, si alia ratione, quam ut animarum salutem querere appeteret, peccato non uacaret, excusaretur tamen electus, si alium æquè, uel magis idoneum anteposuerit: nam tunc id magis expedit Sanctæ Ecclesiæ Dei, ne minus dignus occupet locum dignioris, & Ecclesia defraudetur debitis obsequijs; in alijs casibus nullus inuitus eligatur, ex sententia Greg. epist. 16. de quibus in cap. gesta, cap. vbi ista, c. honoratus, dist. 74. Doct. & D. Thom. in 2.2. q. 185. ar. 2. & in quodlib. 4. q. 23. Vide etiã Io. And. in cap. si electio, de elect. lib. 6. Abb. in cap. Innotuit, de elect. Alex. in l. liberata, ff. soluto matr. Flor. 3. par. tit. 20. cap. 2. § 16. Firma. de causa mat. Episcopi, par. 1. lib. 2. num. 10. Sot. de Iust. & iure, lib. 10. q. 2. art. 1. & 2. latissimè dixit Gregor. Papa in Regest. lib. 6. epist. 5. siue cap. 169. Cypriano Episcopo, de quo in c. In scripturis, 8. q. 1 & August. lib. 3. de Ciuit. Dei, c. 19. c. Qui Episcopatum, in d. 8. q. 1.

Nihil

A Nihil refert an talis electus fuerit absens, uel præsens, dummodo sit Catholicus, tam de Sacerdotibus sæcularibus, quàm Regularibus, ex cap. Sacrorum, dist. 63. ca. Innotuit, de elect. & Clem. 1. cum Glos. §. fin. de elect. & ibi Doctor.

Eligitur aliquãdo absens in Episcopũ.

His publicè seruatis, & publicè facta enunciatione electi, requiritur, quod electus renũciet, vel acceptet, secundũ Zabar. in Clem. Auditor, & in sequenti, de Rescrip. Bellam. Decis. 167. & ita retulerunt etiã moderni scriptores seruandum esse Mend. Reg. 3. q. 14. num. 3. Paris. de Resig. benef. lib. 10. quæst. 8. num. 9. & 10.

Episcop' electus tenetur acceptare, uel renunciare.

Qui pariter retulerunt, quod talis renunciatio, seu cessio ante acceptationem electionis, debet fieri in manibus eligentium, dum declaratur, quod illa non intendit uti, sed post acceptatio-B nem, uel Confirmationem, renunciatio fieri debet in manibus S. D. N. Papæ, ita inter Modernos refert Paris. lib. 7. quæst. 1. num. 79.

Facta publicatione, electus debet infrà mensem acceptare electionem, aliàs perdit ius quæsitum ex tali electione, & postquam consenserit, tenetur à die consensus prestiti per tres Menses confirmari, & infrà tres alios consecrari, cap. Quam sit de elect. lib. 6. & ibi Doct. Spec. de Dilat. §. 1. Bertach. lib. 3. par. 1. num. 1.

Si acceptauerit, & fuerit præsens, tunc portatur ad Altare maius suæ Ecclesię Cathedralis, & ibi in Sede Episcopali intronizatur, & decantantur laudes, præsertim, Te Deum laudamus, ut in Pontificali edito à S. D. N. Clem. VIII. & habetur in C c. Ecclesia nostra, de elect. Spec. de elect. & Bertach. in d. locis, referunt, & asserunt ex pluribus, hanc praxim esse seruandam.

Forma intronizãdi electũ in Episcopũ.

His peractis, Episcopus postulat confirmari, ab eo, ad quem de iure pertinet, ueluti ab Archiepiscopo suo Metropolitano, uel Patriarcha, & in his attenditur locorum priuilegium. Abb. in cap. innotuit, & Doct. in cap. fin. de postul. Host. & Goffr. de elect. num. 23. Flor. 3. p. tit. 19. c. 2. Bertach. in d. loco, lib. 3. par. 2. num. 1. & 2.

De cõfirmatione electi in Episcopũ.

Goffr. in Summa de elect. num. 20. dat hanc praxim, quæ in similibus sit seruanda, quod de his omnibus quæ supra narrata sunt in electione, fiat publicum Instrumentum, & sigillis signatum, ut ibi etiam Firman. & alij supra citati senserunt.

Ad Con-

Forma proceden di ad Confirmationem.

Ad Confirmationem autem ita de iure procedetur; electus per proclama, uel aliam certam formam notificat suā futuram Confirmationem, & terminum assignat uolentibus opponere de non legitima eius electione, aut de alia legitima causa, quod non debeat confirmari, quo termino elapso, nullo existēte contradictore, qui priuilegium confirmandi habet, inquirit de ualiditate electionis, ac de uita, moribus, scientia, & alijs requisitis, (quæ vt plurimum de ignoto fieri debent) talisque inquisitio fieri solet in loco, in quo electus sit notus, à fide dignis personis, qui electi conuersationem, etiam in secreto uiderint, nō autem rigidè inquirendum erit, sed cum prudentia de omnibus conditionibus, vt in d. suo tract. Firma. lib. 3. p. 3. & in 2. parte, per totam ex quibus habetur triplex scrutinium; Primò, quando eligitur; Secundò, quando confirmatur; Tertiò, quando ad Sacerdotium, uel sacros ordines promouetur; Goffr. de electio. numero 28. B

His diebus nostris seruatur forma tradita à Sacro Conc. Trident. in Sess. 24. cap. 1. de reformatio. nisi alia laudabilior in loco vigeret consuetudo ad quam seruandam Concilium se remittit.

Primò itaque notatur, quod cum primum Sedes morte, uel alia causa uacauerit, tunc à Capitulo illius loci, & Ecclesiæ uacantis, & Clero totius Diœcesis decernendæ sunt publicæ supplicationes, in quibus etiam interuenire debet populus, qui omnes in talibus supplicationibus postulent à Deo suppliciter humilibus precibus, sanctum, & iustum Pastorem, cui omnes capita submittere non recusent. C

Electores ad quid teneantur.

Secundò, electores ad quos electio spectat de iure, priuilegio, aut consuetudine, seruare tenentur tam ea quæ de iure statuta sunt, & quę in dicto Conc. continentur, quam aliam etiam quamuis meliorem, & sanctiorem formam, si quam illi habuerint, sciantque Deum illos grauiter lędere, si indigno Pastori animas comiserint: spectanda enim sunt, quæ Deo, & Ecclesiæ Regimini expediunt; sic munera, preces, mundana quæuis affectio, ambitiosæ suggestiones, ac Principum suffragia, penitus ab electorum animis sunt arcenda, sed uirtutes, merita uitæ, ac morum probitas, intuenda, quæ Deo grata sunt, & eius Ecclesiæ expediunt.

Forma seruanda in electione Episcopi faciēda corā Pontifice.

Proces-

Tertiò, cum magnum, & arduum sit negocium, ideo ad tollendam

A lẽdam omnem fraudem, & fraudis suspicionem, statutum fuit, vt ante electionis confirmationem fiat de electi vita, & similibus requisitis, processus in forma iuris validus, graui, idoneoq; virorũ testimonio comprobatus, qui & à suo Metropolitano in Prouinciali Synodo confirmetur; & tale examen in formam publici Instrumenti redigatur, & illud sic ordinatum, quamprimum ad S. D. N. transmittatur, vt ipse pro gregis Dominici cõmodo certioretur à suis Cardinalibus de omnibus peractis, vt illo si idoneus per examẽ, seu per inquisitionem repertus fuerit, Ecclesiæ possit vtiliter prouideri.

Sus de vita & moribus electi in Episcopum.

Quartò omnes huiusmodi requisitiones, informationes, testimonia, ac probationes quæcunque, de qualitatibus promouendorum à quibuscunque habitæ, à S.R.E. Cardinali diligen B ter inspiciantur, à quo postmodum in publico Consistorio de ijsdem relatio habeatur, quæ si dignæ percipiantur, tũc per tres alios Cardinales subscriptionibus roborentur, in quibus referant se inuenisse accurata, & matura diligentia adhibita promouendos qualitatibus à iure, & ab hac Sancta Synodo Concil. Trid. requisitis præditos esse, & ob id certè existimare sub periculo salutis æternæ, idoneos esse, vt Ecclesijs præficiantur.

Modus fabricandi processũ.

Quintò de his omnibus relationes in publico Consistorio desiderantur; renunciando Summo Pont. qualiter negocium ab illis DD. Cardinalibus fuerit repertum, ad effectum, vt causa pateat omnibus alijs Cardinalibus de Collegio, qui pariter se informare possint an sint idonei propositi ad Ecclesias, & vera sint deducta & enarrata, vt in alio futuro Consistorio, iudi- C cium terminetur, nisi aliter Beatissimo exequi videatur; in quo Consistorio Papa uel confirmat, vel reijcit electos, uel nominatos, prout iudicauerit opportunum.

Relatio facienda Summo Pont. de qualitatibus Episcoporum eligendorum.

Sextò examen de eorũ doctrina, seu processus, fieri solet in Curia Romana per deputatos à S. D. N. vnde summè laudandus est Clemens VIII. Summus Pont. hisce temporibus nostris, qui quoscunque promouendos per seipsum diligentissimè examinat, & ad hũc effectum alios peritos destinauit, ut eo diligẽtius examen discutiatur, ex d. Conc. Trid. Sess. 24. c. 1. de Reform. & Const. Gregor. XIII. (Onus Apostolicæ,) & Clementis VIII. uide etiam quæ refert Mend. Reg. 21. quæst. 6. nu. 5. & Paris. de Resignat. benef. lib. 8. quæst. 5. per totam, qui pariter hanc praxim pro obseruatione d. Conc. Trid. retulerunt, uidelicet;

De examine faciendo.

delicet; Cum primum fuerit nunciatum Ecclesiam aliquam ua- A care, & quod de prouisione cum Sanctissimo fuerit tractatum, & factus processus, Cardinalis, qui aliquem proponere optauerit, facto prius uerbo cum Sanctissimo, schedulam à se subscriptam transmittit ad alios Cardinales, in qua hæc erunt descripta, uidelicet: Ego Cardinalis N. pro persona R. P. N. Sita est Ecclesia in Marchia Suffraganea Firmanens. Metropolis, quæ sub inuocatione Sanctæ Mariæ ornatur, habet Campanile, Chorum, Sacristiam, uarijs ac necessarijs paramentis copiosè refertam; Episcopalem domum non longè distantem, ac congruam, sunt in eadem dignitates duæ, Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, cum Canonicis duodecim, Pœnitentiarius & Theologus & Seminarium, fructus in lib. Cameræ taxantur ad scuta mille, & similia. B

Promouendus est ætatis annorũ 40. Nobilibus parẽtibus natus, & ex legitimo matrimonio I. V. D. à S. D. N. Referẽdarius factus, in Sacro presbyteratus ordine constitutus, in quo concurrunt omnes aliæ qualitates à Sancta Synodo ordinatæ, & requisitæ, prout in processu super his confecto sufficienter probatum cernitur ab Illustrissimis DD. Cardinalibus capitibus ordinum, & à me approbato & subscripto.

Emissit professionem fidei in manibus meis, iuxta articulos à Sancta Sede traditos, supplicatur pro expeditione.

Postea præfatus Cardinalis in Consistorio secreto, coram Summo Pont. & Cardinalibus proponit eadem, quę in schedula continentur, & schedulam tradit Vicecancellario, si in secreto Consistorio fuit admissa, & Vicecancellarius aliam breuioribus uerbis facit, & uigore dictæ schedulæ expediuntur litteræ. C

Articulorũ qualitas fabricandi processus promouẽdi ad Episcopatũ.

In processu fabricando producuntur articuli, qui duo capita principaliter continere debent, scilicet statum Ecclesiæ, & personæ promouendæ, prout in dicta relatione; Sic tres articuli fiunt de primo capite; Primò, ubi Ecclesia sita sit, & sub cuius ditione; Secũdò, sub cuius inuocatione sit dicta Ecclesia, quot dignitates, & Canonici sint in ea, de Sacristia, & paramentis; Tertio cuius ualoris sit, quam curam habeat. Super secundo, de personæ idoneitate, primò an testes cognoscant promouendum, & à quanto tempore citrà illum cognouerint, & an sint secum conuersati, adeò, ut possint super eius habilitate deponere;

A ponere; Secundò, an sciant promouendum esse de legitimo matrimonio procreatum, & ex quibus parentibus; Tertiò, an ætatem à Sacris Canonibus definitam attigerit, ut possit Cathedralem Ecclesiam consequi; Quartò, an uitam honestam, & laudabilem duxerit, & de præsenti ducat, & honesta conuersatione sit ornatus, ac bonis moribus; Quintò, an sit I. V. D. aut Theologus, seu Licentiatus in publica Congregatione; Sextò, an polleat tanta scientia, ut muneri Episcopali satisfacere possit; Septimò, an sit idoneus ad regendum qualemcunque Episcopatum, & ad docendum Dominicum gregem; Octauò, an sit talis qui possit secundum Christianam charitatem Ecclesiam Cathedralem defendere, & fideliter uerbum Dei, & diuina misteria dispensare; Nonò, an sit in Sacris ordinibus constitutus, &
B à quanto tempore, & an habeat omnia requisita à Sacro Conc. Tridentino.

Quando talis processus fit in Curia, Notarius deputabitur à Cardinali, qui facit relationes, & examen faciẽdum erit ab Auditore dicti D. Cardinalis, & coram eodem promouendus emittit professionem fidei, & sufficiunt tres, uel quatuor testes noti, & fide digni.

Extra Curiam uerò committitur Legatis, Nuncijs, & Ordinarijs, examen super præmissis faciendum, ut ex Concil. Trid. Sess. 22. c. 2. de Reformat.

Eo facto, tunc processus subscribitur à Cardinali relatore, deinde à primo Cardinali Episcopo, à primo Cardinali presbytero, & à primo Cardinali Diacono, deinde in uno Consi-
C storio fit præconizatio, in alio relatio, & admissio, & hæc est hodie communis praxis in Ecclesia Romana, ut refert Paris. dicto loco.

Aliquando etiam fit talis expeditio sine processu, quia Papa asserit illum esse sibi notũ, & sic omnes Cardinales approbant, ut ex eodem Paris. in d. lib. 8. q. 5. per totum.

Ecclesia Episcopalis sit formata.

Notandum pariter, quod ad Episcopatum principaliter (ut in relationibus dictum est) requiritur Ecclesia formata, ut Episcopus possit sua Pontificalia exercere, cum Campanili, Sacristia, Paramẽtis, & similibus necessarijs, ad cuius titulum sit promouendus Prælatus, capit. Sanctorum, dist. 70. Necnon requiruntur Canonici Sacerdotes, & alij ordines, & sic Clerus Religiosarum personarum, cap. Illud sanè, ca. Non debere, dist. 80.

& ibidem

& ibidem dicitur, sit populus numerosus, & nobilis, sed si alterum eorum deficeret, puta populus Christianus, uel Clerus, tamen esset eligendus, dummodo ambo non deficiant. Clem. In plerisque, de elect. & ibi glos. & Doct. A

Ad Ecclesias dirutas qua re eligatur Episcopus.

In Ciuitatibus infidelium, ubi iam uiguerunt tales Cathedrales, sed postmodum bellis & ruina oppressæ, & ab infidelibus detentæ fuerūt; potius Episcopus eligitur de facto, quia ibi residere non potest. Innoc. in c. litteras, de Concess. præbend. Bal. in Marg. in uer. (prælatus) uers. 12.

Vnde Populo de nouo Episcopus datur à Summo Pont. cap. Frater, c. Præcipimus, 16. quæst. 1. & ibi Glos. & non ab alio, ornando Ecclesiam secūdum suam decentiam, addēdo Clerum, & nobilitando populum, sed si ante Millesimum Annum fuerit in loco Cathedralis Ecclesiæ, non dicitur de nouo dare, nisi B ex crimine fuerit Episcopo priuata, 16. q. 3. licet, & Glo. in cap. Felix, 16. q. 1. & refert Bertach. in d. suo tract. de causa materiali, in p. 1. lib. 2. num. 25.

De requisitis ad personam Episcopi eligendi. Primo ne ambitiosè aut auarè petat.

Hæc de statu electionis seruanda, breui sermone dictum fuisse sufficiat; Modo descendet oratio ad Conditiones requisitas in Prælatis, qui cupiunt ad hanc dignitatem ascēdere; Primum requisitum in Prælato erit, ut ne ambitiosè, aut auarè petat. August. de quo in cap. Sunt in Ecclesia, 8. quæst. 1. his uerbis: Sunt in Ecclesia quidam Præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit, sua quærentes, (non quæ Iesu Christi) quid est (sua quærentes.) Non Christum gratis diligentes, nō Deum propter Deum quęrentes, temporalia commoda sectātes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc seruitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est, inter filios se non computet; Non ergo, qui præficiuntur semper cæteris meliores intelliguntur. C

In Episcopo tria considerantur; Primo principalis & finalis operatio Episcoporum, quæ est, animarum salutem quęrere; Secundo, altitudo gradus, quia constituitur super alios, Matth. 25. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam; Tertio reuerentia, & honor, & commodum temporale, ex Apost. ad Timot. 5. Qui bene præsunt, duplici honore digni sunt. Appetere Episcopatum propter temporale commodum non conuenit, ex D. Thom. in 2. 2. quęst. 188. artic. 1. & 5. & Gigan. de Resid. c. 1.

Hier.

A Hieron.ad Titum, de quo in c.1.illud inferendum, 8.quęst.1. idem dicit & in cap. seq.

Vnde tale onus accipiendum est ex debito Charitatis, Aug. lib.19.de Ciuit. Dei cap.19.ait: Ocium sanctum quærit Charitas ueritatis, negocium iustum suscipit necessitas Charitatis, quam sarcinam si nullus imponit, pręcipiendæ, atque intuendæ uacandum est ueritati; si autem imponitur, suscipienda est propter necessitatis charitatem, sed nec sic omni modo ueritatis delectatio desideranda est, ne subtrahatur illa suauitas, & opprimatur iusta necessitas.

Conditiones Apostoli requiritur in Episcopo.

Quapropter, qui assumēdus erit ad hūc honorem, requiritur, quod habeat conditiones Apostoli, ideo dicit Hieronymus, de quo in ca.licet, 8.q.1. Requiritur ergo inordinando Sacerdote B etiam Populi præsentia, ut sciant omnes, & certi sint, quod qui præstantior est ex omni Populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur, & ideo opportet illum testimonium bonum habere ab his, qui foris sunt.

Paulus Apostolus scribens ad Tit.1.& Timoth.1.cap.3. Prę latorum conditiones declarat, quibus concluditur, quod uolentes hoc munere decorari sint tales, ut diuinis potius, quàm humanis moribus ornati uideantur, ac cum humana ratio deficiat, id à Deo potius per tales requirendū, ut dicit glo.in c.quāuis, de æta.& qualit.in uerbo (defectuum) & in d.25.vsque ad d.50.& in d.81.usq; ad 100. Abb.in c.cum in cunctis, de elect. & ibi etiam glos.& alij Doct.Conc.Trid.Sess.24.c.1.de refor. & per alios, qui similia referunt;

Requisita necessaria ad vitam Episcopalē.

C Verum tamen ea omnia ad tria uti necessaria reducuntur, sicut sunt bonitas uitæ, peritia disciplinæ Ecclesiasticæ cum ætate, & Sacerdotio.

Tertio, scientia debita ex Conc. Lateranen. de quo in c.cum in cunctis, de elect. his uerbis: Cum in cūctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis Ministerijs sint ætatis maturitas, grauitas morum, & literarum scientia inquirenda, multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri, qui ad Curam aliorum positus in se ipso debet ostendere, qualiter alios in Domo Dei oporteat conuersari, eapropter ne, quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur à posteris in exemplum, præsenti Decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi, qui iam trigesimum annum ętatis exegerit, & de legitimo matrimonio

sit natus, qui etiam vita, & scientia commendabilis demonstratur. A

Hoc idem legitur in d. Conc. Trident. Sess. 24. cap. 1. de Reform.

De scientia quanta esse debeat in Episcopo.

Assumatur scientia inter ea, quæ primo Episcopo conueniunt, quoniam esset ignominiosum, vt Episcopus, qui alios docere debet ab alijs edoceri quærat, ideo doctior, & sanctior eligendus erit, & sit talis ut comparatione aliorum cæteri grex dicantur, Ita rescripsit Simmachus Papa Laurentio Mediolanensi Episcopo his uerbis: Vilissimis comparandus est, nisi prę cellat scientia, & sanctitate, qui est honore præstantior, de quo in cap. Vilissimis 1. q. 1.

Hieron. in 1. Leuit. dicit: Vt sciant omnes, & certi sint, quia, qui præstantior est ex omni Populo, qui sanctior, qui in omni B uirtute eminentior ille eligitur. cap. licet, 8. q. 1.

Scientiarum distinctio.

De huiusmodi scientia uarij uaria scripserunt, & primo præmittenda est scientiarum diuisio, nam quidam dicuntur habere eminenter, alij sufficienter, quidam uero mediocriter, glo. & Doct. in d. c. Cum in cunctis, de elect. & Fel. in ca. si quando, de rescript. num. 13.

Ibi declaratur quemadmodum eminens scientia est illa, qua quis scit difficillimas causas explicare in promptu sine studio, prędmeditatione, aut reuolutione librorum.

Sufficiens est illa, qua quis habet necessariam ad officium suum, & cum reuolutione librorũ soluere poterit quaslibet difficillimas quæstiones, & ista sufficientia consideratur arbitrio boni viri secundum qualitatem loci, & officij. C

Mediocris per quam quis non per reuolutionem librorum tantum per se causas soluere poterit, sed dubitando consilio peritorum determinabit, ut ex infrascriptis dicetur.

Vnde secundum præmissam distinctionem Papa eminentiorem scientiam, quam cæteri inferiores Prælati deberet habere, sic Episcopo sufficiens scientia cõueniret, cum iste habeat satis diminutam potestatem à Papa, cap. conuenientibus, 1. q. 7. cap. sic uiue, 16. quæst. 1. cum non oportet, d. 18. cap. qui Ecclesiastici, §. ecce, d. 36. & Doct. in d. cap. cum in cunctis, Fel. in d. cap. si quando.

Ista scientia sufficiens in Episcopo, uel Cardinali, aut similibus, uersari debet non tantum circa sacras literas, sed etiam

peritiam

A peritiam sæcularium negociorum, Abb.post glo.in d.c.cum in cunctis, & in cap.literaturam, cap.congregata, ca.cum nobis, de elect.

In 6.Synodo ita legitur: Vnde difinimus omnem,qui ad Episcopatus est promouēdus gradum, modis omnibus psalterium nosce, ut ex hoc etiam omnis Clerus, qui sub eo fuerit,ita moneatur,& imbuatur; Inquiratur autem diligenter à Metropolitano si in promptu habeat legere scrutabiliter, non transitoriè tam sacros Canones,& S.Euangelium,quam Diuini Apostoli librum,& oēm diuinam scripturam,atque secundum mandata conseruare, & docere,quorū defectu, nullatenus consecretur, ait enim Propheta: Quia tu sciētiam repulisti, & ego repellam te,ne Sacerdotio fungaris mihi; Item ex Cōc.Carthag.3.& 4.

B c.3.de quo in cap.placuit,d.38.his uerbis: Placuit, ut ordinandis Episcopis, uel Clericis prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta Concilij fecisse pœniteat.

Ex eodem Concil. Carthagin.4. cui interfuit D. August.ut in c.qui Episcopus,d.23.habetur his verbis: Qui Episcopus ordinandus est,antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis,si moribus tēperatus, si uita castus, si sobrius, si semper suis negocijs cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus,& ante omnia si fidei documenta uerbis simplicibus asserat,& similia, & infrà, cum in his omnibus examinatus, fuerit inuentus

C plene instructus,tunc ordinetur.

Circa quæ versari dèat sciētia Episcopi.

Concluditur in §. ecce,d.36.quod non satisfacit Prælatus officio suo morum honestate tantum, nisi addatur scientia debita, idcirco ea scire debet, quæ ad explicandum officium suum expediunt, ideo cum sit Iudex animarum, ut in d.cap.qui Episcopus,& ea scire debet,necnon cum sit Iudex etiam rerum tēporalium,sic & ea scire tenetur,cap.Petrus,d.39.& c.1.de consang.& affin.in fine, & in tota dist. 38. demonstratur quemadmodum necessaria est scientia in Prælatis, Veteris scilicet & Noui Testamenti,Canonum, & Cōciliorum,ac Legum,ut animæ ad sanctam Religionem inducantur, & ad dirimenda litigia,pacemque inter suos subditos ponendam, ad tollendas huiusmodi quæstiones,quanta scilicet scientia requiratur,termina

tum est in Conc. Trid. Sess. 24. c. 1. de Refor. quod sit Doctor in A Theologia, uel Canonum.

Quanta sciētia requiratur in Episcopo.

Attamen arbitrio erit Summi Pont. uidere, an in eo tanta sit scientia quod Populum committendum docere ualeat, & gubernare; scientia rudes in tali dignitate existentes, grauiter Christum offendunt, secundū Leo. Papā I. epist. 22. Si in laicis uidebitur intolerabilis inscitia, quanto magis, qui præsunt, nec excusatione est digna, nec uenia; Ideo in Conc. Tolet. 4. ca. 24. legitur, ut in cap. 2. dist. 38. quod ignorantia maximè uitanda est, & Apostolus ad Timoth. 4. idem docet.

Conceditur Episcopis legere Gentilium libros, ut sint uelu ti incitamentum ad uitam ęternam, sicuti legitur de Moyse, qui non solum literis Hebræis, sed etiā Chaldæis, & Ægyptijs erat præditus, ut eo cōmodius populum in lege Dei instrueret; nec- B non de Paulo Apostolo, Dionysio, & Augustino, & similibus, cap. Turbat, cap. Legimus, dist. 37.

His de causis tamquam literarum præcipuo magistro commissa est studiorum cura, ut periti ad docendum eligantur, & ut iuuenes in moribus, & doctrina instruantur, ex Firma. in suo tract. de Episcopis, par. 3. lib. 2. num. 62. & 63. & Hosius in ca. 54. & omnes moderni de hac sententia tractāt, Nauar. in tract. de Orat. Miscell. 33. num. 5. cum seq. Corrad. in temp. omnium iud. lib. 2. cap. 5. de Episcopo. Paris. de Resig. benef. lib. 4. quæst. 11. num. 24.

Cum illiterato an Papa dispensare possit, dubitarunt nonnulli, sed Fel. in cap. Si quando, de Rescript. in num. 1. affirmatiuam sententiam tenet, quam omnes singularem affirmant, & C cum eo Abb. in Rubr. de Sum. Trin. num. 6. & in d. cap. cum in cunctis, & ibi Zanch. in suis annot. Spec. de dispens.

Sed meo iudicio crederem Felini docrinam recipere limitationem, quod non dispensetur in penitus illiterato, ueluti in eo, qui Grammaticam ignorat, ut suprà dictum est: nam talis ignorantia reddit illum penitus inhabilem, ex quo legere nescit, ideo facit illum deponi. Interrogatus Episcopus in sua consecratione, an sciat uetus, & nouum testamentum, unde si affirmaret, quæ probabiliter ingnoraret, tamquam falsum deponens, non esset dispensatione dignus, Ricard. in quodlib. 4. q. 23. & refert etiam Sylu. in Summa, in uer. Episcopus, num. 5.

Requiritur etiam ætas debita, quæ terminata est in 30. anno

com-

A completo, licet in alijs dignitatibus sufficiat tetigisse; Determinata est autem talis ætas in hac dignitate, quia Christus in 30. anno fuit baptizatus, & publicè prædicabat, cap. Cum nobis, cap. Cum in cunctis, & ibi Glos. & Doct. de elect. Vide c. Graue nimis, eod. tit. & in Conc. Lateranen. sub Leone X. de Refor. Curię, Sess. 9. Conc. Sardicen. cap. 13. Conc. Rom. sub Nico. Conc. Bracharen. 1. ca. 38. & c. De Syracusanæ, 28. d. & per totam d. 61. ex Conc. Trid. Sess. 22. cap. 2. & Sess. 24. c. 1. de Refor. Fel. in c. Cum uigesimum, de off. iud. delega.

Aetas debita in Episcopo creãdo requiritur annorum 30.

In minori ætate Papa dispensare potest, uerumtamen, non solet sine causa, ueluti si prudentia suppleret ætatem; aut utile esset Ecclesiæ talem habere Prælatum; legitur apud Panorm. suis temporibus dispensatum fuisse in eo, qui decem & octo B annos erat natus, immò & decem & septem solum ad Episcopatum, in vigesimo ad Patriarchatum, in minori etiam ætate ad Cardinalatum fuit dispẽsatum. Ratio autem quare ætas 30. annorum requiratur, est, quia tunc homines uidentur habere experientiam Sacerdotalis disciplinæ, & propterea tunc habentur prudentiores, & sapientiores; Doct. in cap. quid est, dist. 78. Spec. de dispen. leg. §. 9. & ibi Ioan. Andr. Abb. in cap. super, de præbend. Doct. in d. cap. Cum nobis, cap. Innotuit, cap. Cum in cunctis, de elect. Sebast. Sap. in annot. ad Abb. Firma. de Episcopo, p. 1. lib. 2. num. 98. cum seqen. Rebuff. in Praxi benef. de Cler. ad sacr. ord. Glos. 2. num. 45. & 46.

Aliud requisitũ in Episcopo erit, ut sit legitimè natus; vnde spurij & natalibus illegitimis notati non promouẽtur sine Apo C stolica dispensatione, cap. Cum in cunctis, cap. Cum super, ca. Cum nobis, ca. Innotuit, de elect. & ibi Glos. & Doctor. Conc. Trid. Sess. 22. c. 2. Sess. 24. ca. 1. de Reform. & ex Constitutione Sixti V. quã Greg. XIIII. ad viam iuris magis moderatam reduxit, uide Doct. modern. Corrad. in templo omnium iudic. de Episcopo; Paris. de Resign. lib. 8. q. 5. cum similibus.

Legitima natalia requiruntur.

Dubitatur apud multos, an legitimatus per subsequens matrimonium, promoueri possit absque alia dispensatione; In quo casu, licet apud Doctores diuisa sit eorum sententia, tamen uerior Conclusio est, secundum Iuris communis dispositionem, quod tales absque alia dispensatione ad Episcopatum promoueri possunt. Abb. cap. Cum in cunctis, & in cons. 155. Cur. iunior in cons. 136. Crem. in Sing. 33. Roland. in cons. 63. & con-

sil.83.& cons.95.lib.3.Couar.in Epitome, par.2.cap.8.nu.24. A de communi testatur.

Sacerdotiũ requiritur in Episcopo.

Aliud requisitum est, quod tempore Consecrationis sit Ordine Sacerdotali insignitus: nam omnes Apostoli erant Sacerdotes eo tempore, quo fuerunt à Christo creati Episcopi; Sacerdotes Dominus noster consecrauit in Cœna, quando dixit: Hoc quotiescunque feceritis; & similia.

Post resurrectionem creauit illos Episcopos dum dixit: Accipite Spiritum sanctum; Et: Ite, docete omnes Gentes, tunc constituit eos Apostolos, Ioan.cap.20.ex d.c. Cum in cunctis, cap. Cum nobis, de elect. Conc. Trid. Sess. 24.cap.1. Glos.in c. Quamuis, cap. Dudum, de elect. cap. Præterea, de autor.& vsu pall. Abb.in d.c. Cum in cunctis, §.inferiora, cap. 1.de elect.c. Scientes, de Cons.num.1.& cap. Ex litteris, de excess. Prælat. B Goffr.in Sum.de Cler. per saltum promot. nu.4. Theophilact. in Marc.cap.fin. Scholast. in 4. Sententiarum, dist.4.

Quamuis Beatus Nicolaus fuerit laicus electus ad Episcopatum, & Seuerus de lanificio ad Archiepiscopatũ, & Ambr. pariter ad eandem dignitatem fuerit ex militia promotus, testimonio tamen illorum sanctorum docemur, quod ita expediebat animarum saluti, & Ecclesiæ vtilitati, ideo Spiritu sancto dictãte tales fuerunt electi, ita dixit Leo Papa I. epist.85.ad Episcopos Africanos, ut in cap, statuimus, §.è contra, d.61. his uerbis: His omnibus autoritatibus laici prohibentur ad Episcopatũ eligi; è contra Beatus Nicolaus ex laico electus est in Episcopũ, Beatus Seuerus ex lanificio assumptus in Archiepiscopum, Beatus Ambrosius, cum nondum esset baptizatus in Archiepiscopum est electus; sed sciendum est, quod Ecclesiasticæ prohi- C bitiones proprias habent causas, quibus cessantibus, cessant & ipsæ; ut enim laicus in Episcopum nõ eligeretur hæc causa fuit, quia uita laicalis Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non erudita, nescit exempla Religionis de se præstare alijs, quæ in seipso experimento non didicit.

Cum ergò quilibet laicus merito suæ perfectionis Clericalem uitam transcendit, exemplo Beati Nicolai, Seueri, & Ambrosij, eius electio non erit spernenda, immò summopere ambienda & quærenda.

Regula ergò erit, quod Episcopus non consecratur, nisi ad minus per sex menses fuerit in sacro ordine uersatus; Quidam tenent,

A tenent, quod existens in minoribus ordinibus, possit ad Episcopatum assumi, sed tunc talis Episcopus non potest conferre ordines; quæ opinio hodie non recipitur; Veritas tamen est, quod ad Cõsecrationem requiritur Sacerdotium, ad Electionem Sacer Ordo, ita legitur, non tantum in cap. Cum in cunctis, sed etiam in Conc. Trid. Sess. 24. cap. 1. de Reform. Idem etiam dicit Firma. de Episcopo, par. 1. lib. 2. nu. 15. & ita seruatur de stylo, vt refert Mend. Reg. 21. quæst. 6. in fine, & Paris. de Resign. benefic. lib. 8. quæst. 5. num. 5.

Excluduntur ab hac Sede multi, præcipuè excommunicati, Innoc. III. in cap. postulastis, de Cler. excommun. his verbis: Consultationi vestræ respondemus, quod cum excommunicatis communicari non debeat; & Clericis excommunicationis B vinculo innodatis, Ecclesiastica beneficia conferri nõ possunt, nec illi valent ea licitè retinere; & similia. Vide etiam Glos. & Doct. ibidem, & in cap. Per inquisitionem, cap. Illa, de elect. Spec. de lib. concept. §. fin. & quamplures refert etiam Firma. de causa materiali Episcopi, in parte 1. lib. 2. nu. 4.

Excõmmunicati nõ assumuntur ad Episcopatus.

Item excluduntur suspensi, cap. Cum inter, in fine, de elect. & Glos. & Doct. in cap. Cum dilectus, de Consuetud. in verbo, (à suspensis,) & Firman. in d. loco, num. 5.

Neque suspensi.

Item Concubinarij excluduntur, Greg. Andr. Tarentino Episcopo, epist. 44. lib. 2. cap. 83. de quo in cap. Habuisse, dist. 33. ait his verbis: Habuisse te concubinam manifesta veritate comperimus, & te illius criminis participationem habere; & infrà. Qua de re, si in Sacro Ordine, eius te recolis permistione macu C latum, Sacerdotij honore deposito, ad ministrãdum nullo modo præsumas accedere, sciturus, Animæ tuæ periculo ministrare.

Vt nec Cõcubinarij.

Item excluduntur Bigami, sicuti præcepit Apostolus. Hieronymus ad Oceanum, declarans verba Apostoli ait his verbis: Vnius vxoris virum, idest Monogamum, post baptismum. August. in lib. 18. de Bono coniugali ait: Vnius vxoris vir Episcopus, significat ex omnibus gentibus vnitatem, uni vero Christo subditam; sicut duobus Dominis seruire, sic ab vno Domino apostatare, atque in alterius superstitionem ire non licet; Vide in cap. 1. & 2. dist. 26. vbi habetur controuersia inter Hieronymum, & Augustinum; Hier. intelligit de Bigamia post Baptismum, Augustinus & ante, & post, ut ibi.

Bigami præterea excluduntur ab Episcopatus dignitate.

Plures referũtur rationes, quare bigami sint inhabiles ad Episcopatum, & etiam ad Cardinalatũ; Prima est, eo quod vnitas Sacramenti diuiditur, dum cum pluribus copulatur. Secunda, quia signa magnæ incontinentiæ ostendunt, quapropter, tales incontinentes non assumuntur de facili ad talem dignitatem. Tertia, quia tales non retinent honestatem & pudorem debitum hortandi alios ad viduitatem; Quarta, respectu prærogatiuæ ordinum; vide in Apostolorum Canone 13. Ambr. lib. de Offic. de quo in cap. Vna, dist. 26. & Ambros. in epist. 82. lib. 10. ad Vercellensem Ecclesiam, de quo in cap. fin. dist. 26. Innoc. I. epist. 3. c. 1. vt in cap. Proposuisti, d. 82. D. Thom. in 4. d. 27. q. 3. Firma. in d. loco, num. 30. & 31. Frat. Sixt. in Biblioth. Sancta lib. 6. Annot. 318. & 325. A

Papa in simili bigamo dispensare potest, quia tale impedimentum non videtur inductum de iure diuino, quia Paulus Apostolus talia ad maiorem decentiam & Sacramenti reuerentiam promulgauit, ad quæ Pontifex absolutè non astringitur. Innoc. in c. 2. de bigam. Anchar. in c. 1. eod. tit. Sot. in 4. dist. 27. quæst. 3. art. 1. Paul. Griland. in uer. bigamia, num. 4. de communi testatur, & dicẽs contrarium, esset hęreticus; Ang. & Syluest. in verbo, Irregularitas, Nauarra c. 27. num. 193. vers. 5. Veruntamen sine vrgenti causa non dispensat. B

Ambitiosi ad Episcopatum non assumendi.

Item excluduntur, qui multis precibus, humano suffragio, aut alijs fauoribus fuerũt assumpti, quoniam ex tali affectu ambitio dominandi, & cupiditas possidẽdi demonstratur, quę reijcienda sunt. Simachus Papa ad Cæsarium, cap. 5. de quo in c. Nullus, 1. quæst. 1. ait his verbis: Nullus itaque per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere: nam cum hic excessus in laica conuersatione culpetur, quis dubitat, quin Religiosis, & Deo seruientibus incutiat opprobrium? C

Gregor. Siragno Episcopo epist. 100. lib. 3. ut in cap. Sicuti, 1. quæst. 6. dicit his uerbis: Sicuti is, qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, Sacris Altaribus est admouendus, sic qui ultrò ambit, uel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus: nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit, nisi ut crescendo decrescat, ascendendo exterius, interius ad profunda descendat. Itaq; fratres charissimi, in Sacerdotibus ordinandis synceritas uigeat, sit simplex, & sine uenalitate consensus, pura præferatur electio, ut ad summa Sacerdotij, non suffragio uen-

ditorum

A ditorum prouectus, sed Dei credatur esse iudicio. Rationem talis prohibitionis allegat Gregor. Pont. ut in cap. ordinationes, cum seq. 1. quęst. 1. his uerbis: Ordinationes, quę interueniente precio, uel precibus, uel obsequio alicui personæ ea intentione impenso, uel quæ non communi consensu Cleri, & Populi, secundum Canonicas sanctiones fiunt, & ab ijs ad quos Consecratio pertinet, non comprobantur, falsas esse diiudicamus.

Neque etiam Simoniaci.

Sic triplici modo committitur crimen Simoniæ, ut in cap. Sunt nonnulli, in d. 1. quæst. 1. Sunt nonnulli, qui quidem nummorum pręmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros ordines pro humana gratia, largiuntur, atque de largitate eadē laudis solummodo retributionem quærunt; (& infra,) Vnde benè cum virum iustum Propheta describeret, (ait) Beatus, qui ex B cutit manus suas ab omni munere; neque enim dicit, qui excutit manus suas à munere, sed adiūxit, ab omni, quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud à lingua, munus quippe ab obsequio est subiectio indebitæ impensæ, munus à manu, pecunia est, munus à lingua fauor, qui ergo sacros ordines tribuit; tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non solum pecuniam nullam, sed etiam humanam gratiam non requirit, & latius declaratur, in cap. si quis neque Sanctis, eadem 1. quæst. 1.

Inde habetur, quod omnis promotio facta in simili causa, dicitur Simoniaca, & nullius est effectus, immò damnabilis, cap. Moyses, 8. quæst. 1. & 8. quæst. 2. c. 1. & cap. per inquisitionem, de elect. & ibi glossa, & Doct. & in toto tit. de Simon. Latissi- C mè patet, quot detestandum est hoc uitium in omnibus, & omnis actio Simoniaca damnatur.

Attamen, solet quæri, an pro digno offerre preces etiam consanguineo possimus, & an videatur pro tali facta precum oblatio Simoniaca, vt in cap. latorem, 1. quæst. 1. scribit Greg. Petro Episcopo Corsicæ, his verbis: Latorem præsentium per intercessionem uestræ sanctitatis Accolitum fecimus, quem ad obsequia uestra transmisimus, ut si in lucrandis animabus amplius seruierit, proficere amplius possit; De similibus uide Firman. de Episcopo, de causa materiali Episcopi, parte 1. lib. 2. nu. 14.

Ideo enim pacta quæcūque iurata, uel simplicia, ante electionem interuenire non debent, per d. cap. Per Inquisitionem, & ibi Glos. & Doct. & Firma. in d. loco, num. 13.

Regulariter,

Regulariter, quando electio pertinet ad Canonicos, eligitur A unus de numero Canonicorum, si reperiatur idoneus, aliàs, de quouis, etiam extra Capitulum, si fuerit idoneus, c. Ne pro defectu, cap. Cum inter, de elect. & ibi post Glos. Doct. refert Firm. in d. loco, num. 16. lib. 2. par. 1.

Habens Episcopatũ nõ eligitur ad alium.

Item ad unum Episcopatum nõ eligitur qui habet alterum, cap. 1. & ibi Doct. de postul. Prælat. permultos refert Firma. ibidem, num. 28.

Habẽs filios natos ex incestuoso & illicito coitu, nõ eligitur ĩ Episcopũ.

Habens filios, uel nepotes ex filiis, ex incestuoso coitu natos, secundum unam sententiam, ad dignitates Ecclesiasticas non promouetur, de mente Auth. Quomodo oporteat Episcopos, §. 1. col. 1. & Abb. post Innoc. in c. 1. de testament. Rationem allegat Greg. in lib. 8. epist. 40. Clero, & Ciuibus Neapoli his uerbis: Nam qua præsumptione ad Episcopatum audet accedere, B qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola teste conuincitur non habere: Vide in cap. Priusquam, dist. 28.

Pelagius Papa Cethego Patritio ita rescripsit dist. 28. cap. de Syracusanæ Vrbis Antistite, ad infrà; Ob hoc, uel quod personæ qualitas (sicut & uos melius nostis) uel superstes Vxor, aut filij (per quos Ecclesiastica solet periclitari substantiã) nostros animos diutius ab eius ordinatione suspenderent; Et similia.

Solutus matrimono nõ eligitur statim in Episcopũ.

Duæ ergo sunt rationes: una, si statim à matrimonio ad Religionem transierit, non interposito medio tempore, ita, ut prius signa continentiæ ostenderit, nam talis uti mundo alligatus non permittitur ad Religionem ingredi; Altera ratio est, maxima affectio filiorũ, quæ nos à diuino cultu auocat & ab eo recedere facit, argumento quæ habentur in Concil. Trid. Sess. 24. c. C 1. de Reform. & ex Constit. Sixti V. Vide etiam Firma. in d. lib. 2. par. 1. de causa materiali Episcopi, nu 2. Nau. de spol. §. 19. num. 1. & latius infrà, de beneficijs dicetur.

Corpore vitiati excludũtur ab Episcopatu.

Excluduntur etiam corpore uitiati, ut in Leuit. 21. ubi Dominus his uerbis locutus est Moysi; Loquere ad Aaron homo de semine suo (& infra) Nec accedat ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, si paruo, uel grandi, uel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, uel herniosus, & similia, quæ locum habent, uel si faciunt hominem monstruosum, aut actum illius membri impediunt, ut latius infra de ordinibus.

Gregor.

A Greg.in suo Past.cap.11.ait: Vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt,& similiter, qui seipsos ex indignatione abscindunt,ex Leuit.19.& 22. & Greg.in epist.Gelasij Papæ cap.18.& 19.ad Episcopos per Lucaniam,& ex cap.2.& 3.de corpore uitiatis,cum sequen.

Corpore uitiati dicuntur,qui uel debilitate, aut mutilatione affecti sunt, ita quod actus illius membri inutilis existat, ut ex toto titulo de corpore uitiatis, & ibi Doctores,Host. & Goffr. in Summa eiusdem tit.sic duo concurrere debent, ut tales non promoueãtur;Primò, quod ad mutilationem sit præstitus consensus,ut in d.cap.4. de corpore uitiatis, & uide quæ dicit Firma.in d.loco, num.29. sed latius infrà de ordinibus dicetur.

Criminosi non eliguntur.

Excluduntur etiam omnes illi qui priuandi essent ex delicto B commisso,nam tales existentes in tali crimine non admittũtur, ueluti homicida,usurarius, periurus, & sic de similibus,ex Firma.de causa materiali Episcopi,nu.44.cum seq.& infrà pariter de ordinibus dicetur.

Possunt autem ad Episcopatum assumi Monachi, Mendicãtes,& etiam Canonici Regulares,ut per Firman. in d.loco,nu.48.cum seq. Mendicantes autem non admittentur si in electionem omnes non consenserint,cap. Quorundam, in Glos.de elect. lib.6. Idem dicendum de Monachis:nam in Glos.in d.ca. Quorundam, tales si habuerint aliquos repugnantes in electione non admittuntur; & sic requiritur ut omnes consentiant.

Secundum eundem,nu.57. non assumitur ad Episcopatum, qui fuit ad clamorẽ Populi electus,per text.cap.Osius,de elect. C & ibi Glos. & Doctores.

Schismaticus non eligitur ĩ Episcopũ.

Schismaticus non assumitur ad Episcopatum, cap. Quia diligentia,de elect.& ibi Doct. si reuersus fuerit ad fidem,tunc requiritur Papæ dispensatio, ut ibi Bertach.nu.88. Bald.in tract. de Schisma.

Item,excluduntur laborantes morbo Epileptico, cap.Cum inter,de elect.cap.Maritum, cap.Clerici, cap.Communiter,distinct.33. & ibi Doct. ubi dicitur de Dæmoniaco, ex Firman. numero 70.

Item abstemij,senes,idest decrepiti, inhabiles ad Regimen, & Vxorati,Glos.in cap.Ipsi Apostoli,2.quęst.7.& in cap.Constitutis,de appell.& Franc.ibi,nu.6.& cap.De Syracusana,28. dist.Corrad.lib.2.c.5. §...num.4.

Histriones,

Infames quacũque de causa non assumũtur ad Episcopatum.

Histriones, mimi, seu buffones, & similes, non eliguntur, ut A ex d. Greg. in d. cap. Maritum, cum seq. & ibi Glos. & Doct. in cap. donare, d. 86. Et ratio est: quia reputantur infames. Glos. in cap. 1. & 4. quæst. 1.

Ideo prohibetur illis dari Sanctum Sacramentum Eucharistiæ, cap. pro dilectione, de Consecr. d. 2. & si fuerint tales Clerici, ammittunt priuilegia Clericalia, ita refert Bertach. de causa materiali Episcopi, num. 74.

Serui ad Episcopatus dignitatem nequeũt promoueri.

Serui non possunt promoueri, ex Concil. Tiburieen. cap. 29. Nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, nisi prius à proprijs Dominis legitimam libertatem consequantur, intelligitur de legali seruitute.

Duo Episcopi vni Ecclesiæ non præponũtur.

Duo Episcopi ad vnam Ecclesiam non eliguntur, sed singuli ad singulas Ecclesias promouentur, ex cap. In illis, dist. 80. & B in cap. seq. Vide Bertach. in d. loco, num. 78. & ibi pariter habetur, quod vnus Episcopus non præficitur nec datur duabus Ecclesijs, ibid. num. 79. per cap. Sanctorum, 70. dist. & capit. Dudum, de electione.

Religioni deuotus cõsecrari nequit Episcop⁹.

Item, qui vouit ingredi Religionem, in Episcopum non consecratur; & consecratus, tenetur deponere dignitatem, & ingredi Religionem, c. per tuas, de Voto, in fine, ubi ita cõcludit his uerbis: Nos igitur tuæ discretioni consulimus, ut si tuam desideras sanare conscientiam, regimen resignes Ecclesiæ memoratę, ac reddas Altissimo uota tua; & similia, ut ibi.

Neophiti non eligũtur Episcopi.

Alia conditio, ne tales sint Neophiti: quia firmi adhuc non sunt in fide, uel Religione; nam ut scribit Gregor. dist. 48. cap. 2. Casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus C per abrupta quærit ascensum; scimus autẽ, quod ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccentur, ne si ante pondera quam solidentur accipiãt cunctam simul fabricam ad terram deponant.

Hoc idem declaratur in Conc. Nicæno, in cap. 2. his uerbis: Vt qui heri fuit Cathecumenus, hodie non fiat Episcopus, qui heri erat in Theatro, hodie non sedeat in Ecclesia, qui uesperi erat in Circo, hodie non ministret Altario, & qui dudum erat fautor histrionum, hodie non sit Consecrator Virginum.

Ratio est: ne in superbiam se extollant; nam momentaneus Sacerdos, nescit habere humilitatem, nec personarum modos obseruat, nec se continet, aut cognoscit, pauperum curam negligit,

A gligit, & sic tanquam non expertus in regimine Sanctæ Ecclesiæ ad illam non assumitur; nam, qui uolunt tanto honore decorari, debent prius probare, & probari; Et quamuis Nicolaus, Seuerus, & Ambrosius, Neophiti fuerint, tamen, ut suprà dictum est, causæ præmissæ in illorum personis cessabant: ideo legitur, quod columba super caput Seueri supersedit; & Nicolaus Spiritu Sancto declarante fuit electus; de Ambrosio dicitur quod terra tremuerit pro Cathedra; hæc ergo in aliorũ consequentiam non sunt trahenda. Appellatur autem Neophitus, quasi nouus miles, quamdiu quis diuinæ legis documenta ignorat, & ignorare præsumitur ante exactum triennium, postmodum habetur ut sufficienter instructus; Vnde, in similibus Papa dispensat. Vide §.1.dist.84.cap.Quoniam, cap.Sicut, d.48.cap. B Illud, 2.quęst.7.cap.Non omnis, cap.In causam, cap.Officij, de elect.& ibi Doctores.

Ab Episcopatu excludun tur heretici, homicidæ, vsurarij, & similes.

Collige ergo, eligendum ad Episcopatum carere debere omni uitio; ideo excluduntur hæretici, schismatici, homicidæ, usurarij, simoniaci, excommunicati, suspensi, concubinarij, apostatæ, hospitalitatis inimici, histriones, serui, ambitiosi, periuri, scienter notati quouis delicto, ex quo infamia irrogetur, uel uenirent deponendi, aut de leuitate conuicti: quoniam speciale est in Episcopo, habere grauitatem morum, corporis enim incompositio, & mentis inęqualitatem designat; Episcopi autem digni esse debent, ut pro crimine aliorum intercessores existãt: ideo Sanctissimi appellantur. Vide cap.Vnum, §.1.cum Glos. dist.25.cap.Nos, 9.quæst.2.cap.Priusquam, dist.28.cap.1.dist. C 42.cap.de Sacrosancta, dist.49.Goffr.in Sum. Ne Sede uacan. num.2.Felin.in cap. Sciscitatus, de Rescript. Firma. in d.tract. de Episcopo, de causa mater.lib.2.parte 1.Florent.3.par.tit.13. cap.3. Corrad.inter moder. lib.2. cap.5. & uide etiam cap.fin. de Cleric.excommunic.cap.Cum dilectus, de Consuetud.cap. Cum tua, de sent.excom.& ibi Doctor.in d. capit. cum in cunctis, cap.Cum nobis, de elect.& ex alijs suprà allegatis.

Conditiones Episcopi eligendi quę nam sint.

Omissis alijs, collige quæ in Conc. Carthaginen.declarãtur, cui D. Augustin. interfuit, tempore Honorij Summi Pont.his scilicet uerbis: Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si uita castus, si sobrius, si semper suis negocijs cauẽs, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus,

si in

si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia si fidei documenta uerbis simplicibus asserat, & similia; Vide etiam capit. Qui, dist. 23. cum Glos. & cap. de Petro, dist. 47. cap. Vnde, 8. quæst. 1. & ex Concil. Trid. in d. Sess. 24. cap. 1. de Reform. ubi Episcoporum conditiones declarantur. A

Quibus omnibus informationibus à fide dignis perceptis, tunc proceditur, ut suprà dictum est ad Confirmationem, uel ad illum præconizandum coram Pontifice, sed de personis notis processus omittitur; ita tenet Firma. in d. loco. Mendos. in d. Reg. 20. quæst. 8. & Paris. de Resign. lib. 8. q. 5. refert stylum Curiæ ita seruare; qui uerò omnes conditiones Apostoli 1. Timot. 4. non habuerit, Papæ arbitrio promouebitur; nec refert quod Apostolus dicat (Oportet) quia Apostoli quædam promulgarunt uti præcepta diuina, & ad illa indistinctè tenemur, & in illis non dispensatur regulariter, nisi in casibus concessis; Quædam promulgarunt ex se, non autem ex iussu Domini, & ad ista Papa non obligatur sub ui præcepti, sed bene de honestate, & de consilio: quia dicitur, quod Petrus maior est Paulo in administratione; Veruntamen raro Pontifex sine causa dispensat contra Constitutiones Apostolicas. Vide de his Fel. in cap. Si quando, de Rescript. Card. de Cusa, in Cõcord. Cathol. lib. 1. & ita dicitur in cap. Puto, 2. quęst. 7. cap. proposuit, de cõcess. præbend. & ibi Doct. & refert etiam Corrad. lib. 2. cap. 1. §. 4. uers. bigamiæ, num. 2. B

Idoneitas quomodo intelligatur in eligendo in Episcopũ.

Electores autem nõ semper tenentur eligere meliorem, sed sufficit habere idoneum tantum, quæ idoneitas in Prælato duplici modo consideratur; uel quatenus ipse ornatus est sanctis moribus, & tũc dignus iudicatur, & quasi pro retributione suæ bonitatis assumitur, licet probitas uitæ uideatur principale fundamentum seu requisitum huius dignitatis, tamẽ cum talia officia in Ecclesia non uideantur instituta pro stipendio remunerationis bonorum, sed ad salutem animarum exercendam, ideo talis iudicaretur idoneus, qui suo ministerio satis animarum saluti prouidere possit; Concluditur ergò, quod præter charitatem, quam præcipuè habere debent Episcopi, requiratur etiam talis idoneitas, vt plebem committendam instruere possint in fide, & moribus, & sic illam ab omni hæresi defendere, & in pace gubernare; Vndè, si electores intendũt solummodo satisfacere C

cere

A cere rigori exterioris fori, ſat erit eligere idoneum; Deo autem optimo maximo vt ſatisfiat, tenentur inueſtigare meliorem, & ſic facienda eſt comparatio de merito ad meritum, de zelo ad zelum, de virtute ad virtutẽ; ita inter Modernos declarat Sot. de Iuſt. & iure, lib. 10. quæſt. 2. art. 3. & ſatis ſuprà demonſtratũ fuit; & hac vnica ratione ſermonem conſtringam, quod Epiſcopus eligendus ſit adeo idoneus, quod non adæquetur ſubditis ſuis, in fide, doctrina, moribus, & operibus, ſed omnes antecellat, & ſit illis præſtantior. cap. fin. 8. quæſt. 1. & per totum. diſtinct. 48.

Vide etiam cap. Quia propter, cap. Quia in Geneſi, de elect. Spec. de elect. §. 1. verſ. de elect. Firma in d. loco, lib. 2. par. 1. numero 2. & legitur in cap. Licet, 8. quæſt. 1. Gloſ. in cap. fin. de of B ficc. cuſt. & ibidem Abb. & Innoc. per aliam Gloſ. in cap. Miramur, in verbis, pro laboribus, diſt. 61. quæ procedunt iuxta præmiſſam diſtinctionem; Itaque, talis comparatio idoneitatis, & magis idonei facienda eſt, tam de vna perſona eligenda ad aliã, quam inter ipſos electores, ideo conſiderandum eſt in electione facienda pro vna parte & officium & perſonę ut eligentium ita & eligendorum, an illa ſit maioris zeli, meriti, ſcientię, & autoritatis unius quam alterius: nam illi uidentur habere meliorem notitiam conditionum, perſonæ eligendæ, qui zelo Eccleſiæ Dei prouidendi, ſanctè, prudenter, & ſyncerè aguntur. Et conſiderandum eſt, pariter, quod nulla habenda eſt ratio potentiæ, diuitiarum, nobilitatis, ac dignitatis mundanæ, ſed tantum, ut Eccleſiæ Dei, & animarum ſaluti conſulatur; ſic Deo ſatisfa- C ciendum eſt ſecundum Gloſ. in cap. Conſtitutis, de appell. & ibi Abb. num. 10. & Philipp. Franc. num. 6. & Decius num. 2. & bene hæc annotauit Corrad. etiam in lib. 2. cap. 5. de Epiſcopo, quis, qualiſue eligendus. & in lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 19.

Ad præmiſſa ſeruanda tenetur etiam ſuperior, quando ad ipſum deuolueretur electio, ſeu prouiſio: nam tunc dicitur prouidere, quando eligitur idoneus, & dum ſic prouidet, pariter confirmare uidetur; Bertach. in 3. p. lib. 1. q. 1. & Corrad. lib. 2. cap. 5. §. 1. tradit de communi ita ſeruandum.

Electus in Epiſcopum tenetur propalare ſuã inhabilitatem.

Immò ut ſuprà adnotauimus, electus ſi haberet aliquod impedimentum, ita ut non poſſet exercere officium ſuum, tenetur illud propalare, etiam ſi fuerit occultum: (quia agitur de periculo multorũ) citrà tamen ſuiipſius diffamationem: itaq; ſat erit,

quod

quod dicat, non sum habilis. Felin. in cap. Sciscitatus, de Re- A
script. num. 3. per D. Thom. in 2. 2. quæst. 185. art. 3. in fine; ui-
de etiam Abb. in cap. Inter dilectos, de Donat. in Glos. in uer.
(turpitudinem.)

Incidit in mentem dubitare, an idoneus habeatur ille, qui li
cet ad præsens sis bonis moribus ornatus, in iuuentute tamen
aliter uixerat, dicitur enim si sine scandalo fieri poterit, & Ec-
clesiæ expediat, non erit repellendus; & ibi Abb. in cap. Dudũ,
de elect. nu. 24. & ideo quæ acciderunt Petro, non sunt trahen-
da in exemplum, cap. His omnibus, cap. Statuimus, d. 61. & sa-
tis superque inter Modernos declarat Corrad. in d. lib. 2. cap.
5. §. 1. uers. Confirmationem, nu. 5.

De Consecratione.

Facta itaque confirmatione, committitur à Summo Pont.
consecratio, quæ nil aliud est, quam ab alijs consecrari; in quo B
actu ad minus tres Episcopi interuenire debent, & nisi intra
tres menses à die Confirmationis munus Consecrationis con-
firmatus receperit, ad restitutionem fructuum perceptorum te-
nebitur; & si per tres alios Menses neglexerit, tunc ipso iure pri
uatus existit, & concessio facta dicitur nulla, cap. Pudenda, 24.
quæst. 1. Glos. in cap. Episcopus, d. 23. Canone, Episcopi, d. 58.
Conc. Trid. Sess. 7. cap. 9. Sess. 23. cap. 2. de Refor. dist. 75. cap.
2. Quoniam, & dist. 100. cap. 1. quoniam quidam.

Qui alio modo ad Consecrationem accesserit, quam secun-
dum formam suprà positam, incidit in pœnas cap. final. d. 63.
his uerbis: Nullus in Episcopum, nisi canonicè electum conse-
cret, quod si præsumptum fuerit, & consecrans, & consecratus,
ab receptionis spe deponatur. C

In quo actu ab Episcopo recipitur iuramentum fidelitatis,
in quo promittitur fidelitas Sanctæ Ecclesiæ hoc est, tueri arti-
culos fidei, & quæ ad fidem Catholicam pertinent, Canonica
præcepta, & sanctas Constitutiones, tam Generalium Conci-
liorum, quam Summorum Pont. tueri, & obseruare, iureiuran-
do spondet, & ita inducta est professio, quæ dicitur fidei, ex
Concil. Trident. Sess. 25. cap. 2. de Reform. & in capit. Ego, de
iureiuran.

Talis actus consecrationis efficitur nullus, si electio fuit nul-
la; sic dicitur, solam consecrationem non efficere quem Epi-
scopum. Firma. in 4. parte, lib. 3. in 3. parte princ. de effectu Con
secrationis, num. 4.

Conse-

A Conſecratio multum refert in Epiſcopo confirmato: nam Epiſcopus non conſecratus, non habet Eccleſiam pleno iure; unde non confert beneficia, non conficit Criſma, non ordinat ſuos Clericos, & tandem, ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis non exercet. Firma. in d. loco, & Iaſ. in l. idq; apud hoſtes, ff. de leg. 1. num. 21. & Corrad. in d. lib. 2. cap. 5. §. 2. uerſ. conſecratio.

Effectus Conſecrationis quis ſit.

In tali conſecratione confertur Epiſcopo à Deo omnis gratia gratis data, quæ eſt donum Dei excedens facultatem naturæ, & ſuprà meritum perſonæ homini conceſſum à Deo, quo homo cooperatur alteri, ad hoc, ut ad Deum reducatur, ex D. Thomæ p. 3. quæſt. 2. ad 4. & quęſt. 114. ad 2. & ibidem in q. 62. art. 1. & contra Gentiles, lib. 3. cap. 54. & ſic de ſingulis.

Itaque, Epiſcopus antequam conſecretur, examinatur, dum B interrogatur à conſecratore de requiſitis debitis, tam ad illius uitam, quam ad ſcientiam, & officium, ut in Pontificali Romano, de Conſecrat. Epiſcopi. Conc. Carthag. 4. de quo in c. Qui Epiſcopus, diſt. 23. & ita etiam tenent Doct. & Bertach. refert de Epiſcopo, quis Epiſcopus conſecretur. in primo.

Epiſcopus conſecratus ab hæreticis ignoranter, denuò eſt conſecrandus, ſecundum eundem Firma. in dicto loco, num. 2. per cap. Daibertum, 1. q. 7. ex ſententia Vrbani II.

Epiſcopi autem ad fidem reuerſi, quando ad eandem dignitatem recipiendi ſint, uide cap. Saluberrimum, & cap. Et ſi illa, in d. 1. quæſt. 7. ubi ita concluditur; quod ſi poſt publicam profeſſionem, & erroris deteſtationem fuerit in Concilio pro vtilitate Eccleſiæ iudicatum opportunam eſſe talem remiſſionem, C tunc illa conceditur; uide in tota 1. quæſt. 7. & latiùs infrà dicetur.

Epiſcopi Reuerſi ad fidem an recipiantur.

Si acciderit Schiſma in electione, tunc ille qui ſchiſmaticè electus fuit, nullo modo erit conſecrandus, & ſi conſecraretur, haberetur pro non conſecrato; nec ipſe poteſt alios conſecrare; capit. Pudenda, 24. quæſt. 1. & refert Firman. in dicto loco, numero 3.

Semel conſecratus ab eo qui habet facultatem, ſeruata debita forma, non poteſt iterum conſecrari. Firma. in d. loco, nu. 3. quia uidetur imprimi character indelebilis in anima illius, qui ut iterari, ita & adimi nullo modo poteſt.

DE STATV EPISCOPI A post Consecrationem.

Qualiter Episcopi ad eorum Episcopatus accedant, resideant, ac viuere debeant, & quale sit illorum officium in omnibus. §. 2.

Acceßus Episcopi consecrati ad suã Ecclesiã qualis.

EPISCOPVS itaque legitimè electus, confirmatus, & consecratus, si in Curia Romana degerit, benedictione à Summo Pont. recepta, ad suam sponsam proficisci curabit, qui honorificè recipiendus erit à Clero, & Populo, veluti Christi legatus, cuius mandata quæ ei sunt cõ B missa exequi curabit; Et tales solennitates perficiendæ sunt iuxta ritum ab Ecclesia Romana in Pontificali ordinatum, ex Firma. in d. tract. de Episcopo, lib. 4. p. 1. de vita Episcopi, in principio. & ex Io. de Vgone, in suo Quadriuio, de off. Prælat.

Primò itaque ad Ecclesiam suam sponsam accedet, Deumque venerabitur, & adorabit, deinde ad domum suæ residentiæ ibit, quæ debet esse propè Ecclesiam: quia sponsum apud sponsam commorari conuenit, vt commodius orationi, & prædicationi vacare possit, ita legitur in Concil. Carthag. 2. cap. 15. de quo in capit. Episcopus, dist. 41. & capit. Episcopus, de Cons. dist. 3. D. Thom. in 2. 2. quæst. 185. artic. 5. Gig. de resid. Episcoporum, cap. 2.

Sciat Episcopus illam esse habitationem suæ residentiæ, à C qua discedere sine Summi Pont. licentia non permittitur; ita Rescripsit Nicolaus Papa Alcuino Archiepiscopo Iannuensi, de quo in cap. Pontifices, 7. quæst. 1. his verbis: Episcopos verò, qui Dominici gregis susceperunt curam, atque solicitudinem, ab administratione eorum discedere non oportet, ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamine eorum salu[illegible] ter augeatur, & triplicetur fructus.

Gregorius Antemio Subdiacono, epist. 123. lib. 5. ut in cap. Peruenit, 7. quæst. 1. his uerbis: Peruenit ad nos Pigmeneum Amalphitanæ Ciuitatis Episcopum, in Ecclesia sua residere non esse contentũ, sed foris per diuersa loca uagari, idcirco hac tibi autoritate præcipimus ut supradicto Episcopo intermina-

ri non

A ri nō desinas, quatenus hoc de cætero facere non præsumat, sed in Ecclesia sua Sacerdotali more resideat, quem si fortè non emendari post tuam interminationem cognoueris, in Monasterio eum deputare, & nobis modis omnibus curabis indicare, ut quid facere debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

Hoc idem legitur in Conc. Carthag. 5. cap. 5. & cap. 8. & ex Nicæno Conc. cap. 16. & Anthioch. cap. 3. de quibus in capit. Placuit, cap. Constitutum, cum seq. 7. quæst. 1. & ex Conc. Trident. Sess. 6. c. 1. Sess. 23. cap. 1. de Reform. & ex Const. Pij V. de Resid. & in d. Concil. Trident. Sess. 24. cap. 2. de Reformatione.

Causæ se absentādi describuntur à Gigan. de Residētia infra de residentia.

Conceditur absentia in quolibet anno non ultrà tres menses, extra tempus Quadragesimale, Aduentus, & dierum festi- B uorum solennium, quod de licentia Papæ uel Metropolitani fiat, aliter puniuntur, ut in d. Conc. Trid. Sess. 6. cap. 1. & Sess. 23. cap. 1. & ex d. Constit. Pij V. & infrà, de causis absentandi dicetur, de Residentia uide Gig. de Resid. c. 17.

Dum residet circa duo principaliter intendet Pastor, vt exequatur officium suum; & debitos mores componat; Ecclesiæ utilitati consulet, ut residere, sit deseruire, & satisfacere oneri cō misso, cap. Conquerente, de Cler. non resid. & Gig. de Resid. cap. 3.

Ideo in Conc. Trid. Sess. 6. cap. 1. de reform. dicitur his uerbis: Omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs, quibuscunque, quouis nomine, ac titulo Præfectos monet, ac monitos esse uult, ut attendentes sibi, & C uniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, uigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborēt, & ministerium suum impleāt, implere autem illud se nequaquā posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant; & similia.

In cap. 1. Sess. 23. dicitur his uerbis: Cum præcepto diuino mādatum sit omnibus, quibus animarum curam commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, uerbique diuini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munera pastoralia incumbere; quæ omnia nequaquam ab ijs præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neq;

assistunt, sed mercenariorum more deserunt; & similia. A

Principale munus Episcoporum erit Prædicatio.

Principale munus Episcoporum est, prædicare uerbum Dei, ut Populum sibi commissum doceant legem Domini, ac illum in uiam salutis dirigat, sicut Dominus præcepit in Marc. c. fin. Ite in uniuersum Mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes, & docentes; Apost. ad Timoth. 4. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.

In Concil. Toletano 4. cap. 24. habetur his uerbis: Sciant igitur Sacerdotes Scripturas Sanctas, & Canones, ut omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat, atque cunctos ædificent in fide, scientiaq; ipsorum disciplina; & similia.

Nicolaus Papa ad Michaelem Imper. ait: Dispensatio est nobis cælestis seminis iniuncta, ut si non sparserimus, uel si tacuerimus, quod cum electionis uas formidet, & clamet, quanto B magis cuilibet exiguo metuendum est; Proindè, sicut non leue discrimen incumbit Pontificibus soluisse, quod congruit, ita ijs (quod absit) non mediocre periculum est, qui cum debeant parere, despiciant.

Gregor. etiam in par. 2. sui Pastoralis, cap. 4. apertè demonstrat, ad Episcopos præcipuè pertinere prędicare uerbum Dei, ut in cap. Sit Rector, dist. 43. & ibi per plura declarat his uerbis: Sit Rector discretus in silentio, utilis in uerbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat: nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit; sæpè namque Rectores improuidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè recta pertimescunt, & iuxta ueritatis uocem, nequaquam gregis C custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum uice deseruiunt, quia ueniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per Prophetam Dominus increpat dicens: Canes muti, non ualentes latrare; Hinc rursus quæritur dicēs: Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini (infrà) dicitur: Prophetæ tui ostēderūt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam prouocarent; Et per Isaiam Dominus monet dicens: Clama, ne cesses, & quasi tuba exalta uocem tuam. Et Apostolus dicit: Prædica uerbum, insta oportunè, importunè, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina; & sic de singulis.

Ex quibus

A Ex quibus habetur, quam sit necessaria Episcopo (cui animarum, cura commissa est) doctrina prædicationis. Ideò in Conc. Carthag.4.cap.20.dicitur: Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, ac verbo prædicationis tantummodo vacet.

Idem habetur in Conc. Remensi, cap.14. in Concil. generali, de quo in cap. Inter cætera, de off. ord. legitur his verbis: Inter cætera, quæ ad salutem spectant populi Chistiani, pabulum verbi Dei permaximè sibi noscitur esse necessarium: quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur, eo quod nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei; Et similia. In fine dicitur; Vnde præcipimus, tam in Cathedralibus, quam in alijs Cõuentualibus Ecclesijs, Viros ido B neos ordinari, quos Episcopi possint Coadiutores, & Cooperatores habere, non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis Confessionibus, & pœnitentijs iniungendis, ac cęteris, quæ ad salutem animarum pertinent, si quis autem hoc adimplere neglexerit, districtæ subiaceat vltioni.

Ideo in eius Consecratione, dum traditur Euangelium, dicitur: Vade, & pręedica populo Dei, quia cum Episcopi Apostolorum loca teneant, ut dictum est, & habetur in cap. In nouo, dist. 21. cap. Ecclesiæ, dist. 35. cap. Quorum vices, dist. 58. & Apostolis sit dictum à Domino: Prædicate Euangelium omni creaturæ. Marci cap. fin. sic videtur officium iniunctum Episcopis; Vndè, si in his fuerint negligentes, ait Ioan. Andr. in d.c. Inter cætera, quod non vacant peccato mortali; & indigni iudicen- C tur suo honore si Prælati per se, vel per alios prædicare contempserunt, vt annotauit Frater Sixtus in sua Biblioth. Sancta, lib. 6. Annot.301.

In prædicatione Episcopus fidei mysteria tenetur explicare, Sacram Scripturam explanare, ac morum suorũ probitate gregem imbuere, & instruere, vt adimpleatur Domini pręceptum, qui prius cœpit facere, & deinde docere; Vide Felin. in cap. Inter cætera, de offic. Ordin. & dicetur latiùs infrà, de Prædicatoribus.

Ideo secundum Dionysium de Ecclesiast. Hierarch. cap.1. ad Episcopos pertinet proficere, ad Diaconos purgare, ad Sacerdotes illuminare, veluti, dum Catechizantur accedentes ad baptismum, purgantur hoc est purum ab impuro segregatur,

dum baptiſmo à Sacerdote abluuntur, tunc gratia gratum fa- A
ciente illuminantur, poſtquam verò fuerint in gremio Eccle-
ſiæ, tunc verbo prædicationis perficiendi ſunt in lege Domini;
Et hoc ad Epiſcopos pertinet; Ita etiam refert Sot. de Iuſt. &
iure, lib. 10. quæſt. 1. art. 3.

Materia prædicationis Epiſcopi.

Epiſcopi ergo dum talia docent, tria oſtendant, charitatem ardentem, in correctione, ita, ut etiam compaſſionem habeant: nam cum diſcretione corripiuntur tumidi, & tolerantur infirmi.

Secundò vitam bonam; Tertiò doctrinam ſanam, cap. vera, diſt. 45. cap. 2. diſt. 86. Abb. & Felin. in d. cap. Inter cætera, de offic. Ordin. Pelag. lib. 1. cap. 69. qui latiſſimè declarat.

Non ſolum Prælatus ſuos ſubditos verbo prædicationis paſcere tenetur; ſed ēt mederi ſcientia Sacræ Scripturæ quā docere debet eoſdem. Ideo dicit Aug. in Euangelio: Sal infatuatum ad nihilum eſſe dicitur, niſi ut proijciatur foras, & ab hominibus conculcetur. Ex quibus omnibus datur intelligi, quòd criminoſus alterius criminis Iudex eſſe non poteſt, & ſeipſum condemnat, dum in alterius crimen ſententiam profert, capit. Sacerdos, 3. quæſt. 7. B

Et inducendi ſunt ſubditi ſubſidio charitatis, & ſanctis uirtutibus, cap. Sit Rector, diſt. 43.

Sic paſcere animas ſibi commiſſas, eiſdem mederi, eaſdemque pariter induere debet Prælatus, quæ exemplo Samaritani declarantur. Officium ergo Epiſcopi erit, quod in Conc. Carthag. 4. legitur his verbis: Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed lectioni, orationi, prædicationique tantummodo vacet. Et in cap. 4. ait: Epiſcopus gubernationem Viduarum, Pupillorum, & peregrinorum nō per ſeipſum, ſed per Archipresbyterum, vel Archidiaconum agat, qui negocia temporalia non gerat. C

Iſidorus etiam ait: Talem te redde ſubditis, ut magis ameris quam timearis: Reuerentia enim ex amore procedit, odium timor infert.

Bernardus in Cant. 23. Prælatus habere debet feruorem zeli cum diſcretione, ideo dicitur zelum tuum regat ſcientia, firmet conſtantia; ſic tria ſunt neceſſaria illis qui dominantur, Terror ſcilicet, Amor, & ordinatio.

Cyprianus de duodecim abuſiuis ait: Prælato utraque uita,
contem-

A contemplatiua, & actiua necessaria est, res mirabilis est in tali officio, quod ipse sit pastor, ipse pascua, ipse redemptor, sic ut in pascua diuina conducat greges, à Prælato seruanda est in corde humilitas, in opere disciplina.

Gregor. in lib. Moral. 26. Prælatus instare debet oportunè, & importunè, oportunè uolentibus, importunè nolentibus.

August. in lib. Past. ait: Si bonus fuerit qui tibi præest, nutritor tuus erit, si malus, tentator tuus erit.

Primo itaque loco Prelato competit, ut Apostoli sententias amplectatur 1. Timoth. 3. Oportet quoque esse Episcopum ornatum, & hospitalem per ornamenta Episcopalia, uirtutes debent intelligi, quæ à Domino eis promittuntur, dum dicitur: Sacerdotes eius induantur salutari. Psalm. 131. Vnde in ueteri B testamento uarijs uestibus ex præcepto Domini Sacerdotes ornati leguntur. Exodi 28. quia multimodis uirtutibus debet splẽdere uita Pontificis, ut gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit, ex cap. 1. dist. 40.

Quapropter, cogitet Prælatus, quæ dicit Chrysostom. in homil. 49. ad cap. 23. Matth. Videte ergo quomodo sedetis super Cathedram: quia non Cathedra facit Sacedotem, sed Sacerdos Cathedram, non locus sanctificat hominem, sed homo locum: non omnis Sacerdos Sanctus, sed omnis Sanctus est Sacerdos, (& infrà;) Nam bene uiuendo, & bene docendo, Populum instruis quomodo uiuere debeat, bene autem docendo, & male uiuendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare. Vide in cap. multi, dist. 40.

Virtutes Prælatorum.

C Virtutes interius Prælatorum sint innocentis uitæ præstantia, & charitas Dei immensa; hoc idem legitur in Concil. Trid. Sess. 25. cap. 1. de Reform. his uerbis: In primis uerò ita mores suos omnes componat, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo sanctæ humilitatis exempla petere possint, ideo in Clem. 1. §. ne super, de pœnis, dicuntur Sanctissimi.

Vt Episcopus sit hospitalis requiritur.

Non solum interius ornati esse debent Episcopi, sed etiam exterius, idque omni uirtute, & sanctitate, tamquam diuinitus à Domino instituti, & ordinati; ideo hospitales esse debent. Ita legitur in §. 1. dist. 42. Ordinandus itaque Sacerdos, ad memoriam reuocet, quomodo Abraham & Loth per hospitalitatis opera Deo placuere, & Angelos hospites meruerunt recipere,

quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth A cum sua familia liberauerunt, quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus, perdiderit (& infra,) Vnde Apostolus scribens ad Timoth. ait: Exerce te ipsum ad pietatem: nam corporalis quidem exercitatio ad modicum vtilis est, Pietas autem vtilis est ad omnia, habens promissionẽ vitæ quæ nunc est, & futuræ: ab hac quisquis alienus fuerit, in Sacerdotem ordinari non poterit.

Vnde despicientes opera hospitalitatis excommunicantur in Concil. Gangrensi, cap. 2. de quo in cap. Si quis, dist. 42.

Gregorius scribit in epist. 29. siue cap. 129. lib. 5. his verbis: Fratrem nostrum Marianum Episcopum verbis, quibus vales excita, quia eum obdormisse suspicior, dic ergo ei, vt cum loco mutet & mentem; non sibi credat solam lectionem & oratio- B nem sufficere, vt remotus studeat sedere, & de manu minimè fructificare; Sed largam manum habeat, necessitatem patientibus succurrat, alienam inopiam suam credat, quia si hoc nõ habet, vacuum nomen Episcopi tenet. ex cap. Fratrem, dist. 86.

Item Greg. in epist. 2. lib. 3. Mos est Apostolicæ Sedis ordinato Episcopo præcepta tradere, & de omni stipendio, quod accidit quatuor debent fieri portiones, vna videlicet Episcopo & familiæ eius, propter hospitalitatem, atque susceptionem; alia Clero; tertia verò pauperibus; quarta Ecclesijs reparandis; ut in cap. Mos est, 12 quæst. 2. & in Conc. Tolet. & Greg. etiam in epist. 66. lib. 9. & in epist. 6. lib. 12. vt in cap. 2. dist. 87. & cap. Volumus, dist. 89. Ideo in Calcedonensi Conc. cap. 4. legitur, quod ad Episcopos pertinet Hospitalia construere, & nulli sine eo- C rum licentia conceditur illa ædificare, vt in Conc. Trid. Sess. 7. cap. 15. dicitur his verbis: Curent Ordinarij, ut Hospitalia quæcunque à suis administratoribus quocunque illi nomine cẽseantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter, & diligenter gubernentur. & in cap. 8. Sess. 25. dicitur: Admonet Sancta Synodus, ut hospitalitatis officium à Sanctis Patribus frequenter cõmendatum, quantum per eorum prouentus licebit, promptè, benigneque exercere assuescant, memores, eos qui hospitalitatem amant, Christum in hospitibus recipere; & quæ sequuntur.

Hoc pariter legitur in cap. 1. Sess. 23. & Hieronym. dicit ad Nepotianum: Gloria Episcopi est pauperum inopiæ prouidere: igno-

A re ignominia Sacerdotis est, proprijs studere diuitijs; ut in cap. Gloriæ, 12. q. 2. & in 16. q. 2.

Dixit omnibus Pauperibus Episcoporum domos debent esse communes, eo quod hospitalitatis hortator esse debeat, ideo hospitibus ostia claudere non conuenit, & præceptum Domini est, ut ad pietatem se exerceant; 1. Temoth. 4.

Episcopi protectores viduarum.

Propterea spectat ad Episcopos esse protectores Viduarum, orphanorum, & Pauperum, ita Gelasius præcepit Anastasio Episcopo, d. 87. cap. 2. Defensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse pro ætatis infirmitate non possunt, exoratum Pontificem decet subuenire: quia Pupillis, & Viduis tuitionem etiam diuinitas iussit impendi; & ideo Maximo, & Ianuario Clericalis officij (qui se solatio parentum, uel propin B quorum afferunt destitutos) auxilium ea nomina delegatione præstabis, ut aduersus improbitates aduersariorum suorum protecti tuę executionis annisu noxia commenta non sentiant.

Episcopi vt sint pudici requiritur.

Alia est Conditio, vt Episcopi sint pudici, vt & moribus, & verbis pudorem indesinenter exhibeant, ex cap. 1. dist. 43. Cyprianus de presbit. Furni. in lib. 1. cap. 9. ait Mollitijs & laqueis secularibus obligari non debent, qui diuinis rebus, & spiritualibus occupati, ab Ecclesia recedere, & ad terrenos, & seculares actus vacare non possunt.

Sobrij in oībus esse debēt Episcopi.

In septima Synodo cap. 16. vt. 21. q. 4. dicitur Omnis iactantia, & ornatura corporalis, à Sacrato Ordine aliena est, eos ergo Episcopos vel Clericos, qui se fulgidis, & claris vestibus ornant emendari oportet; quod si in hoc permanserint, epiti-C mio tradantur; similiter & eos, qui Vnguētis inunguntur. Hoc idem legitur in 6. Synodo, cap. 27. Zacharias in Synodo Romana cap. 3. Leo Papa IIII. in Synodo Romana c. 12. Inn. II. in Concil. Lateranen. cap. 12. Ideo dicit Apostolus non scurriles, non vaniloqui, non seductores, & sic de alijs.

Sobrietas in Episcopis præsertim commendatur, tam in potu, quam in cibo, ideo in Can. Apostolorum legitur, Can. 43. & 44. d. 35. cap. 1. Episcopus, aut presbiter, aut Diaconus, aleæ, atq; ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certè damnetur.

Hieron. vbi supra in libr. 1. & 2. contra Iouinianum, & ad Oceanum, Epist. 83. ait; Venter mero æstuans cito despumat in libidines, vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

Idem scribens ad Nepotianū de vita Clericorum; Quicquid ine-

inebriat, & statum mentis euertit, fuge similiter vt vinum; & de vita contemplatiua, lib. 2. cap. 22. dicit Prosper. Luxuriam facit, & nutrit Vini perceptio nimia, non natura. **A**

Ambros. in lib. de Ieiunio cap. 4. & 5. ait: Vbi ebrietas, ibi voracitas damnatur.

Ex Conc. Mart. Papæ, cap. *61.* & *66.* Mensa Episcopi talis esse debet, in principio adsit benedictio, in fine gratiarū actio, dum epulatur, lectio Sacræ Scripturæ habeatur, vt confabulationes euitentur.

Ex Conc. Toletano 3. cap. Ante tertiam horam comedere non conceditur, nec lautis epulis longo labore accomodatis, ac maxima impensa vesci, ne videatur Domini nostri præcepti immemor.

Hieronimus. n. in Micheam ad cap. 2. ibidē his verbis: Ecclesiæ Principes Propheticus sermo describit, quod eijciendi sint de spatiosis domibus, lautisq; conuiuijs, & multo labore epulis conquisitis, & eijciendi propter malas cogitationes & opera sua; An non confusio, & ignominia est Iesum Christum crucifixum magistrum pauperem, atq; esurientem fartis prædicare corporibus, ieiuniorumq; doctrinam rubentes buccas, tumentiaq; ora proferre, si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoq; & abstinentiam amplectamur. **B**

Ex Conc. Carthag. 4. cap. 17. habetur Episcopus Vilem supellectilem, & mēsam ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ autoritatem, fidei, & vitæ meritum querat.

Ex eodem Concil. Tolitano 3. habetur. Pro reuerentia Dei, & Sacerdotum, id vniuersa constituit Synodus, vt (quia solent crebrò mensis ociosæ fabulæ interponi) in omni Sacerdotali conuiuio, lectio Diuinarum Scripturarum immisceatur, per hanc enim, & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur. **C**

Ex Conc. Trid. Sess. 25. cap. 1. de Refor. talia documenta extrahuntur videlicet: Optandū est, vt ij, qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes agnoscant, ac se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores, & solicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant: Nec .n. dubitandum est: & fideles reliquos ad religionem innocentiamq; facilius inflammandos, si præpositos suos viderint non

ea,

A ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cælestem patriã cogitantes; Hæc cum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse Sancta Synodus animaduertat, admonet Episcopus omnes, vt secum ea sæpe meditantes, factis etiam ipsis ac vitæ actionibus, (quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus) se muneri suo conformes ostendant; inprimis verò ita mores suos componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, sanctæ humilitatis exempla petere possint; Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Conc. Carthag. non solum iubet vt Episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit B alienum, quodq; non simplicitatem, Dei Zelum, ac vanitatum contemptum præseferat;

Modestia in uestitu apparere debet in Episcopo.

In vestibus etiam modestiam seruent, ne in fulgidis lasciuiant, vt dictum est: sed certo vtantur habitu, iuxta dignitatis decentiam; ita legitur in Conc. Lateranensi, cap. 12. tempore Inn. II. & in Conc. Rom. sub Eugenio III. Præcipimus, vt tam Episcopi, quam Clerici, in statutu mentis, in habitu corporis, Deo, & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate, scissura, aut colore vestium, nec in tonsura intuentium, (quorum forma, & exemplum esse debent) offendant aspectum, sed potius, quod eorum deceat sanctitatem preseferant; quod si moniti ab Episcopis, emendare noluerint, Ecclesiasticis careant beneficijs; vide c. fin. 21. q. 4.

C Leo Papa III. in Synodo Rom. cap. 52. de quo in cap. Sine ornatu, 21. q. 4. determinauit, quod extra domos Sacerdotes non incedant sine habitu Sacerdotali, hoc est vt ait glos. talari, & pallio.

Hoc idem dixit Zacharias Papa in Synodo Rom. c. 3. Episcopi, Presbiteri, Diaconi, secularibus indumentis non vtantur nisi vt condecet, tunica Sacerdotali; sed neq; dum ambulauerint in Ciuitate, aut in via, aut in Plateis sine operimento præsumant ambulare, præter si in itinere longo ambulauerint, quia sicut Mulier orans in Ecclesia non velato capite, deturpat caput suum iuxta Apostoli vocem, ita Sacerdos sine operimento deturpat Sacerdotium suum, quod si temere præsumpserit contra statuta agere, communione priuetur, donec, quæ statu-

ta sunt, adimplere maturet. A

Vnde Episcopus extra Domũ semper incedere debet habitu Episcopali, vt ab omnibus cognitus, veneretur; ita dixit etiã Innocent. III. in cap. Clerici, de Vita, & honest. Cler. his verbis, in fine: Pontifices autem in publico & Ecclesia semper indumentis lineis omnes vtantur, nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalẽ; Pallijs diffibulatis non vtãtur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

Incedat in habitu extra domum Episcopali.

Seruare debent consuetudinem Ecclesiæ Romanæ in habitu, veluti portare Rochetum, & similia. Bertach. in tract. de Episcopo, lib. 4. part. 1. de Vita Episcopi, num. 11.

Quales domesticos familiares habere debeat Episcopus.

Retineat Episcopus etiam penes se familiares honestos, & Deum timentes, ita legitur in generali Synodo, de quo in c. Cum pastoris, 2. q. 7. his verbis: Cum Pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumq; Clerici, qualis in secreto sit vita sui Pontificis nesciunt, quam vt dictum est sæculares pueri sciunt: De qua re præsenti Decreto constituitur, vt quidã ex Clericis, vel etiã ex Monachis electi ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur, ut is qui in loco regiminis est, tales habeat testes, qui uitam eius in secreta conuersatione videant, qui ex sedula visione exemplum profectus sumant. B

Vnde cum sæpè malorum consortia etiam bonos corrumpant, ideo non solum Episcopi retinere debent uiros probos, qui sint tamquã suæ uitæ legitimi testes, sed etiã malos fugere, ne moribus corrumpantur; ut in cap. peruenit, 2. q. 7. ex d. Greg. Virgilio Episcopo Arelatensi, ut in Epistola 19. lib. 9. his uerbis: Peruenit ad nos, Fratrẽ & Coepiscopũ nostrum Serenum Massyliensem, prauos homines omnino in societate sua recipere, ita deniq; ut presbyterũ quẽdam, qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatibus uolutari familiarem habeat; quod à uobis subtiliter requirendum est, & si ita constiterit, curæ uobis sit nostra hoc sic uice corrigere, ut, & qui talem recipit, non familiaritatem fouere, sed discat potius ultione comprimere, & qui receptus est, discat idem cum lachrimis peccatum diluere, non iniquitatem immunditijs maculare. C

Pascalis Papa idem dixit in cap. fin. ead. 2. q. 7. his uerbis: Episcopi lectioni, & orationi uacent, & semper secum presbyteros, & Diaconos, aut alios boni testimonij Clericos habeant,

ut

A vt ſecundum ſanctorum Patrum inſtituta, poſſint irreprehenſiles inueniri.

Fugiant familiaritates mulierum totaliter Epiſcopi.

Mulierũ familiaritates quaſcunq; ſubterfugiat, ita, quod nec penes ſe ſorores ſuas retinere licebit, ita Hieron. dixit ad Nepotianũ, de Vita Clericorũ, in c. hoſpitiolum, d. 32. his verbis: Hoſpitiolũ tuũ, aut raro, aut numquam mulierum terant pedes, quia nõ poteſt cum Deo toto corde habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur; Fœmina conſcientiam ſecum pariter habitantis exurit: Numquam de Mulierũ formis diſputes. Fœminæ nomen tuum nouerint, vultum neſciant. Fœminam, quam bene videris conuerſantem, mente dilige, non corporali frequentia: Si bonum eſt Mulierem non tangere, malum eſt ergo tangere.

B Ideo legitur in Concil. Nicæno cap. 3. his verbis: Interdixit per omnia Sancta Synodus, non Epiſcopo, non Presbytero, non Diacono, non Subdiacono, non omnino qui in Clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem, niſi fortè, aut matrẽ, aut ſororem, aut amitam, aut etiam eas idoneas perſonas, quæ fugiant ſuſpicationes.

Simmachus Papa lib. 1. Defenſori, in epiſt. 50. dicit: Volumus, vt Sacerdotib. prohiberi debeat, ne cum mulieribus conuerſentur, excepta dumtaxat matre, ſorore, vel vxore, quæ caſtè regenda eſt. cap. volumus, diſt. 81.

Item in lib. 6. epiſt. 39. legitur, quod B. Auguſtinus, nec cum ſorore habitare conſenſerit, dicens: Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. De his in d. cap. Volumus, cap. legi-

C tur, diſt. 81.

Et in Conc. Carthag. 4. c. 17. Cum omnibus omninò Clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, ſed ſolæ Matres, Auiæ, & Materteræ, Amitæ, Sorores, filiæ fratrum, aut ſororum, & quæcunque ex familia, & ſimilia ut in capit. cum omnibus, diſtinct. 81.

Quæ licet concedantur Clericis, non autem Epiſcopis, quibus ſola mater permittitur, Auth. Epiſcopo, C. de Epiſcopis & Cler. his uerbis: Epiſcopus nullam mulierem ſecum habere permittitur, ſed ſi habere probetur ab Epiſcopatu deijciatur, quo ſe fecit indignum. Et Gloſ. in d. c. legitur. Abb. in c. 1. de cohab. Cler. & Mulier. & Bertach. lib. 4. par. 1. num. 6.

Vndè, interdictum eſt Epiſcopis habere Vxores, ad exemplũ

Apoſto-

Apostolorũ, quia non eadem ratio hodie in Episcopis militat, A ut in c. cum decorem, de Cler. coniug. his uerbis: Eos qui sunt publicè Vxorati, non admittatis de cætero ad Ecclesiasticas dignitates, dimissis ab eis, quas non possunt sine prauo exemplo, & graui scandalo retinere; hoc idem habetur in cap. Sanè, eodem tit. & per totum, & dist. 32. in Orientalibus uidetur tolerantia in Sacerdotibus, cap. cum olim, eodem tit. amittit dignitatem, & grauiter punitur qui aliter fecerit, ut in cap. 1. de Cler. coniug. cap. nullus, in dist. 32. cap. præter, cum seq. in d. dist. 32. & ex Conc. Carthag. 3. cap. 57. Conc. Nicæ. cap. 3. Conc. Matiscon. 1. cap. 1. Concil. Arelat. 2. cap. 3. Concil. Tolet. 2. cap. 3. Conc. Bracaren. 1. cap. 15. Conc. Turon. 2. c. 2. c. 10. 11. & 12. Maguntiacum, cap. 49. ut ex d. dist. 32. & 81. & in d. tit. de cohabit. Cler. & mulier. colligitur, & habetur nouissimè talis dete- B statio in Conc. Trid. Sess. 25. cap. 14. de Reform.

Non solum à Sanctis Patribus Episcopis fuit interdicta mulierum conuersatio, sed etiam suorum consanguineorum nimia affectio; ita dicit Bernardus: Episcopi habeant cui committant animas, cui autem res temporales committant, non inueniant.

Ambros. in lib. 1. de officio cap. 1. ait: Est probanda illa etiam liberalitas, ut proximos seminis tui non dispicias, si egere cognoscas, melius est enim ut ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati, non tamen ut illi ditiores ab eo fieri uelint, quod tu posses conferre inopibus, causam enim natura prȩstat. non gratia, ut dist. 86. cap. 16. Est probanda. C

In Conc. Agathensi legitur cap. 33. Episcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit, alium quam Ecclesiam nõ relinquat hæredem, si quid de Ecclesia non in Ecclesiæ causa, aut necessitate præsumpserit, quod distraxit, aut donauit irritum habeatur.

Ex historia Episcopi Eusebij in cap. 54. habetur, de quo in c. Quisquis Episcopus, 12. quæst. 2. circa medium dicitur: Non liceat autem ei fraudare quicquam ex illis, uel cognatis proprijs donare quæ Dei sunt, quod si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur: sed non sub horum occasione, quæ sunt Ecclesiæ defraudentur; & similia.

Non licet ditare suos.

In Conc. Trid. Sess. 25. cap. 1. de Reform. ita legitur: Omninò uerò eis interdicit, non ex redditibus Ecclesiæ Consangui-

neos,

A neos, familiaresue suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent: sed si pauperes sint, ijs, ut pauperibus distribuant, eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa, immò quam maximè potest, eos Sancta Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant.

Vnde concluditur, quod possunt Prælati de prouentibus Ecclesiasticis subleuare suos consanguineos pauperes, nō ditare. Vide etiam Pelag. lib. 2. cap. 15. & 28. D. Thom. in 2. 2. quæst. 185. art. 7. Flor. 3. parte, tit. 15. cap. 1. §. fin. inter Modernos retulerunt Dionys. Carthus. in lib. cōtra pluralitatem benef. Na-B uar. in Apolog. de Resid. quæst. 1. monitorio 27. nu. 6. Sarnen. de reddit. benef. quæst. 2. num. 4.

Fornicatores & delinquētes puniant.

Vltrà prædicta, Prælati fornicatoribus consentire non debent, & tunc consentiunt quando lenti sunt & tepidi tardique ad corrigendum, c. Si quis Episcopus, cap. Consentire, dist. 83. unde ibi Anacletus Papa, in c. fin dicit: Nihil illo est pastore miserius, qui gloriatur luporum laudibus, quibus si placere uoluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies: Nullus igitur pastorum placere lupis, & gregibus ouium potest, perdit enim memoriam labiorum mens terrenis obligata carceribus: sicut artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia, ita nouerca eruditionis est negligentia.

Vnde dicit Leo Papa I. epist. 3. Inferiorum culpæ ordinum C ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides, negligentesque Rectores, qui multum sæpè nutriunt pestilentiam dum austeriorem dissimulāt adhibere medicinam; Vide c. Inferiorum, cum seq. dist. 86.

Prælati negl gentes corripiuntur.

Corripiuntur Prælati negligentes, vt in c. peruenit, dist. 84. & in tit. de suppl. negl. Prælat. & in Conc. Trid. Sess. 6. de Reform. cap. 1. dicitur: Omnes præfectos monet, ac monitos esse vult, vt attendentes sibi, & uniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, uigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & ministerium suum impleant, implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ouium suarum quarum sanguis de eorum

est ma-

est manibus à supremo Iudice requirendus, custodiæ minimè A incumbant, cum certissimum sit, non admitti pastoris excusatio nem, si lupus oues comedit, & Pastor nescit.

Studia Episcopi circa quæ versari debeant.

Gentilium, aut hæreticorum libros, non nisi pro temporis necessitate legere eis permittitur, Imperatorias leges tamquam diuinitus per ora Principum promulgatas, ut per eas melius Iu ra Pontificia intelligantur audire conceditur, Dialecticæ, aut Physicæ uacare non conuenit, nec circa ea, quæ fidei simplicita tem, & morum honestatē non commēdant; Inde legitur, quod D. Hieronymus ab Angelo fuit correptus, ex quo assiduè Cice ronis libros lectitatabat, ut in cap. de his, cap. 2. d. 33. & ibi glo. Pelag. lib. 2. cap. 20. Flor. 3. par. tit. 20. cap. 2.

In Concil. Trid. Sess. 23. c. 1. & Sess. 24. cap. 1. dicitur de Vi ta Episcopi, his uerbis: Et quoniam oportet Episcopos esse irre B prehensibiles, sobrios, castos, domui suæ bene præpositos, hor tatur etiam, ut ante omnia quilibet in mēsa seruet sobrietatem, moderationemque ciborum; Deinde, cum in eo loco otiosi ser mones oriri soleant, ut in ipsorum Episcoporum mensis diuina rum scripturarū lectio admisceatur, familiares uerò suos unus quisque instruat, & erudiat, ne sint rixosi, uinosi, impudici, cupi di, elati, blasphemi, uoluptatum amatores, uitia demum fugiāt, & uirtutes amplectantur, & in uestitu, & cultu, & omnibus a ctibus honestatem præseferant, sicut decet ministros ministro rum Dei.

Vita Prælatorum quæ & qualis esse debeat.

Plura etiam ex Pelagio lib. 2. cap. 20. & 22. Florent. in d. cap. 2. & Firman. de Vita Episcopi leguntur. Prælatus itaque in sua uita sit temperans in uictu, & in supellectili parcus, nec ludis, C aut crapulæ intendat, nec canes ad uenandum, uel accipitres te neat, ut Concil. Arelatensi prohibetur; in conuersatione sit cau tus, uiros probos apud se retineat, qui uitam eius in secreta con uersatione uideant, & de hac uisione exemplum perfectionis recipiant, ab Ecclesiæ suæ officijs maximè in festiuis diebus nō recedat, nec per Diœcesim absque uisitationis tempore uagare conceditur, nisi honesta, & rationabilis causa suberit, ut hostili tatis, uel pestis, uel si à maxima temporalium cura se recipiat, bona suarum Ecclesiarum in indebitos usus non cōuertat, Scri pturarum studia discat, & assiduo studio legendi, modumque gubernandi omnes Prælati acquirant, Canonibus Ecclesiasti cis, & Summo Pontifici obediant, nam uiolatores Canonum

in Spiritum

A in Spiritum Sanctum peccant, Clericos suos ne grauent, aut contra eos ulciscantur iniurias, aut suorum prædecessorum sequaces, expellant, aliorum priuilegia nō subuertant, in iudicio non nisi perspecta ueritate, iudicent, sæpè celebrent, pro omnibus orent, non rigorosè condemnent delinquentem, sed cum Iustitia misericordiā misceant, Curias Principum fugiant, nec uana, aut curiosa perquirant; Sit ergo Episcopus animarū salutis solicitus, & legitimus procurator, ac spiritualiū gratiarū legitimus dispensator, studeat magis amari, quam metui, ita, ut bonas matres imitetur; & similia, ut ibi; Et uide etiam capit. Episcopus, de Consecrat. dist. 3. & cap. Placuit, 7. quæst. 1. & c. Quicunque, 12. quæst. 4. c. Non oportet, de Consf. d. 1. c. Presbyteri, d. 34. & in tit. corpore, de uita, & honest. Cler. & à dist. B 43. usque ad finem.

Collige ergo quod Prælatus carere debet omni uitio, præsertim Superbiæ, & Auaritiæ, c. Diaconi, dist. 43. & abundare omni uirtute, quia integritas Prælatorum salus est subditorum, cap. miramur, dist. 61.

Officium Episcoporum quale esse debeat.

Ad officium eorum plura pertinent, præcipuum hoc esse debet Prælatis, instruere Populum sibi commissum, uerbo, & exēplo, & circa eius salutem indesinenter laborare, ut in Conc. Agathensi, cap. 32. non enim in Episcopum ungitur, ut cognitor secularium Iudiciorum resideat, sed ut procurator animarum, & distributor spiritualium existat, uide cap. Clericum, 11. q. 1. uide etiam cap. Rationis, dist. 100.

In executione sui officij rectam dirigant intentionem, quæ C principaliter sit propter Deum. Augustin. lib. 1. de Ciuitate Dei.

Exempla probitatis ostendant, ut ex Gregor. lib. 2. Moral. c. 1. subditos non eodem modo omnes moneant, & hortentur; quia non cunctos æqualitas stringit. Florent. 3. parte, tit. 19. cap. 11.

Circa familiā qualiter se gerere debeāt Episcopi.

Curent ut eorum familia sit bene disposita, & hoc erit, quando Clerus, & Populus eis commissus ab eis dirigetur ad obseruantiam Canonum, & ad Religiosam uitam, ita, ut ab istis nihil incompositè, nihil inhonestum, nihil denique irreligiosum agatur, sed unusquisque officiū suum iuxta legis tramites exerceat, ita tandem, ut in omnibus Christiana Religio elucescat. Pelag. in d. lib. 2. cap. 20. Florent. 3. parte, tit. 19. cap. 2. Firman.

in d. tit. de uita Episcopi, Durand. de Ritu Ecclesiæ lib. 3. capit. A 24. num. 5.

Circa quæ se exercere Prælati debeãt.

Vnde litigia quæcunque inter suos familiares domesticos dirimant; ita refert Possidonius in Vita Augustini, quod ipse Augustinus faciebat, usque ad horam nonam non commedebat, quandoque tota die ieiunus uacabat, ut Christianorum lites dirimeret, & pacem inter illos poneret, & ideo ipse refert in lib. de ope. Monach. Deum testem inuocando, se malle per singulos & integros dies aliquid manibus operari in monasterijs moderatis & bene constitutis, & certas horas ad legendum, & orandum liberas habere, quam tumultuosas causarum lites, & negocia secularia tractare; Ita etiam Chrysost. dicit in Homelia 3. in Act. Apostolorum: Animus Episcopi nihil differt à Naui, quæ fluctibus iactatur, & omnium onera gestare debet. B

Attamen, licet in his secularibus negocijs se exercere debeant, tamen à contemplatione non discedant. August. lib. 19. de Ciuit. Dei, cap. 19. Si imponatur hæc Sarcina pastoralis officij nec sic deserenda est delectatio ueritatis, quæ scilicet in contemplatione habetur.

Gregor. lib. 5. epist. 62. ait: Et si cogamur terreneis negocijs intendere, mens tamen nostra seculari uarietate nõ defluat, sed tota in unum currat, atque confluat finem.

Debẽt ergo Prælati singulos pro posse iuuare, & pacem inter suos subditos ponere, ex Concil. Carthagin. cap. 59. habetur his uerbis: Discordãtes Clericos Episcopus ratione, uel potestate ad concordiam trahat, inobedientes Synodus per audientiam damnet.

C Ex eod. Concil. 4. cap. 26. Studendum est Episcopis, ut diffidẽtes fratres, siue Clericos, siue Laicos, ad Pacem, magis quam ad Iudicium exerceãt. Innoc. II. de quo in cap. pręcipimus, dist. 90. dicit: Præcipimus, ut Episcopi ad solum Deum, & salutem Populi habentes respectum, omni tepiditate semota, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium & auxilium præbeant, neque hoc alicuius amore, uel odio prætermittant, quod si quis in Dei opere tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat, & latius de his omnibus in dist. 90.

Sint ardentes in fide, uigilantes in cura, laborantes circa animarum salutem, indesinenter operantes bonum, detestantes malum, fideles, & peritos Consiliarios habentes, & tandem in

omnibus

A omnibus Christũ Dominum Patrem, Doctorem, Magistrum, & Consiliarium imitantes.

Ita etiam refert inter nouissimos Hieronym. Manfred. de perfecto Præsule ex Firman. de Episcopo, in d. capit. de uita Episcopi.

Tenentur omnes Summo Pontif. obedire, & eius commissa, ac aliorum suorum maiorum Prælatorum fideliter exequi, præsertim ea, quæ in actu Consecrationis promiserunt, c. 1. d. 93. & ibi per totum.

Cyprianus in epist. 9. lib. 4. ait: Episcopi, uti qui Apostolicæ ordinationi subiacent, etiam ei hanc reuerentiam debent, ut singulis annis Apostolorum liminibus sese repræsentent.

Missam celebrare qualibet die, uel impediti audire tenentur, B Abb. in c. 1. de uita, & honest. Cleric. num. 10. & in Clem. Graui, de Celeb. Missar.

Versatur eorum officium circa plura, ueluti in dispensatione Officiorum, in collatione Beneficiorum, & in administrationæ Iustitiæ, circa quæ pariter eorum potestas uersatur.

In officiorũ & beneficiorũ dispẽsatione qualiter se gerere Episcopi debeant.

Circa Officiorum dispensationem, ne illa propinquis committant, sed quos merita dignos demonstrant; ita in Toletano Concil. 10. cap. 3. legitur. Decenter omnibus placet, & in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum: Quicunque igitur Pontificum deinceps, aut sanguine propinquis, aut fauore personis quibuscunque sibi coniunctis, talia lucra commendare tentauerit, ad suum nefandæ præsumptionis excidium, & quod iussum fuerit reuocetur in irritum, & qui C ordinauerit annuæ excommunicationi subiaceat, quæ uerò ablata fortasse fuerint ab eo, qui tulerit, reddãtur in duplum, uide cap. Decenter, d. 89. & c. fin. in d. loco. Seruare ergo debent Prę lati in similium officiorum dispensatione, quæ infrà de requisitis ad singula officia dicentur.

Beneficiorũ dispensatio qualis ab Episcopis facienda.

Beneficia sicuti Officia Ecclesiastica dignis commendẽtur, & vni plura vltra condecentiam conferre non debent. Alex. III. in Conc. Lateran. vt in cap. Quia, de præbend. dicit: Quia in tantum quorundam processit ambitio, ut non duas, uel tres, sed plures Ecclesias perhibeãtur habere, cum nec duabus possint debitam prouisionem impendere, per fratres, & Episcopos nostros hoc emendari præcipimus, & de multitudine præbendarum Canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam, &

euagationis inducit, certumq; continet periculum animarum, A eorum qui Ecclesijs deseruire valeant indigentium uolumus subleuari; Hoc idem legitur in cap. Ad hæc, c. Cum non ignores, de præbend. & in tota 21. q. 1. & in Conc. Trid. Sess. 24. ca. 17. dicitur his uerbis: Cũ Ecclesiasticus ordo peruertatur, quãdo unus plurium officia occupat Clericorum, sãctè Sacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Ecclesijs conscribi; uerum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu, se ipsos, non Deum decipientes, ea, quæ bene constituta sunt, uarijs artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere nõ erubescunt. Sancta Synodus debitam regendis Ecclesijs disciplinam restituere cupiens, pręsente Decreto, quod in quibuscunq; personis quocunq; titulo, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, mandat obseruari, statuit, ut in posterum, unum tantum B beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad uitam eius cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiã non requirat, eidem conferri.

Cætera, quæ Prælati seruare debent circa Beneficiorum collationem, latius infra dicetur de beneficijs.

In Collatione ordinum seruentur statuta Conciliorum, ne irregularis ad Sacros ordines promoueatur, nec sine decenti patrimonio quis sacris initientur, Goffr. de præbend. num. 14. & latius in Conc. Trid. Sess. 23. cap. 8. de Refor. & infrà de Ordinibus tractabitur.

Officia episcoporum circa res sacrasque nam sint.

Episcoporum pariter officium est, celebrare Missas, Ordines conferre, Chrisma, & Oleum sanctum conficere, & bene- C dicere, Basilicas dedicare, Moniales benedicere, & consecrare, predicare, pęnitentias iniungere, Vngere altaria, uisitare suam Diœcesim, & limina Apostolorum certo tempore; tenentur pariter ire ad Concilia, tam Generalia, quam Prouincialia uocati à Papa, uel à suo Metropolitano, cap. Perlectis, dist. 35. Abb. in cap. Ego, de iureiuran. cap. fin. de his, quæ fiunt à maio. parte Capituli. Flor. 3. p. tit. 20. cap. 2. Bertachin. lib. 4. parte 4. de potest. Episcopi, circa spirit. num. 40.

Tenẽtur seruare Canones, ne periuri efficiantur, sic & Conciliorum statuta, quæ pariter Populo publicare debent, & curare etiam ut seruentur. Abb. in d. cap. ego. Fel. in Marg. in uer. (Episcopus) Ripa, in Responsio. 29. num. 9. Conc. Trid. Sess.

25.

A 25. capitul. 2. de Reformatione.

Ecclesias pollutas reconciliant, sed an suis, uel alienis sumptibus accedere debeant, Rectoris scilicet Ecclesiæ pollutæ, uel delinquentium, uide Felin. in c. Accedentes, de Præscripit. & etiam in c. proposuisti, de Consecrat. Ecclesię.

Fulminant Censuras, sed prudentiores in his esse debent, quam in alijs, quia agitur de salute animarum, ideo ex qualibet leui causa fulminationis non sunt concedendæ: quia exercētur tantum in subsidium, in Conc. Trid. Sess. 25. de reform. cap. 3. dicitur: Monitiones ad reuelādum pro rebus perditis ab Episcopo tantum dantur, qui iuxta suam rectam conscientiam cōsideret Res, loca, personas, & tempora, & secundum præmissorum rationem poterit Episcopus illas cōcedere, in Iudicialibus causis, tam Ciuilibus, quàm Criminalibus à Censuris abstinendum est.

B

In Meldensi Conc. ita legitur, de quo in cap. Nemo, 11. q. 3. Nemo Episcoporum quemlibet sine certa, & manifesta peccati causa, communione priuēt Ecclesiast. sub anatemate aut sine conscientia Archiepiscopi, aut Coepiscoporum nullum præsumat ponere, nisi unde, Canonica docet autoritas, quia Anathema, est æternæ mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi Crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi; Hoc idem legitur in Conc. Aluernēsi, & Conc. Triburiensi, & habetur in c. Visis, in fine, 16. q. 2. cap. Corripiantur, 24. q. 3. cap. dilecto, de sent. excomm. & ex Const. Pij V. num. 187. Incipit, Sanctissimus.

C

Excommunicare de facili non debet Episcopus.

Quapropter excommunicans iniustè punitur pœna Conc. Parisiensis, celebrati tempore Ludouici, de quo in cap. De illicita, 24. q. 3. his uerbis: De illicita excommunicatione lex Iustiniani Imperatoris Catholici, quam probat, & seruat Catholica Ecclesia, etiam decreuit, ut nemo presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam Ecclesiastici Canones hoc fieri iubent; si quis autem aduersus eam aliquem excommunicauerit, ille quidem, qui excommunicatus est maioris Sacerdotis autoritate, ad gratiam Sanctæ communionis redeat: is autem, qui legitimè non excommunicauerit, in tantum abstineat à Sacra communione, tempus quantū maiori Sacerdoti uisum fuerit, & quod iniustè fecerit, ipse iustè patiatur, & similia, quæ sequuntur.

Potestas Ordinis quę collata est Episcopis, diuini iuris est simul & positiui.

Habent pariter prælati cum Officio potestatem, uel Iurisdictionem, quæ non à iure positiuo tantum inducta dicitur, sed etiam à iure Diuino, ueluti potestas ordinis, in qua omnes Episcopi sunt æquales, retinent similiter aliam, quæ à summis Pōtificibus fuit concessa, scilicet Iurisdictionis, & in hac differunt Episcopi à Metropolitanis, ut suprà dictum est. Card. de Cusa, in sua Concord. Cath. lib. 2. c. 13. D. Thom. in 2. & 4. Sentent. & cont. Gent. Tancred. Card. & Abb. in c. significasti, de electión. Bursat. in cons. 125. Gabriel. tangit in Cons. 181. lib. 2. num. 25. cum sequen.

Effectus Consecrationis in Episcopo quis nam sit.

Illa ergo potestas, quæ dicitur ordinis, confertur Episcopo per consecrationem, unde ante consecrationem non confert Ordines, prẹsertim Sacros; Ita cōcludit Gabriel. in d. cōs. 181. lib. 2. & Firma. in lib. 3. par. 4. de effectu Consec. de causa finali Consecrationis, num. 3. per Glos. in c. Transmissa, de elect. & ibi Doct. & firmant Bursat. & Gabriel. in citatis locis testatur de communi.

Ratio istius diuisionis est, quia ut supra diximus, institutio Episcopalis Officij fuit facta ministerio Petri, à Deo, & sic eius potestas ordinis in Consecratione traditur; sed quatenus hic, uel ille Episcopus in hoc uel alio loco, sit hoc à Papa ordinatū fuit, ut inter modernos Bursat. in d. cons. 525. num. 52. Couar. in 2. par. Relet. §. 2. & Reg. peccatum, num. 6. de Reg. iur. in 6. Belar. in suis Controuers. tomo 1. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 14. lib. 4. cap. 22. 23. & 24.

Episcopalis potestas circa quæ versetur.

Tota itaq; s̄m Canonistarum sentētiā Episcopalis potestas ad tria reducitur, uidelicet ad Ordinem, ad Dignitatem, & Iurisdictionem, Butr. in cons. 19. num. 1. cum seq. per totū Abb. in cap. quanto, de Const. num. 2. cap. Accedentibus, de excess. Prælat. num. 2. Felin. in c. Dilectus, de Off. Ord. nu. 8. Henric. Boic. de Synod. par. 1. nu. 61.

Ex quibus primò infertur, quod Episcopus maior sit omni Sacerdote; & talis differentia orta fuit in principio surgentis Ecclesiæ quādo fuerunt distincti Apostoli à presbyteris in Dignitate, Officio, Ordine, & Iurisdictione. Act. Apost. 1. & Apostolus ad Titum 1. dicit Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt corrigas, & constituas per Ciuitates Presbyteros, sicut ego tibi disposui. Item Apostolus 1. Timot. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam,

A cum impositione manuum presbyteri. Hoc idem dixerūt Leo I. in Epist. 66. Beda lib. 3. super Lucam, cap. 15. Isid. in sermone habito in Synodo. Vrbanus Papa, & Martir, in Epist. de cōmuni uita. Anaclet. in epist. de Patriarch. Aug. in epist. 19. ad Hier. & in Conc. Hispalen. 2. ita terminatur. Vide etiam Hostiens. de Ministro Sac. Ord. c. 54. Belar. in suis Controu. & supra de his dictum fuit.

Vnde colligitur quod Episcopi faciunt Presbyteros, dum illis conferunt Ordines, Ecclesias, Altaria, Cæmeteria, Oratoria, Calices, & similia, Benedicunt, & consecrant Paramenta, & alias Vestes ad cultum diuinum deputatas, & pollutas reconciliant, Crisma, & Oleum sanctum conficiunt; sic Benedicere, Consecrare, & Ordinare ad Episcopos tantum pertinet, B Ita Isidorus dixit in epist. ad Ludifredum, de quo in cap. Perlectis, dist. 25. his verbis: Ad Episcopum pertinet Basilicarum consecratio, Vnctio altaris, & consecratio Crismatis, ipse predicta Officia, & Ord. Ecclesiasticos distribuit, ipse sacras Virgines benedicit, & dum præcesserit unusquisq; in singulis ordinibus, iste tamen est præordinator in cunctis.

Leo Papa in Epist. 86. ad Episcopos Germaniæ, ita Rescripsit; Quamuis Coepiscopis, & presbyteris plurima cum Episcopis ministeriorum communis sit dispensatio, quædam tamē sibi prohibita nouerint, sicut est Presbyterorum & Diaconorū aut Virginum Consecratio, sicut Constitutio Altaris, Benedictio, uel Vnctio; Siquidem nec erigere, eis altaria, nec Ecclesias uel altaria consecrare licet, nec per impositionem manuū C fidelibus baptizatis, uel conuersis Hæreticis Paraclætum Spiritum Sanctum tradere, nec Chrisma conficere, nec Chrismate baptizatorū frontes signare, nec publicè quidem in Missa quēquam pęnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere; Hęc enim omnia, illicita sunt Corepiscopis, qui ad exemplum, & formam 72. discipulorum esse noscuntur; uel Presbyteris, qui eandem gestāt figuram, quoniam quamquam consecrationem habeant, Pontificatus tamen apicem non habent; Hi vero propter insolentiam suam, qua officia Episcoporum sibi vsurpant, ab Ecclesia prohibiti sunt.

Hoc idem dixerunt Abb. in c. Aqua, de Consecrat. Ecclesiæ, c. Inter corporalia, de trāslat. Episcoporū, c. unctio, §. Frōtis, de Sacr. Vnctionis; Spec. de iurisd. om. iud. nu. 28. Firma. lib. 4. par

te 2. de potest. Episcopi circa spiritualia. A

Quare Episcopi portent Crucem.

Concessum est præcipuè Episcopis, portare Crucem, ut memores beneficij accepti nostræ redemptionis factę in signo sanctæ Crucis, ipsi tamquam à Deo electi, ad quærendam salutem omnium; Per benedictiones eod. signo Crucis, cæteros ad illud meditandum inducant, ut omnes eandem memoriam Crucis tenentes, per eam omnes saluentur; Hac pariter de causa, Episcopi Crucifixi imaginem gerunt pendentem à collo, non solum, ut continuo memores sint beneficij accepti per Crucem, sed ut memores sint quod Crucifixi uestigijs insistere debeant, ut tamquam boni pastores animam pro ouibus sibi commissis ponant, uelut exemplum dedit Saluator noster, qui pro nostra, & totius mundi salute mori dignatus est; Hæc ex Hosio Card. Varmiense, in cap. 12. B

Quęrere autem rationem de multis fortasse non esset inutile; undè à quibusdam scriptoribus quæritur, quare Episcopi Græci in similibus benedictionibus teneant digitos elongatos? secundum quosdam dicitur, quod hoc sit factum ad designandum numerum annorum ab orbe condito, usque ad incarnationem Saluatoris nostri, Annorum scilicet 6500. ex relatione Fratris Sixti in sua Biblioth. Sancta, lib. 6. Annot. 301. per German. Constans. Episcopum.

De vsu Pontificalium.

Alia differentia à Sacerdotibus est, quod Episcopi ratione dignitatis habent usum Mitræ, Pontificalium, & Pastoralis, Patriarchæ & Archiepiscopi habent usum Pallij, & Crucis deferendæ ante se. Bernar. in epist. 52. circa finem, Innoc. in 3. epist. Decret. ad Patriarch. Cōstant. ideo retinere debent paternum amorem, honorem, & reuerentiam ab omnibus Diœcesanis, quibus concedere possunt indulgentias certas, & sacramenta illis administrant, prædicant, & publicas pœnitentias iniungũt, & circa ea dispensant, Synodum celebrant, circa Clericos iudicant, causas matrimoniales cognoscunt, concedunt litteras dimissorias ad ordines, exigunt Cathedraticum, uel Synodaticũ, & Quartam funeralem, Procurationem in casu uisitationis, & subsidium charitatiuum postulare possunt, & similia; Vide ca. Accedentibus, de excess. Prælat. & ibi Abbat. & in ca. Conquerente, de officio Ordin. Dec. in cap. At si Clerici, §. fin. de iud. num. 2. Spec. de dispens. §. nunc, Firma. de autoritate Episcopi, numero 39. cum sequen. Bald. in consil. 478. lib. 4. numero 1. C

Menoch.

A Menoch. de Arbitr. lib. 2. Casu 178. & 179.

Ornamenta Pontificalia sunt Mitra, vt ait Bernard. in epist. 2. quæ cum habeat duo cornua, ideo duo significat Testamenta, vetus scilicet & nouum, Turrecre. in c. disciplina, dist. 45. & Innoc. III. in cap. 60.

Ornamenta Pontificalia, quę, et eorũ significatio.

Item Baculus, qui appellatur pariter Virga pastoralis, in Synodo 8. Constantinop. sub Adriano III. Actio. 7. vbi legitur, quod ad Synodũ ingressus fuit Photius cum baculo, qui cum haberetur hæreticus, fuit à Martino Summi Pont. Vicario expulsus, dicente: Baculus signum est dignitatis, quod hic habere nullatenus debet, quia Lupus est, non Pastor; Baculus recuruus est, quia eo Pastores ad se trahunt oues, dum illas comprimunt fugientes. Datur Baculus Episcopis, vt subditos regant, infirmos B sustineant, & corrigant errantes, Beda in Collect. capit. de septem ord. Innoc. III. lib. 1. de Myster. Miss. cap. 62. & Durand. in Ration. ita referunt, & in libello, qui inscribitur ordo Romanus, ita dicitur: Accipe baculum sacri Regiminis signũ, vt imbecilles consolides titubantes confirmes, prauos corrigas, rectos dirigas in viam salutis æternæ, habeasq; potestatem erigendi dignos, corrigendi indignos, cooperante Domino nostro: Eius forma talis erit Acutus in fine, rectus in medio, retortus, siue recuruus in summo, ad significandum, quod Prælatus debet pungere pigros, regere debiles, colligere vagos. Innoc. in dicto loco. Florent. 3. parte, tit. 20. cap. 2. §. 19. et Glos. in c. 1. Apostoli ad Titum; Ita etiam legitur in imaginibus Sanctorum Petri, & Saturnini Tholosæ, qui retinẽt penes se baculum;

C *Ima trahit, quos recta regit, pars vltima pungit.*

Vide etiam Gig. de Resid. qui dicit baculum custodiam designare, ex Hier. ad Ephes. 4. vbi ait: Qui non ædificat Ecclesiam Christi, nec plebem sibi subiectam, destruit; nec subiectũ populum Ecclesię Christi confirmat, nec Apostolus, nec Propheta, nec Euangelista, nec Pastor, nec Magister est appellandus, ideo curuitas datur, ut dispersos colligat, ex d. Gig. cap. 8.

Item Annulus ad honorem Pontificiæ dignitatis, ut signaculum secretorum, & vt sponso fideli animarum Dei datur Episcopo. Isidor. lib. 1. c. 5. de Ecclesiæ off. Innoc. III. in d. loco, c. 61. & 46. Defertur ab Episcopo in indice digito, scilicet manus dextræ, quia digitus iste salutaris dicitur Hierem. 22. & sic dicitur, quia silentium indicat Alex. ab Alex. cap. fin. Apule. lib. 1.

Metamor-

Metamorphos. Quando datur annulus talia solent proferri ver A ba, vt in dicto libello ordinis Romani; Accipe Annulū discretionis, & honoris, fidei signum, & quæ signanda sunt signes, & quæ aperienda sunt prodas, quæ liganda sunt liges, & quæ soluenda sunt soluas; Talis Annulus ex auro solido, cum gemma non sculpta constare solet. Item Damaltica, quæ instituta fuit à Syluestro Papa Alcuin. de Diuinis officijs cap. quid significent vestimenta. Amalar. Fortun. lib. 2. de Ecclesiæ off. c. 21. Hugo lib. 2. de Sacra. p. 4. cap. 13. licet, & latius apud illos, qui de vsu Dalmaticæ scripserunt: præsefert autem Crucis formam, ad significandum, vt mundo sit crucifixus, qui ea ornari desiderat, iuxta Apostoli sententiam: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo; & habendū iudicium passionis Domini. Raba. Maur. in lib. 7. de Inst. Cler. c. 20. Itē datur Chirotecæ, quas Prælatus B manibus gestat. Vide Innoc. III. in d. lib. 2. de Myster. Missæ, cap. 41. & Durand. in Ration. Diuinor. offic. lib. 3. cap. 12. Item Sandalia, quæ sunt caligarum species, quæ vsque ad Suras Pedis ascendunt, subtus habent integram soleam suprà coreum fenestratum seu perforatum, quæ ad prædicādum Euangelium conceduntur, ideo dicit Propheta: Quam speciosi pedes euangelizantium bona, & euangelizantium pacem. Munita sunt subtus soleis, ne tales prædicatores polluantur terrenis affectibus; ideo Dominus præcepit, excutite puluerem de pedibus vestris; Sursum sunt aperta, ut Ecclesiastica salutaria documēta reuelētur; & similia, quæ latissimè explicant Alcuin. de Diuin. offic. Beda, in Collect. cap. de septē ord. Inn. lib. 1. de Myster. Missæ, cap. 48. Durand. in dicto loco Rational. Item, sunt, Al- C ba, & Amictus secūdum Innoc. in epist. Decret. de Patriarch. Constant. Item, datur & Crux Episcopis, vt illam in pectore pendentem gerant ut suprà dictum fuit. Vtuntur etiam Pileo cum filo viridi; creditur, quod ad immitationem antiquorum Flaminum talis habitus sit institutus, qui filo insulam circumdabant, vt augustiores inter alios apparerent; fuit additus viridis color, ad augendam maiestatem Pontificum, & ut testetur in Ecclesia illam esse supremā dignitatem, & ut tamquam speciali ornamento insigniti Episcopi, cæteris præstantiores habeantur. ex Matth. de Vgo Brix. de præst. Patriarch.

De Pallo. Patriarchis, & Archiepiscopis datur Pallium, & Crux, ut deferant palam ante se, Pallium est insigne ornamentum Patriarcharum,

A charum, & Archiepiscoporum, sumptum de Corpore Beati Petri, ut in cap. significasti, de elect. Abb. in Rubr. de autor. & vsu Pall num. 2. Spec. in Ration. Diuin. lib. 3. Rubr. de Pallio. Vocatur Pallium, in 8. Synodo Const. 4. sub Ioan. VIII. Seff. 1. quasi Pontificis stola. id misit Paschalis Photio Patriarchæ.

Hoc pallium contextum est de candida lana, habens circulum humeros constringentem, & duas lineas ab utraque parte ante, & retro pendẽtes, & à sinistris est duplex, à dextris autem simplex, habens desuper quatuor Cruces purpureas, hoc est, vnam ante, alteram retro sic à dextris, & sinistris, & ibi sunt infixæ tres Acus; quæ Mysteria declarat Innocent. III. lib. 1. Myst. Missæ, cap. 68. Istud pallium postquam fuerit perfectum, defertur ad Basilicam Sancti Petri, & per Canonicos dictæ Basilicæ B ponitur desuper corpora Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli sub Altare maius, & ibi per noctem custoditur, de mane dum tollitur datur Subdiaconis ad custodiendum, & alia fiunt vt in Cærem. Romano cap. de Pallio; De eo loquitur Gregor. in lib. 5. epist. 30. & 39. & lib. 6. epist. 23. lib. 7. epist. 126. Quod origo Pallij antiquissima sit, secundum Maximum Episcopum Eusebius Cæsariens. in sermo. de Epiphan. ita dicit: In lege gratiæ antiquum est illud nostrum Ephod, primo Pallium, quod à Lino post Petrum secundo Romano Pontifice, institutum, & in singulare potestatis priuilegium nostris Præsulibus datum fuit. Rupertus Tuitiensis lib. 1. de diuinis officijs, cap. 17. dicit: Maternum à Diuo Petro missum Treuerensi Ecclesiæ: hæreditatem Pallij suis successoribus reliquisse.

C Pontifex eo utitur ubicunque, & quandocunque uoluerit, & in eo significatur maxima potestatis plenitudo, & ipse alijs concedit, ita, ut nec semper, nec ubique eo uti liceat, sed præcipuè in Ecclesijs sibi subiectis, & certis solennibus diebus, & sic demonstratur, quemadmodum sunt electi in partem solicitudinis cap. Nisi, cap. Ad honorem, de autor. & vsu Pall. & Abb. in Rubr. eod. nu. 3. Cardin. Flor. & Card. Alex. in cap. Quoniam, distinct. 100.

Papa concedit omnibus, scilicet Patriarchis, & Archiepiscopis, & ita etiam refert Abb. in capit. Significasti, de electione.

Archiepiscopus dum recipit Pallium; iurat fidem Catholicam profiteri, Statuta Apostolica & Conciliorum obseruare,

cap.

cap. Nouit, ca. Optatum, dist. 100. & forma talis iuramenti traditur in cap. Ego N. Episcopus, de iureiurando. A

Pallium Archiepiscopi habet quattuor Cruces, unam scilicet in pectore, unam in quolibet brachio, & alteram retrò, designantes honorem spiritualem, ornantes ut torques, personam gerentium, ideo alijs accomodari non potest eo mortuo, nec restat apud suam Ecclesiam, sed cum eo sepelitur, cap. Bonæ, el secundo, de postul. Prælat.

Dum traditur, talibus uerbis tradens uti solet: Ad honorem Dei omnipotentis, & Beatæ Virginis, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & D.N. P. & Ecclesiæ Romanæ & Ecclesiæ N. tibi commissæ, tradimus tibi Pallium de corpore Beati Petri sumptum, in plenitudinem pontificalis dignitatis, vt vtaris eo intra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimentur in priuilegijs tuæ Ecclesię concessis à Romana Ecclesia; & similia, cap. fin. dist. 100. B

Tales autem dies regulariter sunt in Natiuitate Domini, & festiuitatibus Sancti Stephani, Sancti Ioannis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ramis Palmarum, Cœnæ Domini, Paschatis, Pentecostes, Sancti Ioannis Baptistæ, Apostolorum, Dedicationis Ecclesiæ, & eiusdem Sancti, & in ordinationibus Clericorum, uel Consecratione Ecclesiarum, & sic de singulis, secundum Glos. in cap. Ad honorem, de autor. & usu Pallij.

Non datur nisi instantissimè petenti, & petere debent intra tres Menses, & talibus uerbis uti solent: Ego N. electus Ecclesiæ N. instanter, instantius, & instantissimè peto, mihi tradi, & assignari pallium de Corpore Sancti Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officij; ex Cærem. Romano tit. 10. cap. 1. C

Episcopis regulariter non datur, nisi quibusdam, ex speciali priuilegio; Hæc omnia declarantur à Glos. & Doctor. in d. cap. Apostolicæ, de priuil. lib. 6. Abb. in d. c. Accedentibus, de excess. Prælat. Flor. 3. par. tit. 29. cap. 2. Host. & Goffr. eodem tit. Duran. in Ration. diuin. offic. lib. 3. Stephan. Durand. de Rit. Eccles. lib. 2. cap. 9. Lucensi, ex decret. Marcelli Papæ datur, ex Panuin. de off. & Magisterio. Antiquitus nutriebantur albi Agni à monialibus albis S. Andr. in Vrbe, prope Sanctum Marcellum, postea ea cura fuit tradita Monialibus S. Agnetis extra vrbem, in via Nomentanā; hodie est, Monialium

Turris

A Turris Speculi, qui Dominica in Albis circuibant Altare Sāčti Petri, & de illis agnis sumitur lana, & ab eisdem Virginibus pallium texitur, quod postea datur illis, quibus eo insigniri conuenit ex eodem Panuin. in d. loco,

Alia potestas Episcoporum est Iurisdictionis, & ista versatur circa veram scientiam, & cognitionem vere, vel falsæ doctrinæ, quia Episcopi sunt Iudices fidei ex Hosio Card. Varmiensi c. 14. & 54.

Potestas Iurisdict. Episcopalis circa quæ versetur.

Habent etiam Episcopi subiectionem suorum subditorum, ideo possunt à suis Subditis recipere iuramentum, erigere nouas Parochias, ædificare Ecclesias, erectas & dirutas restaurare, beneficia conferre, ac Ecclesiā vnā alteri vnire, visitare, reformare, edicta facere, consecrare, torquere reos, condemnare B re ad perpetuos carceres, corrigere, & excommunicare, absoluere, degradare, degradatos tradere Curie seculari, gratiam liberalem facere delinquentibus in casibus à iure cōcessis, Glos. in cap. Cum Ecc. cap. Transmissa, de elect. in vers. (dotalibus) Abb. in cap. Conquerenti, de Officio ord. in sexto, & in cap. Aqua, de Consec. Ecclesiæ Decius in d. cap. At si Clerici, de iud. Spec. de Iurisd. omnium Iud. numer. 28. Francus in procem. de off. leg. lib. 6. Firman. de Episcopo, lib. 4. de pot. Episcopi circa spiritualia, & circa tempor. & res Ecclesiæ & passim in Concil. Tridentino.

Ista potestas diuiditur in legem, quæ dicitur Iurisdictionis; & legem Diœcesanam; de lege Iurisdictionis sunt Datio Curę Delictorum correctio, ordinatio Ecclesiarum, & earum cō-C secratio, nec non Virginum & Altarium pariter dedicatio, & cōsecratio, cōfectio Crismatis, & aliorū Sacramentorum, quæ in dando consistunt, necnon Causas expedire, & omnia, quæ circa Iudicia aguntur, visitare, corrigere, suspendere, interdicere, statuta facere, ac de Clericorum, vita inquirere, & similia facere. Glos. in d. cap. Conquerenti, & in cap. Dilectus, de Officio Ord. Firman. in citatis locis.

Lege Iurisd. quæ sint in Episcopali officio.

Lege Dięcesana conuocat Synodum, & ad Sepulturas mortuorum, vbi consuetudo viget, & annuatim Diœcesim visitat, ex Glos. & Doct. in d. cap. Conquerente, & cap. Dilectus, de Officio Iud. ordin. & ibi Abbas.

Lege Diœcesana quę sint ī Episcopali officio.

Quandoq; lege Diœcesana continet legem Iurisdictionis: & sub hac lege subiącent etiam Regulares non exempti, vnde Epi-

Episcopi hac lege visitant Regularium Monasteria, & Abbates non exemptos, qui si habuerint populum, tenentur ire ad Synodum, cap. Inter cætera, 10. q. 3. & 18. q. 2. cap. Hoc tantũ 18. q. 2. cap. episcopo non licet cap. Cognouimus, 16. q. 6. & in c. Cũ ex officio, de præscript. & ibi Abb. & cap. quod super, de maiorit. & obed. cap. dilectus, de officio Iud. Ordin. A

Nouam dignitatem in sua Ecc. vt Archidiaconatum, vel Archipresbyteratum non erigit; idem si fuerit prorsus extincta, nõ potest nec creare nouos Canonicos de nouo, nec supprimere dignitatem erectam, aut tollere, vel minuere numerum Canonicorum. Fel. in c. Cum accessisset, de Const. num. 19. c. Constitutus, de Rescript. vide ibi, & vide etiam Abb. & Imol. in cap. Cum olim, d. Consuet. & in d. cap. Cum accessisset, & ibi Bald.

B

Potest delegare alteri Episcopo, ea quæ sunt ordinis. Abb. in cap. His, quæ, de maior. & obed. cap. Ea, quæ, de Consecr. Host. in cap. Quod sedem, de Officio Ord. Specu. de Iurisdict. omnium Iudicum, num. 28. & sic de alijs.

Circa delicta quo modo dispẽset Episcopus.

Dispensat in delictis, in quibus venerit imponenda pœna arbitraria, vel quando crimina sunt Leuia; vel quando talis dispensatio concederetur de iure tantum; in quo casu pœna pijs locis esset applicanda, dum fit commutatio in penam pecuniariam, quæ commutatio fieri non debet sine rationabili causa, Fel. in cap. Incorrigibilis, de off. ord. Ias. l. ex parte, §. mulier, ff. de Verborum obligat. & fuit firmatum in Conc. Trid. Sess. 25. cap. 18. de Reform. his verbis: sicuti publicè expedit legis vinculum quandoq; relaxare, vt plenius euenientibus casibus, & necessitatibus, pro communi vtilitate satisfiat, sic frequentius legem soluere, exemploq; potius quam certo personarum rerumq; dilectu petentibus indulgere, nil aliud est, quam vnicuiq; ad leges transgrediendas aditum aperire; Quapropter sciant Vniuersi, Sacratissimos Canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit indistinctè obseruandos; quod si vrgẽs, iustaq; ratio, & maior quandoq; vtilitas postulauerit cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, ac summa maturitate, atq; gratis à quibuscunq; ad quos dispensatio pertinebit erit præstandum, aliterq; facta dispensatio, subreptitia censeatur. & ea est ratio, quæ habetur in cap. 1. de Voto, vt in commutatione considerentur diligenter qualitas personæ, & causæ mu- C

ta-

A tationis, & vt commutatio melior ad correptionem fiat, & ad finem, ad quem inducitur pœna, nam, & temporum qualitas inducit aliquãdo commutationem, vt ait Nicolaus Papa, cap. Si Romanorum, 19. dist. & ex 7. Synodo, vt in cap. Si qui omnem, 1. q. 7.

Non punit pęna sanguinis

Pęna sanguineis vt aliena esse debet à iudicio Ecclesiastico, sic à Pręlatis, & eorum Ministris, vt ex cap. Clericis, cap. Sententiam, ne Cler. vel Monachi, his verbis: Sententiam Sanguinis nullus Clericus dictet, aut proferat sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut vbi exerceantur intersit. & alibi dicitur: Clericis in Sacris Ordinibus constitutis ex Concil. Toletano iudicium sanguinis agitare non licet; & similia. Item dicit in cap. ex litteris, de excess. prælat. cap. Si conquestus, de foro cõ-
B pet. Firman. lib. 4. parte 1. de Vita Episcopi, num. 12.

Si condemnaretur aliquis ad fustigandũ, & inde ex tali fustigatione exiret sanguis, tamẽ ob id non incurritur in Censuras, licet in Decreto nõ esset dictum, quod leuiter fustigaretur; Sed si Episcopus iubendo dixisset aliquem crudeliter fustigandũ esse, tunc per duos menses à Missarum celebratione esset suspẽdendus, vt terminatum fuit in Concil. Toletano; Vide Abb. in d. cap. Clericis, & c. Sententiam, & Doct. in c. Præterea, de Cler. percus. Diaz. in praxi Crim. Canonica, c. 1. 2. & 125. num. 6.

Abbates, Præsbyteri, & Diaconi, non subiacent flagellis, & in casu, quo essent verberandi, tunc non à laicis, sed ab alio Clerico id fiet; Glos. in c. Beatus, dist. 45. Præpos. in cap. fin. dist. 35.
C Diaz. in d. c. 125. num. 3. & 4.

Scholariũ, & studiorum est Iudex, Collegijsq; Clericorum, & secularium insimul iunctorum Protector, & vltimarum uoluntatum, & piorum legatorum exequutor. Firman. lib. 4. par. 6. & ex Concil. Trid. Sessio. 22. cap. 6. Sess. 25. cap. 4. de Reformat.

Episcopus in sua Diecesi est Princeps.

Concludẽdum itaq; erit, quod Episcopus in sua Dięcesi est Princeps potest omnia quæ Papæ specialiter non sunt reseruata, habet ergo merum imperium in sua Diœcesi, Abb. in cap. Omnes, de maior. & obed. cap. Per tuas, col. 2. de simo. & in d. cap. Conquerenti, de off. Ordin. & in cap. Cum olim, de præsumpt. glos. in cap. Sunt, de off. Prælat. & Glos. in c. 1. dist. 36. Conc. Trid. Sess. 21. cap. 8. Sess. 24. cap. 20. de Refor. Firman. de

Vi-

Vita Episcopi nu. 12. circa medium, inter Modernos vide Cor- A
rad. in temp. omnium iudic. lib. 2. cap. 5. §. 2. 3. & 4.

Episcopi quomodo excedant in commissis.

Circa hmõdi Episcoporum officium, & potestatem, duo sunt iuxta operis intentionem consideranda; Vnum, ne excedant in commissis, ita, ut plus exequi curent, quam fuerit concessum, & æquitas, atq; charitas postulat: Aliud, ne negligant exequi, quæ illorum sunt demandata officio, & tunc merito dici possunt fideles dispensatores muneris commissi ac optimi pastores, & uigilantes circa gregem Domini.

Primo itaq. ut Pastores, quibus animarum cura commissa est, in animum inducant, qualiter pluralitatem personarum gerunt, Patris scilicet, Pastoris, atq; Iudicis: idcirco eorum status illorum personam disignat, eo quod non semper uti Iudices, non uti Patres subditos tractant. Ita legitur in Greg. in Epist. B
52. Quid autem de Episcopis, qui uerberibus timeri uolunt, Canones dicant, bene fraternitas uestra nouit, Pastores enim facti sumus, non percussores, egregius Prędicator dicit: Argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina, noua uerò, atq: inaudita est prędicatio, quæ uerberibus exigit fidem.

Idem Gregorius Vniuersis Episcopis per Galliam, & Europam, ait: Licet plerunq; accidant in Sacerdotibus quæ sunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas, plus cohortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas, cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato uiuat: nam si Dominus statim post trinam negationem Beatum Petrum Apostolum præceptorem nostrum iudicasset, non tantum ex eo fructum, sicuti fecit recepisset; Expectandi ergo, atque corrigendi magis sunt Rectores Eccl. quam statim iudicandi unde necesse est quæque negotia Ecclesiastica post multarum experimenta causarum solicitius perspici, & diligentius præcaueri, quatenus per spiritum charitatis, & pacis, omnis materies scandalorum, & præsumptio inuidorum, atque oppressio simplicium fratrum, de Ecclesijs Domini auferãtur, & sicut non uult quisquam fratrum, se aliorum iudicio pręgrauari, ita non audeat alijs inferre, quod sibi non uult fieri. C

Hoc idem Leo Papa rescripsit in epist. 82. Anastasio Episcopo Thessal. ita etiam legitur in Conc. Brach. 3. can. 3. his uerbis: Cum Beatus Paulus Apostolus, arguere, & obsecrare, uel

increpare,

A increpare in omni bonitate, & patientia pręcipiat, extra hanc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis cędibus in honoratos subditos efferuescere, quantas poterant latrocinantium promereri personę, & ideo, qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, idest, Presbyteri, Abbates, & Leuitę, qui exceptis grauioribus, & mortalibus culpis, nullis debent uerberibus subiacere, non est dignum, ut passim unusquisque Pręlatus honorabiliora membra sua prout uoluerit, & ei placuerit uerberibus subijciat, & dolori; ne dum incautè subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud quod quidam sapiens dixit. Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti, asperitatis autem nimię increpatio, nec correctionem recipit, nec salutem, & similia.

B Gregor. in Moralibus lib. 20. par. 4. cap. 6. ait: Disciplina, uel Misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur, sed circa subditos suos in esse debet Rectoribus & iustè consolans misericordia & piè sęuiens disciplina, (& infra) Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur; (& infra) Ecce qui vitam omnium, etiam cum sua morte petijt, paucorum uitam gladio extinxit. Intus arsit ignibus amoris, foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret, tanta seueritas, ut eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipse iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, ut pro eis, nec sibi parceret, & tamen de-

Sint misericordes, & iusti.

C linquentes sic persecutus est quos amauit, ut eos etiam Domino parcente prosterneret; Vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, causam Populi apud Deum precibus, causam Dei apud Populum gladijs allegauit; Intus amans diuinæ iræ supplicando obstitit, foris seuiens culpam feriendo cõsumpsit; In regimine ergo Populi vtrumq; Moyses miscuit, ut nec disciplina deesset misericordiæ, nec misericordia disciplinæ.

Isidorus in lib. de Summo Bono 3. cap. 54. dicit: Omnis, qui iustè iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque penso Iustitiam, & misericordiam portat, sed per iustitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccanti temperat pœnam, ut iusto libramine quędam per æquitatem corrigat, quædam uerò

per miserationem indulgeat. A

Hæc omnia ex dist. 45. cap. Licet, cum seq. cap. Cum Beatus, cap. Disciplina, & cap. Omnis.

Prędicta Prælatos Ecclesię instruūt, qm̄ ipsi sunt Patres, & Pastores, & tunc misericorditer agunt, & sunt Iudices, & tunc iustitiam faciunt; ita declarat August. lib. 19. de Ciuitate Dei, ca. 19. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, exponere uoluit, quid sit Episcopatus, quia nomen est operis, non honoris; Græcum est nomen, atque inde dictum uocabulum, quod ille, qui pręficitur, eis, quibus præficitur, superintendit, curam eorum scilicet gerens; ergò Episcopos si uelimus Latinè superintendentes possumus dicere, ut intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit non prodesse, cap. qui Episcopatum, 8. quæst. 1. B

Episcop⁹ vtitur cō silio Canonicorū & Clerico-- rum.

Quapropter, cum eius officium sit ualde laboriosum, & humeris angelicis potius quam humanis sit sustinendum, in multis arduis negocijs consilium suorum Canonicorum, & peritorum Clericorum adhibere non erit inutile, ita legitur in Conc. Carthag. 4. lib. 22. Episcopus sine consilio Clericorum suorum Clericos non ordinet, ita ut Ciuium conuenientiam, & testimonium quærat.

Gregorius scribit Ioanni Episcopo lib. 2. epist. 19. Si quid uerò ad aures tuas de quocunque Clerico peruenerit, quod te iustè possit offendere, facile non credas, nec ad uindictam te res accendat incognita, sed pręsentibus Ecclesię tuę Senioribus, diligenter est ueritas perscrutanda, & tunc, si qualitas rei poposcerit canonica districtio culpam feriat delinquentis. C

In Concil. Carthag. 4. legitur his uerbis: Episcopus nullius causam audiat absque pręsentia suorum Clericorum, alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi pręsentia Clericorum firmetur.

Hoc idem legitur in Conc. Hispalensi 2. cap 6. & in cap. Episcopus nullius, & cap. Episcopus Sacerdotibus, 15. quęst. 7. Hęc omnia intelliguntur in qualibet causa, ubi tractaretur de depositione Presbyterorum, uel Diaconorum, nam talis depositionis cognitio facienda est in Synodo, secundum Archidiac. in dd. locis.

Adhibendum est etiā Clericorum suorum Cōsilium in alienatione rerū Ecclesiasticarū, ut in c. Alienationes, in d. 12. q. 2.

Causas

A Causas autem fori, visitationis, & similium, absque alio suorum Clericorum consilio terminare poterit Episcopus, veluti punire quoscunque de sua Diœcesi delinquentes, illosque deponere, & degradare, iuxta delictorum qualitatem, vt in cap. Si quis, cum seq. 14. quęst. 7. & cap. degradatio, de pœnis, in 6. quo verò ad formam depositionum, Concilium derogat quod possit, vnus Episcopus solum, vel eius Vicarius generalis talem verberalem depositionem facere, quando cætera difficile esset vt adhiberentur, & quia causa differenda non erat; de his vide in d. Conc. Trid. Sess. 13. cap. 4. de Reformatione, sic de alijs, de quibus latius, quando de Pręlatorum potestate, Deo dante tractabitur.

Attamen, concludendum esse arbitror, quod sicut Papa in B arduis Ecclesiæ negocijs non reijcit Consilium suorum Cardinalium, (vt suprà probatum fuit,) & illud vti bonum sequitur, ita Episcopi debent habere suos Canonicos Consiliarios, qui in arduis consulant, quum tamquam illius membra ipsi, uti capiti assistant, ipsum eligunt, adiuuant, & faciunt vnum corpus cùm eo. Cupers, in cap. Oportebat, d. 89. in art. 3. cum seq. pag. 223. cum seq. & latiùs infrà dicetur de Canonicis, & de Consiliariorum statu.

Teneat Episcopus mente ea quæ dixit Gregor. Pensandum est, ad culmen dignitatis qualiter quisque perueniat, atque ad hanc recte perueniens, qualiter viuat, & bene viuens, qualiter doceat, & rectè docens infirmitatem suam quotidie quantula consideratione cognoscat.

C Atque ne dum commissa exequi curat, in illis mandatum excedat, veluti imponendo collectas, aut exigendo aliquid vltra debitum, aut si absque iuris ordine excommunicaret, aut suspẽderet, vel si ex leui causa minimoque rigore, aut omnimoda relaxatione rigoris cõdemnaret, vel absolueret; aut si malos Clericos ordinaret, aut indignis beneficia cõferret, vel exquisita cibaria quæreret, atque elatione magna efferatur, ita, vt inferiores ipsi in contemptum veniant, nam Episcopus in domo habeat Sacerdotes vt Collegas, oportet, ita, ut ipse sedens illos stare non patiatur, ex Conc. Carthag. 4. cap. 34. his verbis: Episcopus in quolibet loco sedens, stare presbyterum non patiatur, (& infra) Episcopus in Ecclesia in consessu presbyterorum sublimior sedeat, intra domum uero Collegam Presbyterorum

se esse agnoscat; Vide de his omnibus cap. Episcopus, cum seq. A dist. 95. & cap. admonendi, 2. quæst. 7. Doct. in tit. de excess. Prælat. & ibi Host. & Goffr. in Summa.

Circa quę negligens dicatur Episcop⁹.

Aliud contrarium uitandum erit, quod est, ne dum Episcopi excessus fugiunt, ex hac fuga in alium excessum negligentię incurrant, ideo debât esse vigilâtes, ut officiû implcant, ne de hoc uitio arguantur: Negligens dicitur, qui omittit quod facere debet, secundum Goffr. in tit. de suppl. negl. Prælat. num. 1. ita legitur in cap. 1. dist. 84. Solicitum, & uigilantem oportet esse Episcopum circa defensionem pauperum, subleuationem oppressorum, tuitionem Monasteriorum, quod si facere neglexerit, apertè corrigendus; debet Prælatus esse diligens, admonendo, increpando, & corripiendo, ne subditorum peccata ei imputentur. B

Eleutherius Papa in epist. ad Galliæ Prouincias ita dixit: Negligere cum possis perturbare peruersos, nihil est aliud, quam fouere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare; Vide in cap. negligere, & seq. 2. q. 7.

Gregorius Anthemio Archidiacono, in epist. 33. lib. 11. sic dicit: Nunciatum est nobis Campanię Episcopos, ita negligentes existere, ut immemores honoris sui, neque erga Ecclesias neque erga filios paternæ uigilantiæ curam exhibeant, uel Monasteriorum solicitudinem gerant, seu in oppressorum, siue pauperum se tuitionem impendant; Ideo hac tibi auctoritate præcipimus, ut eis à te conuocatis, ex nostro illos mandato districtè commoneas, quatenus ita in his, quæ nos iustè secundum Deum agere conuenit, uigilantes existât, ut nullum nos de his C denuo murmur exasperet; Si quem uerò eorum post hæc negligentem esse cognoueris, ad nos eum sine aliqua excusatione transmitte, ut quam sit graue, nolle ab his, quæ repræhensibilia, & ualde uituperanda sunt corrigi, regulari in se ualeat districtione sentire. Vide in cap. Peruenit, cap. Nunciatum, dist. 84. Leo Papa I. epistol. 3. ita scribit Aquilegiensi Episcopo. Inferiorum culpæ ordinum ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides, negligentesque Rectores, qui multum sæpè nutriût pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

Ioannes VIII. ita dicit in capit. Facientis, dist. 86. Facientis culpam proculdubio habet, qui, quod potest corrigere, negligit

emendare

A emendare; ſcriptum quippe eſt: Non ſolum, qui faciunt, ſed etiam, qui conſentiunt facientibus participes iudicantur, & libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa; & negligere (cum poſſis deturbare peruerſos) nihil eſt aliud, quam fouere; Nec caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, & probat odiſſe ſe uitia, qui condemnat errãtes, nec relinquit ſibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti; & primus innocẽtiæ gradus eſt odiſſe nefanda; Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate conſenſum; & nihil prodeſt alicui non puniri proprio, qui puniendus eſt alieno peccato, ſi autem in corripiendo quis modum exceſſerit, non à ſubditis, ſed à Domino ueniam petat.

Idem dicit Gregor. epiſt. 9. lib. 7. in fine, In his autem omni-B bus ita cautum ſtude te & uigilantemque oſtendere, ut culpam tuam non geminare neglectu, ſed aliquantisper ualeas ſolicitudine minuere.

Neglige͂tiarũ gradus.

Talis negligentia diuerſimodè in iure punitur, nam aliquando erit modica, aliquando magna; modica, quando factum erit occultum, & omittitur quod debetur; uel quia impeditus debeat exequi. Ita legitur in Concil. Tolet. 11. cap. 8. de quo in cap. Quidquid, num. 101. circa medium: Equidem, ſi ſciente loci Epiſcopo tale quidquam à ſubditis perpetratum fuerit, idem Epiſcopus duobus menſibus excommunicationi ſubiaceat, pro eo, quod ſcita mala contexit, & correptionem neceſſariam nõ adhibuit; Sin autem ſuorum quiſpiam eodem neſciente pro ſupradictis quodcunque capitulis accipiendum eſſe ſibi credidit, C ſi Presbyter eſt, quatuor menſium excõmunicatióne plectatur, ſi Diaconus, trium, Subdiaconus uerò uel Clericus cupiditatibus ſeruiens, & competenti pœna, & debita excommunicatione plectendus eſt: at ſi ignorauerit, tunc talis ignorantia excuſat à pœna.

Doloſa autem & culpabilis illa eſt, dum quis monitus negligit, ex quo talis monitio negligentiam aggrauat, ideo pœnam grauiorem inducit, & depoſitionem, ut in cap. Quoniam, diſt. 100. c. Inter corporalia, de tranſlatione Epiſcoporum. & latiſſimè refert etiam Goffred. in Summa, de ſupplen. negligentia Prælat.

In quo quidem caſu prouiſum fuit, ut talis negligentia aliquando per inferiorem, aliquando per ſuperiorem purgetur, ſi-

cuti suprà narratum fuit, & legitur, quod electio Archidiaconi A fuit cōmissa Clero, ex quo Episcopus fuit negligens, vt in cap. Volumus, dist. 89. & latiùs exempla patent in cap. Nulla, de Concess. præbend.

Qua de re Pastores vigilant, vt dicit Gregor. ad Eutherium Episcopum: Ne ergò languente pastore, grex (quod absit) insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Ecclesiæ ipsius vtilitates depereant, cautos necesse est prouisione tractare; Et vtroque pede dicitur calceatus, qui sibi, & Ecclesiæ Dei prodesse quærit, secundum Augustinum contra Faustum lib. 32. cap. 10. de quo in cap. Olim, 8. quæst. 1.

Nec sat erit instruere quid faciendum, nisi comprimatur malum. Glos. in cap. Quidam, 23. quæst. 4. versic. (nisi.)

Dicitur etiam quod Episcopus est Ordinarius omnium Clericorum, Monachorum, & Religiosorum, de sua Diœcesi exceptis exemptis Abb. in Clem. 2. de Priuil. & in Clement. Dudum, de Sepult. num. 29. Goffred. in Summa, de officio Ord. num. 15. Hoc idem retulit Mendos. in Regula 13. quæst. 4. & Reg. 7. quæst. 1. B

Vtitur Episcopus familia armata.

Concessum est Episcopis, vt pro manutentione suæ Iurisdictionis ad coercendos malos retineant familiam armatam, Abb. in cap. Cum non ab homine, de iud. Felin. in cap. Significasti, de officio Deleg. Griland. de Hæret. quæst. 15. Roland. Cons. 37. lib. 1.

De consuetudine fuit hoc inductum, ut Episcopus Fiscum retinere possit, & secundum Cardin. Zabarel. de facili factum fuit: quia manus promptiores sunt ad pecuniam, quam ad misericordiam, attamen, iustè permittitur, vt ea pœna mali coerceantur, & bonis, ac miserabilibus personis subsidium præstetur, nam Prelati nec minimum quidem commodum accipiant, vt suprà dictum est, & habetur in Concil. Trident. Sess. 25. cap. 3. de Reformatione; De Fisco uide Glos. in cap. Quia diuersitatem, de concess. præbend. & ibi Abb. Felin. in cap. Irrefragabili, §. cæterorum, de off. ord. vers. (contrarium) & in cap. Excommunicamus, de Heret Bald. in sua Margar. in vers. Ecclesia Episcopalis. Zabar. in Clem. 2. de Heret. Oldrad. in cōs. 302. Bald. in Rubr. de iure fisci, & in Auth. Bonā damnatorum, C. eodē, Boer. Decis. 363. p. 2. Viuius in Opin. 255. de cōmuni testatur, & Diaz in Praxi Crim. Cano. c. 134. C

In quo

A In quo casu silentio transeundum non erit, an liceat Prælatis Ecclesiasticis punire delinquentes pena pecuniaria, & videtur in cap. Licet, de pœnis, hoc prohibitum, attamen, Glossa distinctionem sequitur, in d. cap. Licet, in vers. pecuniariam, ideo nō esset inutile ad tollendam pecuniarum cupiditatem, quā adeo Sacræ leges detestantur quod delinquentes corporali, salutari tamen pœna potius puniantur, secundum ea, quæ dicit Greg. Petro Subdiacono, Epist. 42. lib. 1. Cognouimus, quod si quis ex familia culpam fecerit Ecclesiæ, non in ipsum, sed in eius substantiam vindicetur; De qua re præcipimus, vt quisquis culpam fecerit, in ipsum quidem, vt dignum est, vindicetur, à communione autem eius omnino abstineatur. Hoc idem habetur in cap. Cognouimus, & cap. seq. 16. q. 6.

An liceat Prælati punire pœna pecuniaria delinquētes

B Quod ita ibi glos. declarat: Pęna imposita pro delicto à lege, non est mutanda, nisi commutationem lex non prohiberet, vt si arbitrio Iudicis infligenda esset pęna, tunc ad euitandam suspitionem auaritiæ, cessare debet, finis autem pęnæ est corrigere cum charitate; ita dicunt Card. & Host. in cap. Vt Clericorum, de Vita, & honest. Cler. Bald. in d. Auth. Bona damnatorom, C. de bonis damnat.

Pœna autem illa pecuniaria cui sit applicāda, dubitatur; Et quidam tenent, quod illi Eccles. in qua deliquit, secundum cap. De lapsis, cum seq. 16. q. 6. & si Eccles. tales non habuerint, tunc pœna Ecclesiæ Romanæ esset applicanda, secundum Bald. in d. Authent. Bona damnatorum; Vide etiā Bald. in Rubr. C. de priuil. fisci. Attamen, hodie terminatum est in C Conc. Trid. Sess. 25. cap. 3. de Reformatione, quod tales pœnæ applicentur locis pijs.

In hoc quærendum erit, an Episcopus possit sibi applicare illas pœnas si indiguerit, & certum est, quod non licet sibi in sententia hoc dicere, vt pęna sibi applicetur. Barb. in cons. 21. lib. 3. quia auaritiæ cupiditatem ostenderet, eo minus sub pecuniæ pœna aliquid statuere conceditur vt sibi ascribat, in cap. Irrefragabili, §. Curiæ, de officio Ord. vers. tertia Conclusio, sed si pęna pęcuniaria esset à iure inflicta; tunc illa iuxta suæ Eccles. indigentiam vti poterit, vt ibi Fel. De his vide etiam Diaz. in d. cap. 134. at Concilium ut dictū est, causam terminauit, quod sine Papæ consensu illa vti non poterit.

Commutatio pęnarum corporalium in pecuniarias tūc fortasse

Corporales pœnæ quando mutẽtur in pecuniarias.

tasse esset concedenda quando persona delinquens esset Sacerdos, vel nobilis, & delictum de iuræ pateretur commutationẽ, uel quia delinquens inops esset, & non posset pecuniariè mulctari, ne luat tunc in corpore maxima cum infamia, poterit pęnã Episcopus in aliam mitiorem, ueluti exilij, aut in piarum operarum pęnas commutare, ex quibus inducatur seruitia cum misericordia; Vnde Iudices Ecclesiastici non debent esse proni ad pœnam corporalem infligendam, nec ad pecuniarium quæstũ procliues, sed omnia cum charitate ab ijsdem conuenit tractari, ex eodem Diaz. in d. cap. 134. & 135. ut infrà de Iudicibus latius dicetur.

In omni suo Iudicio non sint faciles ad credendum, nec ad uindictam, sed diligenter inquirant ueritatem, cap. Si quid uerò, dist. 86.

Charitatiuũ subsidiũ quãdo petat Episcopus.

In casu necessitatis Episcopi non solum prædicta faciunt, uerum etiam charitatiuum subsidium à suis Diœcesanis exigunt, ueluti pro congrua sustentatione, quæ causa prius à Papa erit iudicanda, Abb. & Doct. in c. Cum Apostolus, de Cons. Flor. 3. p. tit. 20. capitul. 2. §. 10. Pelag. de Planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 2. & cap. 22. Menoch. de Arb. lib. 2. Cent. 2. Casu 188. & quãtum sit petendum, uide in Casu 189. apud eundem.

Qualiter se gerat circa conseruationem bonorum Ecclesiasticorũ Episcopus.

Curam rerum Ecclesiasticarum, uel officiorum, laico committere non debet Episcopus, ut dicitur infrà, de Vicario. Vide Firman. lib. 4. part. 4 de potest. Episcopi, num. 139.

Ecclesiarum bona, & Monasteriorum, illius studio ab occupatoribus uindicentur, eademq; non nisi in casibus a iure concessis alienentur, contrafaciens autem, ut suspectus esset à Sede remouẽdus. Pelagius Papa ita dixit Petro Presbytero, ut in cap. fin. 3. q. 2. & in cap. Licet Cler. de simon. & cap. seq. & Vide cap. Constitutis, de testibus, & ex Constit. Pauli II. Ambitiose, in Extrau. de rerum Ecclesiæ alien. & latius infrà de benef. Firma. de pot. Episcopi in temporal. num. 22.

Fructus beneficiorum uacantium in suos usus cõuertere nõ permittitur, qua illi reseruandi sunt successori, vel Cameræ, cap. Cum nos, de officio Ord. cap. fin. 10. q. 1. cap. Audiuimus, de Simon. cap. Multa, de præbend. & ibi Abb. & in cap. Presenti, de officio Ord. lib. 6. Hodie extant Summorũ Põt. Cõstitutiones, quando fructus nõ excedũt scuta centum nõ reseruantur Cameræ, idque locum habet in Curatis beneficijs, secus

A cus in alijs, qui tunc sunt Cameræ, uide Nauar. inter Modern. de Spol. §.4. num. 3. & ex Constit. Sixti V. Idem dicit etiã Rodoan. de Spol. q. 17. num. 2. & 12.

Regularis Prælatus suæ Religionis habitu indutus incedit, Rocheto non utitur, quia hoc esset habitum tegere, nam Regulares Episcopalis dignitas non liberat à Regula, uoto, & habitu, que scilicet officium Pontificale non impediunt & Paupertatis uotum non læditur quia bonorum tantum suæ Ecclesiæ administratio conceditur; sic retinet necessaria pro uictu, absq; alia Papæ licentia; fructus ultrà uictum ueluti administrator dispẽsat, Abb. in c. Clerici, de Vita, & honest. Cler. testatur de communi, quod habitus mutari non potest, & ibi in annot. Zabar. in Clem. Ne in agro, de statu Monach. nu. 9. Flor. 3. p. tit. B 20. cap. 2. Vide etiam D. Thom. in 2.2. q. 185. art. 8. & q. 15. art. finali. Firman. de causa mat. Episcopi, num. 50. in lib. 2. par. 1.

Regularis hẽat eãdem administratione sicut secularis.

Sicut decens est, ut qui pro alio laborat vt ab eo debito honore veneretur, & illi pariter obsequium præstetur, ideo ita legitur dictum fuisse à Pelagio Papa Clero Narniensi his verbis: Ideoq; præsenti vobis iussione præcipimus, vt seruata primo loco Episcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere in omnibus, quæ ad diuini cultus obsequium pertinent, vel quæ Ecclesiasticæ vtilitatis peragere cura suaserit, prebeatis obedientiam, vt in cap. quia frater, 7. q. 1.

August. ad Eudoxium Abbatem, epist. 81. ita dicit Vos autem fratres exhortamur in Domino, vt propositum vestrũ custodiatis, & vsq; ad finem perseueretis, ac si quam operam C vestram mater Ecclesia desiderauerit, nec elatione auida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos uias suas, nec ocium vestrum necessitatibus Ecclesiæ proponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini non inueniretis. Vide cap. Vos autem, 16. q. 1.

Et in Synodo Romana tempore Sancti Syluestri Papę, cap. 7. legitur: A Subdiacono vsq; ad Lectores, omnes subditi sint Diacono Cardinali Vrbis Romæ in Ecclesia, repræsentantes ei honorem; Porrò Põtifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Accolitus, Accolito Exorcista, Exorcistæ Lector, Lectori Ostiarius, Ostiario Abbas, Ab-

bati

bati Monachus, in omni loco representent obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ, in capit. A Subdiacono, distinctione 93. A

In Conc. Parisiensi ita legitur: Qui suis Episcopis non obediunt, indubitãter reprobi, & rei existunt; Porrò à Deo ipsi donum summi muneris consequuntur, qui suis Doctoribus (qui rectè Episcopi intelliguntur) libenter obediunt, cap. qui suis Episcopis, dist. 93.

Anacletus dixit in Epist. 1. ad omnes Episcopos: Ille proculdubio scandalizatur in Deum, qui rectè non docet, & qui eius scandalizat Episcopum, vel Sacerdotem.

Ita etiam legitur in Conc. Trid. in Sess. 25. in fine, de delectu Ciborum his uerbis: Admonentes Populos crebro, obedire præpositis suis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audiunt, qui verò contemnũt, Deum ipsum vltorem sentiunt. B

Honorandi sũt Prelati licet sãctè non viuãt quãdo ab Ecclesia tolerantur.

Ideo licet mali sint, tñ quandiu ab Ecclesia tolerantur, non sunt contemnendi; cap. Multi, 1. q. 1. cum duobus seq. cap. Sacerdotes, cap. Oues, 6. q. 1. & ex dicto Pij Papæ, in Epist. 1. Oues Pastorem suum non reprehendant, Plebs Episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat, quia non est discipulus supra magistrum, Episcopi .n. a Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit; & similia, vt ibi.

Eusebius Papa in Epist. 2. ad Episcopos Alex. vt in ca. Oues, 2. qu. 7. his verbis: Oues quæ Pastori suo commissæ sunt, eum nec reprehendere (nisi, à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accusare possunt, quia facta Pastorum oris gladio ferienda non sunt, quamquam rectè reprehendenda videantur; Ex quibus satis apparet, quæ veneratio Episcopis debeatur, & qua reuerentia honorandi sint, ne Apostolicum officium, & Pastorale munus vilescat, sed suo fulgeat semper honore. C

DE

A

DE ABBATIBVS.

De Origine Abbatum, eorumq; diuisione, & nomine, ac de illorum institutione, & conditionibus requisitis, & qui eligantur, ac qualiter viuere, & se in Officio gerere debeant. Cap. IX.

POST Episcopos in Ecclesia Dei fuerunt instituti Abbates; quod nomen plus est oneris & laboris, quam ordinis, & dignitatis, cap. 1. de sup plen. neglig. prælat. & c. tuam, de ætate, & qualitate. Doct. cap. Attendentes; §. statuimus, de statu Reg. Attamen, primum locum honoris tenent inter inferiores Prælatos, post Episcopos, ideo Ordinarij appellantur, secundum Inn. in cap. Quanto, de elect. vers. (Prælati) Card. in cap. fin. de officio Ord. lib. 6. Abb. in cap. Decernimus, de Iud. notab. 2. Pelag. de Planc. Ecclesiæ, lib. 2. cap. 23. in princ. Mend. Reg. 26. q. 6. num. 4.

Nomen Abbatis quid significet.

B

Abbatia est caput omnium Beneficiorum Regularium, & tota potestas Monachorū ab Abbatib. dependet, Abb. in cap. Cum noscitur, num. 4. de his, quę fiunt, à Prælat. sine cons. Cap. Io. Sil. in tract. de Benef. p. 1. q. 2. nu. 49.

Diuisio Abbatiarum.

Abbatum autem duplex est differētia, quidam dicuntur Abbates Monachorum, alij Secularium Clericorum, Glos. in cap. Ex transmissa, de Renunc. Rebuff. in praxi benef. de Reg. & secul. benef. num. 2. Marcus Ant. colum. de Ecclesiæ redd. parte 6. cap. 15. num. 1. & 2.

C

Incepit autem hoc nomen in Ægipto, eo tempore, quo homines Diuino cultui inhærentes, à Mundi comercio ad solitudines se recipiebant, qui sanctitate morum, splēdore virtutum, & venerabili aspectu, Abbates appellabantur. Hebraico, seu Syriaco nomine, tamquam Patres; ita Bernardus dicit his verbis: Quotiescunq; inueneris de tuis fratribus tristes, pusillanimes, murmurosos, ipsorum te patrem, ipsorum te Abbatem cō solando, exhortando, increpando, & similia. Inde hoc nomen ad alios contemplatione Officij translatum fuit. Pelag. de planctu Ecclesiæ lib. 2. c. 25. col. 2. Flor. 3. p. tit. 16. c. 7. & Marc. Ant. colum. in d. tract. p. 2. c. 15. num. 5.

De origine Abbatum.

Inde factum fuit, vt sub hoc nomine venirent, tam Monacho-

chorum quam Clericorum secularium Patres, & maiores Cœnobiorum; glos. in cap. ex transmissa, de Renunc. & in ca. Mandatū, de Simon. & in cap. Attendentes, de stat. monach. Abb. & Fel. in d. cap. Mandatum, & in cap. fina. eod. tit. Bart. in l. 4. ff. de stipul. seruorum. A

Dominus dixit: Nolite vocare vobis Patrem super terram; Hoc idem affirmat Hieronym. contra certam Monachorum consuetudinem, Abbates dicuntur quasi præfecti Religionis, honoris gratia, ut in lib. 2. epist. ad Galat. 4. & ab eodem his verbis respondetur.

Quæritur, quare vulgato sermone maximè in Palestinæ & Ægypti Monasterijs inter se inuicem patres vocabāt? quod sic soluitur; Aliud esse natura Patrem, aliud indulgentia; nam si hominem Patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non auctorem nostræ ostendimus uitæ; sic alio modo Deum Patrem, alio hominem patrem appellamus. B

Incœpit autem hoc nomen prius vigere inter Monachos, Ægypti, quia in Ægypto primo monachorum conuersatio fuit inducta, vnde Antistites Monachorum nuncupātur hodie Abbates, Iust. in Nouella 133.

Abbatia est dignitas.

Nomen est officij & dignitatis, & Iustinianus illos appellat Reuerendissimos & inter Claras personas enumerat. C. de Summ. Trin. & fide Cathol. & capit. Indemnitatem, de elect. lib. 6.

Ideo Abbatia est in primo gradu dignitatis post dignitatem Episcopalem; & appellatione Prælatorum venit Abbas, capit. Apostolicæ, de Priuil. lib. 6. & Abb. in Clem. Si principalis, de Rescript. & Zabar. in Clem. 1. eod. tit. num. 3. Abb. in cap. Errore, de priuil. Fel. in d. cap. Meminimus, de accusat. Franc. in cap. 1. de præbend. lib. 6. num. 5. Corset. in Annot. ad marg. Abb. in ver. (Abbas) Ripa, in cap. Decernimus, de iud. numero 30. & 31. C

Tota itaque potestas Monachorum in Abbate residet, ideo aliquando Abbates numerantur inter Archiepiscopos, & sicut Episcopatus est culmen dignitatis secularis, ita Abbatia Regularium Monachorum; Hoc intelligitur de Abbate qui caput est totius Religionis, non particularis Monasterij tantum, & tales in Concil. Nicæno fuerunt legati de latere à Summo Pont. instituti; ita legitur in 7. Synodo his verbis: Qui redeūtes apud

Nicæam

A Nicæam Bithiniæ, & confidentibns Petro Archipresbytero, & Petro Presbytero, & Abbati Monaſterij Sanctæ Sabbæ, locum tenentibus Adriani Papæ, & ſimilia; Vide in c. Adrianus, diſt. 65. & in cap. 3. 1. q. 7. & ibi Archidiac.

Cæteri Abbates particularium monaſteriorum ſunt diminutæ dignitatis, propterea Canonicos Cathedralis Eccleſiæ non præcedunt, eo minus in Eccleſijs eorumdem Canonicorum, & in Proceſſionibus, & ſimilibus actibus, niſi tales ſint, qui longa conſuetudine, aut Priuilegio, eam præcedentiam prætendere poſſint. Fel. in cap. Paſtoralis, de off. & pot. iud. deleg. in nu. 10. quod uerum eſt, dum Canonici collegialiter agũt, quia Cathedram Epiſcopi repræſentant, & membra non ſunt ſeparanda à capite, ſed de his alibi dicetur; Vide etiam Felin. in cap. Me B minimus, de Accuſat. & Mend. in Reg. 26. q. 3.

Abbatũ differentiæ.

Vnde colligimus Abbatum differẽtiam eſse quadruplicem, ueluti Monachorum, & de iſtis quidam dicuntur Generales, & magni; quidam particulares particularium Monaſteriorum; alij ſunt exempti non generales, qui ex priuilegio utuntur inſignibus Epiſcopalibus. Abb. in cap. Clerici, de vita & honeſtat. Cler. Zabar. in Clem. ut Apoſtolica, de Priuil. Felin. in d. cap. Quæ in Eccleſiarum, de Conſtit.

Secularium Clericorum ſtatus, uide in d. Gloſ. in cap. de renunciat.

Conditiones Abbatum diuerſarum Religionum dum eligendi ſunt quales eſſe debeant.

Abbatum Monachorum ſtatus ita colligitur: Primò, quod eligendus Abbas, ſit eiuſdem Religionis, & habitus, ſicut ordinauit Pelagius Papa Mellito Subdiacono, his uerbis: Abbatem C in Monaſterio illum uolumus ordinari, quem ſibi de ſua congregatione, & Monachorum electio, & poſseſſionis dominus, & (quod magis obſeruandum eſt) ordo Vitæ ac meritum popoſcerit ordinari. de his in capit. Abbatem in Monaſterio, 18. quæſtione 2.

Particulares Abbates alicuius Monaſterij de eodem Monaſterio eliguntur, ſi reperiantur idonei, unde Clericus ſecularis non eligitur in Abbatem, licet eſset in Regula inſtructus, niſi in euidentem utilitatem Monaſterij, tũnc eſset poſtulandus, & à Papa confirmandus, ſicut legitur de quodam heremita electo in Abbatem, qui à Sum. Pont. fuit confirmatus, quamuis non ut heremita, ſed ut Monachus exiſtens in heremo haberetur. Ita legitur in cap. officij, de elect. his verbis: Nos autem conſul

tationi

tationi tuæ taliter respondemus, quod cum ex his, quæ incontinenti subsecuta sunt ostendatur, quod talis taliter non possit eligi in Abbatem, maximè pro eo, quod antequam esset discipulus voluit esse magister, electionem illam irritam esse decernimus, & inanem, verum postquam fuerit in Regula instructus competenter, (si vrgens necessitas, & euidens vtilitas ipsius Monasterij postulauerit) purgatione recepta poterit in Abbatem assumi, ne Monasterium opprimatur incursibus malignorum; Hoc idem habetur ibi in Glos. & Abb. in ca. Cum Monasterium, de elect. num. 1. Auth. Ingressi, C. de Sacrosanct. Ecc. Ias. num. 37. & text. in c. Cum Monasterium, de elect. A

Excluduntur ergo à tali electione Laici absolutè, Clerici autem seculares, quia inexperti sunt ad Regulares obseruantias, (licet Regulas scirent, & alias Constitutiones regulares) tamen quia illas non sunt experti, non sunt admittendi: quia non possent alios in Regulari obseruantia instruere, necnon ad euitandam ambitionem, ne viderentur peritiores alijs, ideò non sunt eligendi, sed quærendi de eadem professione & Regula, ne in Boue & Asino uideatur arari. Et quamuis Regulares tamquam inexperti ad Prælaturas secularium Clericorum, ut ad Episcopatum assumantur, tamen cum tales prelationes dentur Monachis, hoc fit principaliter propter officium prædicandi, quod ualde est necessarium in Ecclesia, ideo priuilegiata est Religio, & talia illis concedũtur munia. Ita latissimè declaratur in glos. in d. capit. officij, in uerbo, Incontinenti, & declaratur pariter in cap. Cum ad nostram, de elect. B

Immò requiritur, quod sit etiam professus in Religione, sin secus fuerit, postulare debet coram Sanctissimo, c. Cum ad Monast. de elect. & ibi Abb. post glos. & in ca. Cum in magistrum, de elect. & c. Cum causam, 16. quæst. 7. C

Ratio redditur in glos. ibi, in uers. Postulantes, quod postulatio nec est necessaria quando fuerit alterius Religionis, ut de heremita, de quo legitur quod in heremo erat, uel qui fuerat initiatus minoribus ordinibus, Vide, ut in glos. prædicta.

Electio Abbatis ad quem pertinet.

Electio pertinet ad Monachos eiusdem Congregationis, cap. Abbatem cuilibet, cum seq. 18. quæst. 2. & nunc quælibet Religio habet suas Constitutiones, de modo seruando in tali electione, ut latius infrà dicetur de Regularibus, de communi cõsensu maioris partis Cõgregationis. Corrad. lib. 4. c. 7. nu. 8.

Modus

A Modus accipiendi suffragia traditur à Concil. Trid. in Seß. 25. de Reg. cap. 6. his uerbis: In electione superiorum quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorũ officialiũ, ac Generalium, & Abbatissarum, atque aliarum præpositarum, quę omnia ut sine ulla fraude fiant, in primis Sancta Synodus districtè pręcepit, omnes supradictos eligi debere per uota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina numquam publicentur, & similia.

Sacerdotium an requiratur ī Abbate.

His præmissis dicendum erit de conditionibus requisitis ad Abbatem; Primo requiritur Sacerdotium, licet olim poterat esse in minoribus ordinibus, sed ueritas est, quod quatuor dignitates habent annexum Ordinem Presbyteratus, Abbatia, Decanatus, Præpositura, & Archipresbyteratus; hoc factum est, B quia sic fuit iudicatum conueniens in Conc. Pictauensi, de quo in cap. 1. de ætate & qualit. ordin. his uerbis: Vt Abbates, Decani, & Præpositi, qui Presbyteri non sunt, Presbyteri fiant, qui Archidiaconatus tenent, Diaconi, qui uerò Archipresbyteratus, Presbyteri, aut amittant honorem, uide etiam ca. Dudum, de elect. cap. Tuam, de ætate & qualitate.

Attenditur etiam consuetudo, Card. Alex. in cap. Accedens, dist. 50. & Glos. in cap. Tua, & cap. Accedentes, de ætate & qualit. & ibi Abb. & in cap. Cum contingat, eod. tit. uide etiam Gomes. in cap. Licet, de Const. lib. 6.

Quę ætas requiratur.

Secundò requiritur ætas debita, quæ erit annorum 25. talis ætas communis est dignitatibus inferioribus ab Episcopo, & Presbyteratus ordini; ita fuit terminatum in Cõc. Lateranen. C de quo in cap. Cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & ibi etiam Abb. num. 6. & in Clem. Generalem, de ætate & qualit. & in dd. cap. Dudum, & cap. Tuam, licet in Abbatissa requiratur ad minus Annus trigesimus, ut in cap. indemnitatibus in princip. lib. 6. & Conc. Trid. Seß. 25. de Reg. cap. 7. & sit ad minus professa per decennium in Religione, tamen ratio diuersitatis est, quia cum sexus fœmineus sit fragilior, ideo appositum est longus tempus in add. ad Glos. in d. cap. indemnitatibus, in verbo, trigesimum. Dicit tamen, quod Abbas debet attingere 25. annum, de communi omnium opinione; ita refert Oldrad. in consil. 14. num. 9. per d. §. Inferiora.

Abbas legitimis natalibus natus esse debet.

Quintò, quod sit natus ex legitimo matrimonio, quoniam illegitimi sunt incapaces dignitatum Ecclesiasticarum. Abb. in cap.

in cap. Cum in cunctis, de elect. Conc. Trid. Sess. 23. c. 1. de Reform. ex Const. Sixti V. quæ fuit postmodum per Greg. XIIII. moderata, & ad uiam Iuris reducta. A

Abbatis electio carere debet Simonia.

Sextò in electione facienda per monachos, nulla labes simoniæ interueniat, ita, quod spe, præmio, pacto, suasione, muneribus, aut similibus, magis uni quam alteri suffragium præstetur. sed requirendus erit magis idoneus, qui omnibus erit præferendus, ut latissimè suprà de Episcopo dictum fuit, Glos. in c. Alienationes, 12. q. 2. Abbas, in c. Veniens, de Simonia.

Ad duo monasteria duo Abbates sunt eligendi, adeò, quod unus duobus numquam præponitur, quoniam ille erit satis laudādus, qui uni Monasterio præpositus, suo muneri satisfecerit, cap. fin. de Relig. dom. in fine.

Quæ sciētia requiratur in Abbate.

Septimò requiritur etiam in Abbate scientia præsertim circa ea, quæ concernunt officium suum in regimine monachorū, & licet aliarum scientiarum peritia fuerit necessaria, attamē pręcipua erit peritia regiminis, Bal. in Rub. de Summa Trin. & fide Cathol. cap. Si quis Abbas, 18. quæst. 2. B

At duplici scientia Abbas ornatus esse debet, generali scilicet et particulari, de generali Celestinus dixit Vniuersis Episcopis per Apuliam, epist. 3. his uerbis: Nulli Sacerdotum liceat Canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum possit Regulis obuiare, quæ enim à nobis res digna seruabitur, si Decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur.

Hieronymus ad Eustochium in procem. Comment. in Esaiam, ostendit esse necessariam scientiam illis, qui alijs præsunt, his uerbis: Si iuxta Apostolum Paulum, Christus Dei uirtus est, Deique sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei uirtutem, eiusq; sapientiam, ignoratio scripturarum, ignoratio Christi est. C

Particularis autem est illa, quæ ad regimen est necessaria, & quæ ad Sacerdotium pertinet, ut in cap. Quæ ipsis, dist. 36.

Bonitas vitæ requiritur in Abbate.

Octauò bonitas uitę ac morum requiritur, ideoque in electione facienda est discussio de merito ad meritum, de zelo ad zelum, unde talis eligatur, qui dignis moribus sit ornatus, & ad disciplinam monasticam sit aptus; Ita dixit Gregorius Castorio Episcopo epist. 87. lib. 4. Abbatem cuilibet Monasterio non alium, sed quem dignum moribus, atque actibus monasticæ di-

sciplinæ

A sciplinæ communi consensu congregatio popofcerit, ordinari uolumus, ex cap. Abbatem, 18. quæst. 2. de scientia Abbatum, uide Innoc. in cap.......

Qui habuerit tales cōditiones poterit assumi ad dignitatem Abbatis, & seruanda erit forma debita electionis, videlicet Generales Abbates eliguntur in Capitulis generalibus ab eorum Monachis, per uota secreta. Concil. Trident. Sess. 25. de Reg. cap. 6.

Electio Abbatis qualis esse debeat.

Particulares à Monachis illorum Monasteriorum quibus pręficiuntur, non exempti ab Episcopis quando subiacent eorum Iurisdictioni; exempti autem ab eorum Capitulis; & Prouinciales ab eorum Capitulis ut Generales, cap. Abbatem, cap. Hoc autem, c. Quantum, 18. q. 2. Abb. in c. Monasterium, de e-B lect. Syluest. in uerbo Abbas, num. 2.

Seculares Abbates, ut Consistoriales, creantur à S.D.N. in publico Consistorio, & tunc eliguntur & confirmantur. Abb. in ca. Cum Monasterium, de stat. monachor. & in c. Si Abbatē de elect. lib. 6. Mendos. Reg. 26. quæst. 6.

Secularium Abbatū electio à quo & quomō fiat.

Qui habuerit talia requisita, secundum istam formam eligitur Abbas, postmodum benedicitur, sed non consecratur, nisi cum ordinatur in Sacerdotem, secundum Glos. in cap. Alienationis, 12. quæst. 2.

Attamen, cum talis benedictio nullum imprimat characterem, sic potius erit quædam solennitas orationum, quam actus consecrationis, unde absque benedictione erit Abbas, quia solum electio facit Abbatem de his uide Abb. & Fel. in c. Memi-C nimus, de accusat. num. 5. & in Clem. Attendentes, num. 20. & in cap. Inter monasteriū, de re iud. in fine & ibi Io. And. & But. & Fel. in cap. Eam te, de præscrip. num. 12. Oldrad. cons. 14. num. 3. Ita seruatur de stylo, uide Corrad. lib. 2. c. 6. num. 13. quod talis benedictio non est de necessitate.

Meo quidem iudicio ita iudicandum arbitror, quod benedictiones vim habent confirmationis, vt in Abbatibus exemptis habentibus dignitatem, in eo casu Abbates sunt benedicendi, quoniam ex ista benedictione confertur plenitudo officij, vt illud exercere possint, præsertim circa ea, quæ sunt ordinis, quæ Abbas ante benedictionem facere non potuisset, & tunc talis benedictio non fieri deberet illis diebus, quibus ordines minores conferuntur, in alijs autem Abbatibus non exemptis, & nō

habentibus iura Pontificalia, talis benedictio non requiritur A Hostienſ.& Archidiac.in c.Munus, 1.q.1.cap.Quoniam,d.69. Abb.in c. Cum ſis, de Conſecrat.& in c.1. de ſuppl.negl. Prælat. & in cap. Cum contingat, de ætate & qualit.Fel. in d.cap. Meminimus,de Accuſat.Ripa,in cap.cum Eccleſia Sutrina,de cauſa poſſ. & propriet. num.1. & ita etiam fuit terminatum in Congreg.Sac.Conc.Trid.in Seſſ.23.cap.10.Abbates qui ſunt benedicendi, vtuntur baculo Paſtorali, Mitra,& Annulo,& tales ante benedictionem non conferunt ordines, Abb. in d.cap. Inter monaſterium,Io.Andr.in d.Clem.Attendentes, §.ſtatuimus,de ſtatu monachor.& ex decret.dictæ Sacræ Congregat. Conc. Trid.in d.Seſſ.23.cap.10.

Officium Abbatis quale.

Poſtquam Abbas fuerit ad officium ſuum aſſumptus, tunc ſuos Monachos in via Dei, & Sancta Religione inſtruere B debet, quod quidem minimè poterit, qui ea bonitate vitæ non polluerit.

Ita legitur in Conc.Triburienſi; Si quis Abbas cautus in Regimine, humilis, caſtus, miſericors, diſcretus, ſobriuſque non fuerit, ac diuina præcepta verbis,& exemplis non oſtenderit, ab Epiſcopo in cuius Territorio conſiſtit, & à Vicinis Abbatibus, & cæteris Deum timentibus,à ſuo arceatur honore. Vt in cap. ſi quis Abbas, 18.q.2.

In Conc. Toletano 4. Can.50. habetur:Hoc tantum ſibi in Monaſterijs vendicent Sacerdotes,quod præcipiunt Canones ideſt Monachos ad Conuerſationem ſanctam præmonere Abbates,aliaq; officia inſtituere,atq; extra Regulā facta corrigere; Quod ſi aliquid in Monachos Canonibus interdictū præſum- C pſerint, aut vſurpare quidpiam de monaſterij rebus tentauerint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis.

Gregorius in epiſt. 87. lib. 4. Caſtorio Epiſcopo: Abbatem cuilibet monaſterio non alium, ſed quem dignū moribus atq; monaſticæ diſciplinæ actibus communi conſenſu congregatio popoſcerit, ordinari volumus.

Idem Gregor.ait: Et mortibus digni ſunt,quot exempla perditionis ad ſubditos tranſmittunt.

Chryſoſt.in Io.13.Exemplum.n.dedi vobis,vt quemadmodum ego feci,omnia.ſ. Dei placita implendo, ita & uos faciatis,poſiti enim ſunt prælati, ut ſignum ad quod ſubditi ſagittas operum ſuorum debent dirigere.

Auguſtinus

A Auguſt. dicit in regula ad fratres, uerſus finē. Circa omnes ſe ipſum bonorum operum præbeat exemplum, corripiat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes, Diſciplinam libens habeat, metuendus imponat, & quamuis utrumq; ſit neceſſarium, tamen magis amari à ſubditis appetat, quam timeri, ſemper cogitans Deo ſe pro illis redditurum eſſe rationem.

Quæ in Abbate ſunt deteſtanda.

Abbas autem incautus, negligens, ſuperbus, fornicator, indiſcretus, crudelis, uel ebrius, aut aliter facinoroſus, poterit ab Epiſcopo deponi, & alijs vicinis Abbatibus, ſi non erit de exēptis. Bertach. lib. 4. par. 2. de autorit. Epiſcopi, num. 56. & 57. cū ſeq. Ita etiam legitur in ca. Quia nos, de appellat. his uerbis: Vt Abbates, qui de aliqua publica infamia publicè reſperſi sūt, B aut conuicti, deinde in communi Capitulo commoniti prælationi cedere noluerint, appellandi non habeant facultatem.

Idem habetur in ca. Ea, quæ, de ſtatu Monach. ex dicto Honorij III. Abbatibus, in §. ſiue Abbatum, officium Abbatis erit circa diuerſa ſe occupare; Primò enim requiritur ab eo, vt ſit Diſpenſator fidelis inter ſuos Monachos, cap. Nullum, 18. q. 2. illoſque uiſitet qualiter Regulares obſeruantiæ in illis uigeant, & uota Religionis ſeruentur, clauſuram cuſtodiat, inquirat contra delinquentes, prout Regula, uel Conſtitutiones eorum à Pontifice approbatæ ordinant, Abb. in cap. Cum contingat, de foro compet. num. 6. & ex Conc. Trid. Seſſ. 21. cap. 8. de reform. & Seſſ. 24. cap. 3. & Seſſ. 25. cap. 20. de Reg. & habetur in cap. Ea quæ, de ſtat. Monachor.

Circa quę ſoliciti ſint Abbates.

C Vnde ſoliciti ſint Abbates, ut cultum diuinum augeant, Monaſterij utilitati conſulant, ut in dicto cap. Nullum, 18. quæſt. 2. & Abb. in c. Ea noſcitur, de his, quæ fiunt à Prælat. num. 4. Curent Abbates, ut ſui Monachi induant habitum Religionis, & illum abſque ullo ornamento deferant, non licet portare ſcapulare ſine cappa, inuentus autem abſque altero ipſorum, ſi fuerit profeſſus, cogitur reaſſumere, & obſeruare uitam monachalem, non profeſſus, expellitur à Religione ſi portare contempſerit. Abb. in cap. 1. de Reg. & in Clem. Ne in agro, & in cap. Cum ad monaſter. de ſtatu Monach. de his latiùs infrà de Regularibus.

Abbas ne ſit negligens in correctione ſuorum Monachorum delinquentium, ut ca. Cum ad Monaſterium, de ſtatu Mo-

nach. his uerbis: Abbas uerò (cui omnes in omnibus reuereter A obediant) quanto frequentius poterit, sit cum fratribus in Conuentu, uigilem curam, & diligentem sollicitudinem gerens de omnibus, ut de officio sibi commisso dignam Deo possit reddere rationem; quod si præuaricator ordinis fuerit, aut contemptor, seu negligens, aut remissus, pro certo se nouerit nō solum ab officio deponendum, sed & alio modo secundum regulam castigandum, cum offensa nō solum propria, uerum etiam aliena de suis manibus requiratur.

Compellitur Abbas habere Lectorem in suo Conuentu, secundum Conc. Trid. Sess. 5. ca. 1. De reform. Tenetur similiter Abbas non exemptus, ire ad Synodum Prouincialem uel Episcopalem, cap. Episcopus non, cap. Abbates, 18. quæst. 2. & infrà de Synodis. B

Iurisdictio Abbatis.

Atque tales non exempti celebrant in eorum Ecclesijs, & recitant Diuinum officium, ut in Ecclesia Cathedrali, capit. De his, dist. 12.

Multa itaque possunt Abbates in eorum Ecclesijs, sicuti solenniter celebrare, & benedicere finito officio, cap. Abbatem, de priuil. lib. 6. & ibi Glos. & Franc. Pelag. lib. 2. c. 15.

Quandoque excommunicant suos subditos, sicuti Vniuersalis Abbas potest de consuetudine excommunicare, & de Regulari Constitutione, secus de iure communi; nam quodlibet Monasterium habet suum Regimen de per se; Sic non potest ab alio excommunicari; sed si dependeret ab uno capite, tunc secundum eorum Regulam, uel Consuetudinem erit exequendum, sicuti sunt Cistercienses, uel Cartusienses. De iure autem C communi, Abbas potest excommunicare existentes sub sua potestate, sic, & denunciare aliquem excommunicatum, sed non absoluere Monachos ab excommunicatione, à iure inflicta, & in casibus expressis à iure, uel ex priuilegio; unde ab excommunicatione lata ab eo, uel à sua Regula, absoluit, Necnon ab excommunicatione Canonis, Si quis suadente Diabolo. Abb. in cap. fin. de Reg. & in cap. Quoniam, de uita & honest. Cler. cap. Monach. de sent. excom. & ibi Abb. tenet contra communem. Fel. in cap. 2. de sent. excom. Innoc. in cap. Super, de sent. excom. Philipp. Franc. in cap. Religiosa, de sent. excom. lib. 6. D. Thom. in 4. Sent. dist. 18. q. 2. art. 1. & in Quodlib. art. 20. Syluest. in uerbo, Abbas, num. 5.

Ab irre-

A Ab irregularitate cōtracta in susceptione ordinum, vt si Monachus excommunicatus suscepisset ordines, dispensare poterit, dummodo Monachus probabiliter illud impedimentum ignorasset, & tunc intelligitur tam de irregularitate contracta ante ingressum, quam postea, secundum communem. Abb. in c. Cum illorum, de sent. excom. Syluester in Summa, in verbo, Abbas, num. 5. Pelag. lib. 2. cap. 23. Corrad. lib. 2. c. 6.

In Votis factis à Monachis ante Religionis ingressum, dispēsat, in factis post ingressum, poterit annullare, glos. in c. Noluit, 23. quæst. 3. & Corrad. in dicto loco.

Quo verò ad ordines, Abbates qui gerunt mitram, & sunt exempti, conferunt primam tonsuram, & tres minores ordines suis Monachis in Monasterio, sed hodie in Concil. Trid. Sess. B 23. cap. 10. Abbates quantumcumque exempti, non possunt intra fines alicuius Diœcesis, etiam nullius, nec tonsuram, aut minores ordines conferre, vel litteras dimissorias dare, nisi tales quibus essent ordines conferendi, subditi existerent Abbati, veluti eorum Monachi, & illis tantum prima tonsura confertur, cæteri tres ordines ab Episcopo hodie conferuntur; Veruntamen, consideranda sunt priuilegia illius Abbatis, circa quæ versatur eorum potestas. Congr. Conc. Trid. in d. cap. 10. declarauit, Abbates posse conferre etiam tres alios Ordines Minores Regularibus, & alijs cum licentia superioris, & litteris Episcopi Ordinarij loci, in quo ordines celebrantur; sed tonsurati ab Abbate non benedicto, vel non habente potestatem, deberent iterum tonsurari; Hæc ex Conc. Latiùs infrà de ordinibus; vi- C de circa reliqua Glos. in cap. Quoniam, dist. 69. & cap. Cum cōtingat, de ætate & qualit. Spec. lib. 4. eod. tit. nu. 4. Franc. in cap. Abbates, de Priuil. lib. 6. Rebuff. in Praxi Benef. de Cler. & à quibus, nu. 17. Mend. Reg. 24. quęst. 1. & 2. & quod fuit terminatum in d. Conc. Trid. Sess. 23. c. 10. de Reform.

Quæ Pontificalia exerceāt Abbates

Pontificalia in Parochijs Episcopi Abbates exercere non possunt, nec publicas pœnitentias dare, aut Missas publicas cātare, nec benedictiones impartiri, & similia façere; tamē in suis Ecclesijs exercere ea possunt quæ iuxta eorum priuilegia eis sunt concessa, cap. Peruenit, c. Interdicimus, cum seq. 16. quæst. 1. Zabar. in Clem. 2. §. statuimus, de statu Monach. & Glossa in c. Quoniam, in dist. 69. & c. Abbates, de Priuil. lib. 6. declaratur in his attendendum esse eorum Priuilegium.

De vſu Mitræ, & exercitio Pontificalium, habetur in cap. Vt A Apoſtolicæ, de Priuil. lib. 6. his verbis: De fratrum noſtrorum conſilio, præſenti Decreto ſtatuimus, ut Abbates, & alij, quibus mitræ vſus eſt ab eadem Sede conceſsus, exempti quidem in Prouincialibus Concilijs, & Epiſcopalibus Synodis (quibus nonnulli eorum intereſse tenentur) mitris tantummodo aurifriſiatis, non tamen aureas, vel argẽteas laminas, aut gemmas habentibus vti poſſint: Non exempti verò ſimplicibus, & albis, ac planis vtãtur. In alijs uerò locis exemptis, & nõ exemptis, mitris liceat illis vti prout conceſſa eis ab eadem Sede indulta permittunt.

In cap. Abbates, eod. tit. lib. 6. ita dicitur; Abbates, quos Apoſtolica Sedes in exhibitione benedictionis ſuper Populum ſpirituali priuilegio inſigniuit, in Eccleſijs, quæ ad eos pertinent B pleno iure, quando in eis diuina officia celebrant, poſſunt poſt Miſſarum ſolennia, & Veſpertinas ac Mattutinas laudes, benedictionem ſolennem ſuper populum elargiri. Alibi autem publicè, aut per uias, Ciuitates, Caſtra, & Villas, Populis & plebibus benedictionem facere, uel impartiri non ualeant, niſi hoc eis expreſſo Apoſtolico priuilegio ſit cõceſſum; Nec eis licitum ſit alijs, quam Monaſteriorum ſuorum Conuerſis, & qui ad illa cõuolauerint, & in quos Eccleſiaſticam, & quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionem obtinent, Primam Clericalem conferre tonſuram, niſi id eis competat ex pleno præfatæ Sedis indulto.

De his apud Modernos, omiſſis alijs, uide Duran. de Ritibus Eccleſiæ lib. 2. cap. 9. num. 35.

Quibus in caſibus cum ſuis monachis diſpẽſent Abbates.

Poteſt etiam Abbas diſpenſare cum ſuis Monachis legitimè C impeditis, in ieiunijs, in cibis, in eſu carniũ, & in operibus manualibus, ad quæ Monachus regulariter tenetur, Spec. de Diſpenſ. §. ſunt quoque, num. 6. Corrad. in d. lib. 2. c. 6. Borg. de Irreg. p. 6. de Vita, & honeſt. Cler. num. 5.

Necnon diſpenſat, vt duo Monachi poſſint eſſe penes ſe, ad utilitatẽ, & commoditatem ſuam, de iure communi, Rebuff. de Diſpenſat. de non reſiden.

In tranſlatione Monachorum requiritur eius conſenſus, in caſibus à iure permiſſis, ſed prius dẽt certiorari de qualitate Religionis, ad quam facienda eſſet tranſlatio de uno Monaſterio eiuſdem Religionis ad aliud ſimile, aut ad aliud arctioris uitæ alterius Religionis; in talibus namque caſibus requiritur Abba

tis li-

A tis licentia, ne detur occasio apostatandi, ut in cap. finali, de renunciat. & Rebuf. de translat Monach. num. 3. licentia concessa Monachis ab Abbate commorandi extra Claustra, intelligitur ad beneplacitum Abbatis, & pro modico tempore, nam esset contra Regularem obseruantiam, ut Monachi extra Monasterium diutius tolerarentur. Abb. in cap. Ex Rescripto, de iureiurā. & ibi Sebast. Sap. in adnot. & Zabar. in Clem. 1. §. ex præmisso, de supplen. negl. Prælator.

Conceditur Monacho ab Abbate, ut possit stare in seruitio alicuius Prælati secularis, & Episcopi, dummodo Regula non repugnet, Abb. ex d. cap. Ex Rescripto, nu. 6. Sed Conc. Trid. Sess. 25. c. 4. de Regul. contrarium determinauit.

De exemptorū Abbatum potestate.

Abbates exempti, maximam Iurisdictionem habent in suos B Monachos delinquentes; In locis autem subiectis, habēt Iurisdictionem Episcopalem, immò maior est potestas Abbatis circa suos Monachos, quam Episcopi circa suos Clericos, & tota potestas Monasterij est penes Abbatem, Abb. in c. Quanto, de off. ord. & in cap. Ioanna, de Regular. Fel. in cap. Dilectus, eod. tit. & in c. In singulis, de statu Monach. Mendos. Reg. 24. quæst. 2. num. 4.

Ideo possunt Abbates procedere criminaliter, & ciuiliter contra suos Monachos, sed illos suis manibus uerberare non debent; at in casu, quo aliquis Monachus esset plectendus, alteri committitur, qui tandem sine sanguinis effusione delinquentem monachum uerberet; sic semper rationabilia iubeant; Ab Abbate autem seuero, prouocatur ad Episcopum, aut in exem C ptis ad eorum Superiorem. Abb. in c. Ioanna, de Reg. & in cap. Irreprehensibilis, de appell. Anch. in Clem. Ne in agro, de statu Monachor. & Abb. in cap. Cum contingat, de foro compet. & in cap. Vniuersitatis, de sent. excom. & in cap. Super eo, de Reg. Rom. in Cons. 375. num. 1.

Conferunt Abbates beneficia spectantia ad eorum Monasterium, ueluti Prioratum, & alia, quæ ipsi subiacent; Prohibetur autem, ut in tali collatione adhibeatur aliquod pactum, quod in institutione non sit appositum, nam in similibus committeretur simonia, Abb. in ca. Abbatem, de Rescript. Anchar. in Clem. Abbatiæ, eod. tit. Franc. in cap. fin. de off. ord. Syluest. in verbo Abbas, num. 6.

Circa Vniones, & alienationes faciendas, seruanda erunt

eorum priuilegia; hoc pariter faciendum erit in omnibus. Ias. in A Auth. Ingressi, C. de Sacrosanc. Ecc. num. 37.

Monachus sine licentia Abbatis nihil potest vouere, nec retinere penes se ut suum, nec audire Confessiones, vel dare pœnitentias, nisi suis subditis, & similia, quæ leguntur in capit. Monachi, 20. quæst. 4. cap. Non dicatis, 12. quæst. 1. cap. Peruenit, 16. quæst. 1.

Ex priuilegio Summi Pont. multa conceduntur Abbatibus, tam circa temporalem Iurisdictionem, quam spiritualem, vt in exercitio Pontificalium, veluti in collatione Ordinum, in consecratione Ecclesiarum, Altarium, eorum reconciliatione, necnon in consecratione olei infirmorum, sic & calicum, corporalium, & similium, quæ inseruiunt Sacrificio Missæ; atque in benedictione Monialium, vestium, & cæterorum, quæ officio Epi B scopali alioquin solummodo conueniunt. Et in his consideranda sunt eorum priuilegia, Abb. in cap. Quanto, de Consecrat. & in cap. Auditis, de Præscrip. & in cap. Cum non liceat, eod. tit. D. Thom. in 4. d. 7. q. 3. art. 1. Vide Ross. Angel. & Syluest. in Sum. in verbo, Abbas.

Itaque præscribit etiam in similibus contra Episcopum, & acquirit ius plenum in Ecclesijs Clericorum sæcularium, veluti exercere Pontificalia, conferre beneficia, habere cognitionẽ causarum criminalium, & tandem, ea omnia, quæ Abbati competere possint ex priuilegio, ratione suæ dignitatis. Abb. in cap. Non licet, de præscript. & Felin. in cap. Auditis, eod. titulo.

In quibus subiaceãt Episcopis Abbates.

In alijs causis regulariter Abbates subiacent Episcopis, maximè sæculares Abbates, & Regulares non exempti, eo quod C cura totius Diœcesis pertinet ad Episcopum, unde quoad tria ad minus Abbates subiacent Episcopis, veluti quoad subiectionem, reuerentiam, & obedientiam, cap. Hoc autem, 18. quæst. 2. vt in Concil. Tolet. 4. Can. 50. & ibi etiam Glos. & in 19. q. 2. cap. 2. Abb. in cap. Nec Dei, de Simon. nu. 1. Fel. in cap. Pastoralis, de off. Lega. Dec. in concl. 161. Henric. Boic. de Visit. lib. 3. quæst. 1. num. 7.

Vnde, Abbates tãquam qui ad aliorum regimen præpositi sunt, nõ solũ exemplũ bonorum morum præbere debent, sed & officium commissum prudenter adimplere coguntur, iuxta Apostoli dictum ad Hebr. vlt. Ipsi peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris.

Gregor.

A Gregor. in Moral. Misericors Deus, quem tenerè diligit, ab exterioribus prelationis occupationibus abscondit, tantum im positum onus à superiore, pertinaciter recusari non debet, nec diuinæ ordinationi uideatur resistere, sed inuigilet ad curam.

Durat autem Abbatis Regularis officium, sicuti in eorum Constitutionibus statutum fuerit; Quidam sunt perpetui, quidam ad tempus constituti, ut in quolibet triennio eligantur, uel sexennio; Seculares durant ad eorum uitam, ut infrà, de benef. & Regul. dicetur.

Officium Abbatis quanto tẽpore duret.

Cætera uerò tam quoad uitam, quam quoad officium, & similia, quæ de Episcopis dicta sunt sufficiant, quæ communia sunt Prælatis habentibus officium gubernandi Populum Dei in lege sua.

B

DE VICARIO EPISCOPI.

Qui ad talia officia assumantur; De conditionibus requisitis; & de eorum officio. Cap. X.

EPiscopi quibus cura, & solicitudo Dominici gregis cõmissa est, cũ Orationi, Prædicationi, & spiritualibus negocijs vacare debeant, ideo ad totius suæ Ecclesiæ regimen, ueluti ad dirimenda litigia, corrigendos delinquentes, alia C que exequenda, Vicarium constituunt, ut cuncta in pace quiescant, & Domini precepta cuncti suscipiant; Ita legitur in Conc. Calcedonensi, cap. 26. his uerbis: Quoniam in quibusdam Ecclesijs, (ut rumore comperimus) præter Oeconomos Episcopi facultates Ecclesiasticas tractant, Placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum, habere Oeconomum, qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam proprij Episcopi; & similia.

Vicarij Episcopi institutio an sit necessaria.

In Conc. Hispalensi, in quo interfuit Isidorus, in cap. 2. dicitur: Si quis autem Episcopus post hac, Ecclesiasticam rem, aut per laicalem procurationem administrandam elegerit, aut sine testimonio Oeconomi gubernandam crediderit, uerè ut contemptor Canonum, & fraudator Ecclesiasticarum rerum, non

solum

solum Christo de rebus pauperum iudicabitur reus, sed etiam A Concilio manebit obnoxius. De quibus in cap. In noua; uide etiam cap. Quoniam, 16. quæst. 7. & in cap. Volumus, dist. 89. licet ibi de Oeconomo, non de Vicario tractetur, tamen, cum inter Oeconomum, & Vicarium, sola differentia sit in nomine, ideò, quod de vno disponitur, & de alio confirmatur.

Tandem, quod Episcopus non teneatur constituere sibi Vicarium in causis voluntarijs, sed sic in casibus necessarijs, veluti iudiciarijs quibuscunque, tenuit Abb. in cap. Quoniam, de officio Ord. & Glos. in cap. petisti, 7. q. 1. & in c. 2. ne prælati vices suas, in verbo, (Statuant.) & ita fuit terminatum in Rota Rom. Putei, decis. 43. lib. 2. num. 2.

Differentia inter Oeconomum, & Vicedominum quæ sit.

Differẽtiã inter Oeconomum, & Vicedominum ponit glos. in cap. Diaconum, d. 89. in verbo (Vicedominum) vbi dicitur, B Vicedominus est, qui habet potestatem super res ipsius Episcopi, Oeconomus, qui super res Canonicorum, cui res Ecclesiastica gubernanda traditur. Hoc idem declarat Arch. in dicto loco, & in cap. In noua. Sed nihilominus Vicedominus etiam habetur pro Vicario generali Episcopi, vt ibi Archid. in d. cap. In noua, 16. quæst. 7. quamuis Felinus contrarium sentiat, in dicto cap. Quoniam, in fine. Ad concordandum præmissa, posset hac distinctione procedi, quod largo modo Vicedominus erit Vicarius, sed non strictè & propriè sumpto vocabulo; Inter Modernos hanc quæstionem posuit Sbrozz. de officio Vicarij, lib. 1. quæst. 46. per totam, ibi vide.

Vicarius quid sit.

De tali officio Vicarij Episcopi tractandum hic erit; Sunt autem Vicarij, qui aliorum negocia gerunt, vt ex ipsius nominis C etimologia habetur; ideo enim dicitur Vicarius, quia alterius Vices gerit & tenet.

Sic Vicedominus idem in nomine significat; Ille ergo, qui alicui in officio, munere, dignitate, & loco succedit, Vicarius nuncupari solet, Host. Goffred. in Sum. in tit. de officio Vicarij, Card. in Clem. 1. eodem tit. num. 4. Rebuf. in praxi benef. eod. tit. num. 4. per Rubr. de officio Vicarij.

Differentiæ plures Vicariorum.

Talium autem Vicariorum differentia hæc erit, quidam dicuntur Vicarij dati ab ipsa Lege, quidam ab Homine, Maranta de ord. Iud. par. 4. quæst. 5. num. 6. Mendos. Reg. 14. quæst. 6. num. 16.

A lege Vicarius datur, ille, qui absque alia hominis deputatione,

A tione, eo ipso, quod consecutus fuerit officium, efficitur Vicarius, sicuti Pontifex, qui Dei Vicarius est; & Episcopi uicem gerunt Apostolorum, & Archidiaconus nuncupatur Vicarius Episcopi, ut suprà dictum est; Vide etiam cap. Legimus, dist. 63. cap. In nomine, dist. 25. cap. Quorum vices, dist. 69. Glos. in cap. Porrò, dist. 66. Abb. in cap. 1. §. per frontes, de sac. vnct. Concil. Trid. Sess. 23. c. 4. & Maranta in citatis locis; Alia species Vicariorum sunt Sacerdotes, qui vicē gerunt septuaginta duorum discipulorum, nam cum Apostoli vidissent messem multam, & operarios paucos, rogauerunt Dominum messis, ut mitteret operarios in Vineam suam; Vnde fuerunt electi 72. Discipuli, quibus à Domino fuit iniunctum his verbis: Ite per Vniuersum Mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, bapti-B zantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ut in Marci cap. fin. in quorum locum successerunt Sacerdotes, quibus Dominus eandem potestatem tradidit, & ideo quodammodo Sacerdotes dicūtur Vicarij Discipulorum, cap. In nouo, dist. 21. Bertach. in tract. de Episcopo, in prælud. Ioan. Vgo in tract. de officio Prælat. 3. p. Conc. Trid. Sess. 13. c. 1.

Hoc eodem modo Capitulū Cathedralis Ecclesiæ Sede Vacante, in multis Vicem gerit Episcopi, secundum Glos. in cap. vnico, de maior. & obed. lib. 6. Innoc. in cap. Eam te, num. 4. & ibi Decius, num. 7. de Rescript. Rebuff. in Praxi benef. de deuolut. num. 5. Abb. in cap. Cum olim, eodem tit. Roman. Consil. 506. in fine, num. 15. licet potius videatur successor, quam Vicarius, attamen, quia uicem gerit Episcopalis Sedis, ideo Vicarij C nomen eij tribuitur.

In quinta specie Vicariorum à Lege ponuntur Archidiaconi, qui absente Episcopo sunt ipso iure Vicarij, cap. 1. cum Glos. de off. Arch. But. in cap. Ad hæc, §. secundum, §. Item epistola, eodem tit. Host. in Sum. eod. tit. & de hoc infra latiùs de Archidiacono.

Archipresbyteri Ciuitatenses pariter nuncupantur Vicarij Episcopi, dati à Lege, quia vicem gerunt Episcopi in regimine spirituali, Glos. in cap. 2. de Pœnit. lib. 6. Host. de Archipresb. Syluest. in Sum. in verbo, Vicarius, num. 5.

Alia species Vicariorum erit illa, qua Vicarij creantur facto Hominis, inter quos primi sunt, qui à Sum. Pont. ordinantur, sicuti eius Vicarius in Curia Rom. & talis habet Iurisdict. in

Clericos,

Clericos, ueluti Ordinarius in sua Diocesi. Doctor. & Abb. in A cap. Tua nobis, de officio Vicarij. Mendos. Reg. 14. quæst. 6. nu. 5. Alphons. Cremo. de Incompat. benef. cap. 15. p. 1. nu. 1.

Necnon Legati Apostolici, qui & Vicarij dicuntur, deputati ad certam Prouinciam, aut Dicecesim, Paui. in tract. de offic. Vic. par. 2. in fine, quæst. 10. Roman. cons. 59. Capra, in reg. 92. num. 8.

Sunt & alij Vicarij Cardinalium Legatorum, ueluti Legatus Auinionis, Abb. in c. Nouit, de Iud. Paui. in d. tract. par. 2. quæst. 10. num. 35. Franc. Marc. q. 31. par. 1. nu. 25. & in quæst. Delphin. 347.

Quidam alij sunt Vicarij Cardinalium in eorum Ecclesijs, in quibus Cardinales exercent Iurisdictionem Episcopalem. Abb. in cap. Tua, de off. Vic. nu. 5. & ibi in Annot. Sap. & Bursat. in cons. 107. nu. 7. Rom. cons. 498. num. 11. B

Alij sunt Vicarij Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum maiorum, veluti Patriarcharum, & Primatũ; Host. in Sum. de off. ord. §. sunt autem, Bertach. de Episcopo, in prælud. num. 3. Fel. in Rubr. de maior. & obed. num. 1. & apud Boer. de Autor. Magni Cons. num. 50.

Vicarij Generales qui.

Datur & alia diuisio Vicariorum; quidam dicuntur Vicarij generales, alij particulares, & foranei; Generales sunt illi, qui causas ad Episcopos spectantes cognoscunt, ita ut in eius iudicio uices illius gerant, Glo. in c. 2. de officio Vic. et ĩ c. Et si principalis, de Rescript. cũ glos. in verbo, (Foraneus) & ibi Io. Andr. nu. 3. Card. nu. 24. Inn. nu. 27. Bertach. de Vic. Episcopi, p. 5. nu. 84. Rebuf. eo. tit. nu. 6. Vt generalis sit Vicarius, requiritur, C quod ad omnia sit generaliter deputatus, ueluti, ad causas spirituales, & temporales; Ita inter Modernos refert Sbroz. lib. 1. quæst. 25. 26. & 27.

Ideo eorum Iurisdictio aliquando est limitata, ut ad causas spirituales tantum, uel temporales, aut ad omnes simpliciter cõstituantur, absque ulla præmissorum expressione, Bald. in cons. 478. lib. 4. nu. 1. Fride. de Senis, q. 302. nu. 1. Diaz. in Prac. Can. cap. 3. in 1. Rebuf. in forma Vicarij, Arch. num. 17.

In spiritualibus dicitur ille, qui ab eo habet administrationẽ rerum spiritualium, & in quibus casibus consistat ista spiritualitas, uide Bald. Frider. Rebuf. & Bertach. in præcitatis locis, & Sbroz. refert lib. 2. per totum.

In tem-

A In temporalibus Vicarius erit ille, qui habet ab Episcopo ad ministrationem rerum temporalium, Bald. in d.conf.478. lib. 4.num.2. Feder. in dicta quæst.302.num.1. Paul. de potest. Capituli.par.2.q.10.nu.10. et per alios, quos pariter refert Sbroz. in d.lib.2.quæst.11.

Durat eorum officium aliquando, durante causa, ob quam tales Vicarij sunt deputati, vt à Papa electi in absentia alicuius Prælati, aliquandó ad beneplacitum suorum autorum, cap. si Episcopus, de supplen. neglig. Prælat. lib.6. Mendos. Reg.14. quæst.6.num.13.

Foranei dicuntur, qui ab Episcopo sunt deputati ad certum locum Diœcesis, vel ad certos actus, & appellantur delegati, & ad cognoscendam eorum potestatem, inspiciendæ sunt litteræ commissionis, sic tanta erit eorum Iurisdictio quantum fuerit demãdatum glos. in Clem.2. de off. ord. in verbo, (Foranei,) Anch. in c.1. de Rescript. & in c.1. de off. ordin. lib.6. Doctor. in Rubr. de officio eius, Abb. & Fel. in ca. Eam te, de off. deleg. num.8. Couar. lib. pract. qq. cap.4.num.8.

Foranei Vicarij qui sint?

B

Sunt etiam, & nonnulli alij, qui hoc eodem nomine Vicarij appellantur, veluti Prelatorum inferiorum ab Episcopis, sicuti Vicarij Abbatum, Archidiaconorum, Archipresbyterorum, Plebanorum, & similium, qui constituuntur ad exequenda officia, seu ministeria Ecclesiæ, ita pariter sunt Vicarij Ecclesiarum, Ordinum, Prouincialium, Regularium, Abbatissarum, necnon Principum secularium, Imperatorum scilicet Regum, & aliorum, de quibus omnibus tractatur cumulatè à Iacobo

C Sbroz. in d. suo tract. de Vicario Episcopi, lib.1.quæst.3.

Vicarij generales Episcopi dicuntur Ordinarij in Diœcesi, cæteri alij Delegati; Sic Episcopus vnum tantum constituere potest Vicarium generalem, qui censetur vna, & eadem persóna cum Episcopo, & facit unum Consistorium cum eo, cap. Rom. de Apell. lib.6. Glos. in c.2. de off. Vic. lib.6. & in verbo, (Ordinariam) & ibi Host. num.2. Arch. in cap.2. de Cens. lib.6. Abb. in cap decernimus, de iud. num.12.

Omissis, quæ ad eorum potestatem pertinent, ad eorum conditiones descendet oratio, & præsertim de Vicarijs generalibus dicetur.

Conditiones requisitæ in Vicario Episcopi.

Prima conditio, quod sit Clericus, aliàs puniretur Episcopus constituens Laicum, textus expressus, in c. In noua, 16. q.7.

ex Conc.

sit Cle us. ex Conc. Hispalensi, his verbis: Indecorum est enim Laicum A Vicarium esse Episcopi, & sæculares in Ecclesia iudicare, in vno enim eodemq; officio non debet dispar esse professio; quod etiam in lege diuina prohibetur. Dicente Moyse: (Non arabis in boue simul & asino) idest homines diuersæ professionis in uno officio non sociabis, unde oportet nos, & diuinis libris, & Sanctorum Patrum obedire præceptis, constituentes, ut hi qui in administrationibus Ecclesiæ sociantur, Pontificibus discrepare non debent, nec professione, nec habitu, nam cohærere, & coniungi non possunt, quibus & studia, & vota sunt diuersa.

Item legitur in Synodo Simmachi Papæ, in cap.3.ut in cap. Non placuit, in d.16.q.7.cum seq. Vide etiam ibi Turrecrem. num.1. & 2. & Archid. & Doctor. in cap. Decernimus, de iud. B Franc. in cap.1. in fine, de off. Vic. lib.6. Alberic. in Dictionar. vers. Vicarius Bertach. de Vicar. Episcopi, nu. 14. Io. Sylu. in tract. de benef. incompat. par.2. quæst.23.num.13.

Ampliatur etiam Regula, quod licet laicus esset bonæ & sanctæ vitæ, tamen non poterit esse Vicarius, Ripa, in d.cap. Decernimus, nu.56.& ibi Dec.nu.15.& Sbroz. in lib.1.q.31.in nu.1. & 2. ita firmant reprobando aliorum opiniones Ripa & Decius in citatis locis.

Non sit Bigamus. Hæc Bigamus effectus Clericus poterit esse Vicarius, nisi prius solutus fuerit ab impedimento bigamiæ. Philipp. Franc. in c.1.de off. Vic.lib.6. num.6. & refert etiam Corrad.lib.2.c. 6.de Vicario Episcopi, §.1. num.2.& 6.

Nec Clericus coniugatus. Nec Clericus cōiugatus, hoc officio fungi potest, etsi incede C ret in habitu, & tonsura, quod locum habet, etiam si contraxisset cum Virgine, Gemin. in d.ca.1. num.8. & Anch. ibi, num.3. Franc. in glos. in verbo, incipiunt, in d.c.1. Abb. Fel. & Decius in c.2. de iud. num.6. & 15.

Nam tales Clerici coniugati, si in habitu, & tonsura incederent, gauderent tamen priuilegio fori, & Canonis si quis suadente, capit. Clerici, §. in litteris, de cler. coniug. cap. unico, de Cler. coniug. lib.6.

Clericus coniugatus bigamus, licet incederet in habitu, & in tonsura, tamen non potest esse Vicarius, non Officialis delegatus ad causam spiritualem, secundum eundem Gemin. in d. cap.1.num.8. Anch. in nu.3. & Franc. in citatis locis.

Intellige

A Intellige ergò, quod Laicus ad causas spirituales, nec ad iudicandum personas ecclesiasticas constitui potest, in alijs temporalibus constituitur, quia tunc intelligitur assessor, non Vicarius, secundum Corrad. in d. §. 1. num. 2. & Sbroz. lib. 1. quæst. 31. nu. 10. cum seq. Vnde requiritur, quod ad minus habeat primã tonsurã, vel si fuerit laicus, aut cõiugatus Clericus, habeat à Papa Priuilegium iudicandi, cap. Adrianus, dist. 63. Gemin. in cap. 2. de Præbend. lib. 6. Ripa in ca. Decernimus, nu. 56. Doct. in cap. Quanto, de iud. Brun. in Cons. 97. lib. 2.

Incedat in habitu Clericali.

Alia conditio est, quod cũ sit Clericus sic incedere debet, præsertim per Ciuitatẽ & Diœcesim in habitu Clericali, & tonsura, ut ex d. c. In noua, 16. quæst. 7. Rebuf. in praxi benef. de Vicarijs Episcoporum, num. 37. ideo dicitur, quod talis quisque præ B sumitur, in quali habitu reperitur, l. item apud, §. si quis Virgines, ff. de iniur. cap. Si iudex, de sent. excom. in 6.

Sit liber ab omni Censura.

Tertia conditio ne sit excommunicatus, uel alia censura innodatus, ita determinauit Nicolaus Papa I. ad Michaelem Imperatorem, de quo in cap. Miramur, 24. q. 1. his uerbis: Miramur, quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sint, cum secundum Apostolicos Canones, sine commendatitijs litteris in communione sola recipi prohibentur; Absurdum etenim est, ut cui non licet etiam cum minimis iuxta sacras Regulas communicare, liceat penes uos etiam de maioribus iudicare. Et in ca. Didici, 1. q. 7. hoc idem tenent Franc. in d. cap. de offic. Vic. lib. 6. Follerius in pract. Criminali 1. parte, nu. 116.

Ne sit extraneus.

Quarta conditio, ne sit valde extraneus, puta Hispanus, Gal C lus, aut Germanus, sed tamdiu Regionem illam incoluerit ubi officio fungi procurat, quod in illo idiomate sit expertus, ex Foller. in præcitato loco, num. 117. Ciuet. Inst. Canon. de Vicar. Episc. num. 50.

Vnde, cum in quibusdam Ciuitatibus plures diuersarum linguarum homines inhabitent, sic Vicarius debet habere notitiam illarum linguarum. Abb. in cap. quoniam, de off. Ord. not. 3. vt refert Sbroz. lib. 1. quæst. 31. num. 16.

Nec conterraneꝰ.

Sicuti Episcopus tenetur constituere Vicarium intelligentẽ in illo idiomate, in quo officio fungitur, ita cauere debet, ne constituat illum, qui sit de illa Ciuitate, & loco, ubi Iurisdictio exercẽda est, ad fugiẽdam suspitionẽ iniustitiæ, Bart. l. fin. ff. de Assess. & refert etiam Corrad. lib. 2. cap. 6. §. 1. de Vicario.

Quinta

Aetate sit legitima. Quinta conditio, quod sit in ætate legitima, quæ ad minus A sit annorũ 25. ex quo Vicarius habet dignitatem cum administratione rerum spiritualium, quæ talem ætatem postulant, textus capit. Cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & ibi Abb. & Doctor.

Ne sit Regularis. Sexta conditio, ne sit Regularis de ordine Mendicantium, quoniam tales facerent contra professionem, Clem. In plerisque, de elect. & Clement. 1. §. ad prioratus, de Regu. & pariter, quia non sunt periti in negocijs forensibus; Cardin. Alex. in capit. Si quis, distinct. 58. in fine, & refert Rebuff. de Vicario, numero 32.

Canon. Regul. potest esse vicar. Canonicus Regularis potest, quia ueniunt sub appellatione Clericorum, & hoc intelligitur cum licentia sui superioris, ca. 1. & cap. generaliter, 16. q. 1. Glos. in c. Si quis, dist. 68. Rebuf. B in dicto loco, num. 30.

Monachus cum licentia sui superioris pariter potest esse Vicarius Episcopi, Doctor. in Clem. 2. de Rescrip. Guido Papa decis. 563. per Glos. in cap. De præsentium, 16. q. 1. & latè refert Rebuf. in d. loco, num. 30.

Habeat scientiam debitam. Septima conditio, quod Vicarius sit idoneus scientia iudicandi, ideo legitur in Conc. Trid. cap. 12. Sess. 24. de Reform. in vers. nemo igitur deinceps, quod nullus debet admitti ad aliquam dignitatem, nisi doctrina commendetur idoneus, quæ ad suũ munus exequendũ sit necessaria; Quapropter, cũ Vicarius sit Iudex causarũ spiritualiũ, & matrimonialiũ, c. pen. de rest. in integr. necnon corporaliũ, Ciuiliũ, & Criminalium, ideò eorũ omnium requiritur scientia, qua de re concluditur in Concil. C Trid. Sess. 24. ca. 16. de Reformat. his verbis: Item Officialem, seu Vicarium infrà octo dies post mortem Episcopi constituere, uel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in Iure Canonico sit Doctor, uel Licentiatus, uel aliàs quantum fieri poterit idoneus, Rebuf. in d. loco, nu. 28.

Ornatus moribus sit honestis. Octaua conditio, quod non solum sit idoneus ætate, & scientia, sed & moribus, ut in capit. Cum in cunctis, de elect. & cap. fin. de Voto, cuius mores declarat etiã Pauin. de Potest. Capituli, Sede Vacante, in 3. par. princ. quæst. 10. num. 34. ubi dicitur, quod Episcopus eligat personam qualificatam, circumspectã, bonæ ac probatæ vitæ, timentem Deum, ueridicam, liberalem, temperatam, fortem, magnanimam, mansuetam, & iustam.

Flor.

A Flor. in 3. p. tit. 19. cap. 10. & Sbroz. etiam refert in dicto lib. 1. quæst. 3.

Nona conditio, quod habeat peritiam, & prudentiam in Regimine, ne nimia seueritate, vel mãsuetudine gubernet, sed semper cognoscat se esse constitutum, non ad inquirendum delicta tantum, & delinquentes, iuxta legis tramites puniendum, sed etiam pia manu ad retrahendum malos à via peccati, & reducẽdum alios ad viam salutis; Quapropter prudenter agat cum Religiosis, ne illos delinquentes dimittat impunitos, nec palam, quod est occultum faciat delictum; procedat in cognitione caussæ seruata forma Iudicij, non pro precio, vel munere, sentẽtias dicat, sed seruet ea, quæ infra de Iudicibus erunt dicenda. Paul. Fusc. de Visit. Reg. Ecc. lib. 1. c. 15. nu. 32. Ciuc. in Inst. Can. de B Vic. Episcopi, nu. 44. & Rebuff. in d. loco, nu. 33.

Habeat peritiam, & prudẽtiam Regiminis.

Residere debet Vicarius generalis in loco, vbi Episcopus residet, hoc est in eius Palatio, vt facilius inueniatur; vel alibi intrà Ciuitatem, Rebuf. in d. loco, nu. 33. per l. ad subeundam, C. de Decurion. lib. 10.

Officium Vicarij est, associare Episcopum in eius administrationibus, in temporalibus, & spiritualibus negocijs, ex dicto cap. In noua, 16. quæst. 7.

Officium Vicarij quodnã.

Quapropter, spectandæ sunt litteræ suæ facultatis, & quando fuerit cõstitutus Vicarius generalis, tunc habet ordinariam potestatem, & in spiritualibus, & temporalibus. Rebuf. de Vic. Episcopi, num. 18. cum seq. Corrad. in d. §. 1. nu. 2. de communi C dicit, quod habet ordinariam potestatem, ante istos vide Abb. in cap. tua, de officio Vic. nu. 5. & in cons. 88. lib. 1. nu. 6. Card. in Clem. 1. eod. tit. num. 17. & 18. Dec. cons. 66. num. 4.

Episcopi ergo constituere debent Vicarium generalem, non in spiritualibus tantum, vt ad conferenda beneficia, sed in temporalibus etiam, ne fieret fraus Concil. Lateran. cap. fin. & ibi glos. & Doctor. de off. Vic. & c. Statutum, de præbend. lib. 6. ita refert Rebuf. in d. loco, nu. 1. ad pag. 42. Vide etiã Abb. in cap. Cum nobis, olim in fine, & c. Nihil, in fine, De Elect. cap. Cum venerabilis, de Relig. dom.

Vicarius Generalis dicitur spiritualibus & tẽporalibus præpositus Episcopi negocijs.

Vndè, specificandum esset in spiritualibus, & temporalibus, Rebuf. in forma Vicar. Archiep. ad num. 15. & 16. cum seq. per cap. fin. de suppl. negl. Prælat. num. 6. cap. Licet, de off. Vic. lib. 6. & ratio est: quia sicut Episcopus habet spiritualem, & tem-

S poralem

poralem Iurisdictionem, vt suprà dictum est, ita debet habere A Vicarium qui in similibus vices eius gerat.

Spiritualis prædicatur administratio.

Administratio spiritualis cognoscitur ex natura illius quod administratur, veluti, dum dicitur, hoc concernit animę salutẽ, & spiritualitatem, ergo administratio est spiritualis; sic dicendum de temporali, Doct. in cap. 2. de iud. & refert Rebuf. in d. loco, nu. 19. per Bald. cons. 478. lib. 4. Spiritualia sunt excommunicare, suspendere, interdicere, conferre, instituere, confirmare præsentatos, eligere, visitare, corrigere, & punire, in foro pœnitentiali dispensare, & vota commutare, & similia facere; vt refert ex pluribus Rebuf. in d. loco, num. 28.

Et quę sit temporalis.

In temporalibus administratio consideratur in Iudicio, & extra, in Iudicio, ut quia datur potestas pleno iure, quoad merum, & mixtum Imperium, & conceditur omnis Iurisdictio; Extra B Iudicium consistit, omnis alienatio, permutatio, seu locatio, & similia, quæ remitto ad Rebuff. in d. loco, nu. 2. & 21. cum seq.

Continetur etiam in administratione spiritualium, benedicere Moniales, & Abbatissas confirmare, concedere Dimissorias ad ordines, ac alias litteras commendatitias, & similia, quæ alibi diffusius tractabuntur. Vide inter Modernos de his Rebuf. in d. loco, in forma Vicariatus Archiep. Corrad. in d. lib. 2. c. 6. §. 1. & 2. Sbroz. in toto tract. de off. Vic. vbi ad multa limitatur, & ampliatur eius administratio; Circa quæ Vicarius animaduertere dicitur, ne excederet, aut negligens efficeretur, vt de Episcopo dictum fuit.

Tenetur etiam Vicarius accedere ad Ecclesiam, cuius est Vicarius & ibi curare, ut Ecclesia diuinis obsequijs non defraude C tur, secũdum Corrad. in d. lib. 2. §. 2. nu. 7. per Host. de off. Vic. in Sum. in §. fin. ad quæ etiam Episcopus tenetur, ut dictum est supra de Episcopo.

In cæteris debet exercere officiũ boni Iudicis, de quo infra, & boni pastoris. De foraneis satis dictum fuit hic in principio.

Multa à Conc. Trid. sunt demandata Vicario generali, quæ Episcopus alteri non generali committere non deberet, ut de his passim suis locis dicetur; & regula est: Vbicunque Concilium ordinat illud per Episcopum, vel Vicarium generalem esse perficiendum, non videtur posse per alium expediri, quia Iurisdictio à lege tributa est officio speciali, eo magis, quia incompetens est, ut Episcopus plures habeat Vicarios generales, sic

A les, sic illi tantum data est potestas, & non alijs. Sed de hoc alibi.

DE INQVISITORIBVS.

Qui ad talia officia assumantur; De conditionibus requisitis; Et de eorum officio. Cap. XI.

INTER Vicarios generales cõnumerantur etiam Inquisitores contra hæreticam prauitatem, ideo, & de istis aliquid tractandum erit.

B Inquisitor est Iudex delegatus à S. D. N. Papa contra Hæreticos, qui datus est Episcopis tamquam coadiutor, ut commodius hæreses purgentur. Simanc. in Enchirid. tit. 7. num. 50. Direct. Inquisit. 3. p. q. 4. Vbert. in suo ordine Iud. in verbo, Inquisitor.

Inquisitor quid sit.

Tales Inquisitores dicuntur habere Iurisdictionem delegatam, non ordinariam, ex Cõst. Vrbani IIII. Clem. IIII. & referunt Doct. in cap. Ad abolendam, §. si uerò, de hęret. & Direct. in d. 3. p. q 4. Vbert. in verbo, Inquisitor, Simanch. in dicto loco, num. 4.

Nobile est officium, & tamquam à Deo ordinatum figuratiuè tamen, dum Dominus requirebat Adam peccantem Genes. 3. Adam vbi es, & sicut requisiuit alios errantes voce, vel flagel C lis, ut legitur in Genes. 8. quod figuratiuè de Sodomitis, & Gomorreis, & Pharaone, ac alijs legitur, ut in Exod. 3. & Reg. 3. ita etiam & in Act. Apostolorum, 8. ubi Sacerdotes Iudæorum constituerunt Paulum Tarsensem, Inquisitorem in Damasco, ut si quos inuenisset Christi sectatores, uinctos perduceret in Ierusalem, unde merito, & Ecclesia Dei tale institutum sequens, Iudicem, qui talia inquirat, constituit, cui mandatum est, ut iuxta Canonum sanctiones inuestiget delinquentes contra fidem, & ipsius Ecclesię Constitutiones, omnem infidelitatis errorem tollant, ut in sanctitate fideles Deo seruire possint. Hoc idem refert Vber. in uer. Inquisitor, num. 1. & 2.

De nobilitate istius officij.

Requisita autem ad illius statum declarauit Vrbanus IIII. in Extrauag. quæ incipit Percontetis, & Clem. IIII. Prima con-

ditio erit ætas debita, hoc est, quod sit in quadragesimo Anno A suæ ætatis & sat erit, quod attigerit primum diem, cap. Nolentes, de hæret. In delegatis ab ipsis Inquisitoribus generalibus ad recipiendas denunciationes, informationes, dicta testium, & similia, extra sententias, requiritur ętas 30. Annorum per Extrauag. Clem. IIII. incipit (Licet ex omnibus) & refert Vbert. in d. Ordinario Iudicio in ver. Inquisitor, num. 4. quod ita legebatur, in Breui concesso Fratri Paulo de Papia, Inquisitori Ferrariensi; Decernimus insuper, vt vestros Vicarios & Commissarios ita instituere valeatis, Viros scientia probos, prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigesimum annum attigegerint.

Ita etiam legitur in epistola Clementis IIII. & Vrbani, his verbis: Prouidemus igitur ad præsens personas aliquas circum- B spectas pro tanto negocio deputatas, quorum honesta conuersatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinam fundant erudita labia salutarem, vt sacro ipsorum ministerio præfatorum Patrum, ab huiusmodi contagijs expurgentur; Vide in Clement. Volentes, de hæret.

Quæ sciẽtia requiratur ĩ Inquisitore.

Aliud requisitum erit, scientia debita, quæ ad officium sit sufficiens, & cum de fide agatur, ideo in Theologali scientia, ac peritia Canonum, & Iuris Ciuilis debet esse versatus, in Comment. Direct. Inquisit. in par. 3. q. 130. & legitur in Clem. Nolentes, & ibi Glos. & Io. Andr.

Bonitas vitæ requiritur ĩ Inquisitore.

Tertium requisitum est bonitas vitæ, & sanctitas morum; ideo dicitur, quod Inquisitor sit vita honestus, prudẽtia circumspectus, constantia firmus, sacræ doctrinæ fidei eminẽter eruditus, & virtutibus sanctis ornatus, sit fidei Catholicæ zelator, C constanter sufferat labores, viriliter negocia gerat, & inter hæresim optime discernat, Glos. in d. Clem. Nolentes, de hæret. & ibi Io. Andr. Abb. in cap. cum in cunctis, de elect. Simanch. in Enchirid. in tit. 72. Florent. 3. parte, tit. 18. cap. 2. §. 6. Direct. quæst. 1. & 2. & in par. 3. quæst. 16. & in quæst. 130. & ibi in suo Commentatore.

Potestate quanã polleant Inquisitores.

Quarto requiritur potestas, quæ principaliter data est Episcopis, qui cum sint Pastores, vigilare debent, ne Luporum rabie, ac insidijs, Oues Dei de suo ouili dispergantur; post Episcopos duabus tamen Religionibus talis potestas concessa est inquirẽdi contra hæreses, quarum alteri tamquam ex debito compe-

tit, al-

A tit, alteri ex deuotione; Religioni Sancti Dominici competit tamquam ex Regulæ debito, ex quo sit ei demandatum officium prædicationis, quo nihil aliud effici debet quam fideles omnes docere legem Dei, & præcepta Ecclesiæ, & ab eorum animis omnem peccati labem remouere, quod pariter proprium est Inquisitorum.

Quibus competat hoc officium.

Ex deuotione competit Religioni Sancti Francisci de Assisio, cui concessum fuit, vt in quibusdam Italiæ Prouincijs eiusdem ordinis Regulares officium Inquisitorũ exercere possent; Et tandem datur, quibus Sum. Pont. voluerit, quibus tam fœlix officium commissum fuit, fœlices merito sunt, cum illis datum sit in Vinea Domini laborare, & zizaniam à tritico separare, eo quod fructum bonorum operum in gloria recipient.

B Flor. 3. p. tit. 18. cap. 2. & in Direct. 3. p. in Comment. In executione officij hoc præcipuè curare debent, ne dolosè aut fraudulenter quisquis de hoc crimine accusetur: nam qui talia odij causa, aut amoris, lucrive gratia commiserint, vexando indebitè fideles, si Episcopi fuerint, aut maiores Prælati, triennio suspenduntur ab eorum officio; inferiores uerò sunt excommunicati Papali excommunicatione, a qua non absoluuntur, nisi ab ipsa Sancta Sede. Clem. Multorum, de Hær. & Flor. 3. p. tit. 18. c. 2. §. 6. & tit. 24. de excommunicat.

In officio ne excedant.

Aduertant pariter, ne metas sibi traditas excedant, extendentes suæ potestatis officium, ut quod in augmentum fidei per circumspectam eius Sedis vigilãtiam salubriter est prouisum, (dum sub pietatis specie grauant enixè) cedat in fidelium detri-

C mentum, ut in Clem. 1. de hæret.

Item, ne procedant contra illos in quos inquirere in mandatis non habent, sicuti contra Episcopos, aut Nuncios Apostolicos, aut alios maiores Prælatos, uel eorum Inquisitorum superiores, sed in his requiritur specialis Sedis Apostolicæ commissio; Tenentur autem tales diffamatos, aut inuentos hæreticos, Summo Pontifici quamprimum nunciare, cap. Inquisitores, de elect. lib. 6. & ibi glos. & Doct. in Extrauag. cum Matthęus, de hæret. & Flor. in d. §. 6.

In causis ad forũ suũ non spectantibus iudicium facere non debẽt, sicuti cognoscere de vsuris, aut sortilegijs, quãuis modo per Constitutionem Sixti V. causæ sortilegiorum spectent ad Inquisitores, ac etiam Astrologorum, aut de similibus causis,

quas in mandatis antea non habebant, ne aliorum Iurisdictio A turbetur, c. Accusatus, §. sanè, de hæret. lib. 6. & ibi Glos. & Doctor. & refert Flor. in §. 6. & in Directo. p. 3. q. 24. explicãtur casus inquirendi, qui ad Inquisitores spectant.

Aliud requisitum, ne tales Inquisitores, aut Commissarij occupent ea, quæ Cameræ Apostolicę applicãtur, nec extorqueãt pecuniam quauis de causa, sed gratis cuncta per ipsos ministrẽtur, ac per suos Ministros, contrafacientes sunt excommunicati, & à Papa tantum sunt absoluendi, cap. Nolentes, de hæret. & Extrauag. Ex eo, eod. tit. Direct. 3. p. q. 24.

Item ordinatur, quod non abutantur concessione armorum quomodolibet, nec officiales, nisi tales fuerint aliqua de causa necessarij, qui dum opus fuerit vna cum Inquisitoribus accedere debent, ut officia, quę expedierint, exequantur, ex ead. Clem. B Nolentes, de hæret.

Forma fabricandi process⁹. Dum inquirunt, & processus componunt, & in modo examinandi testes, ac processum componendi, & alia similia scribendi, seruatur forma tradita in capit. Vt officium, §. verum, de hæret. lib. 6. & Florent. in d. c. 2. §. 1. & praxis hodie laudabilis seruanda traditur inter alios in Direct. Inquisitor.

Notarij, qui assumũtur ad hoc officium, iurare debent in manibus Ordinarij loci, uel alterius Commissarij, se fideliter officium velle exercere; Hoc pariter iuramẽtum pręstatur à Custodibus Carcerum, & omnibus alijs officialibus, quod in executione sui officij omnem diligentiam necessariò adhibendam obseruabunt. Florent. 3. parte, tit. prædicto, cap. 2. §. 2. Direct. 3. p. q. 60. Com. 109. C

Inquisitores ut sít taciturni necessarium. Curabunt pariter, ut silentio apud alios talia permaneant, ne quouis modo reuelentur quæ fuerint tractata; Custodes carcerum non permittuntur sermonem habere cum carceratis sine licentia Inquisitoris, & sermoni intersit qui ad hoc fuerit deputatus, de causa autem suæ carcerationis non loquantur. Hoc idem seruandum de litteris scribendis, uel recipiẽdis, & de muneribus aut victu accipiendo, ita cuncta fideliter exequantur; de his habetur in Clem. Multorum, & Flor. in d. c. 2. & §. 2. Direct. par. 3. Comm. 61. & q. 12. §. denique.

Carceris qualitas detẽtorũ causa fidei. Curare pariter debent, ut eorum carcer sit ad custodiam nõ ad pœnam, donec causa expediatur, si contigerit dari pro pena, sicut de iure Canonico conceditur, ut in cap. Quamuis, de

pœnis

A pœnis lib.6. sit talis, vt in ea delinquentes viuere possint, videlicet, ne sit obscurus, aut aliter subterraneus, vel sordidus, qui potius perimat, quam custodiat, ne in eodem loco conuersentur Mulieres, quæ in casu pœnæ sunt custodiendæ in alio carcere separato, & de victu necessario prouidendum erit, & ab Inquisitoribus loci tales saltem semel in Anno erunt visitandi; Flor. in d.cap.2. §.4. Direct.3.p. quæst.59.

Aliud requisitum, quod tales Inquisitores Iudices, debent esse Clerici Regulares, vel sæculares, quia hoc Iudicium est merè Ecclesiasticum vsque ad sententiam, ideo de crimine cognoscunt, & iudicant esse hæreticum, cætera quoad pœnam demādantur Iudici laico, necnon Iudex laicus detinet suspectos, & postmodum illos Iudici suo tradit, Clar.§. hæresis, versic. hoc B crimen, cum seq. vers. scias tamen, & Bossius in tit. de foro compet. num.162.

Inquisitoris qui esse possint.

Talibus reis regulariter Aduocatus non conceditur, quando scilicet notum est aliquem esse hæreticum in dubio autem, conceditur ab eisdem Iudicibus ad illum defendendum, non esse culpabilem, & quod sit paratus obedire mandatis Sanctę Ecclesiæ, ideo Aduocatus impetrata venia, poterit nō confessum, vel non conuictum, tueri, seruata forma Iuris. Clar. in d.§. hæresis, versic. vlterius.

Inquisitores in Romana Curia residentes, vel in Prouincijs deputatis ab illis se absentare non debent, nisi ex causa, & tunc sunt constituendi Vicarij, ne oriantur mala in eorum absentia, ex Direct. p.3. quæst.15.

Nō se absentent à loco residentiæ.

C Possunt tales Inquisitores habere socios de fratribus sui ordinis qui in executione sui officij illum comitentur, vbicunque contigerit proficisci absque alia suorum præsidentium licentia, & tales socij deputandi sunt à superioribus Religionis, & sint tales, vt Inquisitores eorum Consilijs in arduis uti possint, ex constit. Clem. IIII. & Vrbani IIII. ex Direct. in d. 3. par. quæst. 20. Com.69.

Possunt habere socios.

Inquisitores dum recipiunt dicta testium, duos homines Religiosos discretos & fideles aduocēt, in quorum præsentia dicta testium describantur per Notarium publicum, si commodè fieri potest, vel per diuersos idoneos ex capit. vt officium, de hæret. lib.6.

Forma examinādi testes.

In sententijs dicendis peritorum consilio vti possunt, quan-

Modus procedendi in Sententijs. do in similibus non fuerint experti. Gōdisl. de hæret. quest. 13. Brun. lib. 4. de hæret. cap. 10. Doct. in cap. vt commissi, lib. 6. Vber. in ver. Inquisitor. A

Non reuelantur testes. Quæ tractata sunt reuelare non licet, quod non tantum Ministris est interdictum, sed etiam Inquisitoribus, & ipsismet Episcopis, præsertim nomina deponentium reuelanda non sunt, ideo fuit imposita pœna excommunicationis latæ sententiæ, contra tales reuelantes, quicquid fuerit de causa Inquisitionis, & delicti publicatum, vide cap. Statuta, §. vt eorumdem, de hæret. lib. 6. Direct. 3. p. q. 83. & ibi in Commentar.

De Salario. Sportulæ autem in similibus sententijs ab Inquisitoribus nō exiguntur, in causis scilicet fidei, sed salarium illis erit constituendum ex pœnis publicis, ita seruatur in Hispania, vt refert Commentator in Direct. 3. p. q. 104. Comment. 153. B

In Italia verò sumptibus Episcoporum, vel Vniuersitatis loci fiunt processus, & reorum etiam, qui ad tales expensas tenentur, Episcopus autem expensas suas non repetit. Abb. in cap. Cum ab omni, de vita, & honest. Cler. num. 12. & 13. Archidiac. consil. 201. & in Comment. Direct. 3. par. quæst. 106. & Comment. 156.

Quomodo procedant Episcopi & Inquisitores. Possunt autem Inquisitores inquirere sine Episcopo, & Episcopus sine eo, sed in sententijs dicendis simul debent conuenire, si fuerint discordes, tunc ad Sum. Pont. vel ad eius deputatos causa transmittitur vna cum processu, & ab eo determinatio negocij expectatur. Flor. 3. p. tit. 18. cap. 2. §. 1. Simanch. in Enchirid. tit. 12. nu. 7. Direct. q. 5. & Doct. in Clem. 1. de hæret. & Vbert. in suo ord. Iud. in verbo, Inquisitor, num. 7. versic. & ita etiam. C

In quibus subiaceant Inquisitores corū superioribus. Tales Inquisitores Regulares non tenentur Prelatis suis obedire in his, quæ spectant ad Sanctum Officium, ex Const. Alexandri, & Vrbani IIII. nec illis tenentur de similibus reddere rationem, quia in istis sunt delegati Papæ, & sic ab istis superioribus non remouētur sine rationabili causa, uel quia ad tempus fuerint deputati, aut quia ita expedit, Vide Vbert. in d. ver. Inquisitor, in num. 4. cum sequen.

Hæc de requisitis ad statum Vicariorum & Inquisitorum dicta sufficiant.

A

DE ARCHIDIACONO.

Diuiſio minorum dignitatum; & de Dignitate Archidiaconi, ac de requiſitis ad talem inſtitutionem; & illius Officio. Cap. XII.

IN omnibus Prælatis inferioribus duo quoad ſtatum eorum ſunt principaliter conſideranda, officium ſcilicet & ordo, inter Officia quædam habent dignitatem, quædam uerò non.

Prælati dicuntur omnes habentes Iuriſdictionem ordinariam, uel non recognoſcentes ſuperiorem, de numero ſcilicet eorum, qui in ea Eccleſia reperiuntur, ſicuti Præpoſiti ad regimen Monaſteriorum, uel Eccleſiarum, uel inter Regulares, Generales, Miniſtri, Priores, Guardiani, & ſimiles, inter Clericos ſæculares omnes habentes prærogatiuam, ut Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, Plebani, Priores, & largo modo omnes habentes curam animarum, & ſecundum communem Concluſionem illi habent dignitatem, qui habent Iuriſdictionem ordinariam: Nam dignitas eſt præeminentia, ſeu prærogatiua in gradu, & rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratio cum Iuriſdictione & intelligitur de Iuriſdictione in foro contentioſo, ut excommunicare, ſuſpendere, & abſoluere, ſicuti Archipresbyter Eccleſiæ Pictauenſis, & ſimiles, de quibus uide apud gloſ. in cap. quia nonnulli, de Cler. nō reſid. & gloſ. in cap. 1. ne Clerici, uel Monachi. Arch. cap. 1. de Conſuet. lib. 6. Abb. in cap. 2. num. 8. & cap. Tua nos, de Cler. ægrot. cap. De multa, de præbend. & in Clem. 1. de elect. & in Clem. Ne in agro, de Statu Monachor. Fel. in c. 2. de Iud. Hoſt. in Sum. de Poſtulat. Rota in nouiſs. de præbend. Deciſ. 9. & ibi in add. Sylueſt. in uerbo, Dignitas, & Beneficium.

Prælati qui dicantur.

B

C

Cognoſcitur etiam ex adminiſtratione rerum Eccleſiaſticarum, quæ Iuriſdictionem ſignificant, ſicuti tenere ſigillum Capituli, Claues ad priuilegia, libros ad Statuta, ſubſcriptio ad negocia Eccleſiæ, & ſimilia, cap. Volumus, diſt. 89. Rota in nouiſs. de elect. deciſ. 4.

Conſideratur etiam dignitas quoad præeminentiam, ut habere ſtallum in Choro, regere Chorum in Diuinis, tenere primum

Dignitas quomodo conſideretur.

mum

mum locum, conuocare Capitulum, præcedere in processioni- A bus; Doct. in cap. Inter, de elect. Rota in d. decis. 4. de elect. in nouiss.

Vnde cognoscitur dignitas ex tribus, Administratione, Præeminentia, & Iurisdictione, quæ in Vicario Episcopi, & in Archidiacono pariter sunt. Felin. in Rubr. de off. leg. Mend. Reg. 24. quæst. 6. num. 6.

Personatus quid. Personatus, est prærogatiua in Ecclesia sine Iurisdictione, ut tenere primum locum in Choro, & in processionibus, aut uocem habere in Capitulo. Doctor. in c. 1. de Consuet. lib. 6. Archid. ibi, num. 2. Rebuf. par. 4. c. 3. num. 6. Paris. de Resign. lib. 2. quæst. 1. num. 91.

Officium quid. Officium Ecclesiasticum dicitur nomen commune dignitati, & personatui, ita erit administratio rerum Ecclesiasticarum B sine Iurisdictione, & prærogatiua, Coras. de Benef. p. 4. cap. 3. num. 8. Capr. in tract. Reg. & Fallent. Reg. 90. nu. 91. Syluest. in uerbo, Dignitas, num. 30. & Paris. de resig. benef. lib. 2. quest. 1. num. 92.

Archidiaconatus quid sit. Archidiaconatus est officium Ecclesiasticum cum Iurisdictione; & eius appellatione ueniunt officia cum præeminentia, & Iurisdictione, & continetur sub nomine Prælatorum. Abb. in cap. Decernimus, de Iurisd. Philip. Franc. in cap. Romana, de Appel. lib. 6. Zabarel. in Clem. fina. de præbend. Put. decis. 89. lib. 1. & est Beneficium Ecclesiasticum secundum communem, quam refert Paris. de Resignat. lib. 2. q. 1. nu. 85. Borg. de Irreg. p. 3. de Dispensat.

An sit Dignitas. Cum ergo Archidiaconatus habeat ordinum administratio C nem, & Iurisdictionem, igitur dicitur prima dignitas in Cathedrali Ecclesia post Episcopum, & in hoc præfertur Archipresbytero in Iurisdictione, secundum Ius commune, licet in multis de Iure precedat Archipresbyter, tamen de consuetudine aliquando seruatur contrarium, ut de Archidiacono, & Archipresbytero Parmensi, & Paduano; Concludendum autem puto, quod in Iurisdictione contentiosa Archidiaconus est maior Archipresbytero, sed in regimine & cura Ecclesiæ Archipresbyter erit maior. Abb. in cap. 1. de off. Archipresb. & cap. fin. eod. tit. nu. 7. Ant. Franc. in addit. ad Abb. in d. c. 1. Zabar. in Clem. fin. de prebend. Alex. cons. 142. lib. 6. Dec. in decis. 420. & cōs. 664. & Boer. decis. 286. Borg. de Irreg. de dispen. Archid.

Differentia inter Archid. & Archipresbyterum.

Sunt

A Sunt autem Vicarij generales nati Archidiaconi, ſcilicet Epiſcoporum, & ideò vocantur oculi Epiſcoporum, cap.1.cap. ad hæredem, de officio Archid. & ibi Abb. & Doctor. Alex.in d.conſ.142. lib.6. Dec.in d.conſ.664. Mend. Reg.24. quæſt.6. Sbroz.lib.1.quæſt.36.

Archid. ſunt Vicarij Epiſcoporum.

Excommunicare poſſunt priuatim, non ſolenniter, ſic & abſoluere excommunicatum ab Epiſcopo eo abſente, vel de eius mandato, ſed ſtandum eſt conſuetudini in multis. Abb.in cap. Archidiaconi, eodem tit. & ibidem cap.1. Spec.hoc eodem tit. But.in cap. Ad hæc, §. ſecundum, eod.tit. Berg.p.3. de diſpenſ. Sbroz.lib.2.quæſt.174.

Poteſtas Archidiaconorum.

Appellatur Coadiutor Epiſcopi, & caput Diaconorum, cõmittit cui voluerit, vt Euãgelium legatur coram Epiſcopo, pre B bet ordinato in ordinatione vrceolum cum aqua, mantili, & manutergio, imperat Diaconis, & Leuitis in miniſterio ordinationis, habet tandem ordinem, & Iuriſdictionem, cap. Officiũ, de officio Archid. cap. Subdiaconus, diſt.23. Gloſ.in cap. Perlectis, diſt.25. Goffr. de officio Archid.nu.4. Hoſt. eod.tit. Sylueſt.in verbo, Archidiaconus.

Officium.

Poteſt Archidiaconus coarctare curatos ad cuſtodiam curę, & committere animarum curã de mandato Epiſcopi, necnon negligentes aſtringere pœnis debitis, & cenſuris; poteſt etiam inquirere exceſſus Clericorum, & illos Epiſcopo nunciare, prędicare in Eccleſia ſua, denunciare dies ieiuniorum, perluſtrat omnes actus Eccleſiaſticarum perſonarum, & ad Epiſcopum refert illos, prouidet remedijs opportunis ſaluti animarũ, ideo C dicitur oculus Epiſcopi, tandem in his attenditur conſuetudo, & conſiderantur priuilegia ſi quæ ſunt in loco Archidiaconi, cap. Diaconi, diſt.93.el 1.& 2. Spec. Goffr. & Hoſt.in tit.de off. Archid. Sbroz.lib.1.quæſt.36.

Archidiaconi poteſtas.

Nõ poteſt cõcedere litteras dimiſſorias, nec vnire Beneficia aut diuidere Eccleſias ſine conſenſu Epiſcopi, nec alienare bona Eccleſiæ ſine ſpeciali mandato; confert beneficia, & illa ex conſuetudine confirmat, ſed non poteſt benedicere Abbatiſſas, nec illas punire. Sbroz.de Vic.Epiſcopi, lib.2.quæſt.41.& quæſtione 114.& quæſt.115.& quæſt.117. Alexand.in conſil.142. libro 6.

Requiſita ad Archidiaconi ſtatum ſunt iſta; Primo erit in eo ætas debita, olim decem, & octo erat annorum, hodie in eo erit

Requiſita in Archidiaco-

ætas

ro quæ. De ętate. De ordine. ætas requisita ad ordinem Diaconatus, scilicet 23. annorum, ex quo Archidiaconus habet ordinem Diaconatus annexum, Abb. in cap. fin. de post. Prælat. Ant. Butr. in d. cap. 1. de off. Archid. cap. Cum in cunctis, §. inferiores, de elect. capit. Legimus, dist. 93. Glos. in Clement. generalem, de ætate & qualit. Concil. Trident. Sess. 24. cap. 12. de Reform. & cap. Nullus, distinct. 60. el primo. Vnde Archidiaconus sacro Diaconatus ordine erit initiatus.

De scientia. Tertiò requiritur scientia debita, veluti sit Magister in Theologia, seu Doctor, aut Licentiatus in Iure, & tales deputandi sunt in Cathedrali, ubi commodè fieri potest, cap. Ad hæc, de officio Archid. cap. Diaconi, dist. 93. Concil. Trident. Sess. 24. cap. 12. de Reform. & Paris. de Resign. benefic. lib. 4. quæst. 11. numero 27.

Officium eiusdem quale. Quartum Requisitum erit prudentia, & diligentia in exequendo officium, cap. perlectis, dist. 25. In electione de se facienda eligendus erit unus de numero Capituli, ex rationibus quas allegat Abb. in capit. Tua nuper, de his, quæ fiunt à Prælatis.

Regulariter Archidiaconi non habent curam animarum de Iure, licet de Consuetudine habere possint. Abb. in cap. Cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & c. 1. de eo, qui furtiuè ord. recepit. & in cap. cum satis, de off. Archid. num. 2. & in cap. dilectus, Borg. de Irreg. par. 3. de dispens. ad interdic.

Quare dicatur Archidiaconus. Appellantur Archidiaconi ab effectu, & officio quod habent, & dicuntur quasi Ministerij Principes, & caput Diaconorum, ab Archos dictione Græca, quod est Princeps, Host. in Summa, de offic. Archidiac. & Syluester, in uerbo, Archidiaconus.

Sunt ergo Ministri Episcoporum, tam in Iurisdictione, quā in administratione rerum spiritualium in domo, sicuti Episcopus per Archidiaconum defendit Viduas, & Pupillos, & Pauperibus subuenit, existentes in carceribus ab eo visitantur, iussu Episcopi, et in necessitatibus de bonis Ecclesiasticis egeni ipsius opera subleuantur, ex Conc. Aurelianensi 5. Can. 7. & suprà de Episcopis dictum est.

DE

A

DE ARCHIPRESBYTERO.

De eius dignitate, requisitis, & officio. Cap. XIII.

ARCHIPRESBYTERORVM differentia duplex est, nam quidam dicuntur Ciuitatenses, alij Rurales, & eorum officium est Ecclesiasticum. Abb. in cap. Officium, eod. tit. Zabar. in Clem. 1. de præbend. Syluest. in uerbo, Archipresbyter.

Differentiæ Archipresbyterorũ.

Ciuitatensis Archipresbyter, nuncupatur alio nomine Decanus, fungitur officio Vicarij Episcopi in spiritualibus, in foro pœnitentiali, & celebratione diuinorum offi-B ciorum, sic de Iure appellatur dignitas, & dicitur quasi presbyterorum Princeps, Abb. & But. in d. c. 1. eod. tit. Zabar. in d. Clemen. 1. eod. tit. & Goffr. ibidem.

Ciuitatẽses qui.

In Ecclesia vbi Archidiaconus non reperitur, Archipresbyter est maior in dignitate, & Iurisdictione, sed eo existente in administratione rerum tpalium, maior est Archidiaconus Archipresbytero, vt supra tactũ est; Ad clariorẽ notitiã notandum est, quod in Metropoli, vel Cathedrali Ecclesia, duæ sunt dignitates, una temporalis, quæ est in Archidiacono, alia spiritualis in Archipresbytero. Abb. in c. 1. eod. tit. Anton. Fran. ibidem, in Addit. Zabar. in d. Clem. 1. Decius cõs. 420. Alex. in cons. 142. lib. 6. Host. & Goffr. eod. tit. Syluest. in uerbo, Archipresbyter.

Ciuitatensis, & Decanus, idem sunt; Sumptum est, autem C hoc nomen Decani à quadam antiqua institutione, nam ut legitur in Exodo cap. 18. illi, qui erant ordinati à Moyse, ut Populo iura darent, Decani, seu Decuriones appellabantur, tamen hodie secundum Canones illi sumuntur, qui sunt alterius Collegij caput, ita dicitur Monachorũ Decanus; & sicut olim, qui præerat militibus decem, erat Decanus, eo modo ad illorum similitudinem, qui præest pluribus presbyteris in Ecclesia, dicitur Decanus, ut legitur in lib. 12. C. de Decurion. & ibi Lucas de Penna, & cap. Nullus, & cap. Innouamus, dist. 60. Abb. in cap. Ad hæc, eod. titulo.

Isti Decani si sunt in Ciuitate, & habuerint Iurisdictionem, dicuntur esse in dignitate, & tenent primum locum in Choro, sed si sunt in Rure, ut Decani Rurales, dicuntur Vicarij Fora-

Decanii qui.

nei.

nei Episcopi, & nõ habent dignitatem, ex eod. Ant. Frãco, in A Annot. ad Abb. in d.c. Ad hæc, & Rot. Rom. in nouiss. decis. 4. de elect. & de Concess. Præbend. decis. 16. Homode. de incompat. benef. par. 1. cap. 7.

Officium eorũ quale. Officium Archipresbyteri Ciuitatensis, uel Decani est, gerere curam super omnes Presbyteros in ordine positos, & assiduè in Ecclesia stare, in absentia Episcopi Missas celebrare solẽnes, & Collectas dicere, sic præest alijs in officijs Presbyteris, & in cura animarum erit diligẽs custos, suosque Sacerdotes diriget, ut ministerium Sacerdotale in lege Domini proficiat, quod autem solenne agẽdum erit, debito ut ordine, & cultu sancto exerceant, in communicatione corporis, & sanguinis D. N. Iesu Christi Ecclesiæ ritus seruentur, benedictiones presbyterales in Ecclesia, quando ei placuerit facultatem habet, vel impeditus cuilibet de Sacerdotibus ordinare poterit, ut Missas cantẽt, B iubet Sacerdotibus, vt omnes inseruiant Episcopo celebranti, ordinat, ut sacramentum Eucharistiæ benè, & deuotè custodiatur, ac debito modo deferatur ad infirmos, & alia Sacramenta congruo tempore ministrentur, ex c. 1. & 2. & cap. officium, de off. Archipresb. & ibi Abb. & Doct. Host. & Goffr. eod. tit. Syluest. in d. verbo, Archipresbyter.

Ruralis Archipresbyter qui. Ruralis Archipresbyter, vel Decanus, alio modo Plebanus, à Regimine plebis nuncupatur, unde si habet Capellanos perpetuos, in sua Ecclesia, dicitur esse cum dignitate; Vel si est in Collegiata, & in Parochiali curata, Philip. Franc. in c. 1. ne Clerici, uel Monachi, lib. 6. nu. 4. & 5. Zabar. in Clem.... de preben. num. 4. & in Clem. Vnica, §. in quibus, de supplen. negl. Prælat. C Anch. in Clem. & si principalis, de Rescript. num. 8. & 9.

Quilibet ergo Archipresbyter Ruralis, uel Plebanus, debet habere sub se Presbyteros titulares qui à Plebano tenentur recipere Ecclesiastica Sacramenta, Abb. in c. fin. eod. titulo.

Plebanus quis. Plebanus dicitur, quia plebem habet, & Plebs dicitur congregatio Populi, non habentis corpus collectum sicuti est Ciuitas, Glos. in cap. Nota, dist. 63. Franc. in d.c. 1. ne Cler. vel Mona. lib. 6. Io. Sylua, de benef. p. 1. q. 2. num. 75.

Officium eius quale. Officium Ruralium Archipresbyterorum, vel Plebani est, gerere imperiti vulgi solicitudinem, & habere alios Clericos, qui per minores titulos vnusquisque opus suum exerceat, nec non cuncta, quæ ad salutem suæ plebis spectant, Episcopo signi-

A significare tenetur, nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumat, unde potest Capellanos sibi subiectos coercere, & ad suam obedientiam reducere; & inferiores reuerentiam, & obedientiam præstare debent superioribus, pro Baptismo, & celebrandis officijs insimul conuenire tenentur, & correctionem recipere, inobedientes in casu concesso excommunicat, & talis Vicarius Foraneus Episcopi dicitur. Doct. in cap. fin. eod. tit. Spec. lib. 3. eod. tit. Flor. 3. par. tit. 19. cap. 7. Sbroz. lib. 1. quæst. 13.

Requisita in Archipresbytero.

Conditiones Archipresbyterorum Ciuitatensium, & Ruralium sunt, Primò ordo Sacerdotalis. Abb. c. fin. eod. tit. num. 1. & cap. 1. de ætate & qualitate.

Secundò, si habuerint curam animarum, sint tales, de quibus B infrà de Curatis dicetur.

Tertiò, habeant ætatem, scientiam, prudentiam, & bonitatem, quæ beneficiatis curatis conueniunt, de quibus suo loco tractabitur.

DE PRAEPOSITIS ET Prioribus.

Diuisio eorum, requisitis, & officijs. Cap. XIIII.

Prepositi qui.

PRAEPOSITVRA est officium Ecclesiasticum, cap. Dudum, el primo, de elect. Sylua. quęst. 2. num. C 75. refert Paris. de Resig. benef. lib. 2. quæst. 1. num. 97.

Præpositi dicuntur omnes, qui alijs præsunt, & est generale nomen. Abb. in cap. quamuis, de uerb. signif. & cap. Saluator, 1. q. 3. circa medium. Glos. & Abb. cap. 1. de ætate & qualitate.

Plures numerantur Dignitates quam Prælaturæ, nam Dignitates sunt Abbatiæ, uel Prioratus, Præposituræ, Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, Prælati Vicario sunt maiores, vt Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Cardinales, & similes maiores, ut supra dictum est c. 1. de ætate & qualitate, & Abb. ibi.

Præpositi sunt illi, qui Prioratus curam gerunt, & omnium, quæ

quæ sunt in Ecclesia efficiuntur dispensatores, capit. Quamuis, de verb. sign. cap. Expedit, 12. q. 1. Marc. Ant. Salernit. de orig. Ecclesiæ, Redd. p. 3. cap. 23. nu. 49. A

Habent annexum ordinem presbyteratus, & curam animarum gerunt, ideo requirunt ea quæ ad ordinem & ad beneficiũ curatum sunt necessaria de quibus suo loco. Abb. in d. c. Vt Abbates, de ætate & qualita.

Prioratus qualis sit.

Prioratus inter alia officia Ecclesiastica & beneficia numerantur. Ioan. Sylua, de benef. par... quæst. 2. nu. 87. & refert Paris. in d. quæst. 1. num. 76.

Sunt autem Priores in duplici differentia; quidam sunt Claustralium Regularium, alij Sacerdotum Clericorum seculariũ vel manualium, Glos. in Clem. Cæterorum, de statu Monach. Fel. in cap. Vestra, de Rescript. num. 74. B

Claustrales autem dicuntur illi, qui ad regimen alicuius Monasterij per Abbatem, vel superiorem destinãtur; & est eadem dignitas cum Abbatia in loco; Innoc. in cap. Monachi, de statu Monach. Abb. in cap. Nisi essent, de probat. Bald. in Margarita, (Prior) Zabar. in Clem. Monasteriorum, de rebus Ecc. non alien. nu. 29. Honded. de Incomp. benef. par. 1. ca. 6. nu. 2. Oldra. in cons. 281. Card. in Clem. Dudum, §. statuimus, de sepult. nu. 5. Mend. Reg. 3. quæst. 8. num. 4.

Isti nullam habent administrationem temporalem, sed solum spiritualem, circa officium in personas Monachorum, glo. in extr. Comm. de præben. in verbo, Prioratus.

Requisita.

Qui non habent supra se Abbatem, funguntur vice Abbatis, nisi sint exempti, & quæ dicta sunt de Abbate, competunt etiam Prioribus, vt dictum est, & habetur apud Abb. in capit. Cum illorum, de sent. excom. num. 13. C

Prioratus alicuius Monasterij concedi potest à Papa alicui Monacho ad vitam, sed alius citrà Papam non potest, nec Prior fit, vbi duo Monachi stare non possunt Abb. in cap. Cum inter, de elect. num. 2. & num. 10. Abb. in Clem. Ne in agro, de statu monachor.

Requiritur ætas debita, quæ est 25. annorum, si habent curam animarum annexam, aliter sufficiunt anni 20. sed si extra Collegium, veluti beneficium simplex, tunc sat erit ætas 14. annorum. Abb. in d. Clementina, Ne in agro, de statu Monach. num. 30. & 31. & cap. Super inordinata, de præbend. num. 10.

Secularium

A Secularium Clericorum Prioratus erit ille, qui est caput Collegij Canonicorum viuentium in communi collegialiter, & tales etiam Præpositi dicuntur, Glos. in Clem. Cæterorum, de statu Monach. cap. Nobis, de Iure patr. Glos. in d. Extrauag. Comm. de præbend. & Paris. de Resignat. lib. 1. quæstione 1. numero 16.

Isti enim subdiuiduntur: nam quidam sunt Rectores Ecclesiarum Ruralium, qui curam animarum habent, ut in Prioratu de Carcascio, vel de Fraga, qui olim habebant Collegium in actu, & hodie dicitur extinctum, quod in multis Italiæ Ecclesijs seruatur.

Quidam alij Prioratus sunt capita Ecclesiarum Collegiatarum, vt Prior Pictauensis; Doct. in cap. fin. de præbend. Nauar. B in Manuali, cap. 25. num. 135. Paris. d. lib. 2. quæst. 1. nu. 77. de Resig. benefic.

Ista officia diuersificantur in nomine, licet non in effectu, & secundum consuetudinem locorum nuncupantur, vt in Hispania ille intelligitur Archidiaconus, de quo in tit. de off. Arch. Decani dicuntur illi, qui primum locum tenent in Capitulo post Episcopum. Inter Regulares appellantur Priores, in Gallia Præpositi, in Italia Archipresbyteri, Priores, & Plebani, tamquam nomina magis vsitata, ex Nau. in d. c. 25. nu. 135. & ex ipso facto cernitur.

Habet annexum ordinem Sacerdotij, & curam animarum, sic requiruntur in eis, quæ de talibus dicta sunt, de ætate, scientia, moribus, & similibus, Flor. 3. p. tit. 19. cap. 7.

C Officium eorum erit, quod supra de Archipresbytero dictum est, cum quo tales conueniunt.

DE ECCLESIIS CATHEDRALIBUS.

A

De earum noua institutione, honore, & dignitate, & de Conditione Canonicorum & eorum officijs, vita, & moribus. Cap. XV.

Quæ dicatur Cathedralis Ecclesia.

CATHEDRALIS Ecclesia, quæ præmissas omnes Dignitates continet, & alia insimul officia Ecclesiastica præferenda est modo omnibus alijs Ecclesijs in Diœcesi existentibus.

Appellatur Cathedralis, à Cathedra Episcopi, vbi ipse residet, sic nomen recipit à digniori. B arg.cap.Nec numerus, 10.quæst.3.versic.(Cathedraticum.)

Institutio Ecclesiæ Cathedralis qualis.

Constituitur & erigitur Cathedralis Ecclesia ad augendum cultum diuinum, vnde si de nouo esset erigenda, consideranda sunt ista, videlicet: Primò, quod locus vbi erigenda erit, habeat Populum nobilem, & numerosum, ita, ut absque huiusmodi erectione populus pateretur in diuinis, sic ut ad maiorem commoditatem administrandi diuina fiat. Secundò, quod populus habeat nobilitatem in moribus, & honestate; Tertiò, ut ibi sit copia Sacerdotum, ne Sedes Episcopalis uilescat; Tales de facili non conceduntur erigendę de nouo, nisi ex causis iam dictis. uel maioribus, arbitrio Sum. Pont. existētibus; Ecclesię autem, quæ olim fuerant Cathedrales, sed bello, aut infidelium iniquitate dignitatem amiserunt, restituendæ sunt, dum commodè fie C ri potuerit, ad pristinum statum, aut si quispiam infideliū Rex ueniret ad fidem, tunc in loco Regio erigitur Metropolis, uel Cathedralis Ecclesia, c. Episcopi, dist. 80. & ibi per totum, cap. Præcipimus, & c. Felix, 16. q. 1. & c. Ex parte, de Const. & ibi Doctores.

Notandum quoque, quod Imperator etiam potest erigere Metropolitanas, & Cathedrales Ciuitates, quoad priuilegia secularia, concedēdo alicui loco priuilegia secularia, ac si ibi fuisset Archiepiscopus, uel Episcopus; Sed quoad dignitates Ecclesiasticas, solum Papa potest deputare Archiepiscopalem, uel Episcopalem Sedem in loco. Glos. in c. 1. Ne Sede uacante, & c. quod translationem, cum Glos. de officio leg. Innoc. in cap.

Cum

A Cum ab Ecclesiarum, de off. ord. & refert Rebuf. in Praxi bene fic. ad pag. 228. num. 5. & 6.

Capitulũ Ecclesiæ Cathedralis honorandum.

Capitulum, (quod Cathedram reprȩsentat) Collegialiter cõgregatum, debet ab omnibus Prælatis Inferioribus Episcopo honorari, & hoc pariter ab omnibus alijs Clericis totius Dioec. sicuti honoratur caput eius Episcopus, singuli autem non eodem honore præcedunt, Abb. in cap. Cum non liceat, de præscript. Fel. in d. loco. Bal. l. fin. C. de bon. lib. Rota in antiquis, de Regul.

Canonicorum gradus in Cathedrali qui, & quales.

Quapropter Canonici, quando sunt in Capitulo, vti Collaterales Episcopi Cardinales (similitudinariè vel comparatiuè) tamquam principales post Prælatum in sua Dioc. nuncupantur. Habent tantum dignitatem præeminentiæ in loco suæ Ec-B clesię, non autem administrationem, nec dignitatem cum Iurisdictione, nisi pro sua præbenda Canonicatui annexa, sicuti alij beneficiati administrationem tantum habent, in reliquis tenẽt stallum in Choro, & vocem in Capitulo. Doct. in c. 2. de off. Archid. Fel. in cap. Cum non liceat, de Rescript. & in cap. Pastoralis, de officio Legati, & in Margarita, in verbo, (Canonicus an possit) Rota in nouis. de Præbend. decis. 442. & de communi testatur Paris. de Resign. lib. 2. quæst. 1. num. 103. per plures decis.

Canonici quinã dicantur.

Sub isto nomine Canonicorum veniunt Canonici Seculares, & Regulares. Abb. in Clem. dispendiosam, de iud. num. 2. Paris. de Resig. lib. 2. q. 3. num. 88. est autem Canonicatus Ius incorporale & indiuiduum, quod duobus communicari non C debet, cap. Dilecto, de præbend. sic vnus non potest habere prębendam, & alter Canonicatum. Abb. in d. c. Dilecto.

De dignitate & prȩeminẽtia inter Canonicos.

Canonici cum alijs Sacerdotibus ratione ordinis sunt pares, (hoc intellige inter ipsos,) sed vnus præcedit alterum, vel ratione officij, vt Archipresbyter dicitur maior Decano, eo quod potest se subscribere post Episcopum, conuocare Capitulum, & habere primam vocem in Capitulo, si hoc est de Consuetudine, quæ aliter non repugnet, & Decanus maior alijs, vel ratione temporis, secundum Regulam, Prior in tempore, potior in iure, Glos. in c. 1. ne Cler. uel Monachi, Abb. & Fel. in cap. 1. de Sentẽtia & re iud. Rota de elect. Decis. 4. Paris. de Resig. lib. 1. q. 14. nu. 27. quod quilibet Canonicus debet habere locum suũ in Choro, & in processionibus & similibus actionibus.

Faciunt vnũ corpus cum Episcopo.

Canonici dicuntur esse de Capitulo collegialiter congregati, ideo faciunt unum corpus cum Episcopo, & appellantur fratres Episcopi, sicut Cardinales fratres Papæ, ex Paris. de Resignat. benefic. lib. 5. q. 6. nu. 87. cum seq. per Card. Paris. consil. 31. lib. 4. num. 12. Abb. in c. Nouit, de his, quæ fiunt à præl. & Pauin. de Visit. lib. 1. cap. 15. A

Numer⁹ Canonicorum qualis.

Ad Cathedrales Ecclesias tot numero Canonici sint quot pro seruitio Ecclesiæ satisfacere possint. Vnde in eius erectione determinatur numerus saltem duodenarius, ut Episcopus dum diuina celebrat, suo muneri satisfacere possit, & decor Prælati conseruetur, sic prouẽtus pro Canonicis tot sint, quot sufficiãt pro honesta sustentatione eorum, & ut commodè omnia Ecclesiæ onera sustinere possint. Abb. & Fel. in c. Cum accessissent, de Const. & uidi hoc seruari à S. D. N. Clemente VIII. etiam B in creatione cuiusdam Collegiatæ Ecclesiæ & aliàs fuit seruatum in erectione Cathedralis Ecclesiæ à Sixto V.

Hierarchia inter Canonicos.

Secundò, quod inter Canonicos fiat Hierarchia, sicuti de Cardinalibus cum Papa dictum fuit, ideo ordinentur in Collegio Archidiaconus, Archipresbyter, Decanus, Præpositus, & similes, inter ordinatos, Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & deputẽtur ad alia officia ex numero Canonicorum, ueluti Portionarij, seu Mansionarij, Capellani, Primicerij, Sacrista, Custodes, Cantores, & similes, necnon Magister in Theologia, qui legat, Pœnitentiarius, & Clerici minores inseruientes ministerio Ecclesię; de his omnibus suis locis agetur, argumento eorũ, quę habentur in Conc. Trid. Sess. 24. cap. 4. & Sess. 23. c. 17. de Refor. de quibus Pauin. de officio siue pot. Capituli. C

Quando poßit augeri numer⁹ Canonicorũ.

Augere autem numerum determinatum Canonicorum nõ licet, nisi augeatur prouentus, ita nec diminuere, sine diminutione fructuum, & tale augumentum, talisque diminutio, à Papa tantum fieri potest, quando Canonici in eius erectione facta coram Papa iurassent non augere, aliàs Episcopus cum Capitulo posset. Abb. in d. cap. Cum accessissent, de Const. & pot. Ecc. et ibi Fel. et in cap. fin. de uer. sign. in cap. 2. de Inst.

Si aliquis fuerit receptus suprà numerum, appellatur Supernumerarius, et non gaudet priuilegijs Canonicorum, Abb. et Fel. in c. Cum M. Ferrar. de Const. Bart. l. si duos, ff. de excus. tutor. Facto numero Canonicorum eo modo, quo dictum est, tunc Canonici cum Episcopo erigere debent caput Collegij,

qui lo-

A qui locum Episcopi teneat in Ecclesia sicuti sunt Archipresbyter, Prior, Præpositus, & similes, præsertim in principalibus Ecclesijs Patriarchalibus, & Metropolitanis, Glos. & Doct. in c. Statutum, de elect.

In quibus erigendis, vel restaurandis, non solum præmissa de Cathedrali seruanda sunt, sed multo maiora, laudabilia, & sancta sunt inducenda statuta ad augendum cultum diuinum, & dignitatem Patriarchalem, sic officia, ordines, gradus, & dignitates omnes in talibus Ecclesijs tamquam opportuna, & necessaria essent erigenda, argum. Concil. Trid. Sess. 22. cap. 1. & Sess. 24. cap. 12. & de Celeb. Missarum cap. 1. & quæ habentur in tit. de officio Archid. Archipres. cum seq. quæ officia in talibus Ecclesijs adaptantur.

Ad quæ teneãtur Canonici in eorum Ecclesiis.

B Tenentur Canonici habere in Ecclesia Lectorem in Theologia, qui publicè munere legendi fungatur, & præbenda pro eius mercede deputetur, ex Concil. Trid. Sess. 5. c. 1. & Sess. 24. cap. 8. de Reformat.

Insuper, & Pœnitentiarium, qui sit Licentiatus, vel Magister in Theologia, aut Doctor in Iure Canonico, & sit annorũ 40. Cui deputetur certa præbenda pro stipendio, ex eod. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 8.

Recipere aliquid pro Canonicatu quomodo liceat.

Dum in locum demortui Canonici alter eligitur, cæteri Canonici pro tali receptione nihil recipere possunt, quoniam hoc esset Simoniacum, sed si statutum esset in Ecclesia, quod noui Canonici in eorum inuestitura aliquid esculentum, vel poculentum, aut biretum, vel simile tenerentur soluere, tũc non pec-C carent, nec recipientes, nec dantes, secundum Fel. in cap. Iacobus, de Simonia, Abb. & Fel. in cap. Dilectus, eod. titulo.

Quomodo dicatur quod Canonici habeant Ecclesiã.

Notandum, quod Ecclesia Cathedralis non est Canonicorum, sed Episcopi, & Canonici dicuntur habere beneficium in Ecclesia, cap. Cum in Ecclesia tua, de præbend. lib. 6. cap. Cum tua, de Consuet. in 6. Abb. in consil. 9. lib. 2. & in cap. fin. de præbend.

Habent Canonici quandam comparationem cum Episcopo, sicuti Cardinales cum Papa, ideo Canonici appellantur fratres Episcopi, Consiliarij, & pars corporis eius, sicuti dictum est de Cardinalibus; nec isti Canonici possunt aliquid statuere, vel disponere, sine Episcopi voluntate; De his vide Abb. in ca. Nouit, de his quæ fiunt à Prælat. nu. 3. & refert Rutilius Benzo

nus in tract. de Fuga, lib. 1. disp. 1. quæst. 7. pag. 122. A

Episcop⁹ utitur Cõsilio Canonicorum.

Sicut Papa in arduis accipit Cardinalium consilium, sic Episcopus cũ suis Canonicis aget, & licet Episcopus statuere possit sine consensu Capituli, in his, quæ à Iure, vel Consuetudine non prohibentur, tamen in magnis, & arduis negocijs, respicientibus Ius cõe, dum agitur de eius derogatione non põt, cap. Si quis venerit, de maior. & obed. Abb. in cap. Cum consuetudinis, de Const. & in cap. Cum dilectus, eodem tit. num. 10. Io. Andr. in fine, de officio Archidiaconi, lib. 6. & infrà dicetur. de Synodis. Firman. de Episcopis, 5. parte, lib. 4. de pot. Episcopi, circa temporalia, num. 58. Paris. de Resignat. lib. 8. quæst. 23. numero 8.

Cathedralis potest habere curam animarum, & tunc Capitulum prouidet de idoneo Sacerdote, qui illam administret, B cum certa prouentus portione, Abb. cap. Super, de sepult.

Tenetur pariter erigere Seminarium, secundum formam Conc. Trid. Sess. 23. cap. fina. de quo latius infrà dicetur.

De autoritate Capituli.

De autoritate Capituli, multi, multa scripsere, & primò, plena existente Sede, restricta est eius Iurisdictio, unde Canonici non possunt minuere, nec uariare stipendia distributionum, nec propria autoritate aut uigore cuiuscunque Statuti, & Decreti, gratias, seu remissiones Capitulariter facere de tali distributione imminuenda, nec possunt aliquem eximere à seruitio in damnum Ecclesiæ, ueluti si concederentur Canonico distributiones, et non seruiẽdo Ecclesiæ, idcirco generalis regula est, quod omnis Consuetudo contraria dicitur abusus, & corruptela, ex eod. Benzo. in d. tract. de Fuga lib. 1. dispu. 1. quæst. 7. ad pag. C 125. facie 2. per Concil. Trident. Sess. 21. cap. 3. & Sess. 24. cap. 12.

Sede autem uacante multa conceduntur indulta secundum Pauin. de potestate Cap. Sede Vacante, & nonnulla etiam refert Paris. de Resign. Benef. lib. 8. quæst. 23. per totam, quia tũc in multis uices gerit Episcopi in spiritualibus, & temporalibus, sed non succedit in Iurisdictione uoluntaria; Litteris autem eius creditur, sicuti Episcopi, & Capitulum mortuo Prælato appellatur successor Episcopi. Mend. Reg. 8. quęst. 8. Paris. in d. quæst. 23. num. 13. lib. 8. Sbroz. de Vicario, lib. 1. q. 15. & 16. & lib. 2. quæst. 187.

Administrat duas species Iurisdictionis ordinarię scilicet, & uolun-

A uoluntariæ; ea uerò, quæ sunt ordinis non habet, ueluti conferre ordines, conficere Crisma, Consecrare, excommunicare, interdicere, & similia, secundum Fel. in c. 1. de maior. & obed. in cap. Eam te, de Rescript. & in cap. Cum omnes, de Const. cap. Ex parte, de Rescript. & Paris. in dicto loco.

Eligit Oeconomum, qui curam bonorum Episcopatus gerat, & talis postea rationem reddet Episcopo electo, ex capit. Non licet, 12. quæst. 1.

Eligit pariter Vicarium, aut existẽtem confirmat, qui sit Doctor in Iure Canonico, uel Licentiatus; Concil. Trid. Sess. 24. cap. 16. de Reform.

Congregat Capitulum sine consensu Episcopi, & sine interuentu ipsius, uel eius Vicario, & deliberat quicquid placet iux-B ta suas facultates; Episcopus autem hæc prohibere non potest; hoc uerò conceditur, dum ei placuerit, illud conuocare poterit, & uota exquirere de re, quæ non spectet ad se, & suorum commodum, seruata scilicet forma debita Capituli agendi in similibus; Hoc idem agere poterit Vicarius absente Episcopo, cap. nouit, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli, Concil. Trid. Sess. 25. cap. 6. de Reform. & declaratum fuit in sacra Congr. Concilij.

In electione facienda ab Episcopo de Lectore in Theologia, poterit unus de Capitulo cum Episcopo interuenire, Concil. Trid. Sess. 5. cap. 1. de Reformat.

Sede uacante, Capitulum absoluit ab Excommunicatione à qua potest Episcopus, ex cap. Vnico, de maior. & obedient.

C Dispensat in eisdem casibus, in quibus posset dispensare Episcopus de Iure. Abb. in Cap. cum olim, de maior. & obed. & Borg. de Irreg. hoc eod. tit.

Concedit Confessorem, qui absoluat à peccatis Episcopo reseruatis, Abb. in capit. Cum olim, In alienationibus bonorum Ecclesiasticorum debet Capitulum interponere suam autoritatem, Federic. de Senis in cons. 30. Firman. de Episcopo, parte 4. num. 72. cum seq. Paris. de Resig. lib. 8. quæst. 8.

Sede uacante uisitare potest, Abb. in cap. Hospite, de Cens. & infrà, de Visitat.

Potest facere Statuta, quæ non concernant interesse successoris, & durant usque ad eius aduentum, quia par in parem non habet imperium, capit. Innotuit, de elect. cap. fin. de Constit.

libro 6. & ibi Doctor. Feder. in consil. 16. A

Concedit Indulgentias Episcopales, Abb. in cap. Cum ex eo, de poenit. Glos. in uerbo, Capitulum, in cap. Si Episcopus, de supplen. negl. Prælat. & in cap. fin. de rerum permutat. Paul. quæst. 4. par. 1.

In permutationibus & unionibus requiritur eius consensus, Doct. in cap. fin. de Rerum permut. Sylu. in uerbo, Capitulum.

Non alienat Sede uacante, non licentiat aliquem ab Ecclesia, non dat litteras dimissoriales, non recipit permutationes, nec renunciationes beneficij, in rebus communibus non agit sine Prelato, & similia, refert Paris. d. tract. de Resig. lib. 8. q. 23. per totam, & Conc. Trid. Sess. 7. cap. 10.

Episcopi mitius agunt cum suis Canonicis, ideo contra delinquentes data est forma procedendi, in Concil. Trid. Sess. 6. cap. 4. & Sess. 25. cap. 6. B

Nec Capitulum potest facere Statuta generalia circa statũ Ecclesiæ, ueluti, de residentia, aut simili causa, sine licentia Episcopi, consuetudine, uel Stylo, sine eiusdem licentia, nec illa inducere potest, latè declaratur à Benz. de Fuga, in d. lib. 1. disp. 1. quæst. 7. pag. 121. cum seq.

Ideo curat in omnibus ijs quæ ad vniuersalem statum Ecclesiæ pertinent sui Prælati consensum habere statuta autem quæcunque laudabilia ad augendum cultum Diuinum sunt inducenda, cæteraque veluti superflua ac inutilia tollantur, vt cuncta in charitate, & pace gubernentur. arg. cap. fin. de Const. lib. 6. & toto corpore Conc. Trident. C

His breuiter præmissis, sermo ad Canonicorum statum dirigetur.

Primò itaque legimus Canonicis nõ licere beneficia incompatibilia personalem residentiam requirentia retinere, Mend. Reg. 2. q. 14. nu. 4. & determinatur in Conc. Trid. Sess. 7. cap. 5. Sess. 24. cap. 17. de his latius infrà, de beneficijs.

Requisita in Canonicis. Personatus, Dignitates, & Canonicatus Ecclesiæ Metropolitanæ, vel Cathedralis non conferũtur nisi Magistris in Theologia, aut Doctoribus in Iure Canonico, vel Licentiatis, ex eodem Conc. Trid. Sess. 24. cap. 12.

Aetas Canonici. Ætas debita pariter postulatur, quæ secundum antiquos Doctores erat quatuordecim annorum sine aliqua dispensatione,

Glos.

A Glos. in c. Statutum, de Rescript. §. 1. Zabar. in Clem. fina. de ætate & qualit. Mend. Reg. 18. quæst. 1.

At alij tenuerunt contrarium, quod maior ætas requiratur, scilicet uigintiduorum annorum, & est communis. Abb in ca. Super, de præbend. & ibi Host. Ant. Butr. & Felin. in cap. ex Insinuatione, de Simonia & terminatum in Conc. Trid. Sess. 24. cap. 12. de Reform. quæ ætas ita fuit determinata, ut possit sacris initiari.

Requiritur etiam, quod intra annum à die adeptæ possessionis, tenentur sacris initiari, ex cap. Licet Canon, c. Cum ex eo, de elect. lib. 6. & Clem. 1. de ętate & qualit. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 12. de Refor. & cap. 4. Sess. 22.

Qui autem talem ordinem suscipere neglexerint, uocem nō B habebunt in Capitulo, ex d. Clem. de ætate & qualit. Abb. in d. c. 2. de Inst. & in dicta Clem. Vt hi, & in cap. Cum M. de Const. & cap. Cum adeo, de Rescript. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 12. de Reformat. his uerbis: In omnibus Ecclesijs Cathedralibus, omnes Canonicatus, aut portiones habeant annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus, uel Subdiaconatus, & sic dimidia parte fructuum seu distributionum priuetur, de quo & in d. Clem. Vt hi, & ibi glos. & Doct. in cap. Licet tamen, de elect. lib. 6.

Requiritur scientia debita in Canonico.

Tertium requisitum est scientia, ideo, ut dictum est, deberent esse Doctores, uel Licentiati in Iure Canonico, uel Theologia, ex d. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 12.

Merito à Greg. XIII. fuit promulgata Lex, ut non solum in C Curia beneficia requirentia residentiam, non conferantur nisi præuio examine, sed & Dignitates, Canonicatus, Metropolitanarum aut Cathedralium, ad concursum exponerentur, ita etiam refert Paris. de Resign. benef. lib. 10. quæst. 3. nu. fin.

Deputentur distributiones.

Quartum requisitum, quod tertia pars fructuum præbendarum inter distributiones assignetur, vbi talis portio non fuerit deputata, vt saltem spe præmij Canonici Ecclesiæ inseruiant, ex Concil. Trid. Sess. 22. cap. 3.

Officium eorū quale.

Officium Canonciorum est residere in Ecclesia, & non abesse vltrà tres menses in quolibet Anno, & in dicto tempore distributiones non lucrantur, etiam consuetudine in contrarium existente, ex Conc. Trident. Sess. 24. c. 12. de Refor. & ex Decreto Congr. Conc. anno 1584.

Qui

Qui autem vltra sex menses abfuerit, priuatur dimidia parte A fructuum, si denuò fuerit contumax, omnibus fructibus priuatur, secundum Conc. Trid. Sess. 24. c. 12.

Qui horis debitis recitandis officijs Diuinis non interfuerit, vel officium debitum prætermiserit, debita portione illi officio, vel horæ prætermissæ designata multatur, quæ portio alijs seruientibus applicari solet, c. 1. de Cler. non resid. lib. 6. & cap. Licet, cap. Extirpandæ, de præbend. cap. Quia, de Cler. non resid. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 12. de Reformatio. ex Const. Pij V. num. 138. incipit: Ex proximo. & Paris. de Resig. lib. 1. q. 10. nu. 62. cum seq. & in Sess. 22. cap. 3. & Sess. 21. cap. 3. Ex quibus satis colligitur, quod Canonici tenentur recitare diuinum officiũ in Choro, & psallere instituto tempore, & seruanda est ab eis certa lex modulandi, seu canendi alternatis scilicet vocibus, B sic ordinatè & deuotè horę à Canonicis recitentur, & reuerenter ex eod. Conc. Trid. Sess. 22. cap. 4. Sess. 24. c. 12. Sess. 25. c. 6.

Necnon assistere debent Episcopo celebranti, per se ipsos, non per interpositam personam, & eo magis Pontificalia exercenti, ex Conc. Trident. Sess. 24. cap. 12. cum alijs, ut suprà allegatis.

Tenentur Canonici & Altari seruire, nõ solum Naturali, sed etiã Diuino Iure, Apostolus 1. Corinth. 9. & 1. Timoth. 5. Qui de Sacrario, & Altari edunt, Sacrario, & Altari seruiant; & ex Conc. Trid. Sess. 23. c. 2. & Clem. 1. de Cons. dicitur Naturæ cõsonum est, illa non recusare onera, quæ rerum commoda complectuntur; & Greg. cap. Ecclesiasticis, 12. q. 2. ait: Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes, Ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. C

Vnde præcipuum officium Canonicorum est, cultui Diuino inseruire, & obsequio Ecclesiæ intendere, sed qua forma, quoties, quo tempore, & similia, Ecclesiæ consilio, ac Prælatorum arbitrio relictum est, & à tempore Apostolorum statuta fuere tempora orandi; ita legitur in Act. 3. de Petro, & Ioanne ascendentibus in templum ad horam orationis nonam, unde statutum fuit in Conc. Agathen. Can. 3. & in magno Lateranen. & Viennen. Concilijs, ut quotidie à Canonicis debitis horis officium nocturnum pariter, & diurnũ in Ecclesijs psallatur, c. Presbyter, cap. Eleuterius, dist. 9. & in Clem. 1. de Celeb. Miss. & latius infrà lib. 4. de horis Canonicis dicetur.

De re-

A De residentia Canonicorum, quod non liceat eis se absentare, nisi ex causis, & quæ causæ illos excusent, benè declarauit Benzonus Episcopus Lauret. in tract. de Fuga, & in dictis declarationib. Cong. Sacri Conc. Trid. Sess. 24. cap. 12. & ex Cõstit. Pij V. de Resid. tenentur residere, ut suprà de Residentia diximus Induantur in Ecclesia, & extra, decenti habitu, iuxta Ecclesię qualitatem, & priuilegia concessa, ab illicitis aucupijs, choreis, tabernis, & ludis penitus abstineant, sed semper in omnibus, morum honestatem ostendant, ut merito Ecclesiæ Senatus dici possit, cap. Episcopum, dist. 34. & in d. c. 12. Conc. Trid. Sess. 24. & Pelag. lib. 2. cap. 25. & 26.

Tenētur residere Canonici.

Illi dicuntur ueri Canonici, qui iuxta sensum nominis uiuũt, Canon enim Græca est dictio, quæ Regulam significat, sic regu B lariter Canonici uiuere deberent, sicuti in primitiua Ecclesia legitur obseruatum; His autem temporibus apud nos uerum nomen Canonicorum euanuit, eo quod non sub Regula sed suo quilibet arbitrio uiuat, & in separatis Domibus extra Ecclesiã commorentur, at uera Canonicorum uita talis describitur in Conc. Manetensi, de quo in cap. In omnibus, de Cons. dist. 5. In omnibus igitur (quantum humana fragilitas permittit) decernimus, ut Canonici, & Clerici, canonicè uiuãt, obseruantes diuinæ doctrinam scripturæ, & documenta Sanctorum Patrum, & nihil sine licentia Episcopi sui uel magistri eorum incompositè agere præsumãt, in unoquoque Episcopatu, & simul mãducẽt, & dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit, qui de rebus Ecclesiasticis stipendia accipiunt, in suo claustro maneãt, & sin C gulis diebus mane primo ad lectionem ueniant, & audiãt quid eis imperetur, ad mensam uerò similiter lectionem audiant, & obedientiam secundum Canones suis ministris exhibeant.

Vita Canonicorũ.

Canonici habentes ius eligendi Episcopum, uel alios Canonicos, seruent ea, quæ leguntur in cap. Moyses, 8. q. 1. in §. At nunc, (his uerbis:) At nunc cernimus, plurimos hanc rem beneficium facere, ut non quærant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse, sed quos, uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quisque rogauerit, & (ut deteriora taceam) qui ut Clerici fierent muneribus impetrarunt.

Sui Prælati Constitutiones obseruent, & tueantur, coniurantes uel conspirantes contra ipsum grauiter puniũtur, ut legitur in Conc.

in Conc. Calcedonen.c.8. *Si qui Clerici, uel Monachi reperti* A *fuerint coniurantes, aut conspirantes, aut insidias ponētes Episcopis, gradu suo proprio penitus abijciantur.*

Ex Conc. Toletano 10.cap.2. *Si qui Clerici, aut Monachi, inuenti fuerint conspirantes, aut per coniurationem calumniam machinantes Episcopis, uel Clericis, proprium amittant gradum.*

Calistus Papa dixit, de quo in cap. conspirationum, 11.q.1. Conspirationū crimina uestris in partibus uigere audiuimus, & Plebē contra Episcopos suos conspirare, nobis manifestum est, cuius criminis astutia non solum inter Christianos abominabilis est, sed etiam inter Ethnicos, & ab exteris legibus prohibita, & idcirco huius criminis reos, non solum Ecclesiasticę sed etiam seculi damnant leges, & non solum conspirantes, sed e- B tiam consentientes eis.

Pius Papa, epist.2.ait: Si quis Sacerdotum, uel reliquorū Clericorum, suo Episcopo inobediens fuerit, aut si ei insidias parauerit, aut contumeliam, aut conuitia intulerit, & conuinci potuerit, mox depositus Curiæ tradatur, & recipiat, quod iniquè gessit.

De obediētia Canonicorū vers⁹ Prelatum.

Quapropter Canonici tenentur obedire suo Prælato, & illū adiuuare in onere Ecclesiæ, intuentes sicuti membra in ministerium capitis sunt posita, de eorum uita latius infrà de honestate, & uita Clericorum dicetur, Concludit Pelag.lib.2.cap.26. quod Canonici per seipsos non per interpositam personam satisfacere debent oneri suo, inter pauperes quod superest distribuant, non luxuriosè uiuant, sed honestè, & castè, ac deuotè in C omnibus se exhibeant, obediant Episcopis suis, laborent circa negocia spiritualia Ciuitatis, ut inter Clericos, & suos Ciues pax Domini collocetur, in actibus Capitularibus sint conformes, nec pro quauis leui causa dissentiant, & litigia inter ipsos nulla fiant, in distributione officiorum seruent Canones, & suorum Prælatorum Constitutiones, numquam Ecclesias defraudent, nam quicquid emitur de pecunijs Ecclesiasticis, erit Ecclesiæ; & tandem in omnibus actibus officium impleant, Deo seruiant, obedientiam præstent, & exemplum sanctitatis præbeant, ex Pelag. ut supra.

Omnes Ecclesiæ inferiores debent regi, & gubernari, in recitatione diuinorum officiorum, & similibus, secundum ius, &

A consuetudinem sacræ Ecclesiæ Metropolitanæ, vel Cathedralis, Rom. Cons.218.

De Ecclesiis Collegiatis. Cap. XVI.

CANONICORVM ordo duplici ordine à Doctoribus traditur; quidam dicuntur Canonici Metropolitanæ, seu Cathedralis Ecclesiæ de quibus suprà verba feci mus; alij Collegiatæ minoris scilicet Ecclesię, sic nomina diuersis ex rationibus sortiuntur: illi à Cathedra dicuntur, isti ad illarum differentiam Collegiatæ nuncupantur, eo quia Canonici Collegialiter curam Ecclesiæ exercent, & illis uti principalibus subiacent; Collegiata ergo Ecclesia illa est, B vbi tot sunt numero Canonici, qui Collegium constituant, & minor est nomine, dignitate, ac Iurisdictione Ecclesia Cathedrali; de hac loquitur glos. in cap. Statutum, de elect. lib. 6. Fel. in cap. In nostra, de Rescript. num. 74. & in ca. cum dilecta, de excess. Prælat. Oldrad. in cons. 281.

Differentiæ Canonicorum.

Collegium Ecclesiasticum est collectio, seu congregatio plurium personarum Ecclesiasticarũ, & cum Prælato vti capite in Collegio constitutum, Fel. in cap. ex litteris, de Const. nu. 9. & c. accedentes, de Rescriptis.

Collegiũ quid sit.

Tales Ecclesiæ Collegiatæ non sunt de nouo erigendæ ubi populus numerosus non est. Conc. Trident. Sess. 5. c. 1. & Sess. 24. cap. 15.

Ad formam Collegij ista requiruntur; Primo, quod Colle- C gium sit erectum ab habente potestatem, l. fin. ff. qd̃ cuiusq; vniuers. nom. & ibi Doctor. vbi prohibetur fieri Collegia sine Principis autoritate; Sic ad Papam pertinet illa erigere, non ad Episcopum, secundum communem, quam refert Rebuff. in Praxi benef. de erect. Colleg. ad pag. 231. Secundò, tot sint numero Canonici, qui non solum Collegium faciunt, sed Ecclesiæ Hierarchiam ostendant, hoc est deputentur officia, & ordines congruentes seruitio Ecclesiæ, sicuti Subdiaconi, Diaconi, Sacerdotes, & similes; vnde ad Ecclesiæ honorem debent esse ad minus decem, legitur in cap. 1. de Instit. & ibi Doct. & Rebuff. vbi suprà Conc. Trid. Sess. 22. c. 4. & Sess. 24. c. 15.

Ad formã Collegij quæ requiratur.

In casu in quo Collegium deficeret, cuncta, quæ remanent deuoluerentur ad Papam, glos. in d. c. Statutum, de elect. lib. 6.

Caput

Caput requisitum in Collegio.

Caput in Collegio constituẽdum erit, & licet aliqui teneant A Collegium à seipso posse constituere caput, quod singulare reputatur, Prælatus autem uti caput, quem Papa ordinare voluerit, uidetur conueniens, secundum Abb. in cap. Cum non ignorans, de præbend. num. 5. & in cap. ex litteris, de Constit.

De numero Canonicorum.

Quartò circa numerum Canonicorum consideratur status, ne maior sit numerus, quam prouentus Ecclesiæ, ut vnusquisque possit debitum onus persoluere, & decenter viuere ex eod. Conc. Trid. in d. Sess. 24. c. 12. de Reform.

Cura animarum Collegiatæ annexæ à certa persona ab ordinario approbata administratur, uel ab eo, cui competit de iure, Abb. in c. Cum non ignores, de præbend. num. 6. & cap. 1. de elect.

Sacer ordo requiritur ĩ Canonico.

Canonici, qui sacris initiati non sunt, vocem in Capitulo B non habent, nec portio integra distributionum illi competit, vt suprà dictum fuit.

Tertia pars Præbendarum vbi distributiones quotidianæ tenues sunt, inter distributiones quotidianas, (vt commodius Canonici seruiant Ecclesiæ) dispensantur, ex eod. Conc. Trid. Sess. 22. cap. 3. & suprà dictum est.

Ad quæ teneãtur Canonici.

Canonica distributio duplex est; Vna, quæ pro victu conceditur seruientibus Ecclesiæ, & recitantibus diuinum officium; Altera, quæ datur assistentibus tãtum in Ecclesia, & ista potius dicitur portio Canonicalis, quã distributio quotidiana, Viuius in Opin. 194. & 195. per totum.

Retinet Lectorem in Theologia, vbi populus numerosus fuerit, vel saltem Magistrum Grammaticę, qui gratis Clericos, C & filios pauperum doceat, assignata certa portione fructuum alicuius præbendæ, Conc. Trid. Sess. 5. cap. 1. & Sess. 23. c. 18.

Eorum officium par est cum Canonicis Cathedralis, in Ecclesia & Choro, idcirco, quæ ibi dicta sunt, hic repetenda non sunt.

Mãsionarij.

Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum status requirit, vt in illis certa officia Ecclesiastica exerceantur, veluti Portionarij, seu Mansionarij officium, quibus proprium erit manere in Ecclesijs, ibique semper assistere, ideo alio nomine Assisij nuncupantur, eo quod in Ecclesia semper assideant, cap. penult. de Cler. non resident.

Isti de numero Collegij, seu Capituli non sunt, quoniam uti

Capel-

A Capellani, portantes onus Ecclesiæ in celebratione diuinorũ officiorum sunt inducti, ideo Mansionarij appellantur; Abb. in c. Cum dilecti, de exceſſ. Prælat. monet tales ne mutent eorum nomen, & officium: nam ideo dicuntur Aſſiſij, eo quod Eccleſiarum custodiæ aſſidere debeant, & ideo curent, ne efficiantur Aſſaſſini, hoc est animarum deprędatores, quod est, dum officij causa plura committerent delicta, & ibi Abbas.

Mansionarius est custos, & conſeruator ædium Ecclesiaſticorum, templorum, & altarium, familiaris & domesticus; de his Gregor. in libris Dialogorum, & refert Onufr. de offic. & mag.

Sunt quidam alij, qui Primicerij vocantur, habentes officiũ Ecclesiaſticum, & ſunt magiſtri Canonicorum in choro, capit. B Perlectis, diſt. 25. cap. vnico, ex eodem tit.

Primicerius quis.

Primicerij tenent in Choro primum locum poſt Archipresbyt. ſubiacent Archidiacono, ad eos ſpectat docere Diaconos, & alios gradus Ecclesiaſticos in ordine poſitos, circa ea, quæ ad eorum officium pertinent, vt dare Diaconis lectiones, nocturna, & officia, & in hoc attendenda est Eccleſiæ consuetudo, iſti alio nomine dicũtur Magiſtri Cœremoniarum; De his vide in cap. Cleros, d. 21. & in d. c. Perlectis, & per totum, d. 95. gloſ. in c. vnico, de officio Primic. Flor. 3. p. tit. 19. c. 8.

Cuius officium est circa diſciplinam, & custodiam Ecclesię, ideo agit, ut quilibet officium ſuum diligenter exerceat, ex Florent. in d. cap. 8.

Primiceriorum differentiæ plures; ſicuti ſcholæ cantorum; C quod officium non erat tempore Sylueſtri I. ſed Gregor. I. instituit, cætera ab Onufr. declarantur, in d. tit. de offic. mag. ſicuti Primicerius Aduocatorum, Notariorum, & aliorum aſſiſtentium in Ecclesia.

Sacriſta, eſt aliud officium Ecclesiaſticum, qui conſeruat paramenta, & ornamenta Eccleſiæ, & Altarium, & ſubiacet Archidiacono, in d. cap. Perlectis, & in cap. Vnico, de officio Sacriſtæ.

Sacriſta quis.

Ad eius curam pertinet custodia ſacrorum vaſorum, veſtimentorum Ecclesiaſticorum, ſeu totius Theſauri Eccleſiæ, ſic, & Luminarium, Lampadarum, & ſimilium, & vt cuncta diligenter, & munda conſeruentur, temporibusque debitis accendantur, præſertim, vt Ecclesia Saluatoris noſtri Domus, munda, ni-

da, nitidaque sit, sicuti est, ita semper existat, ex cap. Vnico, de A
off. Sacrist. Flor. 3. p. tit. 19. c. 19.

Vocatur Thesaurarius, quia Thesaurum Ecclesiæ custodit, Flor. in d. c. 8. & d. c. Perlectis.

Primicerius dicitur, quasi pimus in Choro, & in cantu, ut in d. cap. Perlectis.

Cantores qui, & eorũ requisita, et officium.

Cantores instituti sunt in Ecclesia ex antiqua institutione, sicuti legitur de Dauid, qui primus Cantores ordinauit, quos elegit ex filijs Aaron, idest, Eleazar, & Thamar, & distributa erãt inter ipsos officia, ex Eleazar familijs descendebant numero sexdecim, ex Thamar octo, in vnaquaque autem familia unus constituebatur, qui Princeps Sacerdotum dicebatur, cui duodecim in adiutorium committebantur, ut in 1. Paralip. 23. & 24. & Flor. etiam refert, in d. ca. 8. cui numero Zacharias pater San B cti Ioannis Baptistæ erat ascriptus, qui & sorte fuit electus ut incensaret in templo, ac in Sancta Sanctorum, ut Summus Sacerdos, ex Stephano Durando, de Rit. Eccl. lib. 3. cap. 21.

Officium Cantoris est, officium diuinum, dum in Choro correctè, altè, & deuotè recitatur, sic pũctare, & corrigere, in cãtu, & verba congruenter proferantur, necnon ut libri officiorum mundi conseruentur; proponit modum ordinandi officium pro temporum qualitate, ut in ipso actu canendi nulla inter Cantores oriatur dissensio, vel confusio, sed tam in legendo, quam in cantando, debitæ cæremoniæ seruentur. ex Flor. in d. c. 8.

Cantoris Sedes est in loco dextro in prima Sede Inferioris Chori; poterit etiam in officijs solennibus festorum incipere in medio Chori, aliquando accedere ad sinistrum Chorum, ad C excitandum Cantores ad canendum, uel reprimendum discordantes, sic ubique esse potest pro seruitio Chori, ex eod. Flor.

Item superuenientes denuo in Chorum, qui certam sedem non habent, ab eo in locis congruis collocantur, secundum gradus prærogatiuam, & sedentes, seu occupantes loca maiorum, vrbanè tamen repellere poterit, ex eod. Flor.

Sextò ad Cantorem pertinet, instruere nouos Sacerdotes circa Cæremonias Sacrificij Missæ, & prouidere de Magistro, qui eos instruat, quousque sufficienter fuerint edocti; hoc idem de alijs ordinatis ad alios ordines faciendum est, qui in ordine sunt instruendi, ut in eorum functionibus ornatè in officijs publicis se exerceant.

Septimò

A Septimò assiduus sit in Choro, primus ingrediatur, & vltimus exeat, nisi aliter necessitas vrgeat, excitet dormientes, incitet torpentes ad psallendum, Antiphonas iniungat inchoandas in Choro suo, seruata consuetudine, & gradus prærogatiua, & ad ipsum pertinet intonare Psalmos, & resumere Antiphonas.

Octauò, prouidet, vt Cantores, & alij seruientes Ecclesiæ, ordinatè sedeant, incedant, & officium eorum exerceant, ne confusio inter ipsos oriatur.

Nonò habere potest Subcantorem, qui in eius absentia gerit vicem illius, illo autem præsente exequitur quod committitur, sedet in Choro sinistro, ordinat officium secundum Rubricas, & supplet in his, quæ non potest Cantor.

Tamen in his omnibus attendenda est cuiuscunque Ecclesię consuetudo circa modum officiandi, sed officium eorum tale esse debet. Hæc ex Flor. in d.c.8.§.1.

Dum cantant Cantores, videant, ne dum vocem blandam quærunt, eorum congruam vitam negligant, vt refert Greg. de quo in cap. Sancta, dist. 91. & August. lib. Confess. ait: Cum me magis mouet Cantus, quam res, quæ cantatur, principaliter peccasse confiteor, & tunc me audiuisse cantantem. Inde Apostolus epist. 3. Cantantes, & psallentes in cordibus vestris, cap. 1. dist. 38. Duran. in suo Ration. lib. 2. cap. 2.

Institutus est Cantus in veteri Testamento à Dauide, vt coram Arca fœderis Domini Cantores cantarent. Isid. lib. 2. cap. 22. de officio Ecc. Fortun. lib. 3. de off. Ecc. cap. 3. Inn. III. lib. 1.

C Mysteriorum Euangelicæ legis, cap. 2.

In nouo testamento pariter Cantus probatur, Lucæ 19. Dionys. de Ecclesiastica Hierarch. cap. 3.

Producit Cantus Ecclesiasticus mirabiles affectus pietatis, timoris, & reuerentiæ ergà Deum, August. lib. 9. Confess. cap. 6. ait: Quantum inquit fleui in Hymnis, & Canticis tuis, suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus, alacriter voces ille influebant auribus meis, & eliquabatur ueritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat.

Idem lib. 10. cap. 33. Veruntamen cum reminiscor lachrimas meas, quas fudi, ad Cantus Ecclesiæ tuæ, in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipse commoueor, non cantu, sed rebus quæ cantantur, cum aliquid à voce, & conuenientissima

modulatione cantatur, magnam instituti huius vtilitatem rursus agnosco. A

Cantus ergo Ecclesiasticus pariter in Conc. Tridt. Sess. 23. c. 18. contra illos, qui tales Cantus criminantur, & autoritati Sanctorum Patrũ nituntur aduersarie õprobatur; Prohibent aũt patres in Ecclesia fieri Cantus sæculares, & profanos, qui ad ostẽtationem, & delectationem, potius corporis quam ut dictum est ad deuotionem excitandam inuenti sunt. Hieronym. ad Rustic. epist. 4. capit. 7. Dicas Psalmum in ordine tuo, in quo non dulcedo vocis, sed mentis affectus quæritur, dicente Apostolo, Psallam spiritu, psallam & mente, ex eod. Steph. Durando, in dicto loco.

Cantores Ecclesiastici non superbi, sed humiliter, & sapienter Domino persoluant laudes. Inde in Conc. Aquisgranensi, B cap. 132. & 133. dicitur: Cantus, & soni graues sint, pij, ac distincti, & Domus Dei, ac diuinis laudibus accommodati, ut simul & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur.

Sic statutum est in Conc. Trident. Sess. 22. cap. de obseru. & euit. in celeb. Missarum, ab Ecclesijs arceri conuenit musicam vbi siue organo, siue cantu, lasciuum, aut impurum aliquid misceatur.

De Custodibus.

Custodes habent aliud officium Ecclesiasticum, subiacent Archidiacono, obseruant tempora canendi Canonicas horas, Lampades accendunt, vel extinguunt tempore debito, prouident de Incenso, & ostijs, in celebratione Missarum, vino, aqua, & similibus, colligunt oblationes, reddunt cui debent, & C sic de singulis, capit. 12. & fin. & ibi Abb. ex eod. tit. Flor. in d. cap. 9. par. 3. tit. 19.

Requisita eorum sunt ordines, scientia circa officium, bonitas vitæ, & fidelitas, vt ex præmissis colligitur.

DE

A

DE POENITENTIARIO.

Pœnitentiariorum differentiæ, requisita, & officium.
Cap. XVII.

POENITENTIARII seu Confessarij pariter sunt deputandi in Ecclesijs Cathedralibus & alijs maioribus Ecclesijs, secundum Concil. Trid. Sess. 24. c. 8. de Refor. circa finem. Hoc fuit ordinatũ, quia vt ait Ambr. in lib. 1. de Paradiso, c. 14. Non potest quisque iustificari à Prælato, nisi ante fuerit peccatum confessus; Eandem rationem reddit Chry-B sost. in Homel. de pœnit. quæ incipit: Prouida mente. Vinc. in lib. 10. homel. in homel. 49. de Pœnit. declarans verba Saluatoris, Quæcunque solueritis in terra, soluta erunt in cælo, D. Hieronym. in Exod. secundum alios. Orig. in homel. 2. c. 18. Conc. Coloniense de Confess. §. 2.

Causa instituendi Pœnitentiarios.

Necessaria ergo est Sacramentalis confessio, illã habere in actu, uel in uoto illis qui sunt in culpa mortali ad saluãdas animas nostras, ſm Dionys. in epist. 6. ad Demop. Tertull. de pœnit. in Psalm. 37. homel. 2. Cyprian. de lapsis cap. Omnis, de pę nit. Concil. Trid. Sess. 14. Can. 4. & 6. ante hæc determinarunt Conc. Cabil. cap. 8. Colonien. de Confess. §. oportebat. Theologi in 4. Sent. dist. 17. & 18. Summistæ in uerbo, Confessio. Ideo illam instituit Saluator noster Iesus Christus, tamquam C ad salutem necessariam. August. lib. 2. de Visit. cap. 4. Cyrillus, & Hugo in lib. 2. de Sacr. Pœnitent. cap. 1. & 14. Conc. Colon. de Confess. §. sed & hic, Concil. Trid. Sess. 14. Can. 3. & 5. D. Thom. in 4. dist. 16. & 17. & in 3. p. quæst. 60. art. 2 Sot. in dist. 18. in 4. Sent. q. 1. art. 1. & communiter omnes Theologi hoc idem dixerunt; Nauar. in Manuali in c. 2. num. 3. in Cathechis. de Confess. ad pag. 154.

Necessaria est Cõfessio.

Et ex consequenti, omnes utriusque sexus, cum peruenerint ad annos discretionis, tenentur cõfiteri eorum peccata, & post baptismum obligantur, nec potest quisquam se excusare ratione Dignitatis, Officij, aut similium prærogatiuarum, cap. Omnis, de pœnit. cap. Paruuli, de Consecrat. dist. 1. Conc. Trident. Sess. 14. Can. 5. & 6. Sot. in 4. Sent. dist. 18. quæst. 1. art. 1. Con-

Oẽs habẽtes peccata tenẽtur confiteri.

clus.4.Flor. 3.p.tit.17.cap.2.post hoc etiam moderni tenuerũt, & Vig.de Confess. vers.54. & Summistæ,& alij,ac communis est sententia. A

Confitenda sunt peccata proprio Sacerdoti, vt habetur in d. cap.Omnis, de pęnit.& de isto proprio Sacerdote tractandum hic est,an sit vnus omnium, vel quilibet habeat suum separatum de per se, & quæ requirantur ad eius statum.

Proprius Sacerdos quis dicatur.

Quoad primum,proprius, & generalis omnium Confessor erit Papa in tota Ecclesia Dei; Particularis in Dioc.erit Episcopus Specialissimus erit Sacerdos in sua Parochia, vnde deputati à Papa sunt proprij in loco,vbi sunt deputati; sic ab Episcopis;ita Cardinales,& alij Prælati eligunt Pœnitentiarium de licentia Papę; Hoc eodem priuilegio audiendi Confessiones habent potestatem Regulares,& alij similes;ita dicunt Victor nu. 154.Flor.3.p.tit.17.c.2.& 3.Sylu.in verbo, Confessor. B

Differentia Pñiariorum.

Datur & alia diuisio Pęnitentiariorum, quidam scilicet sunt Ordinarij,alij Delegati, Ordinarij sunt qui sine aliorum licentia, vel priuilegio, sed ex officio quod habent possunt audire Confessiones, veluti Papa,Patriarchæ,Archiepiscopi,Episcopi,& Curati,in locis eorum deputatis;Delegati sunt illi,qui ab alijs recipiunt facultatem, sicuti sunt deputati ab Ordinarijs. Flor.in d.cap.2.& 3.Syluest.& Ang.in d.verbo, Confessor.

Deputati à Papa possũt suam Iurisdictionẽ exercere absque alia licentia Episcopi, vel Parochi, ita etiam dixerunt Rom.in Cons.266.nu.4.Ripa de Peste, num.35.

Tertia diuisio Pęnitentiariorum est,quod quidam Maiores, & principales sunt in vniuersali Ecclesia Romana, qui facultatem habent absoluendi à maioribus peccatis, etiam reseruatis Sũmo Pontifici; Minores alij,ut deputati in Patriarchali,Metropolitana, aut Cathedrali Ecclesia,qui respectu superiorum, & maiorum,dicuntur minores,sed respectu inferiorum,dicuntur maiores, Zabar.in Clem. Ne Romani, Flor. 3. par.tit.17. cap.14. C

Sunt etiam in Curia Pœnitentiarij, qui minores dicuntur, eo quod subiaceant maiori Pœnitentiario,& possunt absoluere omnes venientes ad ipsos,ab omnibus peccatis,& cẽsuris Episcopis reseruatis, & ideo in foro pœnitentiali uidentur habere Episcopalem Iurisdictionẽ, immò maiorẽ, quoad certos casus Excõmunicationis & dispensationis. Flor.in d.3.p.tit.17.c.14.

Alij

A Alij Pœnitentiarij deputati à Prælatis Inferioribus à Papa, audiunt Confessiones omnium de Prouincia, & à casibus suo Prælato reseruatis absoluunt. Flor. in d. 3. p. tit. 17. cap. 15.

Pœnitentiarius ordinarius erit ille, qui à iure deputatus est omnibus de Prouincia, vt in Ecclesia Cathedrali, Conc. Trid. Sess. 24. c. 8. vt dictum est.

Requisita ad statum pœnitentiarij. Requisita necessaria ad statum Pœnitentiarij plura designantur, & primo erit habere Claues debitas, ordinis, scilicet & Iurisdictionis.

Potestas ordinis Sacerdotum. Potestas ordinis intelligitur, quod audiens peccata in Sacramento pœnitentiæ, debet esse Sacerdos, ita dixit Dominus Lucæ 5. Ite ostẽdite vos Sacerdotibus, & Matt. 16. & 18. cap. dixit leproso, Ostẽde te Sacerdoti, & Io. 11. Dominus dixit Aposto-B lis, qui soluebant Lazarum resuscitatũ: Soluite eum, & sinite eũ abire, & Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt, quæ verba Dominus dixit Sacerdotibus.

August. inter Opusc. cap. 4. ait: Ad te venire roges Sacerdotem, & fac ipsum conscientiarum tuarum penitus participem, (& infra) Cicatricum tuarum arbiter Dei vice Presbyter adhibeatur, & reuela ei vias tuas, & ipse tibi exhibebit Antidotum reconciliationis.

Beda in Iacob. 5. dicit: Confitemini alterutrum scilicet presbyterorum, sic de Sacramentali Confessione intelligitur. August. idem dicit in Homel. 49. lib. 50. Nemo sibi dicat occultè ago, apud Deum ago, nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in C corde ago, ergo sine causa dictum est, quæ solueritis in terra, erunt soluta & in Cælo, ergo sine causa sunt Claues Ecclesiæ Dei.

Ius ligandi, & soluendi permissum est solis Sacerdotibus. Ambros. lib. 1. de pœnit. cap. 2. & Chrysost. lib. 3. de Sacerdotio, & in Homil. 7. ad Rom. & in Home. 3. super Matth. vlt. Cyrillus lib. 3. super Leuit. D. Tho. 3. p. q. 84.

Hoc idem in Concilijs statutum est in Conc. Constantiensi Sess. 8. Conc. Flor. vers. (quartum Sacramentum est Pœnitentia.) Concil. Trid. Sess. 14. & capit. 6. de Ministro huius Sacramenti, & absolutione, vbi ita dicit: Circa Ministrum autem huius Sacramenti, declarat Sancta Synodus, falsas esse, & à veritate Euangelij penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios

quosuis homines præter Episcopos & Sacerdotes Clauium A ministerium perniciosè ostendunt, verba illa Domini: Quæcunque alligaueritis super terram, erũt alligata, & in Cęlo, pertinere, & similia, vt ibi, & in dicta Sess. in Can. 10. dicitur: Aut non solos Sacerdotes esse Ministros absolutionis, sed omnibus, & singulis Christi Fidelibus esse dictum: Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo, & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: quorum verborum virtute, quilibet absoluere possit peccata, publica quidem per correctionem dumtaxat, si correctus acquieuerit, secreta verò per spontaneam confessionem, anathema sit. Hoc idem dicitur in cap. Omnis, de pœnit. & remissio. & ibi Scribentes, Sot. in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 4. Victor. num. B 143. Ang. & Sylu. in Summa, in verbo, Confessio, 3. nu. 1. Moderni hoc idem dixerunt, Hosius in cap. 47. Nau. c. 2. num. 4. & c. 21. num. 41. Mart. Alfons. in suo Candelab. de Confess. num. 30. cum seq. & sic omnes Summistæ, qui tenent, quod Confessio facta alteri quam Sacerdoti erit infamatio potius, quam Confessio, vt terminatum est.

Potestas Iurisdictionis.

Alia potestas requisita in Pœnitentiario, est Iurisdictionis, ideo dicitur in Conc. Trid. Sess. 23. cap 15. quamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit Sancta Synodus, nullum etiam Regularem, posse Confessiones sæcularium audire, etiam Sacerdotum, nec ad id idoneum reputari, nisi, aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium aut aliàs idoneus iudicetur. C

De Iure communi autem concessæ sunt potestates audiendi Confessiones Sacramentales, veluti Regularib. in Clem. Dudum, de sepult. & alijs, qui habent beneficia curata, vel cum onere audiendi Confessiones; Sed hodie in omnibus seruatur d. Conc. Decretum, sic omnes aliæ facultates videntur suspensę, præter illas, quas habent Curati, ut in d. Concilio.

Talis ergo potestas datur ab Ordinarijs in locis suæ Diœc. Curatis, uel similibus, dum beneficium vel officium illud conceditur, cap. Omnis, de pœnit. & infrà de Curatis; Episcopus similiter potest ipse solus Pœnitentiarium in sua Cathedrali ordinare, cum hac potestate, vt in declar. Sac. Concil. Trident.

in Sess.

A in Seſſ. 24. cap. 8. de Reformat. ad num. 479.

Alijs pariter ab ipſis ordinarijs talis poteſtas conceditur, ut in d. Conc. Trid. 23. Seſſ. cap. 15.

Regulares qualiter audiãt Confeßiones.

Regulares autem talem licentiam petere debent, non obſtante d. Clem. Dudum, de ſepult. & Conſt. Pij V. num. 135. Tum, quia ipſemet illam reuocauit, num. 38. tum etiam, quia Gregorius XIII. illam in totum reuocauit, & ad viam Iuris reduxit, num. 15. quia videbantur contra d. Conc. Decretum, ideo declarauit Sac. Congr. Conc. Trid. in d. c. 23. in Declarat. 254. quod nullus poſſit ſe intromittere ad cõcedendum talem Iuriſdictionem, niſi ipſe ordinarius; Tales ergo volentes audiri Confeſſiones, debent ſe præſentare principaliter coram Ordinarijs, & petere dictam licentiam, ut in glo. Clem. Dudum, de ſepult. in verbo, (putare.)

B Vndè, ſi ordinarius ſine cauſa nollet Regularem approbare, vel admittere, tũc poſſet adire Metropolitanum, uel ad Papam, Couar. Pract. quæſt. c. 10. num. 1.

Poteſt autem Epiſcopus remittere talem præſentationem, quando perſona ipſa eſſet nota, ſecũdum Abb. in cap. Cum parati, de appell. & Sylua. 3. p. q. 1. nu. 6. & in eodem loco.

Talis itaque fieri poterit nõ ſolum in Eccleſia ſui monaſterij, ſed in tota Diœc. ubi Monaſterium regit, & ad determinatum etiam locum, ut in Ciuitate, uel alio certoloco, Vicarius uel Coadiutor certæ parochiæ dicitur etiam admiſſus. Nauar. in c. 27. nu. 260. & 261. Mart. Alfon. de Confeſſ. num. 28.

Optimè faciunt Epiſcopi, dum admittunt Regulares in Ec-

C cleſia ſui Monaſterij tantum, & extra cum licentia Parochi loci, ubi talia exercere voluerint, arg. quæ habentur in d. Clem. Dudum, quia dicitur de eorum licentia, & gratia, necnon quia onus animarum pertinet ad Curatum, ſic ad ipſum ſpectare debent, quæ præcipiuntur in cap. Cum infirmitas, de pœnit. & non excuſantur Parochi, quin uiſitare debeant ſuos parochianos in infirmitatibus, ex quo à Regularibus uiſitantur, quia officiũ parochi, per ſe dum poſſunt exercere debẽt; Regulares ergo approbati ad audiendas Confeſſiones, eo quod fuerunt idonei reperti, non ſunt denuo examinandi, niſi ad tempus fuiſſent admiſſi, quod faciendum erit, ut in tempore Paſchali, ſi in aliquo loco, ubi eſſet maxima populi frequentia, non ſufficerent Confeſſores deputati, tunc quidam alij ad tempus eſſent

Qualiter admittantur ad Cõfeßiones.

admittendi, hoc faciendum erit, quando tales non essent totaliter idonei, vt quia ignorant quædam spectantia ad Confessorem, quædam alia sciunt, sed si cumulatè respondissent, tales nõ essent ad tempus admittendi, Nau. in d. c. 27. num. 203. Zabar. in d. Clem. Dudum, §. si uerò, de sepult. Alphons. in d. suo Candelab. de Confess. num. 28. & adest declaratio Sac. Congreg. in Concil. Trid. num. 307. de Anno 1587. & ex Const. Pij V. & Greg. XIII. A

Poterit autem ordines suspendere admissos, quando illi non fuissent sufficienter examinati, & idonei reperti, uel si edicto publico uellet omnes Confessarios suæ Diœcesis examinare certis de causis animum suum mouentibus, per ea, quæ habentur in cap. Vt Animarum, de Const. lib. 6. glos. in cap. fin. de off. ord. in uers. statuta sic extante causa poterit. B

Regulares autem ad Confessiones audiendas non admittuntur, nisi habuerint licentiam à suo superiore; Hoc idem dicendum de Sacerdote seculari ignoto, & tales licentiæ sint recentes, nam absentes per vnum uel duos annos, uel simile tempus, dum per diuersa loca uagantur, debent nouam dimissoriam ostendere, quia in medio tempore potuissent denuò incidere in censuras; Hanc diligentiam docuerunt August. in uerbo, Confessio, 3. nu. 29. Adr. in 4. Sent. de Confess. q. 5. & nouissimè refert D. Tho. in d. praxi Episcopali, in uerbo, Cõfessores, d. 4. & Flores Theol. 4. Sent. tract. de Confess. penult. Conc. Trident. Sess. 23. cap. 15. Flor. 3. p. tit. 17. cap. 7. Nau. c. 24. nu. 11.

Aliquando in priuilegijs hanc facultatem Papa concedit eligendi Confessorem de probatis scilicet ab Ordinario, & tunc uidetur derogatum Iuri Parochianorum, & Episcoporum, uide Rom. in consil. 266. Nauar. in cap. 27. nu. 263. & 265. C

Ad quẽ spectet admittere ad Confessiones.

Eandem facultatem, uti ordinariam concedunt Archidiaconus; Si est Sacerdos, Archipresbyter, Curati, & Summus Pœnitentiarius; Sed aduerte, quod potestas, seu Iurisdictio audiendi Confessiones, hoc est approbandi illos, & uidendi an sint idonei, uel ne, pertinet tantum ad Ordinarios, secundum d. Conc. Trid. in Sess. 23. cap. 15. sed ut talis Iurisdictio in ista, uel alia parochia exerceatur, requiritur etiam & consensus illius de cuius Iurisdictione agitur, sed deputati ad certum locum possunt illã exercere, & tales delegati alterum non delegant, Flor. in d. 3. p. tit. 17. cap. 5. per Pet. de Palude, in 4. Sent. dist. 17.

Curati,

A Curati, qui delegare possunt approbatos non ita libere debent concedere licentiam suis Parochianis, quod liceat accedere quocumque placuerit, sed curet, ut ab illis non nisi se melior Confessor, aut æquè similis eligatur. Florent. in d.3.parte, tit. 17. cap.6.

Licebit etiam in quibusdam casibus confiteri alteri, quā proprio Parocho, vt refert Flor. in d.3.p. tit.17.cap.4. Syluest. in Sum.in verbo, Confessor.

Regularium confessores qui.

Regulares autem non debent aliquo modo confiteri eorum peccata alteri quam eisdem Regularibus, approbatis ad eorum superioribus, absque licentia Ordinarij, Flor. Theol. in 4.Sent. de Confess. Concl.6.

Qui abiurarunt hæresim, tam publicè, quam secretè, inhabi-B les sunt perpetuò ad audiendas Confessiones, & omnis gratia eis concessa intelligitur nulla, ex decreto Sancti officij, die 2. Septembris. 1562. & die 19. Nouembris 1565. & ex Decreto 8. & ex Const. Pauli IIII.

De scientia requisiti in Cōfessario.

Secunda conditio est scientia debita, quæ pariter Clauis, confessionis nuncupatur, & dicitur potestas discernendi, & cognoscendi, quæ aguntur in foro conscientiæ, ad differentiam alterius Clauis, quæ est potestas terminandi, seu diffiniendi, veluti ligandi, & soluendi, de qua in primo requisito, unde scientia, quæ in Confessario requiritur, adiuuat clauem Iurisdictionis, ut ea Confessarius bene utatur, ideo dicitur necessar ia. Flor. 3. p.tit.17.cap.16.

De quali scientia Canones loquantur, audi Augustinum, ut C in cap.1.de pœnit.dist.6.his uerbis: Qui uult confiteri peccata, ut inueniat gratiam, quærat Sacerdotem scientem ligare, & soluere, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo; Et paulo inferius ait: Caueat spiritualis Iudex, ut sicut non commisit crimina nequitiæ, ita non careat munere scientiæ; oportet enim ut sciat cognoscere quicquid debet iudicare, Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, ut quod debet iudicare, discernat. Diligens igitur inquisitor, & subtilis inuestigator sapienter, & quasi astutè interoget à peccatore, quod forsitan ignorat, uel uerecundia tacet, cognito itaque crimine, uarietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cætera, ut ibi.

Diuus Thom. in 4. Sent. dist. 17. ait, quod tales pœnitentiarij scire tenentur differentias peccatorum, & sic circumstantias

mutan-

mutantes speciem peccati, & aggrauantes quale sit peccatum A mortale, & quale ueniale, & præceptorum diuisionem, quæ scilicet sint negatiua, quæ affirmatiua, & quæ sint peccata commissionis, quæ omissionis, & tandem naturam, & conditionem peccatorum, & præceptorum Dei Ecclesiæ & naturę, & secundum eundem D. August. cum quo concordat Durand. in 4. dist. 17. quoties se offert Sacerdos ad Confessionem audiendam, toties se offert ad respondendum de quolibet quæsito, & interdum de opinatis; uide Flor. 3. p. tit. 17. cap. 16. Sot. in 4. Sent. dist. 18. q. 2. Art. 4. Sylu. in uerbo, Confessor, & Confessio, Nauar. cap. 4. num. 8. & cap. 6. & 9.

Ego autem iudicarem maiori se periculo exponere, qui sua sponte licentiam audiendi Confessiones petunt, quam qui ex debito beneficij, seu specialis officij sunt obligati, quamuis à B principio quodam modo omnes uideãtur uoluntarii, licet post factum sint necessarij, omnes ergo potius compulsi sint, & ut suo superiori pareant, quam sponte hoc munus suscipiant, impedimenta, si quæ habent, detegere curabunt; Ideò Greg. dicit, si indignus est, non debet obedire, qui uerò sponte accipit potestatem, quoties se offert ad Confessionem, toties se exponit periculo peccati, Flor. 3. p. tit. 17. c. 6. per Dur. in 4. Sentent. d. 17. Nauar. in d. c. 4. num. 4. & 6.

Tales pœnitentiarij hodie non eliguntur, nisi fuerint Magistri in Theologia, aut Doctores in Iure Canonico, uel saltem Licentiati in istis. Conc. Trid. Sess. 14. de Confess. c. 6. & Sess. 24. c. 8. ut ista materia latius declaretur, dicendum, quod quidam tenentur habere eminentem scientiam, hoc est sint apti satisfacere omnibus confiteri uolentibus, & tales scire debent moralem Theologiam, peritiam habere utriusque Iuris, & Cõstitutionum, & Regularum sui Prælati, ita legitur in Concil. Tolet. 4. cap. 24. Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei uitanda est, qui docẽdi officium in populis susceperunt. (& infra) Sciant igitur Sacerdotes Scripturas Sanctas, & Canones, & omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei sciẽtia, quam operum disciplina, de his uide in cap. 1. & per totam, distinct. 38.

Eminens scentia quæ. C

Alij uerò sufficientem scientiam habeant, qua maturo consilio respondere possint uolentibus confiteri, & talis scientia conuenit

Sufficiens scientia quæ.

A uenit illis, qui sunt in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Metropoli, quia sunt parati respondere omnibus de prouincia, & isti tenentur scire peccata omnia, cum suis circumstantijs, & conditionibus, quibus peccatis sit adiuncta excommunicatio, quibus causis sit facienda restitutio, & sic de singulis, & vt istis omnibus maximè suo studio respondere possent. D. Thom. in 4. dist. 17. Doct. in d. cap. Omnis, Sylu. Caiet. & Ang. in verbo, Confessor, Nau. in d. c. 4.

Mediocris scientia quæ.

Mediocris scientia est illa, qua post maturum cōsilium habitum cū peritis, respondetur, & istā habētes, tenētur scire in quibus casibus absoluere possint, quæ sit differētia inter maiorem, & minorem excommunicationem, & quę sint peccata communia, cum suis circumstantijs, & ad minus circa præmissa sciant B dubitare, necnon formam absolutionis præcisam, & similia, D. Thom. Bonauentura, & Sot. in 4. distinct. 18. quæstio. 4. Vict. num. 168. Syluest. in verbo, Confessor, Nau. in d. cap. 4. & inter Modernos refert Alphons. in suo Candelab. de Confess. num. 26. vnde qui habent eminentem, & sufficientem, & cætera scire tenentur.

Hanc autem scientiarum distinctionem in plus, vel minus, quis obseruare tenetur, secundum diuersitatem locorum, cum omnes ad æqualem scientiam non arctentur, licet omnes officium iudicandi exerceant, attamen ea differentia vti solemus, ut qui in eminentiori loco sedent, hi & peritiam promptiorem habere deberent, ita, ut statim parati respondeant, qui uerò in mediocri loco, maturo consilio, non ex improuiso per se soluere C quæstiones poterint, qui autem infimo loco sedent, consilio peritorum saltem si per se non possint, suo muneri satisfacient; Vnde hoc non negandum erit, quin in similibus necessaria sciētia debeat esse æqualis; necessariam crederem, ueluti quæsit materia Confessionis hoc est peccatorum differentia qualis, & quæ scilicet mortalia, quæue uenialia sint peccata, conditiones mutantes speciem peccati, uel aggrauantes, quæ sit causa propinqua, quæ remota peccandi, quæ sint præcepta tam diuina, quam nturalia, & Ecclesiæ, quæue transgressio sit peccatum mortale, uel ueniale, quæue sint Censuræ Ecclesiæ, quæ & quando quis illis innodetur, casus in quos cadat restitutio, & in quibus committantur usuræ, uel simoniæ, necnon sciat suam potestatem circa quæ peccata possit se intromittere, an sint scilicet

Papæ,

Papæ, uel Prælatis reseruata, quæ faciant iterari Confessiones, A & quis modus seruandus in audiendis Confessionibus, & in absolutione concedenda, tandem ea omnia, quæ saluti animarum expediũt; Vnde licet scientia deberet esse æqualis inter omnes quoad præmissa tamen differẽtia erit in resolutione dubiorum seruata distinctione præmissa.

Hęc ex Scolasticis in 4. Sent. D. Tho. Bonauẽt. Duran. d. 17. & 18. Sylu. Caiet. & Sum. in uerbo, Confessor, Nau. in d. ca. 4. Flor. 3. p. tit. 17. cap. 16.

Praxis an suffi ciat pro scientia.

Talis itaque erit scientia in Confessarijs, ut non ex praxi uel uti ex quadam longa assiduitate audiendi Confessiones prædicta sciant, sed ex peritia Canonum, & Doctorum, ut omnis causa acceptionũ, tollatur dummodò talis peritia sit de his quæ iam probata sint, & se conformet cum iuris dispositione, glos. B in c. 1. de pœnit. dist. 6. in uersic. sciat. Florent. in 3. parte, tit. 17. cap. 16.

De bonitate vitæ quę requiritur.

Tertium requisitum est bonitas uitæ, ita scribit August. in d. cap. 1. de pœnit. dist. 6. §. Sacerdos, his uerbis: Sacerdos itaque cum omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus, quæ in alio est iudicare promptus, iudicans enim alium, qui est iudicandus, condemnat seipsum: cognoscat igitur se, & purget in se, quod alios uidet sibi offerre; caueat ergo ut à se abiecerit, quicquid in alio damnosum reperierit, animaduertat, quod dicitur, (qui sine peccato est, primum in eam lapidem mittat) ideo liberauit peccatricem, quia non erat, qui iustè proijceret lapidem, quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret, (& infra) ait: In hoc ita C que patentissimum est crimen Sacerdotum, & ultrà modum detestabile, qui non prius se iudicant quam alios alligent, deberent enim in se timere crimen, quod in alijs timuerunt, & detestabile senserunt, illi quidem adeo cęci erant, quod summam sapientiam sperabant capere suis insidijs, quod illis patuit, quod tunc quisque uitauit, uitet Sacerdos, qui in hoc errore peior illis Iudæis extiterit, & similia.

Bonitas vitæ quibus absit.

Quę bonitas prodest tam ipsi Sacerdoti, quam pęnitenti, qui ab eo sana consilia recipit: Inde August. ait: Ideoque non petat Sacerdotes per aliquam culpam ab unitate Ecclesiæ diuisos, Iudas enim pœnitens, iuit ad Pharisæos, reliquit Apostolos, nihil inuenit auxilij, sed augumentum desperationis, dixerunt enim; (quid

A (quid ad nos, tu uideris?) si peccasti, tibi sit, nō tibi succurrimus, nō peccata tua charitatiuè suscipimus, nō cōportanda permitti mus, non qualiter deponas onus docemus, quid enim nobis, & misericordię, qui nec opera sequimur Iustitię? iuisset ad fratres, & iuisset ad illos, qui orauerant pro socru Petri febricante, qui Cananęam improbam misericordiæ obtulerant, interrogas set Petrum pro se lachrimas effundentem, non fugisset Mariā, & Martham, quæ uitam Lazaro impetrarunt, non turbam plorantem, quæ unicum filium acquisiuerat Viduæ, iuit ad diuisos, & diuisus perijt. Hæc ex August. in lib. de pœnit. cap. 10.

Item August. de quo in cap. Sacerdos, 3. quæst. 7. Sacerdos, ut sapiens, & perfectus Medicus primum sciat curare peccata sua, postea aliena uulnera detergere & sanare, non publicare.

Circa quę versari debeat bonitas vitæ.

B Ista bonitas circa duo uersari, timorem scilicet Domini, & zelum Animarum, Greg. in suo Past. dixit: Sacerdos debet se ponere cum timore ad audiendum peccata aliorum, non cum gaudio, & risu: nam ideo legitur in Exodo 38. quod Moyses fecit Labrum æneum de speculis mulierum, in quo Sacerdotes ingredientes in Sancta Sanctorum lauarentur, ad significandum, quemadmodum Sacerdotes, quam sæpè debent legere Scripturam Sacram, ubi pluribus Sanctorum exemplis instruuntur, & ita ad sui ipsius cognitionem facilè quisque ueniet, & maculas suæ conscientiæ cognoscet, ideo dicit, quod Pastor bonus tanto citius liberatur à sua, quanto magis fatigatur aliena conscientia.

Quo uerò ad zelum Dei, legitur apud eundem Gregor. nul-
C lum sacrificium esse adeo acceptum, & gratum Deo, quam animarum salutem quærere, cuius fructum ostendit Iacob. 5. Qui conuerti fecerint peccatorem ab errore uiæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum, & similia.

Vnde probitas uitæ illius, qui alios docet, prodest animarum saluti, quia exempla magis mouent quam uerba, & uerba boni Sacerdotis penetrant profundius omni gladio ancipiti. Vide cap. 1. §. caueat, & §. laboret, de pœnit. d. 6. cap. illud, dist. 95. Bonauentura, in dist. 19. in 4. Sent. Felin. in d. cap. Inter cætera, de off. ord. Syluest. in uerbo, Confessor, 3. Flor. 3. parte, tit. 17. cap. 17. Nau. in d. cap. 4. Conc. Trid. Sess. 14. c. 6. & Can. 10. de Confess.

Quartum

De prudentia Cõfessarij. Quartum requisitum est prudentia, quæ circa modum audiendi Confessiones, & pœnitentias iniungendi uersatur, quapropter audi eundem Augustinum in d.cap. 1. de pœnit.dist.6. his uerbis: Diligens igitur inquisitor, & subtilis inuestigator, sapienter & quasi astutè interroget à peccatore quod forsitã ignorat, uel uerecundia uelit occultare, cognito itaque crimine, uanitates eius non dubitet inuestigare, locum, & tempus, & cætera, quæ suprà diximus in exponendo eorum qualitates: quibus cognitis, sequitur ut adsit beneuolus, paratus erigere, & secum onus portare, habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in uarietate, adiuuet confitentem orando, elemosinas dando, & cętera bona pro eo faciendo, semper eum iuuet leniendo, consolando, spem promittendo, & cũ opus fuerit, etiam increpando, doleat loquendo, instruat operando, sit particeps laboris, qui particeps fieri uult gaudij, doceat perseuerantiam, caueat ne corruat, nec iustè perdat potestatem Iudiciariam; & similia; Hęc ex August. Et in cap. omnis, de pœnit. dicitur: Sacerdos sit discretus, & cautus, ut more periti medici superinfundat uinum, & oleum, uulneribus sauciati, diligenter inquirens peccatoris circumstantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat ei prebere consilium, & eiusmodi remedium adhibere diuersis experimentis utendo ad saluandum.

Circa quę versetur eius prudentia. Prudentia ergo respicit locum, tempus, personam, & modũ audiendi, & imponendi pœnitentias, ut pro secreto peccato secreta sit pœnitentia, & talis sit, quæ animas ad salutem inuitet, ad ueniam Deum prouocet, & pœnitens ipse ea lætetur, necnõ secundũ qualitatem delicti, ita sit & plagarum modus. Flor. in d.3.p.tit.17.cap.17. Syluest. in uerbo, Confessor, 4. Nau. cap. 8. num. 17. Conc. Trident. Sess. 14. cap. 18. de satisfactionis necessitate, & glos. & Doct. in d.cap. omnis, in § Sacerdos autem, de pœnit. & remiss.

Qualiter sigillum seruetur. Vltimò, in Pœnitentiario requiritur sigillum, quod dupliciter consideratur, uno scilicet, quatenus sit Sacramentum Confessionis; aliud non Sacramentale, & istud seruandum est, tam de iure naturæ, quam Charitatis, & amicitiæ, ne quis scilicet notet infamia proximum suum, quod tam de lege diuina, quam humana est prohibitum, & ideo dicit Greg. in ca. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. his uerbis: Sacerdos ante omnia caueat, ne de his

qui ei

A qui ei confitentur peccata alicui recitet, non propinquis, non extraneis, neque quod absit pro aliquo scandalo, nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat.

De his ēt habetur in 6.c. Omnis, de pœnit. & remis. in §. caueat autem, his verbis: Caueat autem omnino scilicet Sacerdos, ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem, sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque vlla expressione personę cautè requirat, quoniam, qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum à Sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam, in arctum Monasterium detrudendum.

B Sigillum istud Confessionis ita seruandum est, quod licet Sacerdos à suo superiore pœnis, & censuris cogeretur reuelare, tamen nullo modo hoc patefacere dēt, & potest affirmatiuè dicere, se nescire, quia illa cognouit vt Iudex, non ut Homo; Vide textum c. Dilectus, extra de excess. Prælat. & ibi glossam, in verbo, reuelare, & Doct. & Abb. in d. cap. Omnis, Ricard. in 4. d. 21. q. 2. Ang. in verbo, Confessio, 8. num. 9. Syluest. Confessio, 3. Vig. in d. cap. 16. Nau. in c. 8. nu. 5. Medinam, lib. 1. cap. 4. num. 36.

Ratio est: quia tale sigillum videtur inductum de iure diuino Sot. in 4. Sent. dist. 18. quæst. 4. art. 5. & 6. & cum eo omnes Scholastici.

Vnde talis Confessio peccatorum non solum sub sigillo retinenda est, sed etiam secreto exercenda erit. Ita Ecclesia sancta ab initio vsa fuit, & modo vtitur, & commendatur secundum Conc. Cabilonen. c. 33. & in d. Conc. Lateranen. c. 21. de quo in d. c. omnis, & Conc. Trid. in Sess. 14. cap. 5. de Confess.

C

Conditiones seruādę à Cōfessario in ipso actu cōfessionis.

Commendatur autem, vt honestiori modo tale Sacramentum exerceatur, veluti de nocte non audiantur confessiones Mulierum, nec in loco obscuro, aut in domibus priuatis, excepto casu infirmitatis, necnon, ut reuerentia in tali actu ostendatur, sint induti Pœnitentiarij habitu Clericali, sicut superpelliceo, vel stola, arg. quæ habentur in Cons. Bracarensi 3. cap. 3. de quo in c. Ecclesiastica, d. 23. his verbis: Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percipit in consecratione honoris, hoc retineat, & in oblatione, vel perceptione suæ salutis, &

similia;

similia; De cæteris vide Sacerdotale Rom. ad pag. 50. de interrog. facien. & Rituarium Rom. de Sacramento Pœnit. arg. quæ habentur in Extr. de Relig. Dom. §. verum quia. A

Pœnitentiarij omnes, præsertim Almæ Vrbis, in eorum gratijs concedendis, tenentur seruare formas traditas à Decretis, & Constitutionibus Summorum Pont. & in quibus si errarent, essent corrigendi, & reformandi, iuxta Constitutionem Pij V. num. 85. incipit: In omnibus.

DE EXAMINAT. ET Testibus Synodalibus.

B

De eorum officio, & requisitis. Cap. XVIII.

De examinationibus Synodalib. & eorum requisitis.

IN talibus Cathedralibus Ecclesijs examinatores, & testes Synodales constituuntur, sicut legitur in Conc. Trid. quod Episcopi in Diœcesana Synodo sex saltem proponãt viros examinatores, qui suo syncerè fungantur officio, qui & singulis Annis innouandi sunt, Sess. 24. cap. 18.

Hoc factum est, vt Decretum Conc. Trid. in collatione ordinum, & beneficiorum seruetur, vt in Sess. 23. capit. 7. cum similibus.

Requiritur in istis Clericalis ordo, nã Laicis iudicare de Ecclesijs non competit, & ad hoc tam Clerici sæculares, quam Regulares admittuntur; Pollere etiam debent scientia debita, cum sint Iudices electi, veluti Magistri in Sacra Theologia, aut Doctores in Iure Canonico, vel saltem in istis Licentiati, secũdum idem Conc. Trid. in d. Sess. 24. c. 18. C

Iurant examinatores de officio suo fideliter exequendo.

Iurare debent in manibus Prælati dum accipiunt officium, ad Sancta Dei Euangelia, quacunque humana affectione postposita, fideliter munus eis commissum se esse exercuturos, nec quidquam huius examinis gratia accipiant, sed votum eorum iuxta ueritatem, & rectam ac sanctam conscientiam proferant, contrafacientes autem puniuntur pœna apposita in d. Concil. Trid. Sess. 24. cap. 18.

Hoc itaque examen coram Episcopo, uel eius Vicario perficiendum

Aciendum erit, non autem priuatis in Domibus, ſed coram eo, uota erunt danda, & aperienda, quæ Cancellarius notet, & in formam inſtrumenti redigat, uota autem, an uel per ſecreta ſuffragia, aut aperta dare magis expediat, hoc arbitrio Epiſcopi eſſe reſeruatum crediderim, prout in actu iudicauerit oportunũ, ut fraudes tollantur, argum. quę habentur in d. Conc. Trident. Seſſ. 24. cap. 18. ubi dicitur his uerbis: Tranſacto cõſtituto tempore, omnes qui deſcripti fuerint examinentur ab Epiſcopo ſiue, (eo impedito) ab eius Vicario generali, atque ab alijs examinatoribus nõ paucioribus quam tribus, quorum uotis ſi pares, aut ſingulares fuerint, accedere poteſt Epiſcopus, uel Vicarius, quibus magis uidebitur, & requiritur ut ibi.

Examen vbi ſit celebrãdũ.

Quæ forma in tali examine ſit ſeruanda, infrà de ordinibus, B & de beneficijs dicetur, & latiùs de his in d. Conc. Seſſ. 13. c. 4. & 5. cum ſeq. & Seſſ. 24. cap. 18.

Forma ſeruanda ĩ tali examine quænam ſit.

Eorum uota in collatione Ordinum demonſtrabunt talem eſſe, uel non eſſe idoneum, in collatione beneficiorum, talem eſſe idoneum, uel magis idoneum, ex d. locis Concilij.

Appellantur Examinatores Synodales, quia in Synodo conſtituendi ſunt, ex eod. Conc. Seſſ. 24. c. 18.

Teſtes autem Synodales ſunt uiri electi in Synodo ad teſtificandum coram Epiſcopo, quæ in Diœceſi gerantur, cap. Epiſcopus, 36. quæſt. 6.

Qui ſint Teſtes Synodales.

Conſtituuntur ſeptem uiri ex Diœceſi in Synodis, uel plures ſecundum magnitudinem Diœceſis, qui teſtes nuncupantur. Hoſt. in c. Sicut, de accuſat. Io. Andr. Zab. & Panor. in cap. C Præterea, de teſt. cogend.

Qui non ſolum in Synodis Epiſcoporum ſunt conſtituendi, ſed etiam in Concilijs Prouincialibus, ut iǹ d. c. ſicut, de accuſat. immò etiam in Capitulis Monachorum, cap. In ſingulis, §. ordinentur, de ſtatu Monach. Licet regulariter ab Epiſcopo tales ordinentur in Synodis; Epiſcopi tantum poſſunt illos conſtituere etiam extra Synodum, Panormit. in cap. præterea, & refert Henric. Bohic, in tract. de Synodo, p. 3. num. 60.

Appellantur pluribus nominibus, dicuntur enim teſtes Synodales, ex d. c. Epiſcopus, & cap. præterea.

Aliquando teſtes publici, quia inſeruiunt ut delicta puniãtur, quod intereſt publicæ utilitatis, cap. ut famæ, de ſent. excomm. De Iure Ciuili appellantur denunciatores, ſic dicuntur accuſa-

tores, & Testes, ex Panorm. in d. cap. Præterea, & Bohic, in d. loco, num. 61. A

Durare autem debet hoc officium istorum per annum, Host. in d. cap. Sicut, & Io. Andr. in Nouella.

Requisita. Conditiones eorum sunt, quod isti Testes sint maturæ ætatis, & honestorum morum, veraces, Clerici, sed melius Sacerdotes, in d. c. Episcopus.

Recipiũt Iuramentum. Iurare debent in Synodo in principio suæ creationis, licet secundum Glos. in d. c. Sicut, possent quandocunque iurare, antequam exerceant officium, sed ad ostẽdendum quemadmodum arctentur dicere veritatem, melius esset præstare illis Iuramentum solenne in facie Prælati, & omnium Clericorum, & fit tale Iuramentum ad sanctas reliquias, ex d. cap. Episcopus, & ca. Sicut, & ibi Doct. & Bohic, in d. loco, num. 63. B

Hoc Iuramentũ cõtinere debet, quod tales suũ officium fideliter exercebunt, hoc est quòd non odio, non dolosè aliquem denunciabunt, nec calumniosè qui fortè delinquet, sed ex mero zelo charitatis, idque ad correctionem, non ad vindictam, vt in d. c. Episcopus, & cap. Sicut.

Potestas & officium. Potestas & officium eorum est, visitare Diœcesim, seu partẽ eiusdem Diœcesis sibi deputatã, & recipere informationes ab hominibus sine vlla tamen Iurisdictione, quæ reformatione, & correctione digna sunt, tam de vita, & moribus Laicorum, quã Religiosorum quorumcunque, & de modo, & forma exercendi, & administrandi Sacramenta Ecclesiæ, à Sacerdotibus, si peccant in substantialibus, & sic de singulis rebus spectantibus ad Sacrificium Missæ, & ad cultum diuinum, & præsertim, ad tollendas superstitiones quascunque, & quæ Sedem Sanctam maculare possent, ex d. cap. Episcopus, & refert Bohic. in d. p. 3. num. 57. & 65. C

Quæ audierint absque alia citatione, seu actu Iudiciario denunciare tenentur Episcopo, seu Ordinario, in d. Bohic, nu. 65. & 66. Ratio est: quia sunt meri Informatores, Inn. & Card. in d. cap. Sicut; Et quamuis sint Informatores, tamen in quibusdã casibus, sunt etiam Testes, vt in notorijs delictis, & in alijs casibus, ijs creditur quoad denunciationẽ tantum, non quoad condemnationem, sic ex eorum sola denunciatione non debet quis condemnari, Abb. & Felin. in d. cap. præterea, & Bohic. in d. loco num. 69.

Vnde

A Vnde quando denunciatur aliquid, non tenetur se subscribe re, Abb. in d. c. Præterea, & Fel. in d. c. Sicut.

Si denunciauerint falsa, & animo calumnioso, tunc pęna falsi possent puniri, & præterea condemnātur in expensis, ex eod. Bohic, in d. 3. p. num. 71.

Dum visitat Archidiaconus Diœcesim, possent tales testes eodem tempore inquirere, & accipere informationes à secularibus, & alijs, de his, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam spectant, secundum eundem Henr. Bohic, in d. loco, nu. 72. Ratio est: quia vnum non impedit alterum, licet alij videantur tenere contrarium.

Quibus expensis tales inquirant, dixit Henr. in d. loco, num. 73. Parochianorū dumtaxat moderatos esse futuros sumptus, B quia officium non debet esse eis damnosum; Hoc officium commune est pariter cum Archipresbytero Rurali, cui pariter omnia scandala Episcopo denunciare conuenit.

Verba cap. Episcopus, 35. quæst. 6. sunt Eutychiani Papæ videlicet: Episcopus in Synodo residens post congruam auocationem septem ex plebe ipsius Parochiæ, vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros in medium debet euocare, & allatis sanctorum pignoribus, vnumquemque illorum tali Sacramento constringat: Amodo in antea, quicquid nosti, aut audisti, aut post modum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem, & rectam Christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit tantum, vt ad tuam cognitionem quocunque C modo perueniat, si scis, aut tibi fuerit iudicatū Synodalem causam esse, & ad ministerium Episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretium, nec propter parentelam, vllatenus celes Episcopum, aut eius missum, cui hoc inquirere iusserit quandocunque, & ex hoc interrogauerit, sic te Deus adiuuet, & istæ Sanctorum Reliquiæ; Illud Sacramentum, quod iste iurauit, de Synodali causa, quod tu illud ex te ita obseruabis, in quātum sapis, aut audiuisti, ut ab hac die inquisiturus es, sic de te Deus adiuuet.

In cap. Sicut, de accusat. de Testibus Synodalibus ita dicitur: Vt autem id valeat efficacius per eos adimpleri, per singulas Diœceses statuant personas idoneas, prouidas videlicet & honestas, quæ per totum annum simpliciter, & de plano, absq;

vlla Iuriſdictione ſolicitè inueſtigent, quæ correctione, & refor A
matione ſint digna, & ea fideliter proferant ad Metropolitanum, & Suffraganeos, & alios in Concilio ſubſequenti, & ſuper his, & alijs prout vtilitati, & honeſtati congruerit, prouida deliberatione procedant, & quæ ſtatuerint faciant obſeruari, publicaturi ea in Epiſcopalibus Synodis annuatim per ſingulas Diœceſes celebrandis, quiſquis autem hoc ſalutare ſtatutum neglexerit adimplere, à ſui executione officij ſuſpendatur.

DE PRAEDICATORIBVS.

B

Ad quem pertineat prædicare; & de Prædicatorum officio, & requiſitis. Cap. XIX.

Officium prædicatorum inſtitutum.

PRAEDICATIONIS munus, quod omnibus Prælatis commune eſt, ac Reipub. Chriſtianæ præcipuè conuenit, iuxta Domini præceptum Marci vlt. Ite, prædicate Euangelium omni creaturæ, & infra, Docentes eos, &c. Et Apoſt. Prædica verbum, inſta oportunè, argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina, &c. vt homines à peccato auocentur & ad pœnitentiam inducantur. Legitur in Eccleſiaſt. 12. Conſurgent. ſ. peccatores à peccato ad vocem volucris; ſic Petrus ad uocem Galli cognouit peccatum. Ezechiel 34. In pa C
ſcuis uberrimis paſcam eos, in montibus excelſis. & ibi Iſidor. Sanctarum ſcripturarum altitudines quaſi montes paſcuę ſunt. Pluraque de maxima prædicationis utilitate ac neceſſitate leguntur apud Gregor. in par. 2. ſui paſtor. cap. 4. de quo in cap. Sit Rector, diſt. 43. & idem Gregor. Venantio, lib. 1. epiſt. 33. & in Conc. Tolet. 2. cap. 2. & Conc. Trid. Seſſ. 5. cap. 2. & Seſſ. 24. cap. 4.

Ideo ſtatutum fuit, ut in Eccleſia Dei prædicationis officium diligenter exerceatur, tamquam à D. N. Ieſu Chriſto pro noſtra ſalute inſtitutum. Auguſt. de Ciuit. Dei, Gregor. lib. 34. Moral. Abb. in cap. Quod Dei, de ſtatu Monach. num 3. Fel. in cap. Inter cætera, de officio ord. Flor. 3. p. tit. 18. cap. 3. & terminatum

A tum fuit per Conc.Trid.in d.Seff.5.cap.27.& Seff.24.cap.4.& prius fuit hoc idem terminatum per Conc.Carthag.4.cap.20. & per Conc. Rhemense cap.14.

Prædicare quid sit.

Est autem prædicare, uerbum Dei, coram omni populo declarare, annunciando cum breuitate & facilitate sermonis uitia, quæ sunt declinanda, & uirtutes, quas quenquam sectari oportet, ut pœnam æternam euadat, & cælestem gratiam consequatur, ex Concil. Constantiensi, capit. 8. & Trident. Seff. 5. cap. 2.

Præcipuum in Ecclesia Dei dicitur officium prædicandi, ex eo, quod illud præcipuè Christus exercuit, (erat enim docens quotidie in templo) & instituit, dum dixit Apostolis: Prædicate Euangelium omni creaturæ. Mar. cap. fin. Inde August.in B lib.de Ciuit. Dei, ait: Ideo prædicatores ob excellens officium Prophetæ, & Angeli dicũtur; Hoc idem declaratur uelle, quod in Apocal.in 2.& 3.cap.legitur; uide in cap. Cum ex iniuncto, de Hæretic.

Ad quos pertineat onus prędicandi.

Cum itaque Apostolicum sit officium, sanctum & immaculatũ, ideo, nemini uidetur licere, vt propria autoritate, & sponte sua quisque illud exerceat, nisi mittatur à Deo, vel ab Ecclesia; ita legitur de Io.Baptista, Io.1. Fuit homo missus à Deo, & in c.cum ex iniuncto, de hæret.habetur his verbis: Cum igitur Doctorum ordo sit quasi precipuus in Ecclesia, non debet sibi quisque indifferenter prædicationis officium vsurpare, nam secundum Apostolum, quomodo prędicabunt, nisi mittantur; Et veritas ipsa pręcepit Apostolis: Rogate Dominum messis, & C mittet operarios in messem suam, & similia, ex Conc. Lateran. sub Leone X. Seff.11.& cap.excommunicauimus, §.quia verò, de hæretic.

Quapropter à Deo fuerũt missi Apostoli, quando illis fuit dictum: Prædicate Euangelium omni Creaturæ, & ex cõsequenti, Episcopis principaliter uidetur hoc officium demandatum, qui loca Apostolorum tenent, ita dicit Greg. Romano Defensori, cap.20.& Conc.Trid.in d. Seff.5.cap. 2. & Seff.24.cap.4. & Conc.Tolet.2.cap.2.& Carthag.4.cap. 20. & omnes ita fatentur, & suprà dictum est de Episcopis, in §.3.& latissimè in Conc.Lateranen.cap.1.& in d.cap.Inter cætera, de off.ord.& ibi Doctor.

Cæteri mittendi sunt à Papa, vel Episcopis, Pontifex tunc

mandat Episcopis, quando illos ad Episcopale fastigium assu- A
mit, Episcopi Sacerdotibus, quando curã animarum illis committunt; Conc. Trid. in d. Sess. 5. c. 2. et Sess. 24. c. 4. & Clem. Dudum, de sepult. §. huiusmodi, Glos. in c. 1. de Relig. dom. in uerbo, prædicent.

Omnes alij uti Sacerdotes, & Regulares tenentur recipere autoritatem à Papa, vel Episcopis, & sic dicuntur missi, ut in d. cap. Excommunicamus, §. quia verò, de hæret. & in d. Clem. Dudum, de sepult. & Cõc. Trid. in d. Sess. 5. c. 2. & Sess. 24. c. 4. de Refor. quod etiam firmat Flor. in d. 3. p. tit. 18. c. 2. & c. 3. & Glos. in d. c. 1. de Relig. dom. in verbo, prædicent.

Chrysost. in 2. ad Corinth. Hom. 13. Nam etsi prędicare quoque præclarũ sit, & Deo maximè gratum officium, non tamen hoc Sacerdotum quondam proprium fuisse videtur. B

Ideo legitur, quod Valerius Hipponensis Episcopus exultauit, dum uidit Augustinum initiatum fuisse Sacerdotio, & ei dedit potestatem in Ecclesia Dei Euangelium prædicare, apud Possid. in c. 3. de Vita Augustini, & refert etiam Hosius Card. de minist. Sacer. ord. in c. 53. circa finem.

Regulares prædicant.

Regulares itaque vel mittuntur ab eorum Prælatis, & tunc benedictionem ab Episcopo loci recipiunt, dum in illorum Ecclesijs prædicare uoluerint, vel mittuntur extra loca Monasterij, ut in loca Ordinarij, & tunc ab ipsis Ordinarijs mittuntur, & ab illis conceditur eis licentia, & datur benedictio, præuia illius Religionis Prælati obedientia, & nemini licet prædicare, nec etiam in Ecclesijs suis, contradicente Episcopo, ex Conc. Trid. Sess. 5. c. 2. & Sess. 24. c. 4. de Reform. C

Tenentur igitur omnes se coram Ordinario personaliter prę sentare, ut in d. c. 2. & Sess. 24. cap. 4. & hoc etiam de Iure cauetur, Glos. in Clem. Dudum, de sepult. in vers. præsentati.

Qui verò neglecto aut contempto Prælato ausi fuerint prædicare, ab Ordinarijs locorum excõicantur, c. Excommunicamus, §. quia verò, & Glos. in c. Quod Dei, de statu Monach. Symanch. de Cathol. Inst. tit. 49. & Glos. in Clem. 1. de Reg. in uerbo, officia, Abb. in c. Quam sit, de Iud. Zabarel. in d. Clem. Dudum, & ca. Excõicamus, de hęret. lib. 6. & c. Sicut, de offic. ord.

Sed semel admisso quopiam prædicatore ab Ordinario, non requiritur alia in posterum confirmatio, ex Constit. Pij V. de Priuileg.

Tales

A Tales itaque Prædicatores ab eo alentur cuius cõmodo cedit prædicatio, quapropter in Ecclesiã sua Cathedrali constituit Episcopus Prædicatores, quia hoc officium illi cõmissum est, & sic per se, uel per alium munus prædicationis exercere debet; De his uide Declar. Congr. sacri Concil. in Declarat. 222.253.283.& 286.& in declarat. 166.

A quo alentur prędicatores.

Vbi autem consuetudo uigeret, quod Populus alimenta Prædicatori administraret, illa esset seruanda. Declar.232.sed ubi esset dubium, quibus sumptibus esset conducendus, tunc illi conuenit, qui illum conducit, ut in d.declar.232. in d.cap.2. Sess.5. & c.4. Sess.24.

Ex quibus infertur, quod cum Episcopus in Ecclesia sua, & Parochus in sua Parochia, prædicare uoluerit, alteri non licebit B prędicare eo tempore, illo contradicente, sic Populus magis in sua Cathedrali, uel parochia audire debet Verbum Dei, ubi commodè fieri potest, quam alibi, Concil. Trid. Sess.24.c.4.in uers.moneat, & ita etiam legitur in Conc. Carthag.4.c.24.

Attamen, non sunt cogendi parochiani pœnis, & censuris, sed potius hortandi, ut legitur in d.declarat.6. d.Sacræ Congr. Vide etiam Nauar.cap.21.Host.Sylu.in uer. Dominica, nu.8. Ang.in uerbo, Feriæ, num.44.

Ex istis etiam colligitur, quod in alia Parochia prędicare nõ licet sine licentia Ordinarij, uel Rectoris, cap. Cum ex iniuncto, de hæret. & Glos. in capit.1. §.confirmatos, in uerbo, Sepultura.

Quapropter, alijs non probatis ab Ordinario licentia præ-C dicandi non conceditur, sicuti dixit Apostolus ad Rom. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur, ut ne prædicent errores, in d.cap. Cum ex iniuncto, de Hæret. Castro, in tract. de iusta hęret. punit. lib. 3. cap.2.

Laicis autem regulariter non conceditur prædicare, ita in d. cap. ex iuncto, de hæret. & in cap. sicut, eod. tit. his uerbis: Mandamus quatenus interdicas Laicis uniuersis, cuiuscunque ordinis censeantur, usurpare officium prædicandi, quod publicè intelligunt nonnulli, priuatim tamen uidetur concedi, dummodò tales prius fuerint examinati, & probati ab Ordinario loci, & sint instructi in Lege Domini, & bonæ, & sanctæ uitæ testimonio comprobati. Abb. in d.c. Inter cætera, de off.ord. & ibi in Add. Andr. Bart. & Franc. & in Clem. De quibus, de Relig.

Laici non prædicãt.

dom. num. 7. & in Clem. Dudum, de sepult. & ibi Zabar.nu. A
1. & Syluest. in d. verbo, prædicatio.

Attamen, sicuti prædicatio est instructio Christianæ Doctrinæ, ita etiam non nisi probatis in fide & morum honestate prædictis, talis licentia esset concedenda, propterea non esset recedendum à d. cap. Sicut, sed tantum priuatum, & familiarem sermonem haberi ab illis, qui tali honore digni sunt, concedi potest, ex ratione, secundum d. cap. Ex iniuncto, & cap. Sicut, de hæret. & vide cap. Mulier, dist. 23. in fine, cum licentia, ut ibi.

Mulieribus nō cōceditur mun⁹ prædicandi.

Mulieribus autem nullo modo licebit prædicare, quia mulieres sunt in statu subiectionis, & prædicare, est de statu prælationis, & dignitatis, vel, quia in sententia non permanent, & sic modo aiunt, modo negant, & in prædicatione requiritur firmitas sermonis; Aut, quia aspectus, & mulierum loquela, corrumpunt facile hominum animos, & potius ad delectationem, quā ad dolorem incitant eorum verba; Ita terminatum est in Conc. Carthag. cap. 98. & 99. de quo in cap. Mulier, distinct. 23. & in Extr. de Relig. dom. in §. verum quia; à multis autem non conceditur quod etiam mulieres de licentia Papæ, vel Prælati priuatis tantum sermonibus, & familiaribus vti poterunt, dummodo habuerint conditiones requisitas, per Hug. in add. ad Glos. in d. c. Mulier, dist. 23. & Glos. in ca. Adijcimus, 16. quæst. 1. in verbo, Sacerdotes; At hoc concedendum esse arbitramur, mulieri scilicet maturæ ætatis, & probatæ vitæ, & non tamen coram hominibus, sed in priuato loco, ut colligitur ex Flor. in d. 3. p. tit. 18. cap. 9. §. 1. ex mente Sancti Thomæ, in 2. 2. quæst. 187. art. 2.

Officium prædicādi ad quos pertineat.

C Quapropter, ex præmissis elicitur, officium prædicandi spectare solummodo ad Papam, & Episcopos, & ad quos de iure pertinet, & quibus per eos fuerit concessum, Sacerdotibus scilicet tantum, & quamuis in cap. Perlectis, dist. 15. & cap. in Sancta, dist. 92. & Diaconis uideatur permissum, tamen ibi prædicare ponitur pro legere, quod eis publicè & palàm in Ecclesia Euangelium (quod habet vim, & similitudinem prædicationis) legere licet, vel si illis fuisset commissa cura animarum, nam tunc etiam Subdiaconis pari modo cōceditur, ratione prælationis, non ordinis, Glos. in cap. Adijcimus, 16. quæst. 1. in verbo, Sacerdotes, concludens, quod hoc officium solum Sacerdotibus sit demandandum; & licet alij fructum facerent in lege Do-

mini,

A mini, conuertendo animas ad pœnitentiam, tamen secundum Apostolum ad Philippens. dum dicit, siue per veritatem, siue per falsitatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, hoc est, quia plures conuertantur ad fidem; Sic Apostolus gaudebat de conuersis, non de prædicantibus; & Glos. in d.c. Adijcimus;

Quæstuarijs autem, qui per Ciuitates vagantur, interdicitur omnis prædicatio, eo magis, quia sub illa prædicatione quæstũ quærunt, & exigunt aliquid, & pœnis, & censuris sunt arcendi, Extrauag. Commun. de pœnit. & remiss. Sixtus IIII. incipit: Quemadmodum, & in Conc. Lateran. sub Innoc. III. ut in cap. Cum ex eo, de pœnit. & Clem. Abusionibus, eod. tit. & Concil. Trident. Sess. 5. cap. 2. circa finem, & Sess. 21. cap. 9. de Reformat.

Quæstuarij nõ permittũtur.

B Omnes ergo, qui prædicare attentauerint dicta forma non seruata, sunt excommunicandi, quoniam veluti sub specie fidei ampliandæ, errores seminant in mentibus audientium, & sub specie parsimoniæ, committunt auaritias, & sub specie Iustitię, exercetur crudelitas, sub specie misericordiæ fit indigna remissio, ex d. cap. excommunicamus, §. qui uerò, & Abb. in c. sicut, de hæret.

Papæ itaque principaliter commissa est Dominicæ legis prædicatio, & Episcopis, ut dictum est, & illis, quibus ab eisdem talis facultas demandata est, cap. In nouo, dist. 21. c. fin. de offic. delegati, Zabar. in Clem. Dudum, de sepult.

Archidiaconus similiter prædicare poterit, & ille, qui ab Episcopo fuerit ordinatus in sua Diœc. cap. Nullus, 16. quæst. 7.

C & sic omnes alij, dummodo sint ad minus Diaconi, & hoc etiam, si fuerint à suo Prælato demandati, Abb. Felin. & Doct. in d. cap. Inter cætera, de offic. ord. Pelag. lib. 1. c. 69. Syluest. in uerbo, prædicatio, num. 1.

Quapropter, uocatus & missus ad prædicandum, recipi debet, aliàs à Deo missus contemneretur. Augùst. contra Faustũ Manichæum, lib. 32. cap. 15. 8. quæst. 1. c. olim, Nunc Euangelij quisque prędicator ita debet in Ecclesia prędicare, siue laborare, ut defuncto fratre, idest Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat; At uerò, qui electus ab Ecclesia ministerium euangelizandi renuerit, ab ipsa Ecclesia dignè meritoque contemnitur. Qui enim & sibi prodest, & Ecclesię, bene intelligitur utroque pede calceatus,

Prædicator sit missus.

calceatus, vnde illud: Quam speciosi pedes Euangelizantium A pacem, euãgelizantium bona, Qui autem curam lucrandorum refugit aliorum, discalciati illius non figuratum significauit, sed in se impletum portabit opprobrium, Greg. in 2. par. sui Pastor. cap. 4. ait: Præconis quippe officium suscipit, quisquis ad Sacerdotium accedit, vt ante aduentum Iudicis, qui terribiliter sequetur, ipse scilicet clamando gradiatur; Sacerdos ergo si prędicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus, est præco mutus est? & similia, & in d. 43. cap. sit Rector.

Item Gregor. Venantio lib. 1. epist. 33. Ephesijs Paulus dicit, Mundæ sunt manus meæ à sanguine omniũ vestrum, non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis; Mundus ergo à sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium annunciare noluisset, quia cum increpare delinquentes B noluerit, proculdubio tacendo Pastor occidit, de quo in capit. Ephesijs, dist. 43.

Aduertat ergo, qui tale officium assumpsit, vt illud fideliter exerceat, nam vt dicitur in 3. Reg. cap. 20. Custodi virum iustum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius; vide de his plura apud Pelag. lib. 1. cap. *69*. col. *6*.

Sine licentia apud infideles non prędicatur.

Apud infideles autem nemini licet prędicare sine licentia Sedis Apostolicę, Abb. in cap. Quam sit, de Iud. Syluest. in verbo, prædicatio.

Possunt autem Prædicatores recipere elemosinas pro victu ab excommunicatis, quando officium exercent penes ipsos, sed requiritur, quod negocium à principio sit vtiliter cœptum, vide cap. cum voluntate, §. prædicatores, de sent. excom. & ibi Glos. C in verbo, quasi gerunt.

Apud Paganos sine licentia Sedis Apostolicæ non prædicatur, & tunc missi poterunt vti illorum cibis, quibus & ipsi vtuntur, sed cum modestia, & gratiarum actione, seruata temporum qualitate, iuxta Canonicas sanctiones, hoc est, ne fiat cum Idolatria, vel alia Dei offensione, text. c. Quamque sit laudabile, de Iudæis & Saracen. Glos. in verbo, apponnuntur, & ibidem Doctor. His præmissis, videndum erit, qualia sint Prędicatorum requisita; & quatuor numerantur à Flor. in d. 3. p. tit. 18. c. 2. Syluest. in Sum. in verbo, prædicatio, & Caiet. in Summa, eodem vers. Nau. cap. 25. num. 142.

De Scientia.

De scientia requisita suprà dictum fuit, dicit Apostolus, in

Can.

A Cap. parati reddere rationem omni petenti vos, de fide, & spe, quæ est in vobis, & Apost. ad Timoth. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ, & in Ecclesiast. 3. Tempus tacendi, tempus loquendi, quia veritas prius tacendo discitur, postea loquendo prædicatur.

August. lib. 19. de Ciuit. Dei, cap. 19. ait: Oportet eum qui docet, & instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem, pro audientis capacitate dirigere; Debet ergo ipse præcipuè apprimè esse eruditus, & doctus, & similia, de his in cap. oportet, 8. quæstione 1.

Quæ fugiēda sint in prædicatione.

Illorum doctrina erit Euangelij D. N. Iesu Christi, iuxta ueras, & Catholicas expositiones, & Sacræ Scripturæ, secundum B uerum sensum, sufficienti scientia. Inde ab illis aliena esse debent ea, quæ errores, & scandala in populo seminant, nam illis Episcopus prædicationem interdicet; Detestandæ pariter sunt confabulationes, & uana colloquia; quia locus ille Sanctus est, & officium diuinum, & Apostolicum. Gregor. Desiderio Episcopo lib. 9. epistola 48. Et quam graue, nefandumque sit Episcopis canere, quod nec Laico Religioso conueniat, ipse cōsidera, ut in cap. Cum multa, dist. 86. Conc. Trid. Sess. 5. c. 2. & Sess. 24. c. 24. de Reform. Gregor. 12. Moral. Pelagius lib. 1. cap. 69. Flor. in d. 3. p. tit. 16. cap. 11. Nauar. c. 25. nu. 142. Vide etiā d. 43. c. sit Rector, & d. 59. c. qui Ecclesiasticis, §. accedit, 38. d. D. Tho. in 2. 2. quæst. 187.

Quapropter ea erit doctrina sufficiens, si prædicator fuerit C Sac. Theol. Magister, uel saltem Licentiatus, arg. quæ supra dicta sunt de scientia pœnitentiarij; Ratio autem euidens est, quia prædicare sit docere ea quæ spectant ad fidem, & mores, sicuti declarare Euangelium, & annunciare scelera, ad illa detestanda, & uirtutes, ad illas amplectendas, sic Theologia moralis est prædicatio.

Materia prædicationis quæ sit.

Materia prædicationis est Verbum Dei, ideo dicit Apostolus: Prædica uerbum, istud uerbum est Sacra Scriptura, in qua loquitur Deus, ideo legitur in Luca 1. quod Petrus Domino dixit: in uerbo tuo laxabo rete; Sacra itaque Scriptura continet Christum crucifixum, secundum Apostolum: Prædico uobis Christum crucifixum, de quo in Euangelio tractatur; Hoc itaque præcipit Dominus, ut dictum est; Prædicate Euangelium

quod

quod continet uerbum Dei, hoc est Christum crucifixum, & A Sacram Scripturam; Quapropter, prędicatores quæstiones quę in nullo ædificant animas, omittant, sed huic pręcipuè incumbant, sicut & B. Franciscus de Assisio docuit in Regula prędicatores suæ Religionis, ut nil aliud annunciarent populo, quam Christum crucifixum, gloriamque Dei, & pœnas inferni; Hæc dicit Franciscus dignus Dei famulus, & Euangelij professor.

De hoc etiam loquitur Gregor. in lib. 6. epist. 5. siue cap. 196. Cypriano Episcopo, de quo in cap. In scripturis uestris, 8. q. 1. & August. in lib. de Catechis. rudibus, c. 9. ut in c. Sedulo, dist. 38. ubi humilitas Christiana commendatur, & curiositas in dicendo repræhenditur.

De bonitate vitę.

Secundo requiritur bonitas uitæ, quæ maximè necessaria est prædicatoribus, Io. c. 5. Ille erat lucerna ardens, & lucens, & ne B sit ut æs sonans, aut cymbalũ tinniens, & Matth. 5. Qui fecerit, & docuerit, magnus uocabitur in Regno Cælorum; & Apostolus: Ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiari; Ideo Seneca dicit: Magna miseria est, nescire, & nolle discere; maior, scire, & nolle docere; maxima, docere, & nolle operari; Chrysostom. super Matth. 23. Quod Scribæ & Pharisæi imponunt onera grauia, & digito nolunt ea mouere, dicit: Maxima autem accusatione dignus est, qui doctrinæ autoritatem habens, legẽ transgreditur, Primò quidem pręuaricatur, qui alios corrigere debet; Deinde, quia peccans maiori pœna est dignus, propter honorem; Tertio, quia plus corrumpit uelut in ordine Doctor peccans; & habetur in cap. alligant, 26. quęst. 7.

Adest etiam ratio: quod sicut Princeps tenetur uiuere suis le C gibus, iusta est enim uocis eorum autoritas, si quid Populis prohibent sibi licere non patiantur, quę sunt uerba Isid. lib. 3. Sent. cap. 52. & cap. Iustum, dist. 9. & §. dignitas, C. de leg. & l. 1. ff. quod quisq; Iuris, sic prędicatores quod prędicãt uerbis, prius exemplo doceant, secundum Greg. in Ezech. Hom. 9. ad capit. 2. de quo in cap. Quid est hoc, dist. 50. ita dicit: Iacenti autem dicitur, ut surgat, stanti autem pręcipitur, ut ad prędicationem proficisci debeat, adhuc enim nobis in infirmitatis confusione tacentibus, pręberi non debet autoritas prędicationis, sed cum iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cęperimus, dignum est, ut ad lucrandos alios in prędicationem mitti debeamus, & similia.

A Prædicator ergo antequam aliorum uitia redarguat, omni peccati macula seipsum purget, quoniam mala uitia prædicatoris, inducunt contemptum prædicationis. Legitur in Matth. 24. & Gregor. ait: Cuius uita despicitur, restat, ut eius prædicatio contemnatur, uirtutes enim corrigunt uitia, non uerba communiter. Vide 3. quæst. 1. §. porro.

Chrysostom. in Matth. Hom. 43. d. cap. 23. In Iudicio enim sedens, siquidem bene uixeris, & bene docueris, omnium Iudex es, si enim bene docueris, & male uixeris, tui solius condemnator eris. Nam bene uiuendo, & bene docendo, Populum instruis quomodo debeat uiuere, bene autem docendo, & male uiuendo, Deum instruis quomodo te debeat condemnare.

Contra illos, qui bene docent, & male uiuunt, loquitur Psal. B Quare tu enarras Iustitias meas, & assumis testamētum meum per os tuum; & alibi: Existimasti iniquè quod ero tui similis, dicens bona, & non faciens.

Prædicatores ergo si uoluerint in Vinea Domini fructus afferre, exemplo prius doceant, quam uerbis, & talis erit uera, & sancta prædicatio, nam uerbalis prædicator imitatur Hypocritas, qui dicunt & non faciunt, ita refert Chrysost. in 8. quęst. 1. Sunt in Ecclesia, & Hierem. in 7. dicit: Nolite confidere in uerbis mēdacij, dicentes, templum Domini, templum Domini, & Bernardus: O utinam Prælati tam uigiles reperirentur ad curā, quam alacres currunt ad Cathedram.

Vitent arrogātiam prędicatores.

Animaduertant pariter Prædicatores, ne arroganter prædicent, quos ita reprehendit Greg. in Moral. lib. 23. p. 5. c. 12. & C ad cap. 33. Iob dist. 46. Hoc habet proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant inferre, quod docent, & recta, quæ sapiunt rectè ministrare non possint: In uerbis enim eorum proditur, quod cum docent, quasi in quodam sibi uidentur sublimitatis culmine residere, eosque quos docent, ut longè infrà se positos, ueluti in imo respiciunt, quibus non consulendo, loqui, sed uix dominando dignantur. At contra, uera doctrina tanto uehementius hoc elationis uitium fugit per cogitationem, quanto ardentius uerborum suorum iaculis ipsum magistrum elationis insequitur: cauet enim ne eum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium sacris sermonibus insectatur.

Quocirca inanis gloria ualde in Prædicatoribus detestabilis est, se-

eſt,ſecundum Greg.23.Moral.circa finem,vbi ait: Prædicato- A res autem ſancti partem ſuam reputant,ſi intus ipſi de ſapientia gaudent,foris autem alios ab errore compeſcunt, & ibi gaudeant, vbi hoc percipiunt, non vbi intus tot tentationum laqueos innoteſcere compellunt, quamuis bonum, quod acceperunt iam innoteſcit media interueniente charitate, de profectu audientium non de propria oſtenſione gratulantur.(& infra dicit)Spiritualis prędicator,in cunctis quę dicit,ſolerti cura ſe inſpicit, ne in eo quod recta prædicat, vitio ſe elationis extollat, ne lingua à vita diſcordet, atque omnem ſapientiæ gratiam quam vt loqueretur accepit, non ſuis ſe exiſtimat meritis, ſed eorum interceſſionibus pro quibus loquitur accepiſſe: Indignũ ſe omnibus iudicat,etiam cum dignius cunctis viuat, ſcit enim quod bona quæ innoteſcunt hominibus ſine periculo eſſe vix B poſſunt,& quamuis ſapientem ſe eſſe ſentiat, uellet tamen eſſe ſapiens, non uideri, & ſi liceat, tacere appetit, dum eſſe multis tutius ſilentium cernit, eoſque ſe fœliciores putat, quos intra ſanctam Eccleſiam locus inferior per ſilentium occultat.

Idem Gregorius dicit: Nos,qui infimi homines ſumus, cum de Deo loquimur,debemus primum meminiſſe,quod ſumus,ſi autem nec ſumus,nec fuimus, quales ſunt quos corrigimus,ne cor noſtrum ſuperbiat, quorum mala corrigimus, eorum alia bona ante oculos reuocemus.

Prædicatorũ verba ſunt exequenda,nõ vita inquirenda.

Attamen, ne gentium animos hæc mea ſententia in contemptum mali prædicatoris inducat, animaduertant omnes, ne ex hoc prædicationem deſpiciant:nam ita legitur Nicolaum Põt. reſcripſiſſe Michaeli Imperatori, de quo in cap. non quales, 1. C queſt.1. Non quales Sacerdotes domini ſint, ſed quid de Domino loquantur eſt uobis magnoperè præuidendum nec attendendum eſt quid ſint, ſed quid pro correctione Eccleſiarum, quid pro ſalute ueſtra ſatagant.

Fabianus Papa Epiſcopis Orientalibus in epiſtola 2. ita ſcripſit: Significaſtis inſuper, pleroſque attendere, multos in ipſis honoribus Eccleſiaſticis non congruenter uiuere ſermonibus, & Sacramentis, quæ per eos populis miniſtrantur; O miſeros homines, qui hoc intuendo Chriſtum obliuiſcuntur, qui, & multo ante prædixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quam imitandi uideantur illi,qui ea,quæ dicunt,non faciunt, & traditorem ſuum tolerans uſque in finem,etiam ad Euangelizãdum

cum

A cum cæteris misit; Nam Apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt.

Ambros. de his qui initiantur mysterijs, cap. 5. 1. quæst. 1. Cum scriptura tibi testetur, quod ad Hieroboam preces ignis descendit de Cælo, & rursus precante Helia ignis demissus qui sacrificia consumeret, datur intelligi, quod Deus non merita personarum cōsiderat, sed officia Sacerdotum, (& infrà ait) Crede ergo adesse Dominum Iesum inuocatum precibus Sacerdotum, qui ait: Vbi fuerint duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum.

Hoc idem dicit Greg. in c. Multi, 1. quæst. 1.

Finis prædicationis.

Itaque illorum bonitas est, ne talis prædicatio præcipuè mundana spe mercenariorum more exerceatur, quoniam meminisse debent, illis demandatum esse lucrum tantum animarum, nō corporis; ita habetur in 7. Synodo cap. 4. ut est in c. Prædicator, 16. quæst. 1. Prædicator Veritatis Paulus Diuinus Apostolus, ac si Canonem ponens Ephesiorum presbyteris, immò uerò, et omni sacratæ multitudini, ita fiducialiter perhibuit, argentum, & aurum, aut uestem nullius concupiui; Omnia ostendi uobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, beatius existimans dare, quam accipere, & similia ibi latissimè.

Quā mercedē accipere possint Prædicatores.

Temporalia autem recipere pro sustentatione, sed non exigere permittitur; Victum autem conductores subministrare tenētur, necessarij autem, qui de iure tenentur nihil recipiunt, aut petūt, ex eo quod necessaria ad officium sunt illis deputata, Hieronym. in Comm. ad cap. 3. epistolæ ad Titum, in fine, ait: Apo C stolicis uiris, & Euangelizatoribus Christi, in necessarijs usibus nolle tribuere, sterilitatis est seipsum condemnare, & iuxta ea quę dicit Apostolus 1. Timoth. 6. Victu, & tegumento, his contenti sumus; Hoc idem legitur in Conc. Martini Papę, cap. 16. de quo in cap. Episcopus habeat, 10. q. 2. & scriptores hoc idem scripserunt, Abb. & Host. in c. cum officijs, de pręscript. num. 7. Ant. Franc. in Add. ab Abb. in d. c. Inter cętera, Flor. in d. c. 2. Syluest. in uerbo, Simonia, Pelag. lib. 2. c. 2. & 4.

Prędicator paciscens temporale lucrum pro sua Prędicatione, uendit bona Spiritus Sancti, & simoniam committit, quum teneatur gratis reddere, quod gratis à Deo accepit, glos. in cap. Adijcimus, 16. q. 1. qua de re ex charitate, non ex cupiditate prędicatur Verbum Dei, sicuti de Balaam legitur.

Ideo

Ideo Petrus dixit in 2. epiſtola: Sequuti ſunt viam Balaam ex A Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem verò habuit ſuæ inſaniæ, vide Bed. in cap. Sequuti, 2. quæſt. 7.

De Prudentia in prędicatoribus requiſita.

Quartum requiſitum erit Prudentia, quæ verſatur circa modum prædicandi, & à quibus prædicator abſtinere ſe debeat, modus autem prædicandi eſt, quod nihil firmiter aſſeratur ſine autoritate Catholica, in d.c. excommunicamus, de hæret.

Atque materiam cōgruam de qua ſuprà dictum fuit ſibi prædicator aſſumat, & illam ſecundum verum ſenſum aperiat; ita dixit Clem. Papa, ad ſuos diſcipulos, epiſt. 5. vt in cap. Relatum, diſt. 37. his verbis: Relatum eſt nobis, quod quidam in veſtris partibus commorantes aduerſantur ſacris doctrinis, & prout eis videtur, non ſecundum traditionem patris, ſed iuxta ſenſum ſuum docere videntur; Multas enim quidam vt audiuimus veſtrarum partium ingenioſè homines, ex ijs quę legunt, B veriſimilitudines capiunt; Et ideo diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei cum legitur, non ſm propriam ingenij intelligentiã legatur, vel doceatur; ſunt enim multa verba in ſcripturis Diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſque ſponte præſumpſit, ſed fieri non oportet: Non enim ſenſum quem extrinſecus adulteretis, alienum, & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipſum ſcripturarum autoritate confirmare, ſed ex ipſis Scripturis ſenſum capere veritatis; Et ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere Scripturarum, qui cauſa à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruauit, vt ipſe poſſit ea, quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere: Cum enim ex Diuinis Scripturis integram quis, & firmam Regulam veri- C tatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudijs, quæ forſitan in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, vt vbi vera didicerit, falſa & ſimulata declinet.

Qualiter iuxta verum ſenſum ſcripturę prędicetur.

Hoc idem legitur in Conc. Trid. Seſſ. 4. in Decreto de editione, & vſu Sacrorum librorum, circa finem, his verbis: Poſthæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur, & torquentur uerba, & ſententiæ Sacræ Scripturæ ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, uana, adulationes, &c. (Et infra) Mandat, & pręcipit, ad tollendum huiuſmodi irreuerentiã, & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet uerba Scripturæ Sacræ ad hæc & ſimilia audeat uſurpare, ut omnes

huius

A huius generis homines temeratores, & uiolatores Verbi Dei, Iuris, & arbitrij pœnis per Episcopos coerceātur. Idem legitur in Sess.5.c.2.quod prædicatores animaduertant, ne errores uel scandala disseminent.

Prædicatores ergo eo tramite gradiantur, quo suprà docuimus, & cū tota eorū perfectio luceat in Christi Saluatoris nostri passione, ex qua salutaria exempla, & utilia documenta procedunt, ideo, tota nostra institutio, consolatio, & perfectio, in ipsius D. N. Iesu Christi passione uersari debet; Quapropter, quæ inutilia sunt, uana, fabulosa, ridicula, & inpertinentia, omnino prædicatores detestari debent, quæ destruunt, & non ædificant, sed Doctrinam fidei, morumque honestatem, sanctorū gesta, autoritatibus ab Ecclesia probatis prędicent, Florēt. B in d.c.2. Caiet.in Summa, in uerbo, prędicator, & omni prorsus mendacio careant, August. scribit de Mendacio, capit.14. Non est mentiendum in doctrina pietatis, magnum enim scelus est, & primum genus detestabilis mendacij. Vide cap.1. 22. quęst.2.

Prudētes pariter sint, ne dum uitia repreheduntur, detractores potius, quam reprehensores efficiantur, sed generalibus, nō specialibus uerbis dictum Apostoli obseruandum est, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina, ut in cap. Si Sacerdos, de officio ord. Glos. in uerbo, Nominatim. Abb. in Clement.1.§.quibus, de priuilegijs, & ibi in Add. Ant. Franc. & in Clem. Religiosis, eod. tit. Flor. in d.c.2. Caiet. in uerbo, Prędicatores, Nau. cap.25. num.142.

C Licet auditorum uoluntas libentius aures ad fabulas conuertat, quam ad correptiones, & propterea sint auribus prurientibus, tamen prędicatores memoria teneant, ea quę dicit Anacletus omnibus Episcopis, epist.1. dist.43. cap. Scimus autem multos, ob id infestare Doctores, ut eos perdant, & placita proprię uoluntatis adimpleant, non propterea tamen Doctores (in quātum uires suppetunt) à recta ęmulatione, & bona intentione recedere debent, scientes quia beati sunt, qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam.

Immò, qui peccatis inhęrent, & uerbum prędicationis contemnunt, prędicatione digni non sunt, quia non porcis, & canibus sunt Sacra Dei committenda, secundum Clem. in epist.3. in fine, dist.43. c. in mandatis, his uerbis: Si uerò in ijs, quę pa-

Iam sunt, peccatis inuolutus permanet, & inquinatus, non me A oportet ei aliquid de secretioribus, & remotis diuinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari, & conuenire eum ut peccare desinat, & actus suos à uitijs emendet; Quod si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus recte agentem non oportet audire, prudenter eum debemus eludere; Vnde non sunt prędicanda secreta fidei, sed tantum erit admonendus, ut à peccatis desistat; Prædicator itaque semper instet, nec minis, aut persecutione auditores deterreat. cap. Scimus, dist. 43. & ibi Glos. in uerbo, Recedere, & §. pariter, cap. dispensatio, ead. dist. 43.

Vlteriùs Prædicatori prudentia erit ut iuxta audientium capacitatem sanam doctrinam doceat, in d. cap. dispensatio, §. pariter.

Tempus seruandũ in prædicatione.

Seruandum est etiam tempus debitum in prædicando, & in B diebus statutis Quadragesimæ, Aduentus, & in alijs diebus festiuis, & Dominicis, & quando placuerit Prælato, de die, non de nocte; Poterit autem in Aurora de mane, dum agitur de prędicatione passionis Domini nostri Iesu Christi, & hoc ad maiorem diuotionem excitandam, autoritate Saluatoris, in Matth. 10. Quod dico uobis in tenebris, prędicate super tecta; Et ex pluribus Synodis Prouinc. colligitur. Florent. in d. 3. p. tit. 18. cap. 2. §. 4.

Locus pariter prędicationis vt sit Ecclesia requiritur.

Locus prædicationis erit Ecclesia. Ioan. 18. Ego semper docui in templo, & Luc. 21. erat quotidie docens in templo.

Dum prędicatur, cęteri auditores tacere debent, Clem. Dudum, de sepult. Hęc ex Florent. & Syluestro & Caietano in citatis locis. C

Finis itaque Prędicatoris erit docere, & persuadere, id ornato, ac eleganti sermone exequi poterit. August. lib. 4. de Doctr. Christ. August. de Anco. de potest. Papę, quęstione 107. artic. 2. & 3.

Quę prędicator facilè adiscet, arte scilicet, exercitatione, & imitatione, secundum Cicer. in Rhetor. de Inuent. & Autorem ad Herenn. in lib. 1. in principio.

De modo prædicandi.

Modus autem, uel forma prędicandi certa non traditur, sed unusquisque abundat in sensu suo; At, cum Prędicator finem, & legem sibi constituerit, circa quæ eius prædicatio uersari debeat, ueluti circa ea, quæ credenda sunt, vel agenda, aut à Deo petenda, secundum Sotum de Iustitia & iure, lib.

A re, lib. 10. q. 1. art. 2. sic in istis ordinatè procedat, ea diuidendo, & distinguendo, iuxta materiæ qualitatem, cap. Super literis, de Rescript. Abb. in cons. 9. lib. 1. in fine, col. 1. quia diuisa facilius percipiuntur, l. 1. cum Glo. ff. de Dol. & §. sed non vsque, Instit. de leg. Glos. in proœm. Instit. §. igitur, nam diuisio tres operatur effectus, animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificiosè reformat, & quando anima pascitur etiam meditationibus, ideo autoritate, rationibus, & exemplis Sacris animus audientium mouendus erit; ita docuit Autor in d. 1. lib. Rhetor ad Herennium.

Fuerunt autem nonnulli inter Modernos, qui diuersas Regulas, & conditiones de modo prædicandi docuerunt, attamen, apparatus, tam verborum, quam sententiarum, crederem non B multum Prædicatoribus conuenire; quia in lege Domini simplicitas commendatur, ideo dixit Dominus: Dabo uobis os, & sapientiam; Et alibi: Non estis uos qui loquimini, sed Spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis.

Postulet à Deo Prædicator os, & sapientiam, qui omnibus dat affluenter, & tum magnæ erit efficaciȩ sua prædicatio, dum animarum salus inquiritur; propterea, fidem Catholicam, & sanctos mores prædicent, aliter ab Ordinarijs locorum arceantur. Conc. Trid. in d. Sess. 5. cap. 2. & Sess. 24. c. 4. de Reform.

Falsa nullo modo prædicentur: nec adulatoria referantur in publicis ad populum habendis sermonibus, modestis verbis ad excitandum spiritum uti decet, ut ęmulatio sancta suscitetur, dicente Domino Luc. 10. Neminem per uiam salutaueris. Hieroc C nym. 1. q. 1. cap. Iudices, ait; Iudices ipsi ædificabant parietem, & uos absque temperamento liniebatis, vide etiam cap. Sunt nonnulli, dist. 36. & vt Prædicatores omnem laudem, seu iactãtiam detestentur, mouet Greg. in cap. 1. dist. 46. Hoc habet proprium doctrina arrogantiũ, ut humiliter nesciant inferre quod docent, & recta quæ sapiunt, rectè ministrare non possint.

Hoc accidit, quando aliorum opiniones confutare, suas uerò imbecilliori ratione probare nituntur. Flor. in d. cap. 4. par. 3. tit. 18.

Cauendum erit, ne populum in contemptum Prælatorum prædicatores inducant, nam, vt Gregor. ait, in cap. Multi, 1. q. 1. Multi sæcularium hominum, cum plus Sacerdotum vitã, quàm suã discutiunt, in magnũ contẽptionis diuinorum Sacramento

rum crimen incurrunt; & similia. Nam tales potius detracto- A
res, quàm prædicatores dicuntur. Leo X. num. 15. Tales ergo pa
lam arguendi non sunt, ne uituperetur ministerium nostrum,
sed seruato ordine legis Euangelicæ cum illis tractandum est.

Sermo prędicato rũ tẽperatus sit.

Temperati sint sermones eorum, careant omni æmulatione, & contemptione, si deliquerint, correptionem fraternam recipiant; Prolixitas sermonis non semper laudanda, nam ut dicit Greg. Alimenta, quæ minus sufficiunt, auidius sumuntur; Prolixi prædicatores comparantur à Flor. in d. cap. 4. Fœminis quę fluxum sanguinis patiebantur; Attamen, ne in aliud incidant extremum, ut dum breuitate gaudent, ipsorum conceptus incogniti relinquantur: illa laudatur breuitas, quæ facilè audiẽtium mentes instruat, & moueat, in prolatione quoq; uerborum modũ seruare cõuenit, ne aut nimia velocitate, uel tarditate sermo B procedat; Hinc Seneca dicebat: Pronunciatio, sicut & uita debet esse composita. Allegationum copias non multiplicẽt, nam dum una allegatio afficit, ob nimias mens obnubilatur; Et idem Seneca ait: Non delectent uerba nostra, sed prosint; sic tamen composita debet esse pronunciatio, & simplex, non autem rustica, quia & Dominus in lege ordinauit offerri sibi primitias messis, quæ designant dulcedinem eloquentiæ, c. Legimus, §. sed contra, dist. 33.

Populus per prædicatores non prouocetur ad risum, sed ad luctum, conceduntur autem quædam honestæ confabulationes, ad subleuandum animos audientium, ut maiori quodammodo Spiritu diuina percipiãtur, & secundum capacitatem audientium, ita erit sermo prædicantium: nam idiotis, & simplici C bus non sunt prædicanda arcana Fidei, sed simplicia, & deuota, ut animi excitẽtur ad deuotionem, ut suprà dictum est. Flor. in d. c. 4. tit. 18. p. 3. Caiet. in d. verbo, prædicatio. Nauar. in d. c. 25. num. 141. cum seq.

Vltimò autoritates prædicatorum sint ab Ecclesia probatæ, & licet aliquando concessum sit, & gentilium sententias, & rationes allegare ad confirmationem veritatis, secundum Hier. ad Iouinianum, attamen, eorum præcipuus Scopus sit, autoritate Veteris, & Noui Testamenti, doctrinisque Sanctorum Patrum, ac Summorum Pont. & Conciliorum Decretis, veritatem firmare, quas omnes refert Flor. in d. 3. p. tit. 18. c. 6.

DE

A

DE CVRATIS.

Qualiter in Ecclesia exerceatur Cura animarum; & quid sit curare animas, & de Curati requisitis, & illius officio. Cap. XX.

CVm Ecclesia Catholica Senatum habeat ut legitur his uerbis: 16. q.1. in cap. Ecclesia habet senatum, Cœtum presbyterorum sine quorum consilio nil Monachis agere licet; Roboam filius Salomonis ideo perdidit Regnum, quia noluit audire presbyteros suos; Senatum quoque Romani habebant cuius consilio, & autoritate cuncta agebãt, B & nos habemus Senatum nostrum, Cœtum scilicet Presbyterorum; sic diuersa officia existentia in Ecclesia Dei Senatum, & Magistratum constituunt; Idcirco ordinati sunt Episcopi in partem solicitudinis Papæ, & Curati in partem solicitudinis Episcoporum, cap. decreto, 2. quæst. 6. & Greg. in cap. Singula, 89. dist. ait: Singula Ecclesiastici Iuris officia singulis quibusque personis sigillatim committi mandamus: Nunc cum de officijs ad maiores Ecclesias spectantibus satis superq; dictum fuerit de minoribus habentibus Curam animarum non erit inutile aliquid tractare.

Queramus itaque primò, quid sit habere curam animarum, & in cap. cum sit, de ętate & qualitate, ita dicitur: cum sit ars artium, regimen animarum, quia animę sunt pretiosiores omnibus alijs rebus, c. pręcipimus, 16. q. 1. C

Quid sit cura animarum.

Vnde Cura animarum est vigil, onerosa, atque solicita custodia commissa alicui, ut animę sibi commissæ non peccẽt, sed saluentur, quæ competit ex lege, uel commissione Canonica, aut consuetudine, seu præscriptione per sedem Apostolicam non improbata; Pelag. de Planctu Eccl. lib. 1. ca. 70. Archid. in c. Cognouimus, 18. q. 2. & ita in cap. Qui Episcopatum, 8. q. 1. Host. in c. Omnis, de pœnit.

Sic curare non desinet, qui ad curationem infirmorum fuerit electus, ut est sententia D. Basilij, & Oldr. etiam in cons. 80. & l. pen. ff. de exhib.

Quis dicatur Curatus animarum.

Ille ergo dicitur Curatus animarum, ad quem Parochiani pro administratione Sacramentorum cogũtur accedere, & ipse

curã exercet ex necessitate certis limitibus terminata, ex Glos. in Clem. Dudum, de sepult. in vers. impendant, Abb. in cap. 1. de præbend. num. 24. & in c. Dudum, de elect. 2. not. 9. Rebuff. in Praxi Benefic. num. 36. A

Curati, qualis ætas esse debeat.

Requirūtur in Curatis plura & primò ætas debita, quæ scilicet erit 24. annorum completorum, ita vt attigerit 25. annum, c. nemo, de elect. lib. 6. & cap. licet Canon, eod. tit. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 12. de Reform. vbi tempus terminatur, nam antea de Iure poterat cum aliquo dispensari in 23. Anno, Rebuff. in tit. de Dispens. ratione ætatis, numero 10. Hodie tamen licet Curati fuerint in dignitate, tamẽ requiritur ætas 25. annorum. Conc. Trid. in d. c. 12.

Sacerdotiū in Curato necessariū.

Secundum requisitum est Sacerdotium, quod ille teneatur suscipere intra annum à die adeptæ possessionis, & sit versatus in clericali ordine, aliàs non faceret fructus suos, quia Curatus tenetur administrare Sacramenta suis Parochianis, quod præstare non potest absque Sacerdotio, ex d. c. Licet Canon, & ca. Cum in cunctis, §. inferiora, de elect. lib. 6. Cōc. Trid. in d. Sess. 24. cap. 12. de Reformat. B

Quæritur ex præmissis, an possit habere beneficium Curatū ille, qui est in ætate 24. Annorum, ex quo habet annum ad suscipiendum Sacerdotium, & secundum verba d. Conc. Trid. in d. Sess. 24. ca. 12. uidetur quod non, ubi dicitur nisi, qui saltem 25. suæ ætatis annum attigerit, & Abb. etiam in d. cap. Cum in cunctis, §. cum inferior, de elect. num. 1. & 3. & Nauar. cap. 25. numero 116.

Olim dignitates existentes in Ecclesijs Collegiatis non habentes Curam animarum, constitutis in Anno 22. conferebantur, ut suprà de Archid. & similibus dictum fuit, ex Conc. Trident. Sess. 24. cap. 12. C

Si alicui fuerit collata Ecclesia parochialis, quæ sit dignitas in Ecclesia Collegiata, an iste sit cogendus ad Sacerdotium intra Annum, & si hoc non fecerit, an sit priuatus ipso iure, secundum cap. Licet Canon, de elect. lib. 6. Respondit Sacra Congregatio in Declar. 262. quod tale decretum non habet locum in Collegiatis curatis, secundum formam cap. Statutum, de elect. lib. 6.

Tales ergo qui non sunt Sacerdotes, & accipiunt Curata beneficia, sunt monendi, ut intra Annum statutis à iure tempori-

A bus ordinentur, aliàs à regimine illius beneficij amoueantur, & alijs conferatur, ut in d.c. Licet Canon, de elect. lib. 6. Tiraq. de utroque retractu, tit. 1. §. 1. num. 109. Nauar. cap 25. num. 118. interim autem percipi fructus non possunt tuta conscientia.

Omnes quibus animarum cura commissa fuerit, Sacerdotali ordine insigniti esse debent, ut muneri suo satisfacere possint, nisi aliquod habuerint legitimum impedimentum, ueluti infirmitatem aut alia de causa sint in mora, ita ut à Sacerdotio suscipiendo retardētur, & tunc Ordinarius de impedimento est certiorandus, Rebuf. de non promot. intra annum, num. 17. cum seq. & num. 47.

Collatio facta alicui non ordinato, hoc est, nec in clericali B ordine existente, erit nulla. Boer. decis. 171. ideo dicitur in Concil. sit in Clericali ordine uersatus.

Tertium requisitum, est doctrina debita, nam illiteratis non datur ordo, ita rescripsit Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam, cap. 18. & 19. de quo in cap. illiteratos, dist. 36. his uerbis: Nullus præsumat ad Clericatus ordinem promoueri, qui literis carens non potest esse aptus officijs. Hoc idem legitur in Conc. Tolet. 4. cap. 24. ut in cap. 1. dist. 38. Ignorantia mater cūctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei uitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt; Hoc idem habetur in cap. Nisi, de Renunciat. & in cap. ex eo, de elect. lib. 6. & in Cōcil. Trid. Sess. 21. cap. 6. de Reform. ita dicitur: Quia illiterati, & imperiti Parochialium Ecclesiarum Rectores, sacris minus apti sunt officijs, & alij propter eorum uitæ turpitudinem potius destruunt, quam ædificent.

Quæ doctrina requiratur.

C

Videndum ergo est, quanta scientia in similibus Curatis expetenda sit, & breuis datur Regula, quod tanta debet esse, quanta necessaria est, ut suum officium exercere possit. Ita dicitur in Conc. Toletano 4. cap. 24. Sciant igitur Sacerdotes Scripturas sanctas, & Canones, & omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina. Item in eod. Conc. cap. 25. quando Presbyteri in Parochijs ordinantur, libellum officialem à suo Sacerdote accipiant, ut ad Ecclesias sibi deputatas instructi succedant, & rationem Episcopo suo reddant qualiter susceptum officium celebrent, uel baptizent cap. Quando, dist. 38.

Quanta sciētia requiratur in Curatis.

Et ex dictis August. in cap. Quæ ipsis, dist. 38. dicitur: Quæ ipsis Sacerdotibus necessaria sunt ad discendum idest liber Sacramentorum, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisterium, Computus, Canon Pœnitentialis, Psalterium, Homeliæ, per circulum anni Dominicis & singulis festiuitatibus aptæ, ex quibus omnibus si unum defuerit, Sacerdotis nomen uix in eo constabit, quia ualde periculosæ sunt Euangelicæ minæ, quibus dicitur Matth. 25. (Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueã cadunt) De hac doctrina etiam legitur in d. cap. Si Rector, & legitur in Apostolo ad Titum 1. Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. A

Sicuti Curatorum officium est, Sacramenta populo administrare, Verbum Dei prædicare, & animas in uiam salutis dirigere, ita, & singulorum requisita cumulatè in Curato requirenda etiam Sancti Patres censuerunt. B

Quæ vitę bonitas requiratur in Curatis.

Aliud requisitum est, bonitas uitæ, ideo dicitur in Conc. Trident. in d. cap. 6. Sess. 21. Eos uerò, qui turpiter, & scandalosè uiuunt, postquam præmoniti fuerint, coerceant, & castigent, & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent, eos beneficijs, iuxta Sacrorum Canonum Constitutiones exemptione & appellatione quacunque remota, priuandi facultatem habeant, & de hoc etiam habetur in d. Conc. Sess. 24. cap. 18. & passim per totum; Latius de his in eod. Conc. Trid.

Consideratur autem uitæ bonitas circa mores, de quibus infrà de uita, & honest. Cleric. dicetur; necnon cum sint patres, suorum Ouium ductores, & Magistri, ut in cap. Quis dubitet, dist. 86. ita ueluti ductores diuino inquam officio & sacrificio quibus sint semper intenti animas ducant ut in cap. Necesse, 1. quęst. 1. & in cap. In grauibus, cum duobus seq. 3. quęst. 7. quam uitæ sanctitatem etiam uestibus, & externis actibus ostendere debent, in cap. Clericus, dist. 4. ex d. Anacleti Papæ in cap. Quia Episcopus, 5. quæst. 3. C

Quæ prudentia requiratur in Curato.

Vltimum requisitum est prudentia, ut in d. Concil. Sess. 24. cap. 18. in uersic. ut in negociorum sæcularium solertia adhib. §. 1. d. 39. & cap. Qui Ecclesiasticis, §. ecce, d. 36.

Conuenit etiam Curatis, ut in collatione beneficij in eius examine seruetur forma Concil. Trid. in dicto cap. 18. Sess. 24. & Sess. 7. cap. 3. & infrà duos menses à die adeptę possessionis emittant professionem fidei coram suo Episcopo, uel Vicario

generali,

A generali, eo impedito, sub priuationis pœna, vt in d. Sess. 24. ca. 12. de Reform. & ex Const. Pij IIII.

Qui habuerit talia requisita, erit ad curam animarum assumendus, secundum Conc. in d. cap. 18. Sess. 24. & tunc ille ad officium suum se accinget, quod quale sit hic declarandum erit.

De onere Curatorum.

Primò enim consideret maximum onus esse sibi impositum, ideo animaduertat, quæ dixit Hieronym. in Leuit. Si quis vult Pontifex esse, non tam vocabulo quam merito imitetur Moysem, imitetur & Aaron, quidnam dicitur de his? quod non discedebant de Tabernaculo Domini, ad quid ei opus erat? aut à Domino aliquid disceret, aut ipse Populum doceret, tunc discit à Domino legendo Sacras Scripturas, & circa illas meditando, & deinde quæ didicit, populum doceat, & similia; Quapropter, Curati tenentur in Ecclesijs, vbi cura imminet, & per seipsos illam administrare, ex Concil. Lateranensi, vt in cap. Quia nonnulli, de Cler. non resid. & hoc idem terminatum fuit in c. Relatum, cap. Conquerenti, cap. Ex parte, & per totum, tit. de Cler. non resid. cap. Pontifices, 7. quæst. 1. cap. si quis in Clero, & cap. Præsertim, in d. loco, 7. quæst. 1. in Conc. Trid. ita etiam terminatum est Sess. 6. cap. 2. & Sess. 7. cap. 5. & cap. 7. de Reformat. & ita omnia iura clamant. Hoc idem tenuerunt Doct. Scribentes in d. locis. Abb. in cap. Extirpandæ, §. qui verè, de præbend. & in cons. 96. lib. 2. Doctor. in cap. Omnis, de Const. Felin. in cap. Dilectus, el 2. de Rescript. Host. in cap. 2. de officio Archid. Alex. in cons. 1. lib. 7. Hoc idem etiam Moderni confirmarunt, & inter alios Rebuff. de Dispens. de non resid. num. 8. & 21. Mend. Reg. 1 quæst. 14. num. 1. Gigas de pens. quæst. 31. num. 1. Viuius in lib. 1. Opin. 109. & ex Const. Pij V. num. 67. Cupientes.

De Residentia.

Causæ verò se absentandi ad certum tempus licet plures sint, vt cap. de Resid. diximus tandem à Concil. Trident. reducuntur ad quatuor, in Sess. 23. cap. 1. vbi si Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia suaderent, necnon si Ecclesiæ vel Reipub. vtilitati consuleretur & similium, vt ex d. Concil. Sess. 23. cap. 1. de Reform.

Pœna contra non residentes exprimitur in d. cap. 1. Sess. 23. Concil. Trid. & Constit. Pij V. & ibi datur forma procedendi, quod prius tales absentes in loco suæ Ecclesiæ sint monendi, vt re-

vt redeant, qui si per sex menses fuerint absentes, priuantur me- A dietate fructuum, si per alios sex, omnibus fructibus, si deinde fuerint contumaces, tunc priuantur beneficio. Hoc idem tenet Abbas in cap. Ex parte, de Cler. non resid. Alex. d. Conc. 1. lib. 7. testatur de magis communi opinione; quod prius requiratur monitio, licet hoc de Prælatis intelligatur, sed de his vide in cap. de Residentia.

Existente causa absentandi, pro tempore absentiæ prouidendum erit de alio Vicario curato, qui Curam loco absentis exerceat, ne animæ in diuinis detrimentum patiantur, ex d. Concil. Trid. Sess. 23. cap. 1. & tenet etiam Mend. Reg. 20. quæst. 7. numero 3. & 4.

Quid sit Residere. Residere est Ecclesiæ in officio seruire, per seipsum, & ibi pernoctare, & Sacramenta per se administrare, vt in d. cap. Quia B nonnulli, & ibi Glos. in verbo, per seipsos, de Cler. non resid. Zab. in Clem. Quamuis, de foro competenti.

Collegia quibus Cura animarũ imminet, veluti, si illi sit vnita Parochialis Ecclesia Vicarios deputatos à Sede Apostolica vel ab Episcopis perpetuos habeãt vel ad tempus qui curã exerceant certa portione fructuum pro eorum sustentatione consignata, quæ non excedat summam Centum Ducatorum, & non sit minor quinquaginta, & tales Vicarij Curati appellantur, ex d. Conc. Sess. 7. cap. 3. & Sess. 25. cap. 16. & Const. Pij V. num. 46. Ad exequendas.

Officium Curati in quibus cõsistat. Dum resident, triplicem curam habere debent, medendi, pascendi, & induendi, secundum ea, quæ habentur in Euangelio Lucæ 10. de eo, qui fuit à latronibus spoliatus, vulneratus, & se C miuiuus relictus. In primis Curatus debet habere curam Medendi. De istis loquitur Isaias cap. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo; quod fit, administrando Sacramenta Ecclesiæ, & remouendo causas damnationis; Pascendi, secundum ea, quæ dixit Dominus Petro: Pasce oues meas. Ioan. cap. finali. Bernardus dicit: Pasce exemplo conuersationis, verbo prædicationis, & fructu orationis.

Quid sit pascere.

Tertiò dictum est pasce oues, non mulge, siue excoria, ad denotandam maximam diligentiam quæ in similibus habenda est, ne animæ pereant, ut ait Gregorius, & ipsi de temporalibus commodis lætentur, sicut Micheas 3. refert; Qui comedunt

Carnem

A Carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt; Sic pascere debent uerbo prædicationis, vt in 3. Reg. cap. 20. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Hierem. Dabo uobis Pastores secundum cor meum, pascent vos scientia, & doctrina, & exemplo bonorum operum. Subditi dum exempla suorum prælatorum uident, ab eorum peccatis quodam modo excusationem accipiunt, ideo legitur in Genesi 30. Quod oues colorem illum recipiebant qui ante eorum oculos erat positus: sic populi Pastoris uitam intuentes eam imitantur.

Pascunt etiam fructu sanctæ orationis; ita orabat Moyses Exodi 17. & habetur in cap. Ipsi Sacerdotes, 1. quæst. 1. Ipsi Sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, B quia suis precibus ea delent atque consumunt. Aliud officium est induendi subditos uirtutibus, ut in d. cap. Sit Rector, unde qui vult alienos induere uirtutibus, sicuti Curatus, illis uestitus esse debet; inde Sacerdos pluribus indumentis ornatur quæ uirtutes significant; Quapropter ait Ieremias: Curauimus Babylonem non est sanata derelinquamus eam, ut in capit. Forte, 23. quæst. 4. quod fieri non potest, si Curati neglexerint officium eorum, ut in Psalm. 120. Non dormitabit, neque dormitet qui custodit Israel. Et alibi: Ne dederis somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Vide de his Archid. in c. Is, qui, de filijs presbyt. lib. 6. Pelag. in d. lib. 1. cap. 69. & 70.

Expellere lupos à sua parochia tenetur Curatus, hæreticos scilicet.

Primò itaque pro gregis sui custodia tenetur expellere lupos, sicuti est expurgare parochiam ab omni labe & suspitione C hæresis, & eorum fautores, & receptatores, atque ipsos denunciare tenetur, cap. Sicut ait, cap. Ad abolendam, cap. Si aduersus, cap. Excommunicamus, §. qui autem, cum seq. de hæret. Conc. Trid. Sess. 25. ca. 2. & ex Constit. Gregor. XI. Alex. IIII. hoc idem tenet D. Thom. in 2. 2. quæst. 68. artic. 1. Castr. de iusta hæret. punit. lib. 1. c. 17. & lib. 2. c. 25. plures etiam referuntur in Director. in 2. p. & ibi peng. Com. 81.

Ideo statutum est ad dictas hæreses tollendas & ad conseruandam fidem Catholicam in loco ipsis commisso ut uerbum Dei per ipsos parochos uel ab eis constitutos syncerè & fideliter prædicetur, & Lex Dei populo annuncietur; ideo legitur in Conc. Trid. Sess. 23. cap. 1. de Reform. his uerbis: Cum præcepto diuino mandatum sit, omnibus quibus animarum Cura

commissa

commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, A verbique diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo, pascere; ita legitur in Sess.5.cap.2.vt suprà de prædicatoribus dictum est.

Quid docere debeant populū suū Parochi.

Inter cætera verò quæ ab ipsis sunt explicanda, hæc dicuntur in d.Conc.Trid. Veluti in Sess.24. cap.7.quod cum Sacerdotes habeant usum Sacramentorum, & dispensationem inter suas animas, sic prius illorum uim, & uirtutem doceant,iuxta formam à Sancta Synodo in Cathech.edito,quę omnia ibi existentia,à Parochis exponenda erunt,necnon inter Missarum solennia, aut diuinarum celebrationem, sacra eloquia, & salutis merita,lingua uernacula singulis diebus festiuis uel solennibus explanent,atque eos in lege Domini erudire studeant, quæ Misteria sint in Missa, illaque ut magna, & saluberrima similiter B populo declaranda sunt, ut in Sess.22. cap.1. & per totum, de doctrina sacrif. Missæ, necnon decreta matrimonij, & quæ sint impedimenta ad illud contrahendum,& quę dirimant iam contractum,& quæ cognatio ex Sacramentis Baptismi, & Confirmationis ad similia impedienda proueniat, ex eodem Conc.in Sess.24. & Decret. de Matr. annuncianda sunt. Populo prætérea dies ieiuniorum, & festiui,imminentes notificandi sunt, & quę item religio sit circa istorum omnium obseruationem ut in d.Conc.in Sess.21. De delectu Ciborum, & ieiunijs, & diebus festiuis, atque saltem Dominicis & alijs festiuis diebus, in singulis Parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes, diligenter ab ijs ad quos spectabit doceri curabunt. Sess.24. cap.4. de Reform. & ex Constit. Pij V. & Gregor. XIII. C

Missas pariter frequenter celebrare debent, saltem omnibus diebus Dominicis, & festiuis, cap.quotidie, de Const.d.2.cap. Missas, de Consf.dist.1. D.Tho.in 4.p. quæst.82.art.ult.& in 4. dist.13.q.7. art.2.& in quodlib.1.Concil.Trid. Sess.22.cap.1. de obseruan.

Et cum beneficium Curæ animarum habeat onus celebrandi quotidie, tunc debet parochus adhibere coadiutorem, Abb. in cap. Significatum, de præbend. c.consul. de Celebr.Miss.& refert Nauar. cap.25. num.138.

Sic debent stare ieiuni usque ad horam congruam, & deferre Euchariſtiam ad infirmos. Abb.in cap.1.de celebr.miss.& c.

Ecclesia-

A Ecclesiastica, dist. 23. & ibi glos. Concil. Trident. Sess. 23. cap. 1. Necnon Sacramenta Ecclesiæ ministrare, baptizare, nuptias benedicere, uisitare infirmos, & similia, quę animarum salutem concernunt exercere, c. In nouo, dist. 21. cap. Omnis, de pœnit. c. 1. de celeb. miss. Conc. Trid. Sess. 23. cap. 1.

Matriculæ diuersæ Curatorum.

Tenentur agnoscere oues sibi commissas, ideo conficere debent librum omnium suorum Parochianorum, in quo scribantur nomina, & ætates, qui scilicet sint apti ad communionem, qui ad confessionem, & hoc faciendum erit, ut certior fiat, quis confessus fuerit peccata, & sumpserit sanctiss. Sacramentum Eucharistiæ, saltem in die Pascatis, ut in cap. omnis, de pœnit. & ibi Doctor. & legitur in Synodo Mediolan. fol. 13. & 202. & in Synodo Bononiensi, Spoletana, & similibus; Cui accedit B alter liber, in quo scribuntur nomina defunctorum suæ parochiæ, & ubi fuerint eorum corpora humata, hoc est an in sua Ecclesia, uel alibi, ut eorum probationes facilius innotescere possint, cap. à nobis, el secondo, de sent. excom. necnon liber baptizatorum à parochis ordinandus est, in quo notentur nomina baptizantis, baptizati, & leuantium, & parentum baptizati, cap. contumaces, dist. 50. & 2. quæst. 1. nomen. Et pariter alter liber de Confirmatis, & in his omnibus scribantur tempora, scilicet Annus, Menses, & Dies, atque liber Matrimoniorum contractorum, iuxta formam Concilij, in quo scribantur nomina contrahentium, locus ubi fuit matrimonium contractum, & Sacerdotis, ac Testium adhibitorum, Conc. Trid. Sess. 24. cap. 1. cap. non patet, de Cons. dist. 5. Item retinēdus erit alter liber, C in quo describantur omnia edita decreta, siue Constitutiones sui Prælati, sic, & instructiones, ueluti habere Bullam in Cœna Domini, Casus reseruatos, Dies festiuos de consuetudine, & quæ pertinent ad officium suum. Vltimo, quod est præcipuum, conficiendum Inuentarium omnium bonorum Ecclesiæ, tam mobilium, quam stabilium, ex Concil. Trid. Sess. 24. cap. 7. de matr. & in d. Synodis Bonon. & Spolet. & in Rituario Romano, & ex similibus, & pro benemerentibus & augentibus bona Ecclesiæ, cap. Tua, §. nonnulli, de Decimis, cap. decimæ, 16. quæst. 2. & refert omnia Ioā. de Hug. in quadriuio de Curatis.

Qui renuerint semel in anno suscipere in Paschate Resurrectionis, uel alio tempore, absque consilio confessorum, Sanctissimum Sacramentum Altaris, à Curato denunciātur Episco-

po, &

po, & moniti, nisi paruerint separantur ab ingressu Ecclesiæ, in A d.c. Omnis, de pœnit. Conc. Trid. Seſſ. 13. c. 7. de Sacramento Eucharistiæ, & Seſſ. 14. c. de pœnit.

Arcẽt ab Ecclesiastica sepultura excommunicatos, & alios, quibus interdicta est de iure. Doct. in d. cap. Omnis, & infrà, de sepultur.

Peregrinos Sacerdotes non debent admittere ad celebrandum in sua parochia, sine licentia Episcopi, sui ordinarij, & Episcopi loci, vbi intendunt tales celebrare, in d. Conc. Trid. Seſſ. 22. de celeb. Miſſ. & Seſſ. 23. c. 16. de Reform.

Infirmi quamprimum confiteantur, & Sacramentum suscipiant Eucharistiæ ante medicinam, c. Cum infirmitas, de pœnit. & ex Const. Pij V. num. 3.

Purgare debent parochiam malorum hominum colluuie, & B sic expellere concubinas, & concubinarios, exercentes vsuras, & similia illicita patrantes, Conc. Trid. in Seſſ. 24. cap. 8.

Debent ergo hi omnes quibus animarum cura incumbit ex officio, secundum ea, quæ habentur in c. pro humani, §. 1. de homicid. lib. 6. & in cap. intelleximus, §. fina. de ętate & qualitate, circa gregis custodiam soliciti esse, & animarum saluti intendere diligenter, submouendo noxia, & agendo proficua, sic excluso negligentiæ somno, suique cordis oculis diligentia sedula reseratis, vigilanti studio animas Deo lucrifacere, diuina cooperante gratia summopere laborẽt; ideo commiſſam solicitudinem exercere debẽt indefessè, quia pro animabus subditorum strictam sunt coram Deo reddituri rationem, cap. 1. de off. Primicer. & cap. Ephesijs, dist. 43. & legitur in Prouerb. 16. De C fixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui? te ipsum libera, discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis oculis tuis somnum, quod si diligenter seruauerit, esto, quod propter duritiam plebis non perficiat, tutus erit Curatus, & meritum suum habebit, vt in d. cap. sit Rector, & cap. Ephesijs, dist. 43. & cap. nisi, §. porro, de Renunciat.

Habent etiam Curati officium corrigendi, quando viderint magis prodeſſe quam obeſſe: nam ad hoc fit correctio, vt homo emendetur, & tunc si talem Euangelicam doctrinam contempserint, mortaliter peccabunt; ita dicitur, quod taciturnitas in prælato inducit peccatum mortale, cap. Prodest, 22. quæst. 5. dist. 43. cap. sit Rector, uide etiam Pelbertum in suo Rosario,

in tomo

A in tomo 3. de correctione fraterna.

Si in his omnibus quæ ad eorum officium pertinent fuerint negligentes, sciant Deum se habituros vltorem, qui ab eorum manibus sanguinem subditorum suorum exquiret, sic mundæ debent esse eorum manus à sanguine. Paulus in Act. Apost. 20. & Gregor. Venantio lib. 1. epist. 33. de quo in d. cap. Ephesijs, dist. 43. & Gregor. dicit in suo Pastorali; Scire Prælati debent, quod si peruersa perpetrant, tot mortibus sunt digni, quot subditos suos ad perditionis exempla transmittunt, de quibus omnibus passim in Conc. Trident. Vide etiam Pelag. lib. 1. cap. 20. de Planctu Ecclesiæ.

Debent vltra prædicta Curati recitare diuinum officium, hoc est, Horas Canonicas, eo modo, quo infrà in lib. 4. dicetur. B Vide Constitutionem Pij V. quam etiam refert, & sequitur Nauar. cap. 25. num. 122.

Extat etiam Constitutio Pij IIII. num. 83. ad pag. 783. quod Curati prouisi per Sedem Apostolicam tenētur præstare in manibus Ordinarij iuratoriam fideiussionem de residendo, licet dubitetur etiam de prouiso per Ordinarium, etsi in Bulla hoc non fuerit expressum.

DE RESIDENTIA.

C *Residere ad quos pertineat; & quo iure sit Residentia introducta; & qua pœna plectantur non residentes.* Cap. XXI.

PASTORES, quibus animarum salus commissa fuit, ea custodia illas tueri debent, ut non mercenariorum more, quod pinguius fuerit exhauriant, sed vigilanti studio animas vsque ad sanguinē salutaribus remedijs in Domino pingues, & opulentas reddant, tunc enim mercenariorum vices gerunt, si Ecclesiarum redditus procurant, animarum verò salutem negligunt, dum se à suo grege absentant; vnde vt officium commissum exequantur in loco ubi sedes posita fuerit, pastores ad curam sui gregis commorabuntur. Ideo dicit Glos. in Ioan. cap. fin. Pascere oues, est credentes in Christo, ne

Pastoris officium quale.

sto, ne à fide deficiant, confortare, terrena subsidia si necesse fue A
rit subditis prouidere, & exempla virtutum verbo prædicationis impendere, aduersarijs resistere, errantes subditos corrigere, vnde Petrus, iuxta Domini præceptum, alijs Apostolis ordinauit, vt Dominici gregis curam haberent, sic huiusmodi cura pascendi principaliter Petro à Domino data fuit, deinde Petri ministerio alij fuerunt instituti Pastores; & qualiter animarum curam gerentes Pastores nuncupentur, audi Nicolaum Papam Humifrido Episcopo, 7. quæst. 1. cap. Sciscitaris, hoc modo scribentem: Sed quod præcipuè nos, qui tamquam arietes ducatũ gregibus præbemus, immò, qui & horum pastores sumus, Deo auctore, cum eis in periculis pro viribus persistere pro certo conueniat; (& infra) Tandiu super eorum cautela oportet nos esse solicitos, vt si Dei iudicio præsentis temporis commoda B fortassis amittunt, futuræ vitæ se sperent gaudia absque ambiguitate percipere sempiterna.

Qui dicãtur pastores.

Vnde concludit Nicolaus Papa, quod qui gregem habent, Pastores dicuntur, sic Papa dicitur Pastor Vniuersalis Ecclesię: quoniam ei principaliter Dominus dixit: Petre, amas me, Pasce oues meas, Alcuin. in Ioan. cap. 21. August. in Ioan. cap. fin. & ibi Ambr. at cum Petrus illam potestatẽ pascendi per vniuersum mundum exercere per semetipsum non posset, mandauit sequẽtibus se, scilicet Apostolis, 1. Petri 5. Pascite, qui in vobis est gregem Domini; Tales sunt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, & isti solicita gubernatione gregem commissum tueri tenentur; ita legitur ex dictis Lucij Papæ, Clementis, & Anacleti, & in Concil. Laodicensi, cap. 37. ut in ca- C pit. 1. 2. & seqq. 85. dist. Concil. Trident. Sess. 25. capit. 17. de Reformat.

Quare detur Episcopat⁹.

Ideo dicitur, quod qui vocantur ad Episcopatum, non ad Principatum vocantur, sed ad seruitium totius Ecclesiæ & sic propter officium pascendi animas, hoc est, dirigẽdi eas in uiam salutis, secundum Augustinum tomo 7. & in cap. qui Episcopatum, 8. quæst. 1. datur Episcopatus; Et licet Petro tantum Dominus dixerit: Pasce oues meas, tamen Augustinus vt in cap. 13. de Pastor. ait: Quod Christus dixit Petro, omnibus erat commune, sed vni dixit, vt vnitatem commendaret, sic in uno cunctis potestatem dedit, & in uno cunctis generalem regendi formam expressit.

Ambros.

A Ambrof. in Paft. Nobis, inquit, in uerbis diuinis credita eft difpenfatio,gregemque Chrifti alendum fufcepimus; Repetitum eft à Domino tertio,Pafce oues meas, quas oues, & quem gregem,non folum tunc Beatus fufcepit Petrus, fed nobifcum illas fufcepit, & cum illo nos fufcepimus omnes. Iuffit Dominus pafcere oues Petro, per quem ad reliquos omnes poteftas, & autoritas pafcendi manat à Deo.

Idem dixit Paulus, Act.20. Attendite vobis & vniuerfo gregi,in quo vos Spiritus Sanctus pofuit Epifcopos. Ezechiel.cap. 34. Fili hominis, Propheta de paftoribus Ifrael, qui pafcebant femetipfos non ne greges à Paftoribus pafcuntur; & fimilia.

Paftoris officium quale.

Paftoris officium in exemplo Samaritani docemur; Dum itaque Paftor confirmat Populum in fide, tunc confolidat infir-B mum,nam Paftor,qui Doctor eft, fidei dubia in veritate confirmat; Secundò fanat ægrotum,dum fcilicet Populum in fanctis moribus inftruit, ut fides adiūcta bonis operibus viuat, & non fit mortua,quod falutaribus monitis exequitur. Tertiò,confractum alligat,hoc eft,dum pacem inter fubditos procurat, & lites componit, difcordias fedat; abiectumque reducere curat, abiectus autem dicitur hæreticus, vel Apoftata, nam diffentio populi, eft feminarium hærefum, fic laboret, ut ad Ecclefiam reducatur. Diligens fit inquifitor, ut id quod perierat ad uitam reducatur; Perit homo, dū in mortali peccato perfeuerat: hinc fpecialiter dicitur mortuus obftinatus in peccato, & tales à Paftoribus funt quærendi, vt ad uiā falutis redeant,ut reuiuifcant, quod prædicatione Verbi Dei præcipuè affequuntur; Hæc ex C Soto de Iuft.& iure, lib. 10. q. 3. art. 1. Declarans uerba Ezechiel cap.7.

Concluditur itaq; quod paftoralis cura erit Populum fuum nutrire,& in uita fpirituali Sacramentis Ecclefiæ generare,unde prædicatione foueat,Prudentia gubernet,inftituat, & tueatur ita refert Soto in dicto loco.

Hoc idem dixit Dominus, dum conditiones boni paftoris oftendit, Io.10.Ego fum Paftor bonus, bonus Paftor animam fuam ponit pro ouibus fuis: Mercenarius autem fugit, quia Mercenarius eft, & non pertinet ad eum de ouibus. & fimilia; Hoc dixit Dominus,ut ea faciamus. Greg. in Homel.ait: Eius (inquit) bonitas formam, quam nos imitemur adiunxit, fecit quod monuit, oftendit quod iuffit.

August. de verbis Domini Serm. 5. ita dicit: Bonus Pastor A Christus; Quid Petrus? nonne bonus Pastor? nam & animam suam pro Ouibus suis posuit; Quid Paulus? Quid cæteri Apostoli?

Residentia an sit de iure Diuino.

Quapropter si pastoris officium tale est, ut certè tenendum erit, quomodo talia non residentes exequi possunt. His rationibus moti nonnulli residentiam de iure Diuino institutam esse fatentur; Dominus itaque eam commisit omnibus Pastoribus dum dixit: Pasce oues meas, & sic pastorale officium instituit; Quapropter sicuti pascere diuino iure est ordinatum, sic & residere, ut Pastoris officium exequatur; Vide D. Thomam in 2.2. q.185. art.4. Caiet. in art. pariter 4. Soto, in d. lib. de Iust. & iure, lib.10. q.3. art.1. Campeg. in opin. de Resident.

Residentia est de iure naturæ.

Alij tenent, quod non solum Diuino iure Curati teneantur B residere, sed etiam naturali, ut probat diffusè Soto in q.3. art.2. pro iure naturali sumitur, quod dicitur in §.1. Inst. de iure naturali, & est illud, quod natura omnia animalia docuit, unde hoc iure tenemur exequi, quod supra dictum est, de officio Pastoris, ueluti custodire, sanare, & confirmare. Alia ratio est, quia pro officio uel opere stipendium datur, non sat erit sustinere commodum sine onere, nam naturalis ratio dictat, quod qui habet commodum, sustineat etiam onus; Tertia ratio quod nemini inferamus iniuriam, sed dum pastor deserit quæ sub illius custodia sunt, damnum, & iniuriam infert alteri, quia sic contra multorum rationem agit, nam qui Ecclesiæ erit desponsatus, illi fidem seruare debet, & pacta, l.1. ff. de pactis; His, & alijs similibus probatur, residentiam esse de iure naturali. C

Residentia est de iure positiuo.

Tertio probatur cumulatissimè, residentiam institutam esse de iure positiuo, vt statutum est in pluribus Concilijs, vt in Conc. Lateran. de quo in cap. Nonnulli, de Cler. non resident. & in eodem Conc. c. 32. Alexander III. in c. Relatum, eodem tit. Celestinus ex cap. Ex parte. Innoc. ex cap. Qualiter, cum seq. & in Concil. Antiocheno, cap.21. Concil. Sardicense Can.14. Conc. Agathen. Can.9. de quo in cap. si quis, 7. q. 1. Idem habetur in Sexta Synodo, ca.18. & 80. & in Conc. Rom. sub Syluestro, & Constantino, Can.17. Conc. Calcedonen. Cano.17. de quo in d. 92. & in cap. Clericus 21. q.1. in 8. Synodo, Can. 19. Conc. Carthag. nu.5. c. Placuit, 7. q.1. Conc. Trid. Sess.6. c. 1. & 2. de Reform. & Sess.23. cap.1. & ex Const. Pij IIII. de Re-

sid.

A sid.Prælat.Pius V.& cæteri Pontifices. Idem legitur in toto tit. de Cler.non resident. & in Auth.de sanctis Episcopis col. 9.§. interdicimus.

Hoc idē dixerunt Sancti Patres; Damas.in Epist.de exigen. Corepiscopis. August.lib.de Pastorali,Greg.Nazianze.in oratione de statu Episcopali,Chrysost.in lib.de Sacerdotio,Greg. & Amb. in Pastorali, Hier.in 1. Epistola ad Ocean. Bernard. Serm.77.super Cantica,Origenes in Iosue,in Homel.7.Nicolaus Papa Aluino Archiepiscopo, omissis alijs, quos etiam refert Soto in d.art.3.

Hoc idem dixerunt omnes alij Scribentes, in d.locis, Ioan. Andr.Innoc.Host.Archid.Abb.Fel.& cæteri similes inter modernos,multa similia tractarunt, inter quos etiam controuersia B est an Residentia sit de iure Diuino; Sed cum quæstio non pertineat ad finem operis, ideo ad illos, qui de similibus tractant deferatur solutio; Cuiuscunque autem iuris sit, ad residentiam prædicti tenentur.

Residere quid sit.

Residere autē est Curæ sibi commissę deseruire per seipsum, & eius curā principaliter exercere, ex eod.Concil.Trid.Sess.6. cap.1.& Sess.23.cap.1.de Reform.& dicitur,quod iniuncto sibi officio defungi teneantur .Goffr. in cap. Quia nonnulli, de Cler. non resident.

Qui teneatur residere.

Modo uidendum est, qui teneantur ad residentiam, & licet suprà tradita sit Regula quod omnes habentes curam animarum,sic & Pastores nominati, tamen specificè colligitur ex diuersis scriptoribus, quod etiam Papa residet in loco Dominici C gregis, scilicet in Ecclesia Catholica, ex quo ei primo fuit dictum à Domino: Pasce oues meas, & sic fuit ei commissa cura totius Ecclesiæ. Io.Sylua.de benef.p.4.quęst.1.Iacob.de Cōc. lib.10. art.1. num.50. lib.6. art.1. num.5. lib.7.art.7.num.36. Franc.Vargas,de Auct.Pont. confirmat in num.3. & suprà dictum est de Papa.

Papa ēt residet.

Talis Papæ residentia consideratur,quoad locum,in quo magis resideat, ut officium commissum exerceat, de quo suprà de Papa dictum est,quod Roma Papæ specialis est Sedes, August. de Anco.quæst.2. art.1. & 2. Oldrad.cons.85. num.2. Florent. 3.p.tit.21.cap.2.& cap.rogamus,24.quæst.1. Innocent.in cap. Exposuit,de dilat. Pan.de Crim.fals. cap.Cura.

Post Papam, & Cardinales residentiæ locum habent, ubi

Cardinalium residétia que. Papa moratur, cum alligati sint illi, ita, quod ab eo discedere non possint sine eius consensu, Host. in cap. Ecclesia nostra, de præbend. & c. bonæ memoriæ, de Potestate Prælati, Abb. in capit. 2. de Cler. non resid. nu. 2. Præposit. in cap. filium vestrum, 1. quæst. 1. num. 2. A

Cum itaque Cardinales teneantur assistere Papæ, & illi in arduis negocijs Ecclesiæ consulere, ideo datur eis titulus Ecclesiæ, in Vrbe, vbi sacra peragant, & assistant, sed si Episcopalem Ecclesiam extra Vrbem tenuerint, tunc quærebatur à multis, an hoc esset incomportabile, & vbi esset locus residentiæ, Abb. in cap. bonæ memoriæ, de post. Prçlat. tenet non esse incomportabilem Cardinalatum cum Episcopatu, eandem etiam tenuit sententiam Barbat. in tract. de Præst. Card. quæst. 12. num. 52.

Contrarium dixerunt Ioan. Andr. in capit. cum Apostolus, ext. de Cens. quod vsque ad Clem. V. Episcopi non promouebantur in Cardinales, & sic huius residentiæ causa non erat inducta, & propterea prætermissum fuit à quibusdam Pontificibus nonnullos Episcopos creare Cardinales, quia dictæ Ecclesiæ videbantur adinuicem incompatibiles, ante dicta tempora Clem. V. secundum glos. in cap. litteras, de rest. spoliat. & Glos. in cap. vobis, de Decimis, Abb. in cap. ad Monasterium, de stat. Reg. & cap. Super eo, de bigam. Scribent. in cap. Sunt quidam, 25. quæst. 1. Turrecrem. in cap. 13. quæst. 1. D. Thom. in 2. 2. quæst. 189. B

Alij autem non esse similia incompatibilia dixerunt, ea ratione, quia Cardinalium status sit valde vtilis Ecclesiæ Dei, eo quod in Consistorio pro bono vniuersalis Ecclesiæ consulant, ideo cum prospiciendum sit magis vniuersali commodo quam particulari, sic poterint propè Papam residere, & nõ esset incongruũ, vt tũc eis traderẽtur Ecclesiæ Episcopales; Itaq; si magis expediret Ecclesiæ Episcopali, quã Papæ assistere, tũc Cardinalis creatus Episcopus in sua Ecclesia resideret, & ita habenda rõ cui vtilitati publicæ vel priuatæ magis expediat, & publicũ anteponendum esse priuato semper commodo, omnes fatẽtur, cap. Scias, 7 q. 1. ca. Bonæ memoriæ, de translat. Episcoporum. Archid. in cap. Consequens, 11. dist. & sic non dicitur dispensatio, sed diuini iuris interpretatio. Caccialup. in tract. de dispens. num. 44. & D. Thom. in d. quæst. 89. art. 10. Sot. in d. lib. 10. de Iust. & iure, quæst. 3. art. 3. in 4. colum. Qua de causa cum Cardi C

nalatus

A nalatus detur in titulum, ſicut eſt Canonicus vniuerſalis Eccleſiæ, vt in Clem. Ne Romani, de elect. Ideo ſequitur neceſſariò, quod Epiſcopus electus Cardinalis, vel tenetur reſidere in Eccleſia ſua, aut Papæ aſſiſtere, ſicuti Apoſtolicæ diſpoſitioni placuerit, Card. in Clement. 1. de præbend. & talis diſpenſatio ut quis ſit tutus in cõſciẽtia, requiritur ut ſit facta ex dictis cauſis, ſecundum Hoſt. in cap. Dudum, de election. el 2. Io. Andr. in c. de multa, de præbend. & ibi Abb. Dec. in cap. peruenit, de iud. Hodie autem conſtat Apoſtolica determinatione Epiſcopos creatos Cardinales, magis in Eccleſijs ſuis, quam apud Papam reſidere, & Pontifex permittit, ſicut magis illi Eccleſiæ prodeſſe cognouerit, ex Conc. Trid. in Seſſ. 6. cap. 1. ubi omnes ad Reſid. coarctantur; hoc tamen eſt in arbitrio Summi Pontific. qui B iuxta ſuum libitum bene diſponit.

Licet in numero Cardinalium, & Epiſcopi numerentur, ut Sabinenſis, Hoſtienſis, & ſimiles, tamen hoc non eſt incompor tabile, tum ratione uicinitatis, & ſic uidetur reſidentia eorum legitima Romæ, tum etiam ut in ea dignitate uigeant ordinum gradus, ſicuti ſunt Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, Card. in Clem. Ne Romani, §. Veritas, de elect. uide etiam Sot. in d. q. 3. art. 3. Cupers, in cap. Oportebat, diſt. 79. ad pag. 267. nu. 15. cum ſeq. uſque ad finem, & ſuprà de Cardinalibus dictum eſt.

Alij Cardinales Romæ apud Pont. reſident, & abientes, & moniti, ſi redire neglexerint, poterunt à Pont. priuari, ſecũdum omnes Doctor. in cap. Ex geſtis, de Cler. non reſid. Leo X. in Conſt. in Conc. Lateran. de Anno 1515. Supernæ 11. in ord. & C ex Conſt. Pauli IIII. fol. 5. 7. 8. licet talis non irrogetur niſi de rigore.

Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi reſident.

Patriarchæ, & Primates tenentur ſimiliter in eorum Eccleſijs reſidere, Greg. de Reſid. Epiſcoporum, cap. fin. num. 5. Sot. de Iuſt. & iure lib. 2. quæſt. 3. Campeg. de Reſid. Epiſcoporum. & ex d. Conc. Trid. Seſſ. 6. cap. 1. de Reform.

Archiepiſcopi, & Epiſcopi pariter reſidere tenentur, Caiet. de Paſt. Reſid. Sot. in dicto loco, ante iſtos D. Thom. in 2. 2. quęſtione 185. artic. 5. Turrecrem. in c. Peruenit, in 1. 7. q. 1. De his omnibus in Conc. Trid. in dicta Seſſ. 6. cap. 1. & Seſſ. 23. c. 1. de Reform. & ſuprà ſatis declaratum eſt.

Parochꝰ ad reſidẽtiam per-

Parochus etiam tenetur reſidere Doct. in cap. De multa, de præbend. & Abb. in cap. Nonnulli, de Cler. non reſid. & omiſ-

sonalē tenetur. sis infinitis penè alijs, ex d. Conc. Trid. Sess. 6. cap. 1. & Sess. 23. A cap. 1. in tit. de Cler. non resid.

Vt & Canonici. Canonici etiam tenentur residere in eorum Canonicatibus. Host. in Sum. de Præbend. Archid. in cap. Si qui, 17. quæst. 1. Abb. Imola, & omnes alij, in c. Inter quatuor, de Cler. nō resid. Io. Sylua. de Benef. p. 4. q. 1. num. 3. Conc. Trid. Sess. 22. c. 3. de Reformat. & Sess. 21. cap. 3.

Regulariter de iure omnes beneficiati tenentur residere, Gigas de pens. q 3. & est communis sententia secundum Paris. de Resign. lib. 5. tit. 5. num. 1. tamen de Consuetudine excipiuntur beneficia simplicia retinentes, vt ibi.

Causæ quæ excusent à Residentia. Modo discutiendum erit, quibus de causis quis excusari possit à residentia; & antequam ad speciales causas sit descendendum, prius quædam Regulæ erunt declarandæ ex D. Tho. 2. 2. B quæst. 185. art. 5. & Soto, in lib. de Iust. & iure, lib. 10. quæst. 3. art. 4. & ibi etiam Caietanus.

Reducuntur omnia ad tres causas, quæ respiciunt vtilitatem Ecclesiæ non personæ, dicitur, non personæ, quia persona accipiens animarum Curam, videtur voluntariè se subdere pro fide, & salute animarum morti, iuxta Domini præceptum, & animam suam ponit pro ouibus suis, vt suprà dictum est in cap. de Papa, & Episcopis.

Causæ sunt istæ, Necessitas impedimenti; Qualitas negocij; Conditio personæ. Primum autem impedimentum dupliciter consideratur vt est extrinsecum & intrinsecum. Intrinsecum quale est mala valetudo corporis, quæ ne officium suum exercere possit impediret, & vel aliter Ecclesiæ prodesse nō valeret; & C in similibus impedimentis licebit per exigua tempora se recreare, vt visitare suos, & similia; non est autem vitandus, veluti etiā si esset in Carcere, & sic de similibus; Impedimentum autem extrinsecum erit, veluti si Tyrannus illum insequeretur; aut odio aliorum persecutionem pateretur iniuriosè & iniustè, tūc considerandum erit num talis insectatio erit cōtra Ecclesiam, nam tunc non licebit recedere, sed illam tenetur defendere etiam vsque ad sanguinem & mortem; Sed si respiceret hæc insectatio personam, tunc ad tempus permittitur absentatio, eam permittente Domino, & dicente: Si persequentur vos in vna Ciuitate, fugite in aliam; de hoc vide August. in c. Scisciratus.

Secunda causa est qualitas negociorum respiciens eiusdem

Ecclesiæ

A Ecclesię vtilitatem, & ista causa tripliciter consideratur; Primò vtilitas dicitur vniuersalis omnibus ministerijs illius Ecclesiæ veluti prædicare, visitare, & similia facere, & huiusmodi relatio est sicut totum ad singula membra; Vel dicitur vtilitas quo ad alias Ecclesias, & vnũ membrum ad alias corporis partes. Tertio in ordine ad vniuersalem Ecclesiam Romanam, sicut membrum ad caput, & totum corpus, & tales causæ semper excusant; Sic dicitur, quod Prælatus ad protegendam Ecclesiam suam potest ad tempus se absentare, dummodo per quendam alium illa quæ officio eius incumbant perficiantur, vnde eo magis conceditur pro necessitate vniuersalis Ecclesiæ; vnde hoc casu uidendum, an industria personalis illius Prælati sit ualde vtilis, & necessaria Ecclesiæ uniuersali, & sic consideranda uenit necessitas uniuersalis Ecclesiæ, uel magna utilitas, quæ respiciant salutem animarum, pacem Ecclesiæ, & similia; unde deputare prælatum uel præficere officio temporali, non iudicatur iusta causa qua ab Ecclesiæ suę residentia & sui gregis cura auocetur, secundum Sotum ibi. Tertia causa dicitur conditio personæ consideratis qualitatibus Ecclesiarum, ueluti, si ratione uicinitatis unus Episcopus ob Ecclesiam suam posset satisfacere oneri dictarum Ecclesiarum, ut legitur de Archiepiscopo Zaranonensi, qui etiam fuerat Episcopus Fundensis, ut in cap. illud, 2. quæst. 1. ueluti, si parochialis fuerit unita digniori, ut Ecclesiæ Cathedrali, tunc in ea inseruiet per Vicarium, ex Conc. Lateran. Can. 32. & tunc eidem parochiali deputatur Vicarius perpetuus.

Quæ negocia excusent Prælatũ à residentia personali.

B

C Concluditur tandem, quod in istis causis Papa posset dispensare; in alijs autem (ut dicit ibi Sot.) si dispensaret causam daret peccandi; Sic potest Episcopus ob causam componendæ pacis effici Legatus Papæ ad Principem, uel si fiat Inquisitor, uel similia subeat munia publica, intelligitur ad tempus, à gregis sui gubernatione abesse posse, scilicet durante causa; Et in hoc Papa semper animaduertit, quod quando potest per sæculares, non utitur opera Prælatorum Ecclesiæ, nam Paulus dicit ad Timoth. Qui Deo militat, non se debet implicari negocijs sæcularibus; Vide 23. quæst. 8.

Papa dispensat in omnibus causis.

Paulus ad Corinth. 9. Si qui in agone sæculari contendunt, se ab omnibus abstinent, si qui Christo militant, à negocijs abstinent; Legitur 2. Paralip. 26. quod Ozias fuit reprehensus,

quod adoleret incensa, cum hoc spectaret ad Sacerdotes, sic dicitur quod Episcopi deserentes gregem, & adhærentes sæculo, incensant sæculo, non Deo: ideo dixit Domino Moyses Numerorum capit. 11. Cur inquit imposuisti pondus uniuersi populi huius super me? nam quid ego concepi omnem hanc multitudinem, uel genui eam, ut dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, ac defer in terram pro qua iurasti patribus eorum; Vide Epist. Athanasij ad Episcopos de Resid. & quanta mala oriantur ob absentiam Prælatorum ab eorum Curis; uide etiam ibi Sot. circa finem; Remitto me tamen in hoc iudicio Ecclesiæ Catholicæ.

A

Merito easdem causas determinauit Conc. Trid. in Sess. 23. cap. 1. de Reform. dum dicit, Christiana charitas; Vrgens necessitas; Debita obedientia, Ac euidens Ecclesiæ uel Reipub. utilitas; & talis causa cognoscenda est à Metropolitano, uel Cõcilio Prouinciali, uel Romano Pontifice; & ob has causas non concedatur ultrà tres menses in quolibet Anno absentia, dummodo absque ullo gregis subiecti fiat detrimẽto; & ne sint dies tales, Aduentus, Quadragesimæ, Natiuitatis, Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi; Minores Curati licentiam ab Episcopo impetrant ex causa necessaria, ut ibi, & cap. relatũ de Cler. non resid. & in cap. inter quatuor.

B

Ex istis Regulis multi eliciuntur casus, omissis quos Doct. diuersè recensent, ex Sacra Congr. Conc. in d. cap. 1. Sess. 23. in verbo (causa prius.) Causæ non excusantes sunt istæ uidelicet.

Quæ causæ non excusent à residẽtia.

Inquisitoris officium exercens, non excusatur à Residentia, ut supra de Inquisitore dictum fuit; & ideo eum etiam licentia concessa ab Episcopo de non residendo, non excusat, quia illã Episcopus concedere non potest, intellige ultrà tempus à Concilio terminatum.

C

Lis super Parochiali mota non excusat à residentia.

Licet Parochia sit maximè grauata pensione, tamen Rector non excusatur, quin personaliter residere teneatur.

Episcopus potest uti opera sui parochi in Visitatione per quatuor menses tantum, non ultrà; similiter odium Parochianorum non excusat parochum, nec inimicitiæ, nisi ad tempus.

Causæ autem Prælatum à personali residentia excusantes, uel beneficiatum quemlibet, multiplicis sunt, & prima quidem est.

Si in

A Si in Parochia fuerit electus Capellanus Curatus, durante vita Rectoris à Sede Apostolica, tunc excusatur Rector à residentia personali.

Intemperies Aeris, cum consensu ordinarij excusat ad tempus.

Infirmitas excusat, si in loco non potest curari, quia non adsunt Medici, vel Medicinæ, Episcopus etiam concedit per quatuor Menses deputato Vicario ad Curam, licentiam vt abesse possit.

Si interuenerint inimicitiæ inter Rectorem, & Dominum loci, & Episcopus illos reconciliare non potest, tunc Episcopus prouidere illi poterit de alio beneficio, vel eidẽ permittet abesse à Cura durantibus inimicitijs, deputato ad regimen Ecclesię B idoneo Vicario.

Habens Canonicatum, & beneficium aliquot Curatum ex dispensatione, si habet inimicitias in Parochia, residere potest in Canonicatu.

Inimicitiæ autem considerantur si sint veræ, & graues, natæque sint culpa sua, tunc enim per annum licet se absentare, cum licentia tamen Episcopi.

Negocia publica Cleri excusant ad tempus a Residentia, si legitime sunt demandata.

Non habens domum in loco residentiæ, eam conducere debet, si ibi commodè haberi non possit, potest cum eo dispensari, vt in loco viciniori conducat, quæ quidem causæ sunt etiam de iure communi.

C Vnde Episcopi non debent facile licentiam cõcedere absentiæ sine causa; & quia causæ vt variæ & multiplices numerari difficile possint, eas ad regulas prędictas reducimus; in Germania autem absentiæ tolerantur, ob hæreticorum infestationem, & sic de alijs dicendum locis. Abb. in cap. Quoniam, §. 1. vtile non cont. & in cap. fin. de Cler. non resident.

In omni absentia curet Episcopus, vt ad Curam animarum deputetur idoneus Vicarius qui Curam exerceat, diuina administret, attributa eidem certa fructuum portione, vt ex d. cap. 1. Sess. 23. & Cong. declarauit. Abb. in c. fin. de Cler. non resid. cap. Licet, de præbend.

Qui dederit operam rei illicitę, ita, vt illius causa induceretur absentia, huic culpa imputabitur, & puniendus venit, licet alia

pœna

pœna quam priuationis. Abb.in d.cap. Inter quatuor. A

Seruientes Papæ à residentia excusantur, quia inseruiunt Vniuersali Ecclesiæ, cap. Dilectus, de Cler.non resid. Abb.in cap. Olim, de verbor.signific. Host. in Summa, de Cler. non resid. num.2.

Inseruientes Legatis in Prouincia, vel Archiepiscopis, idem dicendum est de iure. Abb.in d.c. Cum dilectus, & cap. De cætero, & cap. Ad Audientiam, de Cler.non resident.

Canonici non residentes in suis Ecclesijs, non habebunt distributiones, Abb.in d.cap. De cętero, & cap. Olim, de uerbor. signific. sed si habent causam honestam, ut aliquam ex supradictis, tunc de distributionibus quotidianis relicta tertia parte pro seruientibus, residuum retinebunt, ex declaratione Congreg. vt suprà, dummodo causa scilicet inimicitiarum non venerit culpa, & facto ipsorum, sed si absuerint pro negocijs Ecclesiæ, accipiunt distributiones, cap.1. De Cleric.non resident. in sexto. B

Causa studendi, ut Theologiæ, in locis ubi lectiones leguntur, ut illis intendant, & proficere possint. Abb.in cap.1.de iud. Bald.in procem. Digestorum. Card.in Procem. Clem. Archid. in cap. De quibusdam, dist.31. sed si reuerterētur ignari, essent priuandi beneficijs, Butr. in cap. Quamuis, de ætate & qualit. Vide cap. Cum ex eo, de elect. lib.6. Abb.in cap. Tuæ, eod.tit. & cap. Licet. Card.in Clem. Sanè, de statu Monach.sic, & Canonici causa studij absentes percipiendo distributiones si ignari remeent, ijsdem ueniunt priuādi. Laud.in cap.unico, de Cler. non resid.lib.6. Fel.in cons.18. Flor.3. par. tit.15. cap.1. §.13. Host. De Cler. non resid. num.2. C

Talis gratia hodie concedenda est à S. D. N. & de consensu Ordinarij, ex Const.Pij IIII.de resid.edita Anno 1564. pluresque refert causas Gigas de Resid. in cap. 7. & primo loco ponit an Episcopus excusetur à Residentia ob Diœcesanorum persecutionem; & distinguendo soluit; aut salus subditorum exigit eius præsentiam, & tunc non excusatur, sed si commodius per alium prouidit, tūc excusatur, inde Helias fugit à facie Achab, & se abscondit in torrente, deinde uenit in Sareptam 3.Reg.3. Dauid à facie Saul, 1. Reg. 24. Hieremias fugit in Ægyptum, Hier.43. & ex dicto Dñi Matth.2. Si uos persecuti fuerint, &c. Petrus fugit Herodis furorē, Act.12. Paulus per sportā dimissus,

Episcop⁹ quādo excusetur à residētia personali.

A sus, Act.9. & Dominus fugit ab Herode in Ægyptum. Matth. 2. Lucæ 4. Io.4. Vnde persecutio contra personam ex odio, fugienda est, sicut Paulus Act.9.

Alia causa si Prælatus efficeretur Monachus, non teneretur redire, ex cap. Hoc nequaquam, 7.quæst.1.

Excusatur etiam ex defectu scientiæ, ut si nesciat regere Populum sibi commissum, ibi apud supradictum Gigant.num.13. cap.7.

Item ob malitiam plebis, cui præest, si illam superare non poterit omni beneuolentiæ officio.

Item ob graue scandalum euitandum, ibi, num.19.

Item si esset effectus irregularis, uel bigamus esset, vt in cap. fin. dist.50.

B Item ob aeris corruptionem ad sanitatem tuendam, & tunc Ecclesiæ consulendum, Hæc ex Gigante in d.c.7.

Item si ad Ecclesiam Romanam fuit uocatus, secundum Io. Andr. in cap. Ecclesia, el 2. de elect.

Non excusatur qui officia gerit in Vrbe. Caiet. in 2.2.q.185. art.2. & ibi plura.

Pœnę cõtra nõ residentes quęnã & quales statuantur.

Pœna autem contra non residentes diuersimodè ordinata fuit, nam aliter proceditur contra Maiores Prælatos non residentes, aliter contra Minores; ideo Cardinalis deserens Ecclesiam suam, si monitus non paruerit, deponitur, cap.2. de Cleric. non resid. & cap. Ex quatuor, cap. ex suæ, eod. tit.

Contra Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, sicuti legitur in lib.5. epist.23. Gregor. ut in cap. Peruenit, 7. quæst.1. C proceditur ad detrusionem intus Monasterium. Innoc. III. de quo in cap. Qualiter, de Cler. non resid. ait: Discretioni uestræ mandamus, quatenus (nisi forsitan iam redierit) uos post mensem à receptione præsentium personam uobis idoneam in Archiepiscopum eligatis. in Conc. Trid. Sess. 6. cap.1. de Reform. Si longo impedimento, seu iustis, & rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam Diœces. morando abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni fabricæ Ecclesiæ pauperibus locis, per superiorem Ecclesiasticum applicandorum pœnam ipso iure incurrat; quod si per alios sex Menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat; crescente uerò contumacia, seueriori sacrorum Canonum censuræ subijciatur; ut

tur; vt infrà, pœna interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incur- A
renda, intra tres menses per litteras, seu nuncium Rom. Ponti-
fici denunciare teneantur; & similia, vt ibi Pius IIII. Incipit: Su
prema militantis Ecclesiæ; dat facultatem contra contumaces
procedendi vsque ad priuationem, & bona quæcunque incor-
porantur Cameræ Apostolicæ.

Contra alios inferiores legitur in Conc. Nicæno, cap. 16. & in Conc. Anthioch. cap. 3. Quod si post euocationem sui Episcopi non obediuerit, sed inobediens perseuerauerit, omnimodo ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere, in cap. Inter quatuor, de Cler. non resid. quod postquam cōgruo tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possint eis iustè priuari, dummodo nō fuerint iusto impedimēto detenti, & tempus intelligitur arbitrio Episcopi, glos. ibi, ex B c. Tuæ, eod. tit. & datur forma procedendi contra absentes, qñ ignoratur locus, quia tunc edicto citantur ad Ecclesiam, trina monitione, & si vltrà sex menses non obedierint, contra eos proceditur, tam per Censuras, quam per alias pœnas, & deinde ad priuationem. Ex decreto Conc. Trid. Sess. 23. cap. 1. §. si quis autem. Innouantur pœnæ edicti in Sess. 6. cap. 7. vbi Concil. declarat illos existere in peccato mort. & pro rata temporis non facere fructus suos, sed applicandos esse fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus locis, & si per edictum moniti non paruerint, liberum sit Ordinarijs per Censuras Ecclesiasticas, subtractionē fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem compellere, non obstantibus quibuscunque priuilegijs; Hoc idem confirmauit Pius V. in Constit. 64. Cupientes, in qua dat C licentiam procedendi contra non residentes, tam ad pœnas Cēsurarum, quam etiam ad subtractionem fructunm, & pœnas pecuniarias, & etiam ad priuationem.

Residere quid sit. Notandum ultimò, quod residere dicitur, ut habitet in loco beneficij, & exerceat officium suū, eo modo quo tenetur, aliàs non diceretur tutus in conscientia, ut declaratum est suprà, vide etiam Flor. 3. p. tit. 15. cap. 1. §. 13. & Host. in tit. de Cler. non resid. num. 2.

Vnde residere, est deseruire Ecclesiæ commissæ, & oneri iniuncto satisfacere, cap. Conquerente, de Cler. non resid. Hoc intelligitur per se, uel alium, eo legitimè impedito.

PARS

A

PARS SECVNDA.

DE ORDINIBVS Ecclesiasticis.

De Sacramenti ordinis institutione; Requisitis; Officio; & legitima Collatione. Cap. I.

B

ECCLESIA Catholica quæ Senatum habet, tribus hominum ordinibus potissimum in hoc sæculo militat, cui alij Clerici; alij verò Laici; Tertio Monachi descripti sunt. Clericorum autem status Deo militans, nobiles Dei ministros continet, qui sub vniuersali Duce Vicario Dei, ac particularibus Episcopis, eorũ officium exercent; Inde Ecclesia comparatur exercitui ordinato, ex quo habet Imperatorem Papã, Episcopos Duces, Clericos & fideles, Milites, ac Monachi cæteriq; Regulares extra Ciuitatem, tam quã uigiles custodiũt; Quæ omnia Diuino cõsilio sic disposita, C ac illius pręsidio munita, inimicorum insidias, ac nocendi artes Ministri Dei Diuinis armis propulsant: ut sic Christiana religione fideles Christi armati, in Domini pace quiescant; ex Bellarm. Tomo 2. de Monach.

Ecclesiæ Ordinatio.

Quapropter, quale singulorum officium sit, & quibus salutaribus remedijs Ministri Dei in hac Ecclesia militanti Sacramentorum scilicet administratione, & Diuinorum dispensatio ne, fidelem populum docere, regere, ac tueri debeant, in præsen ti dicemus, ut Ecclesiæ Maiestas etiam in ordinibus demonstretur.

Deus, cui animarum salus mirum in modum curæ est, quosdam instituit ministros suos, quorum opera gratiam diuinam (Domino concedẽte) mereantur fideles consequi qui quidem,

Clerici quare dicantur.

tanquam

tanquam in sortem huic ministerio adscripri, Clerici appellantur, vt declarauit Isidor. in Etimol. de quo in capit. Cleros, dist. 21. A

Ecclesia decoratur diuersitate ordinum.

Tales itaque quibus huiusmodi cura committitur, diuersorum graduum ordinibus decorantur; propterea Sacramentum Ordinis institutum fuit; ita legitur in capit. ad hoc, dist. 89. Ad hoc dispensationis diuinæ prouisio, gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent; & potiores minoribus dilectionem impẽderent, vera concordia fieret & ex diuersitate cõtextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum; neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus causa differentiæ ordo seruaretur; & reliqua. Propterea in Ecclesia datur Ordo; Turrecrem. in Sum. lib. 2. cap. 1. & 2. B

Sacramẽtum Ordinis institutũ à Christo.

Et non solum cætera Sacramenta à Domino nostro Iesu Christo fuerunt instituta, sed etiam Ordo, (sic appellatus) fuit institutus, vt nouissimè terminatum est in Conc. Trid. Sess. 7. Can. 4. & 7.

Quare dicatur Ordo.

Appellatur Ordo, secundum Gregor. in libro 5. de Ord. cap. 3. quia Ordo colligit & coniungit; Ordinis euersio dissoluit & disiungit, in Ecclesia, vbi omnes vnitate fidei colliguntur; Præterea Ecclesia in omnibus seruat ordinem. August. lib. 6. cap. 29. de Ecclesiast. Hist. ait: Ordo est quem si tenuerimus in vita, perducit ad Deum, & quem nisi tenuerimus in vita, non perueniemus ad Deum.

Ordo est Sacramẽtum Ecclesiæ.

Ordo igitur est Sacramentum Ecclesiæ; ita dixit Leo I. in epist. 11. Præter autoritatem consuetudinis, quam ex Apostolicæ nouimus venire doctrina, & Sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus Sancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus, vt intelligamus, quanta & dantium & accipientium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur implicitum. C

Ita etiam terminatum fuit in Concil. Trid. Sess. 23. de Sacr. Ord. per totum, quod & in cap. 3. Dubitare nemo debet, ordinem esse verè & propriæ vnum ex Septem Sanctæ Ecclesiæ Sacramentis, inquit enim Apostolus 2. Timoth. Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuũ

mearum;

A mearum; non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed vir tutis, & dilectionis, & ſobrietatis, & qui contrarium affirmaue rit Anathemati ſubiaceat.

Hoc idem terminatum fuit in Conc. Romano ſub Syluеſt. cap. 3. Can. 1. & in Concil. Carthaginen. 4. Laodicen. Can. 4. Aquisgran. cap. 2. Idem Sancti Pontifices dixerunt, Clemens in epiſt. ad fratrem Domini, Anacletus ad Epiſcopos, epiſt. 2. Damaſus in Pontificali, uide etiam cap. ad abolendam, de hæretic. & ita terminatum fuit ab Eccleſia.

Quid ſit Ordo.

Primò autem deſcribitur Ordo quod eſt ſignaculum Eccleſiæ quoddam per quod ſpiritualis poteſtas traditur ordinato, ex Magiſtro Sententiarum, in 4. diſt. 24. & ibi omnes Scholaſtici, & Soto, quæſt. 1. Hoſtienſ. de Sacr. Ord. & omnes Summiſtæ B in verbo, Ordo.

Quę poteſtas conferatur ĩ ordinatione.

Iſta poteſtas cõſideratur quoad Sacerdotium, ad quod omnes ordines tendunt; ita legitur in Conc. Trid. Seſſ. 23. de Sacr. Ord. cap. 2. Cum autem diuina res ſit tam Sancti Sacerdotij miniſterium, conſentaneum fuit, quo dignius, & maiori cum ueneratione exerceri poſſet, ut in Eccleſia ordinatiſſima diſpoſitione plures & diuerſi eſſent miniſtrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deſeruirent, ita diſtributi, ut quidam Clericali tõſura inſigniti eſſent, qui per minores ad maiores aſcẽderent.

De hac etiam poteſtate habetur ibidem cap. 1. quod hoc Sacramentum ab eodem Domino Saluatore noſtro inſtitutũ fuit, atque Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus in Sacerdotio poteſtatem traditam conſecrandi, offerendi, & miniſtrandi corpus C & ſanguinem eius fuiſſe.

Signaculũ quid.

Appellatur ſignaculum, ſeu ſignum rei ſacræ, & hoc per materiam illi aptam deſignatur, ad quod cum accedat forma debita, fit Sacramentum, in 4. Sententiarum diſt. 24. Hoſius Card. in cap. 50. Summiſtæ in uerbo, Ordo.

Sacramẽtum Ordinis inſtitutum à Domino.

Non enim arbitrandum eſt, Ordinis Sacramentum nouiter eſſe inuentum, cum ut probatum fuit, ab ipſo Saluatore noſtro omnes Ordines fuerint inſtituti, & ab Apoſtolis, ut in eorum Canonibus legitur; ita diſtinctè diſpoſiti fuerunt quod unus præcedat alterum; & ita etiam habetur in Conc. Carthaginen. 4. cap. 1. qualiter Dominus noſter Ieſus Chriſtus formas Sacramẽtorũ omnibus noluit eſſe manifeſtas, ſed tm̃ Apoſtolis ſuis, quibus poſt ſuam Reſurrectionem dum cum eis per quadraginta dies

ta dies loqueretur de Regimine suæ Ecclesiæ, præmissa docuit A & demonstrauit; uide etiam Conc. Trid. Sess. 23. Can. 2.

Idem probat Bellarm. in Tomo 2. de Clericis, lib. 1. cap. 12. autoritate Clementis, in lib. 8. Constit. & Ignatij in epistola ad Antiochenses, & ex Cypriano lib. 2. epist. 10. & lib. 2. epist. 5. & ex Euseb. lib. 6. Eccles. histor. cap. 33. & Conc. Laodic. Can. 24. Carthag. 4. Can. 2.

Cõstituit Hierarchiam Sacram. Ordin. in Ecclesia.

Sacramentum hoc hierarchiam pariter in Ecclesia constituit, ut terminatum est in Conc. Trid. Sess. 23. de Sacram. Ordinis, cap. 4. his uerbis: Quod si quis omnes Christianos promiscuè noui testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere uidetur, quam Ecclesiasticam hierarchiam quæ est ut castrorũ acies ordinata, confundere. Vide etiam Turrecrem. in d. cap. 2. lib. 2. B

Propterea in primitiua Ecclesia sub Episcopi potestate omnes Ordines positi erant certo numero & ordine determinati, ueluti sub Ordine Presbyterorum, Presbyteri 46. Diaconorum septem, Subdiaconorum septem, Accolitorum quadraginta, Exorcistarum duo, Lectoratus cum Ostiariorum quadraginta duo, ex Euseb. de Ecclesiast. Histor. lib. 6. cap. 20. ex quibus colligitur, quod primo loco Episcopi collocantur; Secundo, Sacerdotes; Tertio, Diaconi; Quarto, Subdiaconi; Quinto, Lectores, Cantores, Ostiarij, & reliqui minores, secundum Epiphan. in fine sui lib. de hæres. Ignat. in Const. Apostol. lib. 2. cap. 29. & Clem. in lib. 8. cap. 15. & 18. & Bellarm. in tomo 2. lib. 1. de Cleric. cap. 11.

Ordo inter ordines qualis.

De numero ordinum.

De numero autem horũ Ordinum apud multos oritur quæstio, an plures sint quam septem; ex quo quibusdam placet Episcopatum, & primam tonsuram inter ordines connumerari; at, obseruandum est, Ordinem Ecclesiasticum duplicem capere diuisionem, propriè, scilicet & communiter; dum certum ritum, & solẽnem conferendi ab Episcopo ad certum ministerium sacrificij Missæ exhibendum consideramus, tunc propriè percipitur ordines esse septem, secundum Sanctæ Ecclesiæ determinationem, ex Concil. Trid. Sess. 23. cap. 2. de Sacr. Ordinis. Dum uerò ordines referimus ad aliud ministerium, quam ad Sacrificium altaris, tunc communiter sumitur ordo, & plures uidentur ordines; ita loquitur Dionys. lib. 6. de Eccles. Hierarch. Bellar. in d. lib. 1. de Cler. cap. 11. Quapropter, pluribus Concilijs terminatum

A minatum fuit, Ordines esse septem, ex Conc. Romano sub Syl uest. I. cap. 3. In Conc. Carthag. 4. Can. 2. & in d. Conc. Romano additur Psalmista, Conc. Florent. Sess. 23. cap. 2.

Ordines sunt septem.

Tales itaque Ordines etiam in principio orientis Ecclesiæ exercitium officij gerebant, ut refert Clemens, lib. 8. Constit. ex dicta epistola Ignatij ad Antiochen. his uerbis: Saluto Sanctum Presbyterum uestrum, saluto Sanctos Diaconos, saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Exorcistas, Accolitos. Cyprian. lib. 2. epist. 10. Exemplaria eadem nunc quoq; per Mettium Hippodiaconum à me missum, & Nicephanum Accolitum transmisi. In lib. 5. epist. 14. idem dicit de Clerico, Exorcista, & Lectore.

Refert Euseb. in lib. 6. Histor. Eccles. ca. 33. quemadmodum B Sanctus Cornelius scripsit epistolam ad Fabianum Antiochenum, his uerbis: Is ergo, qui Euangelium uendicabat, nesciebat in Ecclesia Catholica unum Episcopum esse debere, ubi uidebat esse Presbyteros 46. Diaconos septem, Subdiaconos septẽ, Accolitos 42. Exorcistas, Lectores cũ Ostiarijs 52. De his omnibus ordinibus habetur in Conc. Laodicen. Can. 24. Carthag. 4. Canone 2.

Minores pariter habent ordinem, ideo primo confertur Ostiarius, Secundo Lectoratus, Tertio Exorcistatus, Quartò Accolitatus; ita retulerunt Hosius Cardin. Varmiens. cap. 51. Florent. 3. p. tit. 16. cap. 14. Summistæ, in uerbo, Ordo.

Ordo inter Minores ordines.

Datur & alia diuisio ordinum: Sacerdotium namque licet vnus sit ordo, idque quoad potestatem consecrandi Corpus C Christi verum, tamen ad illius perfectionem plures requirũtur Ordines, & quidam dicuntur Maiores quidam Minores; at respectu Iurisdictionis & dignitatis, sunt Episcopi maiores, & dicitur ordo Pontificalis; sic differt ordo Episcopalis ab ordine Sacerdotali Iurisdictione & dignitate, Glos. & Docto. lib. 6. in Procem. in verbo, Episcopus. Felin. in cap. Nobis, de præscript. Ita legitur in Conc. Trid. de Sac. Ord. Sess. 23. Can. 7. & in Synodo Romana tempore Syluest. I. Can. 7. & Isidor. in d. capit. Cleros, dist. 21. & cap. à Subdiacono, dist. 32.

Episcopatus an sit ordo.

Propterea Episcopatus dicitur ordo, non quo ad conficiendum ipsum Corpus Christi verum, sed quoad concedendũ hũc ordinem, ideo non est ordo quatenus sit Sacramentum, sed est nomen officij, & dignitatis, & quatenus per Episcopatum de-

monstrantur plures gradus Potestatum, & respectu quarumcunque Sacrarum actionum, vel officiorum Episcopatus dicitur Ordo Sot. in 4. d. 24. q. 2. art. 3. Flor. 3. p. tit. 14. cap. 16. §. 8. Hosius Card. cap. 54. in principio. A

Tonsura prima an sit ordo.

Dubitatur etiam de Prima Tonsura, quæ regulariter non cõnumeratur inter Ordines, sed est tanquam dispositio ad Ordines: ideo fit quædam sectio capillorum in modum coronæ, ad significandum quod ea tonsuratus assumitur in ministerium illius, cui seruire, regnare est; nec computatur inter ordines, prima tonsura quia non habet speciale ministerium annexum sicuti habent alij Ordines, sed tantummodo ea tonsuratus residet in Choro, ex eod. Flor. 3. par. tit. 14. capit. 16. §. 6. Hosius in d. cap. 51. Syluest. in verbo, ordo. Bellarm. in d. tomo 2. lib. 1. de Cler. cap. 11. B

Differentia inter Minores & Maiores Ordines.

Plures etiam differentię dantur inter ordines Maiores, & Minores: nam sicuti Maiores dicuntur, quia maiori exercitio vacant, veluti circa Sacrificium altaris, sic differunt in officio, in dignitate, & in onere, tempore conferendi, modo, & similibus, ex eisdẽ, Flor. 3. par. tit. 14. cap. 16. Syluest. in verbo, Ordo, 2. quæst. 7. vers. 3.

De Prima Tonsura.

His generaliter præmissis, ad statum singulorum Ordinum oratio conuertetur; & sicut Prima Tonsura (licet inter septem ordines non numeretur) sed via & principium est ad alios ordines secundum Glos. in d. cap. Cleros, dist. 21. & cap. A Subdiacono, dist. 93. cap. Illud, dist. 25. cap. Psalmista, dist. 23. cap. Perlectis, & ibi Doctor. cap. Cum contingat, de ætate & qualit. ita ab ea exordiendum erit. C

Adscribitur secundum quosdam initiato Prima Tonsura officium Psalmistatus, ex Concil. Carthag. 4. Psalmista idest Cantor, potest absque licentia Episcopi sola assensione presbyteri officium incipere cantandi dicente Presbytero vide quod ore cantas, corde credas; & quod corde credis operibus comprobes; ideo dicitur, quod non habet aliquod certum officium, sed in Choro assistit vt Presbytero in eius officio obediat, ex d. cap. Perlectis, & Doct. in d. c. Cum contingat, Bonauent. in cap. 2. art. 2. quæst. 2. Flor. in d. 3. par. tit. 14. §. 6. & nu. 16. & ex Conc. Tolet. de quo in cap. Si Psalmista, dist. 22.

Appellatur prima Tonsura sub nomine Psalmistatus quia nullum habet officium determinatum nam si hoc haberet inter or-

A ter ordines cōnumeraretur, Abb. in d. cap. Cum contingat, nu. 1. & Hostieſ. in Sum. eod. tit. & Innoc. ibi, & Lectoris officium est exercere Psalmistatum, attamen sine eo ad alios Ordines nō ascenditur; & sic omittenda non est prima Tonsura secundum Hostiens. Abb. & Io. Andr. in d. capit. Cum contingat, & Text. est in cap. fin. de tempor. ordin. lib. 6. & ibi Glos. dicit per quem Clericalis ordo confertur, & immunitate gaudet. & in Conc. Trid. Sess. 23. cap. 4. de Reform. determinantur eius requisita, propterea ad alios ordines sine prima Tonsura non ascenditur.

Requisita ad primam Tōsurā quæ nam sint.

Requisita ad eius statum declarātur in cap. fin. de temp. ordin. lib. 6. his verbis: Nullus Episcopus vel quiuis alius, infanti (nisi forte in Religionem intraret) seu illiterato, sed nec absque B sui superioris licentia homini Diœcesis alienæ Clericalem pręsumat conferre tonsuram, nec etiam coniugato nisi volenti religionem intrare aut ad sacros ordines promoueri, prout Canonibus sacris est diffinitū. Qui verò contrafecerit, vt in eo in quo peccauit puniatur, per unum annum à Collatione Clericalis Tonsuræ duntaxat nouerit se suspensum. In Conc. Trid. in d. c. 4. Sess. 23. dicitur his verbis: Prima Tonsura non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere aut scribere nesciant, & de quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis Iudicij fugiēdi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

Qui uerò absque Sacramenti Confirmationis susceptione C Primam Tonsuram susceperit, licet caracter imprimatur, tamē mortaliter suscipiens peccat, si scienter, secus, si ex negligentia, uel obliuione. D. Thom. in add. ad 3. par. quæst. 31. art. 4. Ledesima in 2. p. q. 37. art. 4.

Requiritur esse ætas legitima, hoc est, ut excesserit infantiam & sic septennium compleuerit cap. in singulis, dist. 20. & in d. cap. fin. de temp. ord. lib. 6. Zabarell. in Clem. generalem, de ætate & qualit. num. 7. Glos. fin. in d. Clem. Et naturalis ratio dictat, quod ante dictā ætatem ordinandus non potuerit habere conditiones præmissas à Conc. Trid. quia ætas non est capax ante illorum septennium.

Vltimo additur etiam quod sit natus ex legitimo matrimonio, ex Const. Sixti V.

Requisita ad suscipientes Minores ordines.

Ad Minores declarantur requisita in Concil. Trid. Sess. 23. cap. 5. his uerbis: Ad Minores ordines promouendi bonum à Parocho & magistro Scholæ in qua educãtur testimonium habeant, de uita, moribus, & qualitate ordinandi.

Requiritur primò quod habeat Primam Tonsuram, secundum ea quæ dicunt Doctor. in cap. Cum contingat, de ætate & qualit. ordinand.

Secundò, quod adscribatur seruitio alicuius Ecclesiæ, ut munus suum exerceat & gaudere possit priuilegio Clericali, nisi ex causa abesse contigerit Concil. Trid. Sess. 23. cap. 6. & cap. 11. ut se ostendant in uia ad maiores ordines, & tales ordines ne accipiant, ut deludant utrumque forum; ideo secundum Nauar. in tract. de hor. Canon. cap. 4. num. 16. iurare debent se esse in uia ad maiores ordines, ut ibi.

Tertiò habeant legitimam ætatem quę erit ad minus septem annorum si literas didicerint, sic à septimo usque ad duodecimum annum possunt conferri minores ordines & in duodecimo fit Accolitus, secundum cap. In singulis, dist. 17. & cap. Quicunque, eadem dist. 17. & in honoribus Ecclesiasticis ualde necessaria, ut in cap. Subdiaconus, dist. 77. merito quatuor minores nõ essent conferendi, nisi post duodecimum annum, in quo tempore possent habere scientiam debitam, & aptiores essent seruitio ministerij Ecclesiæ; dum eorundem ordinum officio fungi uoluerint, quamuis aliter non sit determinatum, uide Couar. Pract. qq. cap. 31. & 32. Nauar. de hor. Canon. cap. 7. num. 16. & Catechis. Rom. de Sacr. Ordinis, ubi uidetur, quod tales ordines ante quartumdecimum annum non sint conferendi.

Quartò habere debent scientiam debitam, ut in Conc. Trid. Sess. 23. cap. 11. Minores ordines ijs qui saltem Latinam linguam intelligant conferantur, ut eo accuratius quantum sit huius disciplinæ pondus possint edoceri, ac in unoquoque munere iuxta præscriptum Episcopi se exerceant. Additur ulteriùs, ut ea quæ ad ordinis officium pertinent non ignorent, in plus uel minus hoc erit arbitrio Episcopi.

Quintò habeant testimonium à Parocho uel Magistro Scholæ de uita & moribus ut Sess. 23. cap. 5. ex d. Conc. Trident.

De Ostiario.

Inter Minores ordines primus locus datur Ostiario, unde qui his ordinibus initiari cupit, primò Ostiariatum suscipit; Hunc ordinem Ignatius in epist. 8. & 12. appellat custodem

A Sanctarum Portarum, Templi Dei quod conseruandum est intactum, ne cõuersatione paganorũ maculetur, aut hæreticorũ, vel excommunicatorum, aut similium, qui cum sint extra Ecclesiæ gremium, ideo ad illam non admittuntur; Chrysostom. in Hom.41.& 60.ad Episcopos Antioch. Ambros. in epist.33. Hoc & in veteri lege Paralipom.lib.1.cap.9. seruabatur, Ostiarius præerat Portis Tẽpli qui illas custodiebat, separando hominem iustũ ab iniquo, secũdum Isidorum de Ecclesiast.off.cap.4.

Fuit autem talis ordo institutus à Saluatore nostro, quando ementes & vendentes eiecit de Templo, ex Ioan.cap.2.& quando appellauit se Ostium, dum dixit: Ego sum Ostium, si quis per me introierit, saluabitur, Ioan. cap.10. & ita etiam retulerunt Ignat.in epist.8. Dionys.de Ecclesiastica Hierarch.cap.3.

B & in Conc. Carthag.4. Can.9. dicitur his verbis: Ostiarius dũ ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus Claues ad Altare, dicens: Age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus quæ his clauibus recluduntur. Et ex Conc. Toletano, de quo in cap. Ostiarius, dist.23.

Clauium traditio ostiario fit per Episcopũ.

Inde officium eius est custodire portas Templi, cum de his redditurus sit rationem ex Durand.in Rationali Diuin.off.lib. 2.cap.4.

Secundo loco sequitur Lectoratus seu Psalmistatus quẽ ordinem institutum esse fatentur Doctores, quando Saluator noster sedit in medio Doctorum & librum Esaiæ Prophetæ aperuit, completaque lectione clausit, ac dedit ministro Luc.cap. C 4.& ideo legitur apud Cyprian. lib.2. epist.5. lib.4.epist.3.lib. 3.quod Saluator noster prius officio Lectoratus functus fuerit.

Lectoratus officium vel Psalmistę quis instituerit & quando.

In signum officij, Traditur Ordinando Codex Diuinarum Scripturarum, vt sit verbi Dei relator, & si illud impleuerit, particeps diuinæ beatitudinis erit. Vnde egregiè Cyprian. lib.2. quæst.5. ait: Nihil magis congruit voci quæ Domino eius gloriosa prædicatione concessa est, quam celebrandis diuinis Lectionibus personare; & post sublimia verba quæ Christi Martyrium proloquuta sunt, Euangelium legere, vnde Martyres fiũt. In Conc. Carthag.4. Can.8. describitur & in Conc. Toletano de quo in dist.23. cap. Lector, ritus solennis ordinandi Lectores, & Cyprian. in d. lib.2. cap.2. lib.3. epist.22. uocat gradum & honorem, Ecclesiasticum Lectoratum.

Officium Lectoris in quo præcipuè consistat.

Eius officium est, legere Prophetias, & lectiones Sacras coram Populo, & Clero; ita refert Isidorus, in capit. 2. de Eccles. offic. his verbis: Vox Lectoris sit simplex, ad omne pronunciationis genus accommodata, plena succo, uocibus agrestem & subrusticum aufugiens sonum, nō humilis, nec adeò sublimis, non fracta, nec tenera, nihilque fœmineum sonans, neque cum moto corpore, sed tantum cum grauitatis specie; vetus opinio est, lectores pronunciandi causa præcipuam curam habuisse, ut exaudiri multum possent; inde Lectores pręcones & proclamatores vocabantur. A

Exorcistatus ordinē Christus instituit, & quo tempore.

Tertius ordo est Exorcistatus, institutus à Saluatore nostro, quādo pluries corpora obsessa liberauit; Huius officium est, eijcere Dęmones, & dicere populo, ut qui non est paratus ad communionem, det locum alteri, & aquam in ministerio fundere; B Episcopus dum tales ordinat, illis dat librum exorcismorum, dicens, vt eum accipiant & memoriæ mandent, ac potestatem imponendi manus super energumenos siue baptizatos siue cathecuminos accipiant. ita dicitur in d. Conc. Carthag. 4. Can. 7. his verbis: Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sint Exorcismi, dicēte sibi Episcopo: Accipe & manda memoriæ, & habeas potestatem imponendi manum super Energumenum siue Baptizatum, siue Cathecumenum. & in Concil. Laodicen. Can. 26. & Concil. Toleta. 23. prohibetur ne quis exorcizet non ordinatus ad ordinem Exorcistatus. Modos verò adiurationis Salomon Rex adinuenit; & Eleazarus erat Exorcista, vt refert Ioseph. de Antiq. Iudaic. & Duran. in Rationali diuin. offic. lib. 2. cap. 6. & Christus hoc pariter officium exercuit, quando de Maria Magdalena septem dæmonia eiecit, Marci cap. 19. & Lucæ 7. Vide etiam Isidor. in lib. de Eccles. offic. cap. 13. C

Accolitatus ordo a Christo pariter institutus & quando.

Accolitatus ordo fuit institutus à Domino nostro Iesu Christo quando dixit: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ioan. cap. 8. Latinè idem sonat quod Cerofetarius, uel luminum accensor. In ueteri lege sumpsit exordium, ut in Exodi 27. cap. Præcipe filijs Aaron ut offerant oleum de arboribus oliuarum purissimum piloque contusum ut ardeat lucerna semper in Tabernaculo Testimonij & collocabunt eam Aaron, ac filij eius, ut usque mane luceat coram Domino.

Modo non Sacerdotes, sed Accoliti lucernas & candelabrā

A componunt in Ecclesia,unde Dauid in lib.Paralip.23.dixit:nõ esse officium Leuitarum ut portent ultra Tabernaculum & omnia vasa eius ad ministrandum.

Hoc autem officium apud Gentiles pariter fuit in usu, qui Carminum scriptores appellabantur, uel emunctores seu luminum extinctores,qui lucernas emungebant,secundum Durando in Ration.lib.2.cap.7.

In Ecclesia autem Accoliti Cereos accensos deferunt dum Euangelium cantatur, uel dum Sacrificium Altaris offertur in Missa; præparant etiam uinum & aquam in urceolis in Missa; Ideo quando ordinantur, Episcopus tradit Candelabrum cum cereo,ut sciant se ad accendenda luminaria in Ecclesia mancipatos esse,ex Conc.Tolet. dist.23. cap.Accolitus.& in Concil. B Carthag.4. ubi de Accolitis habetur, in cap.6.de Exorcista,ca. 7.de Lectore,cap.8. de Ostiario, cap.3. de Psalmista,cap.10.de quibus omnibus in dist.23.

De Accolito legitur in d.Can.6. his uerbis: Accolitus etiam ordinatus ab Episcopo quidem doceatur,qualiter in officio suo agere debeat, sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo,ut sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari: accipiat etiam urceolum uacuum ad suggerendum uinum in Eucharistiam sanguinis Christi. Tale itaque officium institutũ est,non tantum ut seruiant altari,sed misticè ad repellẽdas has tenebras uisibiles,& tamquam Domini Militiæ ascripti; Corã omnibus suis bonis operibus luceant, ita, ut aspicientes uideãt illorum bona opera, & glorificent patrem nostrum qui in Cæ- C lis est.ex Card.Varmiensi, cap.51.

Post minores ordines,ad maiores ascendimus, qui sacri ordines nuncupantur, inter quos pariter ordo seruatur, ad hoc, ut qui prior & qui posterior sit,non ignoretur, inde,post minores sequitur primo ordo Subdiaconatus, deinde Diaconatus, ultimo Presbyteratus, ad quem cæteri ordines diriguntur,ut Corpus Christi uerum & mysterium Sacrificij Missæ conficiatur, & infra de Sacerdotio dicetur.

De Ordine Subdiaconatus.

Ordo Subdiaconatus fuerat etiam tempore Apostolorum ut legitur in eorum Canone 42.& 43.de quo in cap.Episcopus, dist.34.sed inter Sacros ordines non erat ascriptus,quoniam & Matrimonia contrahebant eo insigniti ordine,ita dixit Vrbanus I.his verbis: Nullus in Episcopum eligatur nisi in sacris or

dinibus religiosè viuens fuerit inuentus; Sacros autem ordines A dicimus Diaconatum, & Presbyteratum, hos si quidem solum primitiua Ecclesia legitur habuisse. Subdiaconos verò qui & ipsi Altaribus ministrant, opportunitate exigente cõcedimus, si tamen spectatæ sint religionis & scientiæ, &c. Vide etiam in cap. Nullus, dist. 60.

Postquam ordo Subdiaconatus inter sacros ordines fuit adscriptus, à Pelagio Papa, illis indicta fuit continentia, ne. s. Subdiaconis liceat promissa continentia, Matrimonio se copulare quam deinde Constitutionem Greg. I. confirmauit, his verbis: Vnde videtur mihi, vt à præsenti die Episcopis omnibus dicatur, vt nullum Subdiaconum facere præsumant, nisi qui se victurũ castè promiserit, quatenus & præterita mala, quæ per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & B futura cautè caueant; ex cap. ante triennium, dist. 31.

Celibatus an sit annexus sacramento ordini.

Incidimus hic in illum sermonem, an celibatus sit annexus Sacris ordinibus de Iure diuino, vel humano, quam quæstionẽ declarat etiam Bellarm. in d. lib. 1. de Cler. cap. 18. tomo 2. vera itaque sententia est, quod nullo iure diuino hoc cauetur; immò in veteri Testamento Sacerdotes vxores ducebant, & illis prohibitum non erat in nouo, nec Domini præceptum aliquod de hoc reperitur. Apostolus autem dicit ad Timotheum & Titum, Episcopos & Diaconos elige castos.

Licet pluribus rationibus dici possit continentiam Subdiacono esse indictam, tamen non cauetur de præcepto aliquo: nam Deuter. 23. Luc. 21. Videte ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate quæ pertinent ad Sacerdotes, & de illa opinione C quod de iure Diuino fuerit talis institutio, dixerunt Maior. in 4. dist. 24. quæst. 2. Elicet. de Considerat. Sacerd. cap. 4. & Diuus Thomas, in 2. 2. quæst. 88. tenet, quod uotum continentiæ sit annexum ordini Sacro ex præcepto Ecclesiæ, Caiet. in opusc. tomo 1. Tract. 29. Sot. de iust. & iure, lib. 7. quæst. 6. artic. 2. & in Conc. Antiocheno ca. 10. terminatur, quod Diaconi nec cum licentia Episcopi possint vxores ducere, quod fuit etiam confirmatum à Leone Papa, dist. 22. cap. de libellis, & in Conc. Trident. Sess. 24. Can. 9. vbi dicitur, quod Apostolico iure hoc inductum & confirmatum à Sanctos Patribus & Cõcilijs fuit, quod continentia in Sacerdote sit seruanda; & pluribus firmauit autoritatibus Bellarm. in cap. 19. in d. lib. 1. de Cleric. & habetur

A betur in Concil. Neocæsariensi cap. 1. Conc. Nicæn. 1. Can. 3. Carthag. 2. Can. 2. Omnibus placet, vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta minstrant, pudicitiæ custodes, ẽt ab vxoribus abstineant, & quod inquit Apostolos docuerit, & ipsa seruauit antiquitas; & Conc. Carthag. 5. Can. 3. Conc. African. cap. 37. Conc. Rom. sub Syluest. I. Can. 8. Conc. Arelat. 2. Conc. Turonen. 1. Can. 5. & 2. & Can. 20. Agath. cap. 9. Aurelian. 4. cap. 2. Vt nullus inquit Clericus aut Subdiaconos etiam cum propria si forte iam habeat, misceatur vxore.

Fuit etiam talis ordo institutus à Saluatore nostro, quando præcinxit se linteo, vt lauaret pedes discipulorum. Io. cap. 13. Merito huic ordini ascripta est continentia, nam qui altari seruiunt, deferendo vasa sacrã, in quibus Corpus & sanguis Do-B mini nostri conficitur, mundi esse deberent ab inquinamento peccati, ideo Cyprianus laudatur, quod Subdiaconum Optatum ordinasset, vt in eius lib. 2. epist. 10. & lib. 3. epist. 22. & pariter epist. 25. lib. 5. epist. 45. & habetur in dicto Concil. Apostolorum, 42.

Officium Subdiaconi est aquam ad ministerium Altaris pręparare, & tantum de oblationibus ponere in altari, quantum sufficere posset populo Dei, & epistolam cantare, in cuius signum de manu Episcopi accipit patenam, & Calicem uacuum, & ab eodem monetur, quale ministerium sibi tradatur, ut ita se exhibeat, quod Deo placere possit; Datur liber Epistolarum, & dicitur ei ab Episcopo, ut eum accipiat & habeat potestatem legendi eas in Ecclesia Sancta Dei, tam pro uiuis, quam pro de-C functis, hæc ex Pontif. & latius in Conc. Carthag. 4. cap. 5. his verbis: Subdiaconus cum ordinatur, per manus impositionem dum accipit patenam de manu Episcopi accipiat uacuam, & Calicem uacuum, de manu uerò Archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua, mantile, & manutergium; Hæc ille.

De officio Subdiaconi.

Isidorus Hispalens. Episcopus ad Ludofiendum in sua Epistola scribit his uerbis: Ad Subdiaconum pertinet Calicem & patenã ad Altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisque ministrare; Vrceolum quoque & aquam, mãtile & manutergium tenere, Episcopoque & Presbytero & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere.

Requisita ad eum qui uoluerit hoc ordine initiari, sunt ista, ex Conc. Trid. Sess. 23. cap. 12. de Reform. ubi primo loco poni-tur

Requisita à Subdiacono quænam sint.

tur ætas debita, quæ olim erat annorum 20. ut in 6. Synodo, c. 15. & in Conc. Toletano 2. cap. 1. & 3. Conc. Carthag. cap. 4. Concil. Agathense cap. 16. dicebatur de ætate 25. annorum ut in Clem. Generalem, de ætate & qualitate, determinatur ætas 18. Annorum, & in Conc. Trid. in d. Seſſ. 23. cap. 12. ita terminatur: Nullus in poſterum ad Subdiaconatus ordinem ante vigeſimumſecundum ætatis ſuæ Annum promoueatur, ideo ſat erit quod dictam ætatem attigerit, quod uidetur contra id quod dicit gloſ. in capit. Subdiaconus, diſt. 77. quod in honoribus Ecclesiaſticis ſemper ætas apposita intelligatur completa; ſecus in honoribus ciuilibus, vt ibi.

De ętate.

De vita & moribus.

Secundum requiſitum quod habeant bonum teſtimonium de eorum uita & moribus à proprio Parocho, & talis traditur forma in Conc. Trid. in d. Seſſ. 23. cap. 5. Hi uerò qui ad ſingulos maiores ordines erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho, aut alteri cui magis expedire uidebitur, committat, ut nominibus, ac deſiderio eorum qui uolent promoueri, publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita, à fide dignis inquirat diligenter, & litteras teſtimoniales, ipſam inquiſitionem factam continentes, ad ipſum Epiſcopum quam primum tranſmittat.

Sint in ordinib⁹ minoribus exercitati.

Tertiò habeant bonum teſtimonium, quod in minoribus ordinibus ſint iam probati, hoc eſt, à parocho aut Prælato cuius ſunt Eccleſiæ aſcripti, ut in cap. 3. Seſſ. 23. Conc. Trid. & per annum in ea functione fuerint uerſati, cap. 11. in dicta Seſſ. 23. in fine.

Adſcribantur alicui Eccleſiæ.

Quartò adſcribantur ſeruitio alicuius Eccleſiæ cui inſeruiāt, exercendo officium ordinis ſuſcepti, & maximè in diebus feſtiuis, & Dominicis, Conc. Trid. in d. Seſſ. 23. cap. 13. & 14. Vnde ex his habetur, quod non omni Eccleſiæ talis adſcriptio fieri debet, ſed illis dumtaxat, quæ tales ordines requirunt in diebus feſtiuis ſaltem, ſicuti accidit in Cathedralibus, Collegiatis, uel ſimilibus. Arg. quæ habentur in d. Seſſ. 23. cap. 16. his uerbis: Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui Epiſcopi non ſit utilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſijs, Sancta Synodus ueſtigijs ſexti Canonis Conc. Calcedonenſ. inhærendo, ſtatuit, ut nullus in poſterum ordinetur, qui illi Eccleſiæ aut Pio loco pro cuius neceſſitate, & utilitate aſſumitur, non aſcribatur, ubi ſuis fungatur

A tur muneribus, ne incertis vagetur sedibus, quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrum exercitium interdicatur.

Declaratur in dicto Conc. in Sess. ead. cap. 17. in quibus Ecclesijs tales ordines sint exercendi, dum dicit his verbis: Sancta Synodus decernit, vt in posterum huiusmodi ministeria nō nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur, omnesque & singulos Prælatos Ecclesiarum in Domino hortatur & illis præcipit, vt quantum fieri commodè poterit, in Ecclesijs Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, suæ Diœcesis, si Populus frequens, & Ecclesiæ prouentus id ferre queant, huiusmodi functiones curent restituendas, & nullus debet ascribi duabus Ecclesijs. Et Conc. Trid. Sess. 24. cap. 17. de Reform.

Habeant Patrimonium, vel beneficiū ad victū sufficiens.

B Quintò tales promouendi ad ordinem Subdiaconatus, habeant decens patrimonium, vel beneficium, ut commodè se sustentare possint, ita legitur determinatum in d. Conc. Trident. Sess. 21. cap. 2. his verbis: Cum non deceat, eos, qui diuino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, compertumque sit, complures plerisque in locis ad Sacros ordines nullo ferè delectu admitti, qui varijs artibus ac fallacijs confingunt se Beneficium Ecclesiasticum aut etiam idoneas facultates obtinere, statuit Sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus secularis, quamuis aliàs sit idoneus, moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoueatur, nisi prius legitimè constet eum Beneficium Ecclesiasticum quod sibi ad uictum honestè sufficiat, pacificè possi C dere; id uerò Beneficium resignari non possit, nisi facta mentione quod ad illius Beneficij titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constito quod aliundè uiuere commodè possit, & aliter facta resignatio, nulla sit; Patrimonium uerò, uel pensionem obtinentes ordinati, post hac ordinari non possint, nisi illi quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, uel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius inspecto, Patrimonium illud, uel pensionem uerè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad uitam sustendandam satis sint, atque illa sine licentia Episcopi deinceps alienari, aut extingui, uel remitti, nullatenus possint, donec Beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, uel aliundè habeant unde uiuere possint, antiquorum Canonum pœnas super his innouando.

Hoc

Hoc idem fuit aliàs determinatum in Conc. Vrbani II. habi A to Placentiæ, de quo in cap. Sanctorum, dist. 70. & ita etiam legitur determinatum à Bonifacio VIII. in cap. Si Episcopus, de præbend. lib. 6. & ante ipsum hoc determinauit Innocētius III. in cap. Cum secundum, de præbend. & ex Const. Alexand. in Conc. Lateranensi, par. 2. cap. 5.

Regulares ad talem ordinem Subdiaconatus non promouentur, nisi professi fuerint uota solennia Religionis, ita, ut uideantur promoueri ad Titulum paupertatis, & eorum Ecclesijs & Religioni ascripti, ex Bulla Pij V. (Sacrorum) edita Anno eius 3. extenditur cap. 2. Conc. Trid. Sess. 21. ad Regulares, ubi declaratur, quod Regulares, qui ante professionem ordinantur, sunt suspensi ipso facto ab ordinum exequutione, & si contrauenerint, sunt irregulares. Gregor. XIII. declarauit dictam B Constitutionem Pij V. non habere locum contra Iesuitas, quia isti possunt exire de Congregatione ante Sacerdotium, & post illud, possunt eijci ex causa graui, ab eorum superioribus, licet in hoc casu ali deberent à Religione; in alio uerò nil inueni decisum his temporibus in sacra Congregatione; sic, quando uoluerint otdinari ad Subdiaconatum, tenentur altero istorum astringi, hoc est, ad Titulum patrimonij, uel Regionis quæ ad uictum sufficiant.

Ad Titulum bonorum donatorum, dummodo donatio fiat uerè, & realiter, absque ulla fraude, quis poterit promoueri, quorum fructus sufficiant ad uitam honestè sustentandam, ex Decreto Congreg. in d. cap. 2. Sess. 21.

Ibidemque terminatur, quod Patrimonium ad cuius Titulũ C quis ordinatur, consistat in re certa, fructifera, & stabili, & quo ad quantitatem condecentem pro uictu, erit arbitrium Ordinarij loci, quia secundum diuersitatem locorum, ita alteratur & minuitur uictus & precium, & talia bona adhunc effectum deputata libera debent esse ab omni onere.

Poterit promoueri ille ad Subdiaconatum, qui licet habuerit Beneficium tenue, tamen iuncto patrimonio, ambo sufficiāt ad honestè uitam sustentandam, ex hoc non uidetur contraueniri Bullæ Sixti V. contra male promotos promulgatæ ex Decreto Sac. Congreg. in d. cap. 2. Sess. 21. Conc. Trident. ulterius etiā adiungitur, quod Beneficium sit certum, & firmum; Vndè non sunt computandi incerti prouētus, ut eleemosinarum, oblationum,

A lationum, & similium nec labores, & industriæ ordinari uolen tis, ut nec Beneficia litigiosa, adeò, quod in Clericis secularibus, requiritur aut Beneficium, aut Pensio, uel Patrimonium sufficiens, in Regularibus verò professio votorum solennium pro titulo patrimonij, & ratio est: ne cogantur mendicare in or dinis Ecclesiastici dedecus, ut d.cap.2. Conc.aut cum dedecore victum quærere, & illicita exercere, vt in cap. Diaconi, dist. 93. & Glos. & Doctor. in d.cap. Si Episcopus, & cap. Tuis, de Præbend.

Si Beneficium fuerit Curatum, quo Rector se alere non possit, ne Ecclesia remaneat sine Rectore, prouidebit Episcopus, iuxta Decretum Conc. Trid. Sess.24. cap.13. vel simplicia vnienda Beneficia, aut Primitiarum, vel Decimarum assignatio B ne, aut per Parochianorum Symbola ac Collectas, sicut magis expediens fuerit ab Ordinario iudicatum.

De Scientia. Aliud requisitum est, scientia debita, quæ ita declaratur in Conc. Trid. Sess.23. cap.13. Subdiaconi & Diaconi ordinentur habentes bonum testimonium, & in minoribus ordinibus iam probati, ac literis & ijs quæ ad ordinem exercendum perti nent, instructi. Hæc illic; adeò, quod tales scire debent officium Subdiaconi quale sit, & quid spectet ad illius ministerium, ac alia quæ suprà dicta sunt, & qui non fuerint ad quatuor minores ordines promoti, ad Subdiaconatum non promoueantur, quia hæc esset, & per saltũ promoueri, vt in cap. Vnico, de Clerico per saltum promoto, & de eo qui furtiuè ordinem suscepit; si id non fecerit ignoranter, condigna pœna puniatur, si au C tem inscius fuerit autoritate Apostolica cum eo dispensetur. &c.

Interim suspenditur à sui officij executione, sed si scienter fecerit, incidit in Excommunicationem, vt ibi, in d.cap.1. & 2. de eo qui ordines furtiuè suscepit.

De Diaconatu. Post Subdiaconatum promouendi sunt ad Diaconatum qui ad Sacerdotium ascendere cupiunt; Diaconatus autem est ordo Sacer & maior nuncupatur, cuius institutio prima incæpit à Tribu Leui, in veteri Testamento, quando præcepit Deus Moysi, postquam Aaron & filij eius fuerunt electi ad Sacerdotium qui Domino ministrarent sacrificia offerendo, vt de Leui Tribu aliquis ad Diuina mysteria peragenda eligeretur, & consecraretur Domino pro omnibus primogenitis, in lib. Numero-

rum

rum cap.8. & isti gerebant officium Diaconi, necnon in noua A Lege, in Act. Apostolorum capit.6. narratur, quemadmodum Apostoli conuocantes multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis; considerate ergo fratres, cuius ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu Sancto, & sapientia, quis constituamus super hoc opus;& elegerunt Philippum & Prochorum & Nicanorem & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum; & tunc fuit per Apostolos ordinatum, vt super omnes Ecclesias septem essent Diaconi, vt Act. Apostorum 6.inter quos fuit etiam Stephanus protomartyr. Inde fuit ordinatum à Clem.in epist.ad Iacobum fratrem Domini, vt in qualibet Matrice Ecclesia septem instituerentur Diaconi qui circa Christi Aram, vt verbis Hosij in cap. 52.vtar, sublimiori B gradu tamque columnæ septem Episcopo assistant, & sic Diaconi erant tanquam oculi Episcopi, quorum vices Archidiaconus hodie gerit. Idem dicit Clemens: Esto Diaconus Episcopi Adiutor, Os, Cor, & Anima; Hæc ille. Diaconi nomen Græcum est, & Latinè idem sonat quod minister in Sacerdotio.

Quæ in Diacono conside-rentur.

Consideratur consecratio in Diacono, ministerij dispensatio, & ideo dicitur minister Sacerdotis in sacrificio Missæ; De istis legitur apud Hieronymum, de septem ordin.Ecclesię,cap. 5.his verbis: Diaconi sunt,(de quibus in Apocalypsi legimus) septem Angeli Ecclesiarum; hi sunt septem Candelabra Aurea,hi uoces tonitruorum.(& infra)Sine hoc Sacerdos nomen nõ habet; Hic minister Dei dicitur; & similia, de quibus in cap. C Diaconi,dist.93. cap.Cleros, dist.21.

Dicitur quod tunc fuit institutum officium Diaconi à Saluatore nostro,quando ipse in Cęna quam fecit cum Apostolis,& Discipulis suis, illis ministrauit corpus & sanguinem suum,ad Corinth. cap.2.& quando dormientes Apostolos excitauit dicens: Vigilate,& orate,ut in Matth.cap.16.de Diacono loquitur Ambros.lib.5.de Offic.cap.4.vbi introducitur Beatus Laurentius sic loquens Sancto Sixto:Quo progredieris sine filio pater,quo Sacerdos sanctè sine Diacono properas, tu numquam sine ministro sacrificium offerre consueuisti (& infra) cui commisisti consumendorum consortium Sacramentorũ, huic consortium tui sanguinis negas.

Chrysost.

A Chryſoſt. ex Hom. 83. ſuper Matth. Idem Iſidorus, Vgo, & alij, de inſtitutione Diaconorum dixerunt. Hieronymus epiſt. 48. ad Sabinum. Tu inquit exanguis & pallidus & ſuſpitione omni carens Euangelium Chriſti quaſi Diaconus lectitabas.

Tunc in ordinatione Diaconis imprimitur Caracter quando Epiſcopus dicit: Accipite Spiritum ſanctum, ad reſiſtendum Diabolo, & tentationibus eius, in nomine Domini; & datur eis ſtola ſuper humeros ſiniſtros, porrigendo librum Euangeliorum dicente Epiſcopo; Accipite poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia Dei, tam pro viuis quam pro defunctis in nomine Domini. Diaconi habitus ita deſcribitur in Conc. Toletano 4. cap. 29. Vnum Orarium oportet Leuitam geſtare in ſiniſtro humero, propter quod orat & prædicat, Dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditius ad miniſterium Sacerdotis recurrat, hęc ibi; Portat etiam Tunicellam, ſed non eſt de eſſentia ordinis, licet Cyprianus exuerit ſe Dalmatica, & illam tradiderit Diaconis. Sylueſter I. inſtituit, ut Diaconi vterentur Dalmatica, ut refert Steph. Duran. lib. 2. cap. 2. de Rit. Eccleſiæ num. 25. & per Strab. de Rit. Eccleſiæ in cap. 24. Sic vſus Dalmaticarum fuit ante Caſulas, & illis vtebantur Sacerdotes, ſed poſtmodum dimiſſa Dalmatica, Caſulas geſtarunt Sacerdotes, & Dalmatica fuit tradita Diaconis, quia cum eorum officium fuerit ſpeciale, ordinatum ab Apoſtolo, ut mēſis Epiſcoporum miniſtrarent, & elemoſinas diſtribuerunt; Ad ſignificādum autem latam & magnam eorum miſericordiam, quam habere debent in eorum officio ideo induuntur Dalmatica, quæ habet latas manicas, quæ ad illud ſignificandum illis conceditur, ex Innoc. lib. 1. c. 40. & Durand. in Ration. & Origen. in Tract. 15. in Matth.

Officium Diaconi quale.

Officium Diaconi eſt aſſiſtere Epiſcopo, & proſpicere actus totius Eccleſiæ, intuendo errores & vitia populi, vt referant Epiſcopo, vt coerceantur & emendentur; Cuſtodire etiam debent Epiſcopum à maleuolis hominibus, & conſenſum eius prebent ſacrificium, ſecundum Hoſium in d. cap. 52. Vnde dicuntur diſpenſatores elemoſinarum, & Orig. in d. Tract. 5. in Matth. dicit Sacerdotes eſſe oculos Eccleſiæ Dei, Diaconos exiſtimari manus, quoniam per eos exercentur ſpiritualia dona, & Populum pedes; Legitur in Act. Apoſtolorum 6. quod temporibus Apoſtolorum Diaconi menſis miniſtrabant,

diſpen-

dispensantes pecuniam quæ dabatur Apostolis, ut illa ad usum A pauperum conuerterētur Origen. Tract. 15. in Matth. Chrysosto. in homil. Cyprianus lib. 2. epist. 8. Necnon eorum officium erit Sacerdotibus in ministerio Altaris assistere, ac eisdem ministrare in omnibus quę spectant ad Sacrificium oblationis offerre, & in Altari dispensare, Crucem ferre, Prædicare, seu cantare Euangelium in Ecclesia; Possunt in casu necessitatis Sacramentum Eucharestiæ dispensare, ac ad infirmos deferre idque iussu Episcopi. Glos. in cap. Adijcimus, 16. q. 1. & in c. Diaconus propriam, in verbo, necessitas dist. 93. tenentur & Pallas, & vela Altaris sordida lauare, cap. Nemo per ignorantiā, de Consecr. dist. 1. ijsdem datur Euangelium dum ordinantur, & conceditur eis potestas illud prædicandi, & legendi, licet referat Ambros. in 4. cap. ad Ephes. quod suis temporibus potestas prædi- B candi fuit adempta Diaconis & data Sacerdotibus, glos. in ca. adijcimus, 16. q. 1. Et Prædicare interpretatur quod idem sic quòd legenda Isid. de quo in d. cap. Perlectis. Ita declarat: Ad Diaconum pertinet assistere Sacerdotibus & ministrare in omnibus quæ aguntur in Sacramentis Christi, in Baptismo, in Chrismate, & patena, & Calice oblationes quoque inferre, & disponere in Altario, componere etiam mensam Domini, atq; Sacerdotem vestire, Crucem ferre, & prædicare Euangelium: Nam sicut Lectoribus vetus Testamentū, ita Diaconis nouum prædicare præceptum est; ad ipsum quoque pertinet officium precum & recitatio nominum; ipse præmonet aures haberi ad Deum, ipse hortatur clarè, ipse donat pacem, & ipsam populo annunciat hęc ille; erat itaque magnum officium Diaconorum, C veluti circa Sacramentorum administrationem præter sacrificium ipsum Missæ circa consecrationem corporis & sanguinis D. N. Iesu Christi, & ordinationem consecrationis.

De Baptismo loquitur Tertullianus in libro de Baptismo; Ius dandi Baptismum summus Sacerdos habet, dans etiam Presbyteris & Diaconis.

De Prædicatione Act. 7. & Aug. Serm. 2. de Cinere. Greg. lib. 4. cap. 18. Reconciliare pœnitentes in absentia Episcopi & Presbyteri. Cyprian. lib. 3. epist. 7. inquit Diaconos Eucharistiam prebere laicis in absentia Presbyteri. Conc. Nicænum Can. 14. Attamen videant, ne Episcoporum aut Sacerdotum officium vsurpent, ita dixit Gelasius Papa ad Episcopos per Lu

caniam,

A caniam, cap. 9. & 10. de quo in cap. Diaconos, dist. 93. Diaconos propriam constituimus seruare mensuram, nec vltrà tenorem paternis Canonibus deputatum, quippiam tentare permittimus; Nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus propriè decreuit antiquitas, Absque Episcopo vel Presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis ordinibus fortasse longius constitutis necessitas extrema compellat. Quod & laicis Christianis facere plerumque conceditur; Sacri corporis prorogationem, sub conspectu Pontificis, seu Presbyteri (nisi his absentibus) ius non habeant exercendi: Hoc idem fuit terminatum in Conc. Nicæno, cap. 14. Sess. 18. de quo in cap. Peruenit, in d. dist. 93. & in Conc. Laodiceno cap. 20. & 21. & in Conc. Carthaginen. 4. cap. 37. vsque ad 41. & ex Concil. B Toletano 4. cap. 38. In quibus terminatum fuit Diaconos subditos esse debere Sacerdotibus, nec Sacerdotum officium (nisi in his, quæ ex necessitate sunt eis commissa,) extra illud tempus vsurpent & de istis habetur latè in d. dist. 93. per totum.

Seruat etiam Diaconus modum dum legit Euangelium in Ecclesia, ueluti est ascendere in altiorem locum, & hoc pluribus rationibus. Innoc. III. lib. 2. de Myster. Missæ. ca. 43. Alex. de Ales in 4. par. Turrecrem. in cap. Apostolica, de Consecrat. dist. 1. secundum ea quæ Isaias dixit: Super Montem ascende, tu qui Euangelizas Sion. Et Dominus in Monte docebat turbas, Matth. 5. de alijs causis tractat Stephan. Duran. de Rit. Ecclesiæ lib. 2. cap. 23. num. 11. & 12. & latius infrà, de Cœremonijs tractabitur. Vertere Diaconus debet faciem versus Aqui-C lonem, ut ostendat uerbum Dei contra eum dirigi, qui Spiritui sancto semper contrarius fuit, Alcuin. de Diuin. Offic. de Celebrat. Missæ.

Omissis Cœremonijs spectantibus ad Diaconum, dum recitat Euangelium, quia de istis infrà suo loco dicetur, uidendum erit pro statu Diaconi de requisitis ad hunc ordinem: & de istis ita legitur in Conc. Trid. Sess. 23. cap. 13. & Isid. de Eccl. offic. c. 8. ita dicit. Sed de Diaconis sacræ litteræ apertam mentionem faciunt, & quæ maximè in illorum ordine attendenda sunt grauissimis verbis dicere & ab ipso Ecclesiæ Ianitore sequentium ordinum nomina atque vnusquisque eorum propria mysteria in usu fuisse cognoscat.

Primum itaque requisitum quod Subdiaconus non promo-

Requisita in Diaconis quæ sint.

ueatur ad Diaconatum, nisi per annum fuerit versatus in dicto A ordine Subdiaconatus, ex d. Conc. Sess. 23. cap. 13. & bonum testimonium habeat de functionibus, & alijs, de Vita & moribus, & ætate, seruata forma propositionis & publicationis ut supra, secundum d. cap. 5. sess. 23. Vnde in litteris dimissorijs debet exprimi omnia requisita nominatim fuisse seruata, & quod secundum suam conscientiam fuerunt adimpleta ordinata in sacris Concilijs & Canonibus adeò, quod Episcopus ordinans possit illius affirmationi stare, & tam de litteratura inquirere; ita videtur declaratum à Sac. Cong. in d. c. 5. Conc. Trident.

Secundò quod Ecclesia cui est adscriptus, indigeat Diaconis, nam cum ad sacros ordines quis non sit promouendus sine Ecclesia, ut illi inseruiat, saltem ad effectum ut ordines ad cultum Dei ordinati exerceantur, meritò ubi exercere non potest, B quia fortasse Ecclesia non indiget, nisi Ecclesia fuerit propria, ante tempus determinatum non sunt tales promouendi ex d. Conc. Trid. Sess. 23. cap. 16. & cap. 17. cum similibus.

Tertiò sit in ętate debita, quæ statuta est à d, Conc. Trid. in d. cap. 12. Sess. 23. quod ad Diaconatum nullus promoueatur ante uigesimum tertium Annum, licet olim esset statutum tempus 25. Annorum, ut in Conc. Toletano 2. cap. 1. & 3. Carthag. cap. 4. Agath. cap. 16.

Quartò requiritur scientia debita, secundum ea quæ dicuntur in d. Conc. Trid. Sess. 23. cap. 13. debent habere peritiam illorum quæ ad actum exercendi officium pertinent, ueluti de requisitis ad Diaconum, de officio, & de ministerio ipsius, secundum ea quæ suprà exposita sunt, & hoc intelligitur, dummodò C linguam Latinam optimè sciant.

Quintò requiritur Probitas uitæ, & morum honestas, secundum ea quæ traduntur ab Apostolo 1. Timoth. 3. his uerbis: Diaconi sint irreprehensibiles, hoc est sine macula, sicuti Episcopi, pudici, à libidine abstinentes, non bilingues, ne conturbent habentes pacem, non multo uino dediti, sed sobrij, & similia.

De Sacerdotio.

Post Diaconatum uenit Sacerdotium, quod est sublimior gradus in ordinibus, sumpsit autem exordium à filijs Aaron, qui in ueteri Testamento uocabantur Sacerdotes, nunc uerò Presbyteri, quasi seniores, non ætate, sed sapientia, ita præcepit Deus Moysi in lib. 2. Numeror. solus Abias fuit presbyter appellatus,

A pellatus, licet & alij essent maiores eo ætate, non autem pruden tia & sapientia, quarum prærogatiuarum causa presbyteri dicuntur; Ideo dicit Isidorus: Miror cur insipientes constituantur de Ecclesiæ offic. qui pariter in cap. Cleros, dist. 21. de Sacerdote ita dicit: Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrum dans, sicut Rex à regendo, ita Sacerdos à sacrificando uocatus est, consecrat enim & sacrificat; Sacerdotes autem gentilium Flamines dicebantur; hi in ca pite habebant Pileum, in quo erat breuis uirga, desuper habēs lanæ aliquid, quod cum propter æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis penitus eos capi tibus incedere, nefas erat. Vnde à filo, quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi filamines; uerum festis diebus filo deposito, Pi B leum imponebant, pro Sacerdotij eminētia. Presbyter Græcè, Latinè senior interpretatur, non modo ratione ætatis uel decrepitæ senectutis, sed etiam propter honorem & dignitatem quam acceperunt, presbyteri nuncupantur, unde & apud ueteres ijdem Episcopi & Presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, non ætatis. Ideo autem & Presbyteri Sacerdotes uocantur, quia Sacrum dant, & similia. Hæc ille. Attamen differunt in multis Sacerdotes ab Episcopis, & sunt eis inferiores, de quibus suprà de Episcopis dictum, est & latius, in dist. 95. per totam.

Sacerdotalis Ordo quādo institutus & à quo, in Lege veteri.

Institutio Sacerdotalis dignitatis fuit in antiqua lege à Deo facta, quando mandauit Moysi ungere Aaron in Pontificem, & maiorem Sacerdotem, & filios eius in minores Sacerdotes, C ita & in noua lege, incępit Sacerdotium à Saluatore nostro, qui & Petrum in Summum Sacerdotem, & Pontificem suum Vicarium instituit, & ordinauit, duodecim Apostolos maiores Sacerdotes hoc est Episcopos, 72. uidelicet discipulos, minores Sacerdotes, ita legitur in §. 1. d. 21. & in cap. in nouo, ead. dist. ex dicto Anacleti ad Episcopos, epist. 2.

Quando fuerit institutū in Lege noua & à quo.

Tunc Sacerdotium fuit à Domino institutum, quando Christus Saluator noster conuertit Panem in corpus suum, & Vinum in sanguinem, post Cœnam quam fecit cum Apostolis suis. Dum dixit: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Matth. cap. 16. Ioan. cap. 13. & quando post resurrectionem dixit Apostolis: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Ioan. cap. 20. Vnde quando

Dominus dixit: Hoc facite in meam commemorationem, Sacerdotale officium instituit. Primus institutus Sacerdos, seu Presbyter à Diuo Petro fuit Matthias, & sic primus eo nomine fuit appellatus in Lege noua, ex cap. Cleros, dist. 21. & ibi Glos. Primus in antiqua Lege Sem filius Noe, qui postea Melchisedech appellatus fuit, Genes. 14. A

Est itaque Sacerdotium summa omnium honorum, qui in hominibus consistunt, quos qui inhonorauerit; Deum inhonorat, & Dominum nostrum Iesum Christum; fuit enim expediens, vt Sacerdotiũ institueretur, sicut & Sacrificium in Ecclesia Dei, ita dicit Diuus Hieronymus: Ecclesia non est quæ non habet Sacerdotem, vt impleatur Domini præceptum: Hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22.

Ita etiam dicitur in Act. Apostolorum & Petrus epist. 1. cap. 2. Hoc autem genus electum, Regale Sacerdotium, gens sancta, Populus acquisitionis; & in Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos Regnum & Sacerdotes Deo; & Apoc. 5. Redemisti nos in sanguine tuo, ex omni Tribu, & lingua, populo & natione, & fecisti nos Deo nostro Regnum & Sacerdotes & regnabimus super terram, ita fuit determinatum in Conc. Trid. Sess. 23. de Sacram. Ordinis, Can. 1. & Can. 7. & in cap. 1. de sac. ord. cum sequen. B

De dignitate Sacerdotali.

De huiusmodi dignitate, multa narrantur in sacris literis Gregor. lib. 4. Epist. 31. cap. 25. Mauritio Imperatori, appellat Deos, & Angelos, vt in cap. Sacerdotibus, 11. quæst. 1. præeminet dignitate Regali, dist. 95. cap. Duo sunt, Christus eis reuerentiam exhibuit, quando leprosos ad eos remisit. 1. quæst. 1. nonne appellantur Sacerdotes lumen mundi, 92. dist. Sacerdotes dicuntur omnium patres ac magistri, 86. distinct. quis dubitet. C

Clemens in sua epistola ad fratrem Domini Iacobum, de Sacerdotibus ita scribit: Sacerdotes verò Beatus Petrus sal terrę, & mundi lumen docens, præcepit in splendore bonorum operum Patrem glorificare Deum, de quibus Dominus ait: Vos estis sal terræ; Appellantur sal, secundum Hilarium in Matth. 5. quia sunt rerum cælestium prædicatores, & æternitatis veluti satores quia per virtutem doctrinæ, quasi salientes ab exterminatione & corruptione corpora pręseruant. Remig. ibidem dicit: Sal etiam per aquam, & ardorem Solis & per flatum venti in

Ati in naturam alteram commutatur: ſicut Apoſtolici viri, poſt aquam Baptiſmi in ardorem dilectionis & flatus Sancti Spiritus in ſpiritualem regenerationem commutati ſunt.

Hoc idem dicit ibi Hieron.& Chryſoſtomus,& Greg.lib.8. epiſtola 21. dicit: Quis dubitet Sacerdotes Chriſti Regum & Principum omniumque fidelium Patres & magiſtros? vt in capit. Quis dubitet, & cap. 5. diſt.96. Merito appellatur Regale Sacerdotium; Et Dominus dixit Zach.2. Qui uos tangit,tangit quaſi pupillam oculi mei. Cõſtituitur ut mediator inter Deum & homines, D.Thom.3. p.quæſt.22. art.1. Dominus noſter aſcendens in Cælum, ſuos vicarios reliquit Sacerdotes, tanquam Præſides & Iudices ad quos omnia mortalia crimina deferantur.

B Concil.Trident.Seſſ.14.de Confeſſ.cap.5.tandem latius ab officio cognoſcetur qualitas dignitatis Sacerdotalis de cuius prius requiſitis dicetur.

Officium Sacerdotale ĩ quibus potiſſimũ conſiſtat.

Officium Sacerdotis ſublime & Angelicum eſt, cum uerſetur circa Corpus Chriſti uerum, & myſticum, ideo omnes alij ordines ei inſeruiũt,& ad Sacerdotium tendunt; Verum Chriſti Corpus conficit Sacerdos in Sacrificio Altaris; Myſticum Corpus dicitur Eccleſia, Apoſt. 1. Corinth. 10. ait: Vnum Corpus multi ſummus, qui de vno pane participamus. Vnde Sacerdotes non ſunt inſtituti pro eo tantum, ſed pro Eccleſia Dei,ideſt ut populo Dei proſint,ex dicto Leonis Papæ,ad Epiſcopos Africæ,epiſt.85.uel 87.cap.2. de quo in cap. Si qui Epiſcopi,§.ecce, 1.quæſt.1. Ideo Epiſcopus in Sacerdotis conſecra C tione poſtquam tradidit ueſtes Sacerdotales, & conſecrauerit manus eiuſdem ordinati,porrigendo Calicem cum uino,& de ſuper patenam cum hoſtia, dicit: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium Deo, Miſſaſque celebrandi in nomine Domini.

Poſtmodum, imponendo manus ſuper caput,dicit: Accipe Spiritum Sanctum quorum remiſeris peccata &c. ita legitur in Pontificali Roma. & traditur in Cathechiſ. de ordinatione; & ita determinatum fuit in Conc. Trid.Seſſ.22. de ſacrif. Miſſæ,cap.22.cum ſeq.& Seſſ.14.per totam.

Sacerdos conficit Corpus et ſanguinẽ Chriſti.

Soli ergò Sacerdoti commiſſum eſt conficere Corpus & Sãguinem Domini in Miſſa, ita habetur in Canone 3. Apoſt.ubi ita legitur: Si quis Epiſcopus &c. ita pariter legitur terminatũ à Clemente lib. 3. Conſtit.Apoſt.cap.10. Dionyſius in epiſto-

la ad Demo. Monachum idem dixit quod huiusmodi gratia A per impositionem manuum Episcopi detur Tertull. de exhortat. castitatis, cap. 7. Idem terminatum fuit in Concil. Nicæno Can. 18. Greg. Nazianzen. in Apoleg. ait: Sacerdotem cum Angelis stare, cum Archangelis glorificare, ad supremum Altare sacrificia transmittere, & in spiritu Sacerdotio fungi; Antherius Papa in 18. Epistola ad Episcopos Hispanos, Fabianus Papa in 22. epist. 2. ait: Sacerdotes quoque ibi eligit Dominus, vt sacrificent ei & offerant oblationes Domino. Idem dixit Hieronym. ad Euagrium. S. Epiphanus in epist. ad Ioannem, quæ extat in lib. 2. Epist. Hieron. epist. 60. Isid. lib. 2. de Eccles. off. cap. 7 ait: Presbyteris sicut Episcopis dispensatio mysteriorum Dei commissa est. Hoc pariter fuit à Sacris Concil. determinatum vt in Conc. Rom. Can. 6. Concil. Lateranensi sub Innoc. B III. cap. 3. Concil. Florentin. de Sacramento Eucharistiæ, Concil. Nicen. Can. 18. Carthaginensi 6. Can. 18. Arelaten. 1. Can. 10. & tandem ita concludendum erit omissis alijs cum Diuo Thoma, in 3. par. quæst. 82. art. 3. ad 4. Sententiarum, dist. 2. & 13 Soli Sacerdotes consecrant, & offerunt, ideo Episcopus dicit illis: Accipite potestatem offerēdi sacrificium Deo, Missasque celebrare, tam pro viuis, quam pro defunctis; & hæc dicta sint quemadmodum soli Sacerdotes habent potestatem conficiendi corpus Christi verum in sacrificio Missæ, seruata debita forma, vt infrà de missa dicentur.

Sacerdotum potestas baptizandi & alia Sacramenta administrandi quanta.

Circa Corpus Christi mysticum dicitur, quod Sacerdos administrat Sacramenta, ideo data est potestas Baptizandi, quando Dominus dixit Apostolis: Euntes docentes omnes gentes, C baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Marci cap. fina. necnon absoluendi peccatores à peccatis: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Ioan. cap. 20. Atque Sacramentum Extremæ Vnctionis infirmis dandi. Iacob. cap. 5. Sic de Matrimonio dicendum erit, & ita fuisse terminatum in Ecclesia Catholica patet ex Sac. Concil. Trident. in Sess. 7. de Baptismo. Sess. 13. de Sacramento Eucharistiæ, & Sess. 14. de Sacramento Pœnitentiæ, & Sacramento extremæ vnctionis, & in Sess. 24. de Sacramento Matrimonij. Data est etiam potestas prædicandi: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni Creaturæ, Matth. 18. Quapropter concludit Apostolus 1. Corinth. 4. Sacerdotes esse ministros Christi,

& di-

A & dispensatores mysteriorum Dei, & in 2. Corinth. 5. idem dicit; adeò, quod Sacerdotes Christi legatione funguntur, quæ tunc fuit illis tradita, quando Dominus dixit: Pax uobis; sicut me misit pater, ita & ego mitto uos. Ioan. cap. 10. ut eorũ ministerio Populus reconcilietur Deo; Sic Sacerdos est mediator inter Deũ & homines. Chrysost. de uerbis Esaię Hom. 5. & lib. 6. de Sacerdotio; ideo per illud tempus & Angeli Sacerdoti assident, & locus Altari uicinus in honorem illius qui immolatur Angelorum Choris plenus est; hæc Chrysost. Ambros. in oratione præparatoria ad Missam, declarat Sacerdotem esse pro aliorum offensa intercessorem. Idem refert Greg. Nazianzen. in Apologetico, & ad Simplicium epist. 88. & quamplures refert Hosius Cardin. Varmiens. in cap. 53. de Sacerdotio.

B Vnde concluditur, quod Sacerdotium & Sacrificium Christi unum, & idem est cum eo, quod omnium est Sacerdotum; nam in prædicando Euangelium, non est Sacerdos qui diuina loquitur, sed Christus, qui ministerio Sacerdotis utitur. Apostolus 1. Corinth. 13. idem docet Clemens lib. 2. Const. Apost. epist. 32. Ita in Baptizando nõ est Sacerdotis nisi ministerium: nam Dominus noster est qui Baptizat. Apostolus 1. Corinth. 3. Deus enim incrementum dat. cap. Sicut, 1. quæst. 1. & similia, quibus sacræ literæ plenæ sunt.

Refert capit. 53. præcitato Hosius Card. Valerium Episcopum Hipponẽsem ordinato in Presbyterum Augustino, exultasse, & Deo gratias egisse, suas exauditas à Domino preces, quas frequentissimè fuderat, ut sibi Diuinitus homo concede-

C retur talis, qui posset uerbo Dei, & doctrina salubri Ecclesiam Dei ædificare. Hęc ille & similia. Sunt etiam Sacerdotes à Deo ordinati ad laudandum Deum, & ad bonorum operum actiones exercendum, secundum Anaclet. in cap. Quia Episcopus, 5. quæst. 3.

Alex. in epist. 2. dicit: Ipsi Sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quamuis precibus & oblationibus ea deleant atque consumant, qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus pro quibus exclamãt exaudiuntur, cap. Ipsi Sacerdotes, 1. quæst. 1.

In Conc. Nannetensi ita legitur de officio Presbyteri. Presbyter manè matutinali officio expleto, pensum seruitutis suæ Canendo Primam, Tertiam, Sextam, Nonamque persoluat,

ita tamen, ut postea horis competentibus & signis designanti- A
bus, iuxta possibilitatem, aut à se, aut à scolaribus publicè compleantur. Deinde peractis horis, infirmos visitet, si voluerit, ad opus rurale exeat ieiunus, ut iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitium siue diuersorum communicantium, infirmorum quoque, atque defunctorum succurrere possit vsque ad statutam horam, pro qualitate temporis, & opportunitate.

Concluditur ergò, quod officium Sacerdotis est docere, orare, offerre, & benedicere, 1.q.1.c.Dictum est à Domino, & 28. dist. Presbyterum, de Consecrat.dist.1.c.Messis.

Missas celebrare debent singulis diebus festiuis, & offerre sacrificium pro peccatis populi, cap.1.§.Vna, de summa trinit.c.1.de Consecrat.Conc.Trid.Sess.23.cap.14.& Sess.22.cap.8. de Celebr. Missæ. Restat ut declarentur requisita ad statum Sacerdotis cum ordinatum sit, quod nullus assumat sibi hunc honorem, nisi à Deo fuerit vocatus: idcirco ille dicitur Sacerdos qui fuerit legitimè ordinatus. Conc. Triden. Sess.23.cap.14.de Reformat. determinat requisita, videlicet. B

Requisita in volente inaugurari Sacerdotio.

Primò, quod in ministerijs anteactis, piè & fideliter se gesserit, & de istis bonum testimonium habeat.

Secundò, hi sint qui non modo in Diaconatu ad minus integrum annum perstiterint, sed non ordinentur nisi ob Ecclesiæ vtilitatem uel necessitatem, idq; dum ita Episcopo uidebitur, & hoc quidem ad populum docendum necessaria ad salutem, atque ad administranda Sacramenta, diligenti examine & approbatione præcedente, & sic ad huiusmodi præstanda donec comprobentur, ætate, & castis moribus conspicui, ut præclara C bonorum operum exempla & uitæ innocenter actæ fructus multiplices ab eis possint expectari, ex d.cap.14.

Tertiò requiritur ætas debita, nam ad Presbyteratum quis non promouendus est ante vigesimum quintum suæ ætatis annum, Conc.Trid.in d.Sess.23.cap.12.

Quartò non attenditur tantum ætas, sed etiam bonitas vitę; ideo in d.Concil. in d.cap.12.dicitur his verbis: Sciant tamen Episcopi, non singulos in ea ætate constitutos debere ad hos ordines assumi, sed dignos duntaxat, & quorum probata vita senectus sit.

Quintò requiritur scientia debita, ut sciant conditiones sibi debitas, & quale sit officium suum, ut habeant scientiam do-

A cendi, celebrandi Missas, & administrandi Sacramenta, præsertim ea, quæ concernunt Sacrificium Missæ, ut in tota dist. 21. 24. & 93. & Conc. Trid. Sess. 23. cap. 13.

Celestinus ita dixit omnibus Episcopis, epis. 3. vt in c. Nulli, dist. 38. his verbis: Nulli Sacerdotũ liceat Canones ignorare, nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obuiare, quæ enim à nobis res digne seruabitur, si Decretalium norma constitutorum pro aliorum libitu licentia populis permissa frangatur.

Ex dictis D. Augustini habetur, in cap. Qui ipsis, in d. dist. 38. Quæ ipsis Sacerdotibus necessaria sunt ad discendum idest Sacramentorum liber, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisterium, Computus, Canones pœnitentiales, Psalterium, Home-B liæ per circulum Anni in Dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptæ, ex quibus omnibus si unum defuerit, Sacerdotis nomen uix in eo constabit, quia valde periculosæ Euangelicæ minæ sunt, quibus dicitur, si Cæcus Cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Vnde in Conc. Carthagin. 4. cap. 3. habetur his uerbis: Placuit, vt ordinandis Episcopis vel Clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta Concilij fecisse aliquando pœniteat. Ritè autem & semel ordinatus, denuo non ordinatur Sacerdos.

Inde datur versus.

Siue bis ordo datur, seu Baptismus repetatur;
C *Vel si præstetur, vt vtrumque Simon operetur*
Seu vt euertatur fidei status ordo petatur,
Vt dispensetur, spes irrita prorsus habetur.

Vide cap. conuentionibus, 1. q. 7. & vide Glos. in cap. quod ordinatio, 9. q. 1. in verbo, quod ordinatio.

Inde datur distinctio, quod aliquando in susceptione ordinis imprimitur Character, sed impeditur executio, aliquando neutrum; aliquando vtrumque inspicitur, ideo dicit ibi Glos. quod quotiescumque fuerit seruata forma Ecclesiæ, recipitur Character sed non executio, siue scienter, siue ignoranter actum fuerit, sed differunt in hoc, quod si in alijs digni fuerint tolerantur, cap. saluberrimũ 1. q. 7. aut ordinati sunt simoniacè à simoniaco, cap. ab excommunicatis, 9. q. 1. vel sunt rebaptizati, ut de

Cons.

Conſ.diſt.4.cap.eos,aut adheſerunt hæreticis ad ſubuerſionem A fidei,& in contemptum Eccleſiæ ordinantur,cap.conuenientibus, 1.q.7.Qui ſcienter ab Epiſcopis præciſis ordinantur,malè faciunt, ſecùs ſi ignoranter, quando tales ordinationes irritæ ſint,vide cap.Ordinationes, in d.9.q.1.Hæc ex Gloſ. in d.cap. Excommunicati,& cap.fin.eod.loco quando tales diſpenſatione digni ſint; Qui ergò recipiunt ſcienter extra formam Eccleſiæ à talibus Epiſcopis Ordines,nihil recipiunt, cap. Detrahatur,1.q.1.Sed ſi fuerit ſeruata forma Eccleſiæ,impeditur executio,vt dictum eſt in Gloſ.cum textu, cap.fin.de ord.ab Epiſcopo qui Epiſcopatui renuntiauit.

Requiſita in Ordinante.

Inde requiritur, quod Epiſcopus conferens habeat exercitium Ordinis; nam in Epiſcopo duo conſiderantur, Dignitas, Epiſcopalis,cui eſt annexum officium ordinãdi, & Iuriſdictio, B quæ in eo verſatur circa quos tale officiũ ſit exercendum, ut in titulo de ordinat. ab Epiſcopo qui Epiſcopatui renuntiauit, & tractant etiam Ricardus,& Bonauentura in 4. d.25. Art.1.q.2. & 3.At in textu ita diſtinguitur: Si Epiſcopus renuntiauit loco tantum Ciuitatis,conferre poteſt Ordines ſicut prius; ſi autem & loco,& dignitati, tunc non poteſt Ordines Sacros conferre, vt ibi,& ſi ordinauerit, ordinatus ſuſpenditur ab executione,& requiritur autoritas Apoſtolica; Abb.in d. cap. 1. de ordin. ab Epiſcopo qui renunt.qui pariter dicit, quod poteſtas in his qui ſunt in habitu ordinis, reſidet in dignitate cohærenti perſonæ, quo ad exercitium, reſidet in loco cui præeſt & in quo adminiſtrationem habet, ideo in hoc attendendum eſt & conſiderandum quodnam ſit id cui fuerit renuntiatum, puta an admini- C ſtrationi Epiſcopus renuntiauerit, vel dignitati, ſi namque renuntiatio ſolum adminiſtrationis facta fuerit ab Epiſcopo tunc poteſt illa quæ ſunt ordinis conferre quo ad habitum, ſed non quo ad exercitium, quia caret ſubiectis: Sed ſi aliqui initiati ſacris fuerint & ordinati ad Epiſcopo habente exercitium in dicto loco,tunc collatio facta valet, quia datur locus adminiſtrationis & exercitij, ſed vbi dignitati non fuerint renuntiatũ, ea quæ dignitatis ſunt prælatus liberè exercere poteſt, ex Abb. in dicto loco; At hodie nunquam occurrit caſus quod Epiſcopus reſignet ſeu renuntiet dignitati Epiſcopali,quia Papa tales renuntiationes non admittit, ſed conceditur quidem aliquando quod renuntietur Eccleſiæ, hoc eſt, ſolum ipſi adminiſtrationi,

A tioni ita refert etiam Borg.in tract. de Irreg.parte 6. eodem tit. numero 6.

Sunt etiam alij præter Episcopos qui de iure Ordines conferre possunt, sicuti Abbates, qui primam tonsuram conferre possunt & ordinem Lectoratus, & secundum aliquos etiam Ostiariatus, cap. Quoniam, dist. 69. & Glos. ibi in uerbo, Lectoris, non autem possunt conferre ordinem Exorcistatus, uel Accolitatus, secundum Glos. in d.cap. Quoniam, sed si fuerint Sacerdotes, & eis fuerit imposita manus, tunc poterunt & alios minores conferre, eo magis, si habuerint ex Priuilegio, ex d. Glos. in d.cap. Quoniã, Hodie autem determinatum legitur in Concil. Trid. Sess. 23. cap. 10. de Reform. his uerbis: Abbatibus, ac alijs quibuscumque quantumuis exemptis, non liceat in posterum intra fines alicuius Diœcesis consistentibus, etiam si nul-
B lius diœcesis, uel exempti esse dicantur, cuiquam qui Regularis subditus sibi non sit, Tonsuram uel minores Ordines conferre, nec ipsi Abbates & alij exempti, aut Collegia, uel Capitula quæcumque, etiam Ecclesiarum Cathedralium, litteras dimissorias aliquibus Clericis secularibus, ut ab alijs ordinentur concedant, sed horum omnium ordinatio seruatis omnibus quæ in huius Sanctæ Synodi Decretis continentur, ad Episcopos intra quorum Diœcesis fines existant, pertineat, non obstantibus quibusuis priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus, &c.

Ex quibus habetur, quod qui fuerit ordinandus, debeat ordinari ab Episcopo loci in quo degit, qui si fuerit impeditus, tunc
C litteris dimissorijs ordinibus initiandi ad alios Episcopos Sanctæ Sedi deuotos qui ordinum executionem habeant & ministerium ab eo poterunt transmitti.

Ita concludit etiam Abb. in d.cap. 1. de ordin. ab Episcopo qui renuntiauit Episcopatui.

Vnde promouens aliquem non suum Diœcesanum sine litteris commendatitijs sui Episcopi, per annum suspenditur à collatione ordinum, & ordinatus suspenditur ad beneplacitum sui Ordinarij. Conc. Trid. Sess. 14. cap. 3. & Sess. 23. cap. 3. 8. & 10.

Ex priuilegio Minores Ordines posset etiam Sacerdos conferre, idque mandante Papa; Maiores autem conferre non conceditur alteri quam Episcopo. D. Thom. & Sot. in 4. dist. 25. in add.

add.ad 3.part. quæst.38. Art.1. Victoria in num.235. Couuar. A Variarum resolut.lib.1.cap.10.num.9. & 10.

Modus seruãdus in talibus Ordinationib.

Tertium principale erit, quod in talibus ordinationibus seruetur modus qui à sacris Constitutionibus Summorum Pont. & Decretis Conc.editis obseruari fuit præscriptus, qui modus, ut ordo in omnibus seruetur, ita distinguetur. Primò attenditur tempus conferendi, deinde locus, forma, & ordo, seruandi sunt, ita habetur in cap.ordinationes, dist.75.

Tempus collationis ordinum & locus qualia.

Tempus in collatione seruandum legitur, quoniam certi statuti sunt dies, sicuti in quatuor temporibus Anni, hoc est de mẽse Iunij post Pentecosten, & de mense Septembris post Crucem, de mense Decembris post Diuæ Luciæ festum, & in Quadragesima post Cineres, in die Sitiẽtes; & Sabbathi Sancti maioris hebdomadæ, ita terminauit Gelasius Papa, ad Episcopos B per Lucaniam, in epist.1.cap.13.his verbis: Ordinationes Presbyterorum & Diaconorum, nisi certis temporibus & diebus exerceri non debent, idest, quarti mensis Iunij, septimi, & decimi, sed etiam Quadragesimalis initij & mediatæ hebdomadæ, & Sabbathi ieiuni circa Vesperum nouerint celebrandas. Hæc ille, & ibi Glos.dicit, idem seruandum de ordine Subdiaconatus, & hæc determinetur in cap.1.eod.titulo.

Extra autem dicta tempora dicit Alex. III. in cap. de eo, de tempor.ordin.his verbis: Quod licitum est Episcopis Dominicis & alijs festiuis diebus vnum aut duos ad minores ordines promoueri, sed ad Subdiaconatum nisi in quatuor temporibus, aut Sabbatho sancto aut sabbatho ante Dominicam de Passione nulli Episcoporum præterquam Romano Pontifici li C cebit aliquos ordinare.

Inde occurrit dubitari, an Episcopus possit conferre minores ordines in diebus Dominicis, pluribus quam duobus, & secundum Host. in dicto loco, adhærendo huic literæ dicitur, quod non possit; & ratio est: ne videantur celebrari solennes ordinationes, At Glos.ibi, Innocent. & Abb. videntur tenere contrarium, quod possit plures promouere dummodo non appareat generalis ordinatio; Attamen, non esset inutile adhærere verbis legis, cum expresè lex caueat, Vnum scilicet aut duos debere ordinari.

Ideò generaliter probatur, & notatur secundum Bald. in l. 1. C.de Const. quòd quando habemus legẽ claram, non est opus inter-

A interpretatum, vel coniecturis, ibidemque dicitur, celebrare licere die Dominico, & alijs festiuis diebus, quasi intelligi etiam potest in quolibet die festiuo qui est de præcepto Ecclesiæ, de quibus habetur in cap. fina. de ferijs, quales sunt Natalis Domini, Sancti Stephani, Ioannes Euangelistæ, Innocentum, Sancti Syluestri, Circumcisionis, Epiphanię, Dominicæ Passionis, Resurectionis, & Penthecostes, cum duobus diebus sequentibus, Ascensionis, Natiuitatis Ioannis Baptistæ, Festiuitatum Virginis, Apostolorum præcipuè Petri & Pauli, Laurentij Martyris, Dedicationis Beati Michaelis, solennitatis omnium Sanctorum, & sic de singulis. Ant. But. in dicto loco dicit, posse tales ordinationes celebrare omnibus diebus festiuis, in quibus Virgines possunt consecrari, ut determinatur à Gelasio Papa, B de quo in cap. Deuotis, 20. quæst. 1. Vt in die Epiphaniæ, in Albis Paschalibus, & in Apostolorum natalitijs, ita etiam dicit Glos. in cap. 1. de temp. ordin. & diebus Dominicis; at in die Natiuitatis, tales ordinationes non celebrãtur quia de raro occurrit illud celebrari in die Dominico, vide Abb. in d. cap. de eo, in fine.

Abbates autem quibus concessa fuerit potestas conferrendi ordines Minores, poterunt in diebus Dominicis & festiuis conferre tutius, quam in quatuor temporibus, ne videantur celebrare ordinationes generales, secundum Hostiens. in d. cap. de eo, num. 6. ut ibi, & in cap. Cum contingat, de ætate & qualit.

De tempore quo ordines sint cõferendi.

Quare tales ordines Sacri conferendi sint in diebus ieiuniorum, ita declarauit Leo Papa Dioscoro Alexandrino, in epist. C 79. cap. 1. de quo habetur in cap. Quod die Dominico, dist. 75. Quia ita Apostolica doctrina mandauit: nam cum Paulus & Barnabas ex præcepto Spiritus Sancti ad Euangelium Gentibus prædicandum mitterentur ieiunantes & orantes, imposuerunt eis manus; ut intelligamus quanta & dantium & accipientium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter uideatur impletum.

Episcopi autem consecrantur tantum diebus Dominicis, ut in huius diei dignitate sit gestum, in qua mundus sumpsit exordium, in hac per resurrectionem Christi, & mors interritum, & uita accepit initium, ex d. cap. Quod die Dominico, & capit. Ordinationes Episcoporum, dist. 75. Datur etiam hora tertia, ut ibi, quia in illa hora Spiritus Sanctus descendit super Apostolos

stolos & illa Dominus est crucifixus, & tali hora Apostoli con A
secrarunt Paulum & Barnabam, ex Glos. in d. cap. 1. dist. 75. in
uerbo, Tertia.

Prima Tonsura confertur de generali consuetudine quali-
bet die, eo quod tempus à iure non sit determinatum, Host. &
Abbas in cap. Consultationis, de tempor. ordin. num. 5.

Pontifex autem non subiacet istis legibus, ideo poterit quan
documque uoluerit, ordines conferre, & alijs committere ut
conferātur, cap. 1. de temp. ordin. Abb. & Doct. ibi, cum Glos.
Consuetudo autem quælibet quod extra dicta tempora ordi-
nationes celebrarētur, non ualet, imò taliter ordinati, non de-
bent permitti in susceptis ordinibus ministrare, & si secus fa-
ctum fuerit, ordinati deponuntur, & ordinantes priuantur au-
toritate ordinandi, capit. Sanè super eo, extra de tempor. or- B
din. ita etiam determinauit Vrbanus III. his uerbis: Episcopū
qui die quo non debuit ordines celebrauit, canonica disciplinā
corrigere, & ordinatos à susceptis ordinibus tamdiu reddere
debes expertos, donec apud nos restitutionis gratiam conse-
quantur, ut in cap. Cum quidam, eod. tit.

Attenditur igitur non solum Tempus, sed etiam Hora, qua
tales ordines sunt conferendi, præsertim Maiores. ita Leo Epi-
scopus in epist. 79. cap. 1. declarauit, de quo in cap. Quod à Pa-
tribus, dist. 75. his uerbis: Quod à Patribus nostris propensiori,
cura nouimus esse seruatum, à uobis quoque uolumus custo-
diri, ut non passim diebus omnibus Sacerdotalis uel Leuitica
ordinatio celebretur, sed post diem Sabbathi eius noctis, quæ
lucescit in prima Sabbathi exordia consecrandi eligantur, in C
quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunis, & à ieiunantibus sa-
cra benedictio conferatur, quod eiusdem obseruantiæ erit, si ma
ne ipso Dominico die cōtinuato ieiunio Sabbathi celebretur,
à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt. Hæc il
le. Adeò, quod tempore celebrationis Missarum tales ordines
sunt conferendi, cum extra tempus celebrationis Missarum cō
secrationes non fiant, vt capit. Nocte, de Cons. dist. 1. & refert
Glos. in d. cap. 1. dist. 75. in verbo, Tertia.

De loco in quo ordines conferuntur.

Consideratur etiam locus in quo tales ordinationes celebrā
tur, qui proprius erit Ecclesiæ Cathedralis, ita legitur in Conc.
Trid. Sess. 23. cap. 8. Minores autem ab Episcopo possunt con-
ferri in qualibet Ecclesia suæ Diœcesis, Maiores in Cathedra-
li, quam-

A li, quamuis de consuetudine in qualibet Ecclesia possint celebrari, vt refert Flor. 3. p. tit. 14. cap. 16. §. 17. Ang. in verbo, Ordo, quæst. 5. At non esset recedendum à Sacro Conc. dum Maiores conferuntur, inter Missarum solennia, sic etiam in Ecclesia & non alibi celebrantur ordinationes, nisi aliter oportunitas temporis postulauerit; Sed an in vna magis quam in alia, Ecclesia sit collatio ordinum facienda in hoc si adfuerit vsitata Consuetudo seruatur, licet secundum prædictas sententias & secundum Concilium determinetur Ecclesia Cathedralis; quod eo magis conuenit, quo tali celebrationi assistant Canonici. Verba Concilij sunt ista Sess. 23. cap. 8. Ordinationes sacrorum ordinum statutis à iure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia vocatis præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis pu-B blicè celebrentur; si autem in alio Diœcesis loco præsente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit Ecclesia semper adeatur. Hoc idem fuit determinatum in Conc. Carthag. 4. cap. 22.

Vnde Concilium determinauit in Ecclesia Cathedrali ordinationes celebrandas, si autem extra per Diœcesim fiat vt in digniori Ecclesia administretur idem Concilium hortari & præcipere videtur, vt dictum est.

Seruãda est pariter forma quædam in talium ordinationum celebratione, veluti, vt dictum est, ut inter Missarũ solennia cõferantur Maiores, idque ab Episcopo, & à sumentibus ieiunis suscipi ordines debẽt, vt & à ieiuno Episcopo conferendi sunt, ex d. cap. Quod à Patribus, d. 75. Flor. 3. par. tit. 14. cap. 16. Syluest. in verbo, ordo, 2. num. 6. & 7.

Forma seruanda ne sint Clandestinæ ordinationes.

C Secundò ne tales ordinationes fiant clandestinè requiritur sed publicè celebrare eorum collationem conuenit, vocatis ad eam & præsentibus Canonicis, ex d. Conc. Trid. Sess. 23. cap. 8. Item ne quis furtiuè ordinetur, intelligitur autem quis ordinari furtiuè, quando sine licentia sui superioris, & sine scrutinio ordinatur, dum se ingerit inter multitudinem ordinandorum, ignorante Episcopo: nam sic ordinati, licet recipiant Characterem, non tamen exequutionem consequuntur sine Papæ dispẽsatione, eo magis, quia Episcopi monere debent astantes, idque etiam sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne quis ad ordines accedat, nisi vocatus; vndè, qui sic clàm, & furtiuè ordines susceperint, licet vt modo dictum fuit Caracterem ordinis suscipiant, tamen suspenduntur, ita quod sine autoritate Sedis

Apo-

Apostolicæ, & eiusdem dispensatione ordines administrare A non possint, cap. 1. & seq. eod. tit. cap. Salonitanæ, dist. 63. cap. Lugdun. 9. quæst. 3. Itaque ad euitanda huiusmodi inconuenientia iampridem non inconsultè ordinatum fuit in Sacro Conc. Trid. Sess. 23. cap. 7. quomodo sit ad tales ordinationes procedendum, his verbis: Sancta Synodus antiquorum Canonum vestigijs inhærendo, decernit, vt quando Episcopus ordinationem facere disposuerit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo uidebitur, ad Ciuitatem euocentur, Episcopus autem Sacerdotibus, & alijs prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi ascitis ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inuestiget, & examinet. B

Idem fuit prius declaratum in Conc. Nannatensi, cap. 2. vbi legitur his verbis: Quando Episcopus ordinationes facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere uolunt, feria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad Ciuitatem, vnà cum Archipresbyteris, qui eos repræsentare debent; & tūc Episcopus à latere suo eligere debet Sacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros diuinæ legis, & exercitatos in Ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum uitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum ubi educati sunt, si sint bene literati, si instructi in lege Domini, diligenter inuestigent; ante omnia, si fidem Catholicam firmiter teneant, uerbis simplicibus asserere queant; Ipsi autem, quibus hoc committitur, cauere debent, ne, aut fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti, à uero deuient, ut indignum, & minus idoneum, ad C sacros gradus suscipiendos Episcopi manibus applicent, quod si fecerint, & ille, qui indignè accessit, ab Altari remouebitur, & illi qui donum Sancti Spiritus uēdere conati sunt, coram Deo iam condemnati, Ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, & sic Sabbatho qui probati inuenti sunt, Episcopo repræsententur.

De Scrutinio seruando.

Quæ quidem designant in tali ordinatione faciendum esse prius scrutinium ordinandorum, & hoc duplex est, unum, dum inquiritur de singulis, vt de omnibus requisitis testificentur, ut in Sess. 14. cap. 3. de Refor. in Conc. Trident.

Aliud scrutinium dicitur secretum, quod fit, quando Archipresbyter

A presbyter præsentat ordinandum coram Episcopo, & dicit: Postulat Sancta Mater Ecclesia hunc assumi ad talem ordinem; Cui Episcopus respondet, an sciat illum esse dignum, & Archipresbyter respondet affirmatiuè, tales petitiones, & responsiones faciunt secretum scrutinium; ita habetur ca. Si seruus, dist. 54. & cap. Accepimus, de ætate & qualit. Goffr. & Host. in tit. de scruti. in ord. facien. & de temp. ordin. num. 56. Flor. 3. par. tit. 14. cap. 16. §. 12.

Vnde ut prædicta diligenter adimpleantur Sacrum Conc. ordinauit, ut fiant publicationes; & recipiãtur attestationes quas uocant fides à Parochis, seu à magistris, à quibus instructi fuerint, & sic de alijs, quæ supra posita sunt ad statum cuiuslibet ordinis.

B Seruandum est etiam, quod ordines conferantur gradatim, & in primis, Prima Tonsura, deinde Minores, uelut Ostiariatus, Secundò Lectoratus, Tertiò Exorcistatus, Quartò Accolitatus; Deinde ordines Sacri puta Subdiaconatus in primo loco, secundo Diaconatus, vltimo Presbyteratus, dist. 59. per totam, cap. Si officia, distinct. 77. ut supra satis probatum fuit. D. Tho. in 4. dist. 44. q. 2. art. 1. & q. 2. per totam, Syluest. in verbo, ordo, 2.

Conferantur gradatim ordines.

Ideo aduertendum, ne tales ordines conferantur per saltum, ut omisso minori ordine promoueantur ad maiores, quia ut dictum est, ascendendum est ad Sacerdotium à minori ordine ad maiorem, cap. Legimus, dist. 93. Vnde, qui receperit Sacerdotium ante Diaconatum, vel Subdiaconatum, accipit quidem

C Caracterem, sed dispensatione Apostolica promotus, curabit admitti ordo ad ordines prætermissos, cap. Tuæ litteræ, de Clerico per saltum promoto, & cap. Sollicitudo, dist. 62. & Host. & Goff. eod. tit.

Sicuti unus debet conferri ante alium, sic seruandus est modus in tali collatione, quod non conferantur omnes simul, sed diuersis temporibus, ita terminatur etiam in Conc. Trid. Sess. 23. cap. 11. 12. & seq.

Primò itaque uidendum erit, an Prima Tonsura possit dari cum minoribus eodem die, & dicitur quod non, secundum Innoc. & Host. in cap. De eo, de temp. ordin. per cap. Litteras, & cap. Dilectus, eod. tit. licet de Psalmistatu nihil sit dictum in d. cap. De eo, sed secundum Glos. & Ant. de But. in d. cap. De eo,

dicitur, quod Minores possunt insimul conferri vna die, attamen dicit Goffr. in d. tit. de temp. ordin. & Stephan. de Caieta, Repet. ad cap. Ad limina, 30. quæst. 1. num. 112. Ang. in verbo, ordo, 6. num. 2. quod in hoc attenditur consuetudo illius Ecclesiæ, & illa poterit seruari; Et Syluest. in verbo, ordo, 2. Nauar. cap. 25. num. 71. Doct. in d. cap. De eo, Sot. in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 4.

Idem dicendum de prima Tonsura cum alijs Minoribus, quod standum erit cōsuetudini, atque cum vno minori, & Subdiaconatu, vt per allegatos.

Attamen, quicquid sit de iure antiquo, & de consuetudine, seruandum est quod decreuit Concil. Trid. in Sess. 23. cap. 11. quod Minores conferantur per temporum interstitia, & hoc rationabili causa factum est: nam ille, qui adhuc in vno ordine non fuit expertus, ad alium inexpertus promoueri non debet, vt ordo seruetur in ordinibus, & ne effectus maioris profectus tollatur, sed iuxta mentem Sanctorum Patrum in dicto Conc. Trid. ac alias rationes supra positas agendum esset, & huiusmodi causæ, & rationes non sunt spernendæ, dummodo alia efficacior non intercesserit, veluti necessitas Ecclesiæ, seu illius vtilitas, quæ arbitrio Episcopi relinquūtur; necessaria autem illa dicitur, quæ se habet iuxta l. impensa, ff. de verb. signific. vt si quis esset coarctatus beneficio, vel aliquo officio, vt promoueatur, ex declar. Sac. Conc. in d. ca. 2. Sess. 23. in verbo, nisi necessitas; Et animaduertat Episcopus, quod tale iudicium fuerit suus Ordinarius non ille, ad quem missus est ordinandus; & secundum eandem Conc. declarationem vtilitas etiam consideratur, si in aliqua Ecclesia Diuina officia sine alijs maioribus ordinibus celebrari non possent, tunc enim ad maiorem Ecclesiæ decorem, & utilitatem, ac augumentum cultus Diuini, posset Episcopus suo arbitrio plures minores ordines eodem die cōferre, sed ubi consuetudo inoleuit, ut post susceptionem unius ordinis Minoris in die quatuor temporum, alij conferantur diebus Dominicis, vel festiuis successiuis dubitandum esset, an ista consuetudo valeret, ne videantur celebrari solennes ordinationes extra temporum interstitia, propterea in d. cap. De eo, de temp. ord. cauetur, ne duo minores extra dicta tempora conferantur, Vnde tutius esset non recedere à Sacri Conc. Decretis. Vide etiam Glos. in d. cap. De eo, & cap. Si Romanorum, d. 19. Episcopi arbitrium

A bitrium sit, iuxta sacrorum Canonũ Decreta, ne nomen dispensatoris cesset. Inter quatuor minores seruetur Cõc. Decretum, in d. Sess. 23. cap. 2. his verbis: Hi verò non nisi post annum à susceptione postremi gradus Minorum ordinum ad sacros ordines promoueantur, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exposcat. Hæc similiter Regula traditur seruanda in collatione cæterorum ordinum Maiorum, ut ex d. Conc. in d. Sess. 23. cap. 12. cum seq.

Requiritur ergo Apostolica dispensatio, ut vna die conferantur Minores, & Subdiaconatus, & qui scienter tales conferret, si ex negligentia id faciat, suspenditur à potestate conferendi, Host. in cap. Dilectus, de temp. ord. cap. Qui verò, dist. 52. & c. Qui Ecclesiasticis, dist. 36. c. Si qui Episcopi, 1. q. 1. refert Goffr. B in d. tit. de temp. ord. num. 17. Hodie autem apposita est pœna suspensionis à Sixto V. in sua Const. contra malè promotos, licet à Greg. XIIII. sit reducta ad terminos iuris communis.

Vltimò aduertendum erit, vt forma tradita à Sancta Romana Ecclesia seruetur in talibus ordinibus conferendis, de qua latius habetur in Pontificali Romano.

Quid agẽdũ si aliquid in ordinatione fuerit omissum.

Sed modo videndum erit quid agendum, si aliquid fuerit omissum; de hac materia vide Innocent. Hostien. & Abb. in titulo, de Sacr. non iteran. Flor. in 3. par. titu. 14. cap. 16. §. 5. at distinguendo facilius veritas demonstrabitur: aut enim illud, quod fuit omissum est de solennitate, aut de necessitate, si de solennitate, non erit iterandum, si de substantia, illud erit reiterandum.

Quid sit de substãtia ordinis.

C At, difficultas erit cognoscere, quæ sunt adhibenda pro solennitate, & quæ pro substantia: sed prius videndum erit, qui actus interuenire debeant in ordinatione, & Abb. in ca. Presbyter, numerat istos, in num. 2. eod. titulo, nimirum tenere manus super caput, dare illis Calicem, & Patenam, & inũgere illorum manus, & verba, ac orationes proferre, & dare materiam pertinentem ad ordinis officium.

Si ommittatur manus impositio, quæ sit consecratoria, ut in Sacerdotio, illud erit reiterandum, quia videtur de substantia: nam dicit Abb. in d. cap. Presbyter, quod si omitteretur impositio manus in Sacerdote, non acciperet potestatem ligandi, & soluendi, sed in Diacono si talis actus omitteretur, non vitiaretur actus, quia manus est illa benedictoria, non consecratoria,

ſecundum Abb. in cap. 1. eod. titulo. A

Vngere autem manus, videtur de ſubſtantia, vnde, ſi vnctio fuerit omiſſa, erit iterãda, ſed ſi loco Olei facta eſſet cum Chriſmate, tunc nil eſt reiterandum, quia Chriſma eſt Oleum; ſed ſi vnctio eſſet facienda Chriſmate, & facta eſſet oleo, tunc erit reiteranda, Abb. in d. c. 1. circa finem, & Hoſt. ibi.

Hoc idem ſi inſtrumenta neceſſaria ad actum illius ordinis fuerunt omiſſa, tunc ea denuo danda ſunt, quia ille actus eſt de ſubſtantia ordinis, ueluti ſi Sacerdoti daretur Patena ſine Hoſtia, aut Calix ſine Vino, aut contra, id efficeretur in Diaconis, & Subdiaconis, & ſic de ſimilibus, actus erunt reiterandi; Ita etiam dicit Abb. Hoſt. & Innoc. in d. cap. Presbyter, eod. tit. & Flor. in d. loco.

Atque ſi in exhibitione talium rerum ſubſtantialium omitterentur uerba formalia, illa pariter erunt reiteranda, ſecundum eoſdem ſupra allegatos. B

Quapropter, omiſſa erunt ſupplenda per eũdem Epiſcopum ordinantẽ, non per alium, niſi eſſemus in caſu in quo celebrans eſſet impeditus tunc enim alterum ſupplere deberent prætermiſſa, vt dicitur de celebrante ſacrificium Miſſæ, ita declarant Innoc. & Abb. in d. cap. Presbyter.

Modus traditur ab Abb. in d. cap. fin. eod. tit. in fine Quod Epiſcopus in caſu celebrationis, & collationis, talia ſupplere debeat, & non extra illud tempus, & ſequuntur uerba formalia, quæ in tali caſu dicuntur, & ſunt formaliter & realiter in ipſa collatione proferenda, ſecundum Innoc. quia illa oratio videtur adhærere materiæ, & myſterio illi, Hoſt. tñ dicit, quod talis oratio non erit reiteranda, cum iam ſit dicta, At Innoc. ſententia uidetur rationabilior, quia licet oratio prolata eſſet, tamen, quia defecit materia, ideo forma non habuit effectum ſuum, & unicus videtur actus indiuiſibilis, ideò dum traditur materia, non eſſet inconueniens proferre verba debita, quæ ad illum actum ſunt ordinata, & erit actus completus, nam ſecundum dictum Auguſt. accedat uerbum ad Elementum, & fiet Sacramentum, quæ copulatiuè in unico actu interuenire debent, & non diſiunctiuè, ſicuti diceretur de Baptiſmo, quod non conueniret, ut hodie ablueretur Puer, & alio die proferrerẽtur uerba abſque alia ablutione. Poſſet autem Epiſcopus ſecundum Abb. in d. cap. fin. ad celandum talem errorem, ſimulare aliquo modo C

do

A do actum, dummodo non committatur mendacium.

De forma seruanda in omnibus ordinibus, latè tractatur in Pontificali Romano, & ita Pontifex mandat seruari; de his etiam habetur in dist. 24. & seq. & hæc de Ordinibus dicta sufficiant.

De vita & honestate & ordinatorum. Cap. II.

VLTIMO in loco dicendum erit de statu Clericorum ordinatorum quibus moribus ornati esse debeant, uolentes ascribi seruitio Ecclesiæ, tam ante ordinationem, quam postea, ex Pelag. 2. cap. 27.

Primo, itaque loco cauendum erit, ne quis procuret ad ordi-B nes promoueri qui scit se esse inhabilem aliquo defectu, vel impedimento censuræ vel irregularitatis, per cap. Quando dist. 24. cap. His, dist. 23. ut infra latius de Irregularitate, dicetur.

Careant oĩ labe simoniæ ordines suscepturi.

Item, quod non recipiant ordines intuitu seruitij, aut beneficij præstiti aut præstandi, ita dicit Leo Episcopus ad Episcopos Africæ, par. 1. Epist. 85. his verbis: Principatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus, aut actibus non offendit, ipsius tamen initij sui est perniciosus exemplo, & difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.

Fundamentum ergo bonum est, ut ædificetur in Christo Iesu, vt Sacerdotes, qui superædificari volunt, ædificent, ut fructum boni operis accipere mereantur. Greg. in epist. 47. lib. 7. C vide cap. Cum Paulus, 1. q. 1. cum seq.

Obsequia quæcunque videlicet muneris, aut manus, & quælibet simoniæ labes penitus erunt fugienda; ita Gregorius dicit in Homelia 4. Sunt nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros ordines pro humana gratia, vel laude largiuntur; atque de ipsa largitate laudis solummodo retributionem quærunt; hi nimirum, quod acceperunt gratis, gratis non retribuunt, quia de impenso officio sanctitatis, nummum expetunt fauoris; Vnde, cum virum iustum, propheta describeret, ait: Beatus, qui excutit manus suas ab omni munere, nõ dixit solum à munere, sed ab omni munere, quia aliud est munus ab obsequio, aliud à manu, aliud à lingua: Munus ab obsequio, est seruitus indebitè impẽsa; Munus à manu,

pecunia est; Munus à lingua, fauor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non solum pecuniam nullam, sed nec etiam humanam gratiam requirit. Idem dicit in Regesto: Si quis, neque sanctis pollens moribus, uel neque à Clero, populoque vocatus, vel pulsatione coactus, impudenter Christi Sacerdotium, iam quolibet facinore pollutus, iniusto cordis amore, uel sordidis precibus oris, siue comitatu, siue manuali seruitio, siue fraudulento munusculo Episcopalem, seu Sacerdotalem, non lucro Animarum, sed inanis gloriæ, auaritia fultus dignitatem acceperit, & in uita sua non spontè reliquerit, eumque insperata mors pœnitentem non inuenerit, proculdubio in æternum peribit. cap. sunt nonnulli, cap. Si quis, & cap. Quibusdam, cum seq. 1. q. 1. A

Vnde Episcopis interdictum est, ut de talibus ordinationibus nihil accipiant, ita pariter dixit Gregor. in epist. 55. lib. 4. uel *99.* de ordinationibus accipere aliquid sub districta interdictione uetuimus: oportet ergo, ut neque per donum, neque per gratiam, neque per quorumdam supplicationem, aliquos ad sacros ordines consentias, uel permittas adduci. B

Idem determinatum fuit in Concil. Lateranen. 2. cap. 63. Conc. Calced. actione 15. Conc. Brachar. 2. cap. 3. Conc. Aurelian. 2. cap. 3. Concil. Tolet. 8. cap. 3. & in Conc. Trid. Sess. 21. cap. 1. de Reform. dicitur his verbis: Quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis auaritiæ suspitio abesse debet, nihil pro collatione, quorumcumque ordinum etiam Clericalis Tonsuræ, nec pro litteris dimissorijs, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa spontè oblatum Episcopi, & alij ordinum Collatores, aut eorum ministri quouis prætextu accipiāt. Notarij verò, in ijs tantum locis, in quibus non viget laudabilis cōsuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissorijs, seu testimonialibus, decimam tantum vnius aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit cōstitutum pro officio exercēdo, nec Episcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum Collationibus directè, vel indirectè prouenire possit. Tunc enim gratis operam suam eis præstare omnino teneri decernit: Contrarias taxas ac statuta, & consuetudines etiam immemorabiles quorumcūque locorū, quæ potius abusus, & corruptelæ simoniacæ prauitati fauentes nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicendo, & qui secus fe- C

A cus fecerint, tam dantes, quam accipientes, vltrà diuinam vltionem, pœnas a iure inflictas ipso facto incurrant.

Vita Clericorum qualis.

Qualis autem debeat esse Clericorum vita, egregiè non minus quam doctè & eleganter monet Isidor. lib. 2. cap. 2. de Ecclesiast. off. de quo in cap. His igitur, dist. 23. his verbis: His igitur lege patrum cauetur, vt à vulgari vita seculi, à mundi voluptatibus se abstineant, non spectaculis, non pompis intersint, conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica sed & sobria colant, vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationibus lucrorum fraudis cuiuscumque studium appetant, amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant, & secularia negocia, officiaque abnuant, honoris gradum per ambitionem non suscipiant, pro beneficijs medicinæ B Dei, munera non accipiant, Dolos, & coniurationes caueant, odium, æmulationes, obtrectationes, atque inuidiam fugiant, non vagi oculis, non effrænati lingua, aut petulanti fluuidoque gestu incedant, sed pudorem, & verecundiam mentis, simplici habitu, incessuque ostendant, obscœnitatem vt verborum, sic & operum penitus execrentur, viduarum, & virginum frequentationes fugiant, contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant, castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant, aut certè unius matrimonij uinculo fœderentur, senioribus quoque debitam præbeant obedientiã, neque ullo iactantiæ studio, semetipsos attollant, postremò doctrinæ, lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio iugiter incumbant, tales enim debent esse, qui diuino cultui sese man- C cipare student, scilicet ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent. Hæc Isidor.

Clemens in Epist. 2. ad Iacobum fratrem Domini, ita dicit: Tales ad ministerium eligantur Clerici, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare: melius est enim Domini Sacerdoti, paucos habere ministros qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant, ex cap. Tales, dist. 23.

Officia et exercitia prohibita Clericis.

Innocentius III. in Concil. generali ita determinauit, ut in cap. Clerici, de vit. & honestate Cleric. his verbis: Clerici officia, uel commercia secularia non exerceant, maximè inhonesta, Mimis, Ioculatoribus, & Histrionibus non intendant, & Tabernas prorsus euitent, nisi fortè causa necessitatis in itinere

constituti, ad aleas, & taxillos non ludeant, nec huiusmodi lu- A
dis intersint, Coronam, & Tonsuram habeant congruentem, &
se in officijs Ecclesiasticis, & alijs bonis studijs exerceant diligenter; Clausa deferant desuper indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda. Pannis rubeis, aut uiridibus, nec non manicis, aut sotularibus consuticijs, frenis, sellis pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus non vtantur; Cappas manicatas ad Diuinum officium, intra Ecclesiam non gerant, sed nec alibi, qui sunt in Sacerdotio & personatibus constituti, nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri, vel argenti ornatum habentes, sed nec annulos nisi quibus competit ex officio dignitatis. Hæc ille.

Ex Conc. Pictauensi dicitur Clerici arma portantes, & usurarij excommunicentur. B

Quæ vitanda in habitu.

Gregor. IX. dixit: Si quis ex Clericis comam relaxauerit, Anathema sit. Idem dixit Alex. III. Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inuiti à suis Archidiaconis tondeantur.

Innoc. III. prohibens, ne Clerici vitam inhonestam ducant ita dixit: Ne uerò facilitas ueniæ incentiuum tribuat delinquendi, statuimus, ut qui comprehensi fuerint incontinentiæ uitio laborare, prout magis, aut minus peccauerint, puniantur secundum Canonicas sanctiones, quas efficacius, & distinctius præcipimus obseruari, ut quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltem pœna cohibeat à peccato. & similia; in cap. Vt Clericorum, de uita, & honest. Cleric.

De parcimonia in potu.

Idem dicit in cap. A Crapula, his uerbis: A Crapula, & ebrietate omnes Clerici diligenter abstineant, unde uinum sibi temperent, & se uino; Nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas, & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & Calices fœcundiores exhaurit; Si quis autē super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiore commonitus satisfecerit, ab officio, uel beneficio suspendatur. C

Venatio interdicitur Clericis.

Venationes interdicuntur, sic, tenere Canes, & Aues, licet concederetur piscari, August. in cap. Esau, dist. 86. ait: Esau uenator erat, quoniam peccator erat, & penitus non inuenimus

in scri-

A in ſcripturis ſanctis, ſanctum aliquem uenatorem, piſcatores in uenimus ſanctos. Item habetur in capit. qui uenatoribus, cum duobus ſeq.

Fugiant negotiari, ita dixit Hieronym. ad Nepotianum: Negotiatorem Clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge; de his plura in diſt. 88.

Mulieres fugiant Clerici.

Retinere in domo mulieres non licet Clericis, multo minus ſuſpectas, quas ſi moniti non dimiſerint, ſuſpenduntur, & poſtmodum incorrigibiles deponuntur, cap. ſicut, cap. 1. cum ſeq. de cohab. Cler. & mulier. Ita etiam eſt determinatum in Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 14.

Fornicarij Sacerdotes ſunt ab Eccleſia ſeparandi, ſi moniti non paruerint, ita terminatur in Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 14. &
B de huiuſmodi caſu uide diffuſè inter modernos, Viuium in opin. 89. qui latè declarat quam ſit graue in Sacerdote fornicari, & retinere meretrices, uel cōcubinas, quæ breuitatis cauſa omiſi; At uide ex 6. Synodo Aurelianenſi cap. 7. his uerbis: Si quis Clericus adulteraſſe, aut confeſſus, aut conuictus fuerit, depoſitus ab officio, communione conceſſa, in Monaſterium toto uitæ ſuę tempore detrudatur. Idem dixit Pelagius Papa Conſtantino Defenſori.

Ex Canone Apoſtolorum capit. 27. habetur: Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto, aut homicidio captus eſt, deponatur; non tamen communione priuetur, ſi paruerit ſententiæ, dicit enim ſcriptura, non iudicat Deus bis in idipſum.

C Ibidem dicitur; Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, poſt Diaconi gradum acceptum, fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab Eccleſia proiectus inter Laicos agat pœnitentiam.

Idem habetur in Conc. Aurelianenſi 1. cap. 2.

Gregor. in cap. Si qui ſunt, diſt. 81. ait: Si qui ſunt Presbyteri, Diaconi, uel Subdiaconi qui in crimine fornicationis iaceāt, interdicimus eis ex parte Dei patris omnipotentis, & Sancti Petri autoritate, Eccleſiæ introitum, uſque dum pœniteant, & emendent. Si qui uerò in ſuo peccato perſeuerare maluerint, nullus ueſtrum officium eorum audire præſumat, quia benedictio eorum uertitur in maledictionem; & oratio in peccatum, teſtante Domino per Prophetam: Maledicam inquit benedictioni-

ctionibus vestris. Qui verò huic saluberrimo præcepto obedire noluerit, Idolatriæ peccatum incurrit, Samuele testante & Beato Gregorio adstruente (Peccatum Ariolandi est non obedire, & quasi scelus Idolatriæ non acquiescere.) Peccatum igitur Paganitatis incurrit quisquis dum Christianum se asserit, Sedi Apostolicæ obedire contemnit. Hæc ille, & idem legitur in alijs seq. capitulis.

A

Alex. II. in cap. Clericus, ead. dist. 81. ait: Clericus solus ad fœminę Tabernaculum non accedat, neque properet sine maioris natu Sacerdotis iussione, nec solus Presbyter cum sola fœmina fabulas misceat; nec Archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officij frequenter intret domicilia matronarum, aut fortè per Clericos, aut Domesticos Matronæ mandet aliquid secretè, si agnitum fuerit, & ille deponatur & illa à liminibus Ecclesiæ arceatur.

B

Idem legitur in cap. sed id fortè, dist. 81. quod si Sacerdos accedet ad domum mulieris de mandato Episcopi, non solus, sed à duobus, vel tribus honestis viris comitatus, accedet.

Habitare autem, nec Clericis licet cum extraneis fœminis, ita dicitur in d. cap. Sed si fortè, dist. 81. Nemo tamen cum extranea habitet fœmina, nisi soror, aut proxima fuerit, & hoc cũ magna solicitudine fiat, non enim ignoramus malitias Satanę.

Nec cum mulieribus conuersentur, excepta duntaxat Matre, vel sorore, & infra legitur, quod Beatus Augustinus, nec cũ sorore habitare consenserit, dicens, quæ cum sorore meæ sunt, sorores meæ non sunt. docti ergo & Sancti viri cautela, magna nobis debet esse instructio.

C

Monasteria Monialium frequentare non debent: nam si secus fecerint, suspenduntur, cap. His igitur, dist. 24. Abb. in cap. Clerici, de vita, & honest. Cler. & cap. Monasteria, eod. titulo.

In ludis autem seruandum erit tempus, locus, & modus, ad ludum scacchorum tantum, Abb. in cap. Decorem, de vita & honest. Cleric.

Annulos autem portare non licet, nisi ex priuilegio, Abb. in d. cap. Decorem.

Quæ negocia sint prohibita Clericis.

Negocia secularia tractare non possunt iudicialiter, veluti procurare, vel aduocare, nisi in causa propria, vel pro miserabilibus personis, cap. 1. de post. Prælat. cap. omnibus, 4. q. 6. cap. 1. ne Cler. vel Monachi.

Tutelas

A Tutelas autem pauperum personarum, & gubernationes, de licentia suscipere possunt, cap. peruenit, cap. fin. cum glos. distinct. 86.

Iudicare in causa sanguinis nec possunt, cap. Clerici, de vita & honest. Cler. Vnde committentes homicidium, arceantur ab Altari, deponuntur, & degradantur, Conc. Trid. Sess. 14. ca. 7. & Sess. 25. cap. 6. cap. 14. de Reformat.

Incorrigibiles arceantur pœnis, & Censuris, ac debitis modis, Concil. Trid. Sess. 21. cap. 6. & Sess. 25. cap. 6. & cap. 14. de Reformat.

Ad pœnam sanguinis nō agunt.

In Iudicio seculari, in causis Criminalibus non possunt esse testes, vbi pœna sanguinis venit imponenda, licet protestentur citra pœnam sanguinis, quando quærelatus puniretur pœna B sanguinis, ita testatur Clar. in §. fin. quæst. 14. & quæst. 24. vers. sed quid, quod tales efficiuntur irregulares, nam in tali casu Iudices, quando delictum esset atrox, & veritas aliter quam per confessionem Clerici habere non posset, esset petenda licentia à S. D. N. Papa. Inde multo minus poterunt accusare, aut aduocare, aut procurare ad defensam, & est communis, vt refert Clar. in d. quæst. 24. & 14. §. fin. per Didac. in Rep. Clement. Si furiosus.

Nec in ciuilibus poterit testificari coram Iudice laico, sine licentia superioris, Innoc. & Abb. in c. cū Nuncius, de testibus.

Medicinæ arti non vacant.

Audientes Physicam, artem scilicet medendi, si Religiosi sunt, excommunicantur, cap. fin. ne Cler. vel Monachi, & ibi Doct. ideò, nec mederi possunt, licet quibusdam placeat, quod C possint pro miserabilibus personis gratis, vel pro suis consanguineis, secundum Flor. 3. p. tit. 7. cap. 2. §. 4. circa finem.

Artificia autem honesta exercere possunt pro victu, non autem pro lucro, dummodo non recedant à Diuinis officijs, cap. Multa sunt, & cap. Secundum, ne Cler. vel Monach. Flor. in d. 3. p. tit. 15. cap. 11. & 13.

Negociari autem prohibetur Clericis secundum Apostolum 1. Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus. Abb. in cap. fin. eod. tit.

De habitu & Tōsura.

Incedere debēt in habitu, & tonsura iuxta ea, quæ dicta sunt in Const. Sixti V. de habitu, & tonsura per Clericos, seu Milites, beneficia, vel pensiones obtinentes, deferendis. num. 30. Cum sacrosanctam. Vbi animaduertēdum est, quod pro Tonsura

ſura intelligitur, Corona, vt Cap. Duo ſunt, 12. quæſt. 1. Cap. Clerici, de vita & honeſt. Cleric. cap. fin. de Cleric. coniug. Clem. Graui, de celeb. Miſſ.

De habitu autem habetur eo loci, quod ueſtes ſint talares, uſque ad pedes, uel quaſi, iuxta rationabilem menſuram, conſuetudinem loci, & honeſtatem Clericorum, & quod nigro colore, magis quam alio utantur: In itinere autem, uel domo propria, ſi ex alio deferant colore, excuſantur, dummodo fiat ſine ſcandalo.

De Bireto uero uel Pileo, intelligitur id fore iuxta qualitatem loci. Vnde multum conſuetudo attenditur, cum in contrarium leges ſancitæ non reperiuntur.

Dimittentes autem habitum, & ordinem, coerceantur redire in priſtinum, & puniatur, ſecundum Clem. Cap. Clericis, de uita & honeſt. Cleric. Cap. Tuæ, de Apoſtatis, tum priuatione beneficij, tum etiam ſuſpenſione ab ordinibus.

Exercitia, ſeu vilia artificia non gerantur à Clericis, ueluti exercere Tabernariam & lanienam, & ſimilia, quia exiſtens in Minoribus ordinibus, ſi talia exerceat, priuatur priuilegio Clericali, ſi in Maioribus autem fuerit cõſtitutus, puniendus eſt niſi deſtiterit. Flor. 3. p. tit. 13. cap. 2. §. 1. Diaz in Pract. crim. Canonica cap. *62*. Conc. Trid. Seſſ. 24. cap. 12.

Quando officio notarij utantur Clerici.

Nec officium Tabellionatus poterit ab illis exerceri, cap. Sicut, ne Cler. uel Monachi, hoc officiũ cõſtitutis ſcilicet in ſacris, non licet exercere, niſi ageretur de negotijs Eccleſiaſticis, aut quando ageretur contra hæreticos, Io. And. in cap. Vt officij, in *6*. de hæret. & Flor. in d. p. 3. tit. 13. cap. 2.

Vnde colligendum erit, quod quædam prohibentur fieri, quædam uerò ordinantur; Prohibentur omnia, quæ concernũt peccatum, & ordinantur quæ oſtendunt honeſtatem, & uirtutes; Ideo colligitur, quod honeſtatem ſeruare debent in omnibus membris, in cap. Si principaliter, ideo unguntur ſacrandi ut ex tota mente diligat Deum, & Dominus dixit: Vnge caput tuum. Matth. c. *6*. ad demonſtrãdum ipſos eſſe aſcriptos ad ſeruitium illius, cui ſeruire, regnare eſt, & coronam in ſignum Magni Regni in capite deferunt, ſine comis, cap. Non licet, diſt. 23. cap. Duo ſunt, 12. quæſt. 1. Abb. in d. cap. Clerici, cum ſeq. eod. tit.

Nec linguam habeant detrahentem, nec aures prurientes, ſed ſim-

A sed simplices sint sicut columbæ, nec cuiquam machinentur dolum, cap. Ex merito, 16. quæst. 7.

In fronte uerecundiam habeant, de sceleribus commissis doleant, erubescant, & uerecundentur, non sint uagi oculis, nec effrenati lingua, aut petulanti fluuidoque gressu incedant, sed pudorem, & uerecundiā mentis simplici habitu, incessuq; ostendant, obscœnitatem uerborum sicut & operum penitus execrari debent, Viduarum, & Virginum frequentationem fugiant, Castimoniam inuiolati corporis perpetuo cōseruare studeant, senioribus debitam præbeant obedientiam, neque ullo iactantiæ studio semetipsos attolant; Postremò doctrinæ, lectionibus, Psalmis, hymnis, canticis, exercitio iugiter incumbant, tales debent esse, qui diuino cultui sese mancipare studeant exhi-

Actus corporis quales in Clericis esse debeant.

B bere, ut dum scientiæ operam præstant, doctrinæ gratiam populi administrent, ut per totam dist. 24. 86. 88. & 90. & de uita, & honest. Cler. & ne Cler. uel monach. & de cohab. Cler. & mulier. & latius Pelag. de Plāctu Ecclesiæ, lib. 2. cap. 27. & 28. Florent. 3. p. tit. 13. cap. 2. & ex Conc. Trid. Sess. 25. cap. 14. de Reform. Sess. 14. cap. 6. & Sess. 22. cap. 1. & Sess. 14. cap. 1. in quo ordinatur Episcopis, ut sint diligentes in executione præmissorum, quia ipsis mandatum est, ut curent quo Clerici suæ Diœcesis, benè, & honestè uiuant, his uerbis: Monebunt præterea Episcopi suos Clericos in quocumque ordine fuerint, ut conuersatione, sermone, scientia, cōmisso sibi Dei populo prçeant, memores eius, quod scriptum est: Sancti estote, quia ego sanctus sum, & similia; & in cap. 1. Sess. 22. dicitur his uerbis: Ni-

C hil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quam eorum uita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt, cum enim à rebus seculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tamquam speculum, reliqui oculos conijciunt, ex ijsque sumūt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini uocatos, uitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, alijsque omnibus rebus, nil, nisi graue, moderatum, ac religione plenum præseferant, leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant uenerationem. Cum igitur, quo maiore in Ecclesia Dei, & utilitati, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint obseruanda, statuit Sancta Synodus, ut quæ aliàs a Summis Pontificibus, à sa-

cris Concilijs, de Clericorum vita, & honestate, cultu, doctrinaque, retinenda, ac simul de luxu, commessationibus, choreis, aleis, lusibus, a quibuscumque criminibus, necnon secularibus negocijs fugiendis, copiosè, ac salubriter sancita fuerunt, ead. in posterum ijsd. pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarij, imponendis obseruentur. Vide etiam in lib. 6. eod. tit. de vita & honest. Cler. & in Clem. cap. non oportet, & cap. 2. de cons. dist. 5. cap. Canonum, 14. quæst. 3. cap. Credo, 21. quæst. 3. Concil. Carthag. 1. Can. 6. Concil. Carthag. 3. cap. 15. Concil. Calcedon. Can. 3. Concil. Arelat. 2. cap. 14. & sic de alijs, vt suprà allegat. vbi diffusè præmissa declarantur.

PARS

A

PARS TERTIA

DE BENEFICIIS.

De Beneficiorum origine; quid sub eius nomine veniat; Et quid sit Beneficium. Cap. I.

B NE ordo præpositus peruertatur sed vt post statum officij, ac ordinis Ecclesiastici, de beneficiorum etiam statu tractetur; Ideò hic etiam nostræ intentionis partem sectando qualis Religio in Beneficiato esse debeat dicetur; & cũ principia sint potissima pars cuiuscũque rei, ex eo quod facilius medium, ac finem debitum cognoscimus, idcirco paulo altius repetemus Beneficiorum primam institutionem qualis scilicet fuerit; quia dum illam intuemur, nõ aliundè, quam ab ipsa Sancta Religione initia sumpsisse experiemur. Legitur Act. Apost. cap. 4. quod omnium credentium erat cor vnum, & anima vna, & inter illos non intercesserat ius C illud, meum, & tuum, sed victum eleemosinis sibi parabant credentes in Domino, & omnia illis erant communia, fideles autem, qui relicto mundo, ad fidem Christi accedebant, nil suorum bonorum sub sua custodia retinebant, sed illis venditis, eorum precia antè pedes Apostolorum deferebant, quæ inter pauperes Christi pro necessaria sustentatione diuidebantur, & talis institutio fuit seruata vsque ad Clementẽ I. Summ. Pont. de Anno 68. At cum Ecclesia prosperanda esset, ideo Vrbanus I. vt tom. Conciliorum ad pag. 105. ordinauit, ut bona illa à fidelibus oblata, ita remanerent, vt fructus diuiderentur inter Clericos; Melchiades ordinauit, cum Ecclesia futura esset in vniuersum Orbem, sic vbique locorum, vbi bona tradebantur illic retinerentur; & pecuniarum acceptio fuit sublata, & tunc hæreditates,

Beneficiorum institutiones quæ.

reditates,& possessiones,quæ donabantur,sub Episcoporum di A
spensatione fuerunt positæ,& talis ordo fuit determinatus tem
pore Vrbani Papæ,anno Domini 224.in quo quidem tempore
cœperunt oblationes,ex epist. Vrbani Papæ, cap.1.ut in capit.
Videntes,12.quæst.1.Et Clemens in Epist.5.vt in cap. Dilectis
simi,in d.12.quęst.1.vbi dicitur his verbis: Communis vita fra
tres omnibus est necessaria,& maximè his,qui Deo irreprehen
sibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum eorum disci-
pulorum imitari uolunt.

August.in tract.62.in Ioannem,ut in cap. Habebat, 12.quæ-
stione 1.& D.Thom.contra Gentiles, lib.3.cap.13.usque ad il
lud tempus Christiani fuerunt in uniuersali communione mo-
rum,& uitæ; Deinde uerò quidam elegerunt uitam solitariam,
ut Anachoritæ,quorum primus fuit Paulus Thebanus,& Sara B
belitæ,& Monosetestes,alij elegerũt latiorem uitam sicuti Cle-
rici quidam,qui uitam laxiorem secuti sunt ut seculares,tempo
re Dionysij II.Papæ, Anno 25.à D.Petro,qui secutus uestigia
Euaristi Papæ(crescente numero fidelium) Parochias diuisit &
singulis, Episcopi destinabantur, inde Syluester Pontifex bo-
na oblata à fidelibus,in tres partes diuisit,quarum una fuit Epi
scopis consignata,altera Clericis,tertia pauperibus. Aliqui ad-
dunt quartam partem, pro restauratione, & ædificijs Ecclesia-
rum, & Clericis non licebat aliquid retinere penes se uti pro-
prium; ita usque ad Gregorij tempora fuit seruatum; Vide cap.
Duo sunt,cap. Certè,cap. Qui,12.quæst.1.cap. Quoniam,de ui
ta,& honest. Cler. Pelag.lib.2. cap.51.

Cuius uitæ institutio remansit apud Collegia Clericorum, C
ut in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs uiuerent collegia
liter. Inde uenerunt Cœnobia, quæ ab Apostolis duxerunt ori
ginem; Deinde in Concil. Agathensi,tempore Sixti III. Anno
salutis 435.fuit facta præmissa diuisio,ut Clerici possent possi-
dere proprium;sed firma remansit illa Conclusio,quod quarta
pars daretur pauperibus; tempore Simplicij I. Anno 467. &
tempore Gelasij I. Anno 494. Beneficij nomen incœpit. capit.
De Redditibus,12. quæst.1. & cap. Concessio, Spec.de Diuin.
off. lib.6.

In quo tempore Sacerdotes accipiebant oblationes, & deci
mas,reseruata tertia parte eorum pro Episcopis. Ita in Concil.
Tarraconensi sub Felice III. anno 482. Fuit ordinatum,in quo

cœperunt

A cęperunt deberi Episcopis Cathedratica, De anno 494. in signum subiectionis; ita dicit Gelasius Papa Fabiano Episcopo, ut in cap. Nec numerus, 10. quæst. 3. Abb. in cap. Requisitis, de test. num. 25.

De anno 555. fuit ordinatum, ut Episcopi de decimis tenerentur præstare pro reparatione Ecclesiarum tertiam partem, quod fuit seruatum usque ad Conc. Bracharense sub Ioan. III. de anno 563. & tunc presbyteri cęperunt retinere integram decimam, sed tenebantur reddere rationem Episcopis, quæ deinde fuit restituta sub Honorio I. in Conc. Toletano, & sic omnia bona erant consignata Episcopis præter oblationes, & decimas, ex d. Conc. Brachar. 2. in cap. 2. de quo in cap. placuit, 10. quæst. 3. & in Conc. Aurelianensi 1. cap. 17. ut in cap. de his, 10.
B quæst. 1. & in eodem Conc. 1. c. 19. ut in cap. Omnes Basilicæ, 16. quæst. 7. & Calistus Papa, in cap. Nullus, in d. 16. quæst. 7.

Cum autem Religiosorum Cœnobia institui cępissent, tunc fuit iudicatum expedire necessitati Religiosorum, ut illis bona stabilia possidere liceret, & ita fuit terminatum in Concil. Agathensi, cap. 38. & in Conc. Aurelianensi cap. 18. & eo tempore Canonicorum nomen inoleuit, quibus prębendæ fuerunt concessæ, sub Gregor. I. Anno salutis 592. & Eugenij I. Anno 654. & à Gregorio VII. fuit confirmatum Anno 1072. & in Synodo Toletana, ut prius sub Anno 595. tempore Gregorij magni, sub una Diœcesi erat tantum una Parochia, in quo tempore reperitur quod Diœceses erant distinctæ, non autem Parochiæ, tamen sub Leone III. Anno 796. cœperunt Parochiæ, &
C nomen Beneficij sortitum fuit, & concessum ultra oblationes, & Decimas, quod singuli Presbyteri possent possidere Iugera 12. in sua Ecclesia Parochiali, quæ alio nomine mansus appellabatur, & talis portio fuit consignata omnibus Ecclesijs in Conc. Moguntino, ut in cap. 7. & cap. 43. de Anno 813. uel alio nomine congiarium dicebatur; Vide in cap. Quia tua fraternitas, & in cap. Necessaria, 12. quæst. 1. cap. Bonæ, 12. quæst. 2. cap. Sanctum, 23. quęst. 8. cap. 1. de Eccles. ædific. ca. Quoniam, de uita, & honest. Cleric.

Sed Gregorius IIII. de Anno 828. consulens Clericis, ordinauit, ut quælibet Ecclesia haberet suos prouentus, eosque de bonis immobilibus quibus earũ Rectores uiuere possent, quia fortasse Episcopi illis necessarium uictum non subministrabãt,

apud quos administratio bonorum Ecclesiasticorum erat, & A tunc Beneficij nomen venit in vsum, tempore Leonis IIII. & eo tempore fuerunt inducta quædam alia beneficia, quæ Commendæ nũcupantur, & originem duxerunt tam prædicto tempore Leonis IIII. quam Gregor. IIII. ita quod antea dicebatur Mansus, Beneficij nomen incæpit, cap. qui plures, 12. quæst. 1. & cap. 1. de Eccles. ædifican. cap. beneficia, de Reg. Iur. lib. 6. cap. cum secundum, de præbend. Rebuff. in Praxi Benef. de Commend. in Glos. 6. num. 7.

Beneficiorum prima erectio.

Inde sub diuersis nominibus, & titulis Sanctorum fuerunt erectæ Ecclesiæ, cum suis dotibus, quæ Beneficia fuerunt appellata, & ita omnia beneficia à principio habuerunt curam animarum, ex eo quod fuerunt ordinata ad regendum populum, & bona temporalia fuerunt consignata, vt de eorum fructibus, B qui Altari seruirent, viuere possent vt in Deuter. cap. 18. & Apostolus 1. ad Corinth. 9. Sic de Iure positiuo Beneficiorum tituli, & modi vacationum sunt inducti; Dionysius Papa diuisit terminos Ecclesiarum, sed non Episcopatus, & Euaristus diuisit Vrbem in titulos, & cuilibet Presbytero vnum titulum consignauit, & Diaconos septem in ordinẽ redegit; eodem tempore fuerunt deputatę Sedes Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, Dionysius Papa Seuero Episcopo epist. 2. vt in cap. Ecclesias singulas, 13. quæst. 1. & legitur etiam ex d. Lucij Papæ, Clementis ad Iacobum epist. 1. Anacleti, epist. 3. cap. 2. de quibus in cap. 12. & 13. & dist. 80. & Anacletus ad Episcopos Italiæ, epist. 2. vt in cap. 1. dist. 99.

Hoc idem dixerunt alij scriptores, ueluti Abb. in cap. extirpandæ, §. quia uerò, in Repet. de præbend. num. 2. Felin. in cap. C Cum accessissent, de Const. Rebuff. in Praxi Benef. de non residen. num. 2. & in tit. quare inst. ad pag. 5. Gigas de Pens. quæst. 2. in princip. & quæst. 37. num. 4. & moderni similia retulerunt. Mend. in suis Reg. Cancell. in Reg. 16. quæst. 36. & Reg. 32. quæst. 6. num. 7.

Beneficiorum institutio ex iure positiuo.

Beneficia itaque de Iure positiuo sunt inducta, ut legitur in d. cap. Ecclesias singulas, 13. quæst. 1. his uerbis: Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus, Parochias, & Cœmeteria eis diuisimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus, & similia, ut ibi.

Idem dixerunt Abb. in cap. Constitutus, de Relig. dom. numero

A mero 13.& in d.§.quia uerò, cap.Extirpandæ, & ita asseruit inter nouissimos de communi Card. Iacob. de Conc.lib.4.art.4.

Quare dicta Beneficia.

Beneficia dicta sunt, quia beneficè præstantur illis, qui eisdē inseruiunt, Beneficium Ecclesiasticum, ideo dicitur, quod est actio gaudium tribuens accipienti ecclesiasticos redditus, propter officium concessum, cap. cum secundum, de præben.cap.1.§.beneficium, quibus in feud. ammitti. Felin.in cap.ex parte de rescript. Io. Sylu.in tract.de benef.parte 1. quæst.1. & refert etiam Ripa in Rub. de Rescript.nu.24. Rebuff. in praxi benef. Quid sit benef.num.8.

Sub nomine Beneficiorum quid veniat.

Hoc nomen(beneficium) sumitur multis modis in Iure, sed ad tres modos regulariter reducitur; Primo modo pro omni Rescripto,& Priuilegio Principis,& omne id,quod bene fit, secundo modo strictè pro omni liberalitate Principis, quæ in rebus profanis locum habet, in materia canonica propriè Beneficium est quoddam spirituale,& Ecclesiasticum,latè Io.Sylu.in d.tract. quæst.1. par.1. Ripa in Rubr.de Rescript.nu.24. Doct. in Rub. de præbend. Rebuff. in dicto loco, Quid sit Benef.numero 9.& 10.

Quid sit Beneficium.

Hoc beneficium Ecclesiasticum ita describitur; Est quædam portio fructuum, quæ datur ministro Ecclesiæ pro seruitio Dei,sic uidetur sumpsisse nomen, quasi à Beneficiatis ab hominibus illis, tempore nascentis Ecclesiæ, uel, quia beneficè sine aliquo præmio conferuntur, ut ex narratis colligitur, & refert Ripa,in d. loco, & Rebuff. num.10.

Quid veniat sub eo nomine.

Sub nomine beneficij Ecclesiastici uenit aliquid spirituale, C & in fauorabilibus non solum fructus Beneficiorum,sed etiam pensiones. Card.in Clem.2. de iud.Franc.in cap. Quamuis,de Præbend.lib.6. Gigas, de pens. quæst.28. num. 10.quæst.19 in 1.quæst.57.num.1.Mend.in Reg.12. quæst.2.num.5. Reg.9.q. 11.Reg.26.quæst.38. Vide etiam inter nouissimos Paris.de Resignat.benef.lib.2.quæst.4.num.32.

Inde in eadem materia fauorabili uenit etiam Archiepiscopatus,& Episcopatus, & sic etiam dignitates. Franc.in cap.Eū qui,de præbend.lib.6.& in cap. Fœlicis,§.quod si quis,de pœn. in 6.Card.in Clem.Vnica,de seq. poss.& fruct. Io.Syl.parte 1. quæst.3.Rebuff.de secul.benef.num.2.Mend.in Reg.20.quęst. 8.num.7. Refert de Communi, & Reg.22.quæst.3.nu.1.Reg. 34. quæst.16. & Sbrozz. etiam in tract. de Vicario Episcopi,

lib.2.quæſt.81.num.2.cum omnibus alijs Staphil.de modo, & A forma impetr. ad pag.51. num.31.

Non veniunt præſtimonia, nec præceptoriæ, licet ſint perpe tuæ, inter beneficia Eccleſiaſtica, quia laicis conferuntur; Quædam ſunt militares, vt Sancti Ioannis Ieroſolymitani, Sanctæ Mariæ Teuthonicorum, & aliæ non militares. Fel. in cap. Poſtulaſti, de Reſcript. num.8. Mend. Reg.3. quæſt.12. nu.3. Reg. 16. quæſt.38. num.7. quæſt.51. num.3. & 4.

Bona Patrimonialia ad quorum titulum quis eſt ordinatus, ſecundum quoſdam non comprehenduntur ſub nomine Beneficiorum, quia videntur eſſe diuerſæ naturæ, vnde in Litteris Gratiæ de illis non tenentur facere mentionem, ſecundum ea, quæ refert Mend. Reg.19. quæſt.15. num.4. per Abb. in cap. fin. de Reſcript. & Calder. in conſ.6. de præbend. ſed Mend. fortaſ B ſe voluit intelligere de ſimplici Patrimonio, nõ de eo, ad quod Clericus fuerit ordinatus, tamquam pro iuſto titulo nam in hoc caſu habet vim beneficij, & impetrans beneficium, tenetur de eo facere mentionem, ſecundum communem, quam refert Felin. in cap. Poſtulaſti, de Reſcript. num.5. & inter modernos Viuius comm. opinion. in opin.82.

Hoſpitale venit ſub nomine beneficij, quando datur in titulum, vel in adminiſtrationem Clericis, ex Clement. Quia contingit, §. vt autem, de Relig. dom. & Gloſ. & Archid. in Clem. Diſpendioſam, de Iudicijs, Mend. Reg.16. quęſt.5. num.2. inter nouiſſimos Pariſ. de Reſig. benef. lib.2. quæſt.14. per totam, & lib.11. quæſt.3. num.44.

Vicaria perpetua venit ſub nomine beneficij, vt per plures C probat Mend. in Reg.34. quæſt.13. num.3.

Oratorium non venit ſub nomine beneficij, Abb. in cap. fin. de Conſ. Dec. in Conſ.148. Rebuff. de Pacifica poſſeſſ. nu.286. Mend. Reg.34. quæſt.17. num.10.

Veniunt etiam ſub nomine beneficij omnes Eccleſiæ cuiuſcumque conditionis, & ſic omnia beneficia eccleſiaſtica, Zabarell. in Clem. Vnica, de ſupplenda negl. prælat. nu.7. Anch. in Clem. per Litteras, de præbend. Rebuff. in d. loco.

Omiſſis iſtis, & alijs, quæ ſunt præter intentionem, & finem operis, remittuntur alia ad Modernos, inter cæteros Mend. in d. Reg. Pariſ. de Reſig.

Diuiduntur iſta beneficia Eccleſiaſtica in plures ſpecies, & tot ſunt

A tot sunt eorum nomina, quot officia Ecclesiastica, sed principalis diuisio hæc erit: quod quædam dicantur Sæcularia, quædam Regularia, cap. Cum de beneficio, de præbend. lib. 6.

Sęcularia beneficia quæ.

Sæcularia beneficia sunt illa, quæ sęcularibus Clericis sunt adiuncta, qui nullam professi sunt Regulam, ex Rebuff. Quotuplex sit benef. num. 6. & Mend. Reg. 3. quæst. 2. num. 2.

Concludit ibi Rebuff. quod omne Beneficium regulariter loquendo, præsumitur Sæculare secundum primam Petri, & Apostolorum institutionem, qui primi fundatores Beneficiorum extiterunt, & sic ex hac præsumptione efficitur, quod prætendens contrarium, debeat probare, Doct. in cap. Cum de Beneficio, de præbend. lib. 6.

Seculares Clerici dicti sunt, vel ad differentiam eorum, qui B sub regula in Monasterijs viuunt; & dicuntur Clerici, ad differentiam aliorum Laicorum sæcularium, & sic possident proprium, vt sæculares, & non vouent ea, quæ Regulares vouent, sic dicitur mixta Religio, inquantum Religioni adhærent, dicũtur Religiosi, in quantum verò participant de sæcularibus, sæculares dicuntur. Glos. in cap. Licet, de off. ord. in verbo (Sæculares,) & Hostiens. & Io. Andr. in cap. 1. de Summa Trinit. in verbo (Commmunem.)

Regularia Beneficia quæ dicantur.

Regularia beneficia dicuntur quæ regularibus profitentibus Religionem ascripta sunt, aut ex fundatione, vel superioris institutione, ex priuilegio, aut consuetudine, quæ pariter apta sunt Regi per seculares, ex eisd. Rebuff. & Mend. in citatis locis, Doct. in d. cap. Cum de Beneficio, Io. Sylu. in d. tract. de Be C nef. p. 1. quæst. 1. num. 39.

Diuisio Sæcularium beneficiorum.

Sæcularia Beneficia quædam sunt, cum Dignitate, Administratione, & Iurisdictione, sicuti Papatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia, & similia officia, de quibus supra dictum est, quæ Consistorialia pariter dicuntur, quia de eis disponit Papa in Consistorio, cap. alleg. 84. col. 2. Vide Doctor. in cap. ex transmissa, de renunciat. cap. Felicis, §. si quis, de pœnis, lib. 6. cap.... de off. ordin. & cap. 1. eod. tit. lib. 6. cap. Vt officium, de Hæret. lib. 6. Mend. in Reg. 34. quæst. 16. Rebuff. de Sæcul. Benef. & super Concord. ad prælat. in vers. Consistorialiter, inter modernos vide Paris. lib. 2. quæst. 2. num. 6. & lib. 8. quæst. 6. num. 3. cum seq. quædam verò cum Administratione sunt, sicuti omnia Beneficia curata, cum titulo Sacerdota-

Beneficia cum ad-

ministratione & Iurisdictione quæ.

li instituta; Beneficia autem sine administratione habent Canonici, & similes. Franc. in cap. Præsenti, de off. ord. lib. 6. Corsett. in add. ad Marg. Abb. in verbo, Beneficium. A

Cum Iurisdictione & sine administratione, sunt regulariter Collegia Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, ut Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, Priores, Primicerij, Thesaurarij, & similes, qui si fuerint in Parochiali, erunt cum administratione, ex eod. Rebuffo in citato loco, de Sæcul. Benef. & suprà de singulis dictum est Marc. Ant. Colum. in tract. de Benef. p. 2. cap. 11. num. 6. & 7.

Sine Administratione, & Iurisdictione sunt omnia alia beneficia simplicia, quæ Clerum, vel Populum non habent, ut Canonicatus, Cappellaniæ, Altaria, Præstimonia, quæ regulariter instituta sunt pro illis, qui non habent eminentem scientiam, B cap. fin. de concess. prębend. lib. 6. Abb. in cap. requisitis, de test. nu. 14. Rebuff. in d. loco, latè de his omnibus.

Administrare significat aliquod ministerium habere separatum à congregatione, sic omnes Prælati dicuntur habere administrationem Sacramentorum, & bonorum Beneficij, Abb. in d. cap. requisitis, & Corsett. in add. ad Marg. Abb. in uerbo, Beneficium.

Istorum beneficiorum datur tertia diuisio; quędam dicuntur perpetua, quædam Manualia, sęcularia beneficia regulariter, & de sui natura sunt perpetua, & sic omnia beneficia collata ab inferiore à Papa, Franc. in ca. presbyter, de cappell. monach. lib. 6. Io. de Anna. in Cons. 14. nu. 4. & ibi Lud. Bolognet. Mend. Reg. 3. quæst. 2. C

Manualia Beneficia quæ dicantur.

Manualia beneficia sunt illa, quæ per reuocationem, & mortem vacant, & ista aliquando efficiuntur perpetua, & cum sint amouibilia ad nutum superioris, & ad tempus dentur, propriè, & stricto modo, non dicuntur beneficia, Gomes. de expect. nu. 44. Sylua. in 2. p. quæst. 2. num. 8. Staphil. num. 29. ad fol. 38. Rebuff. de dispens. cum Reg. num. 4. & de pacif. possess. nu. 272.

Diuisio Beneficiorum in Commendã & in titulum.

Alia diuisio est, quod quædam beneficia dicuntur data in titulum, quædam in commendam; ad titulum dicitur quis promotus cum quis perpetuò alicui Ecclesiæ præponitur, & illi ascribitur, c. Dudũ, de elect. & c. Pro illorum, de prębend. c. Audita, de Rest. spoliat. cap. Si tibi absenti, de præbend. lib. 6. cap. Auaritiæ, cap. Nisi, cap. Præterea, de præbend. & ibi Doctor.

In com-

A In commendam dicitur datum Beneficium, cum quis constitutus est procurator, seu administrator illorum prouentuum, ad tempus, uel in perpetuum, sed aliquando tenetur de sua administratione, uel procuratione commendatarius, & habet legitimam administrationem beneficij; Cœperunt commendæ conuerti in utilitatem commendatariorum, sub Leone IIII. & facta sunt in titulum, sicut alia beneficia, & ita permanserunt vsque ad Innocentium, de anno 1352. quæ tunc fuerunt reuocata, sed hodie prouentus commendæ sunt deputati pro seruientibus Ecclesiæ, & commenda dicitur titulus Canonicus; In dubio hodie Commenda censetur perpetua. Rebuff. in tit. de dispen. ratione ætat. in Glos. quod uxoris. Mend. Reg. 30. quæst. 3. art. 2. Marc. Ant. Colum. in d. tract. p. 2. cap. 15. Sarnen. de pu B blican. quæst. 4. Vide etiam inter nouissimos Paris. lib. 2. quæst. 6. num. 46.

Sic Commendatarij parum, aut nihil distant ab alijs Beneficiatis, & licet aliqui sint constituti ad tempus, tamen faciunt fructus suos, quia Commendæ dantur ad utilitatem personæ, quando sunt temporaneæ, si autem sint perpetuæ, ad utilitatem Ecclesiæ. Mend. in Reg. 30. quæst. 3. nu. 4. & Reg. 32. quæst. 7. num. 7. & Paris. in d. lib. 2. quæst. 6. num. 47. per Sarnen. in dicta quæst. 4.

Electiua Beneficia quæ sit.

Quædam alia beneficia nuncupantur electiua, quæ per electionem conferuntur, Felin. in cap. In nostra, de Rescript. num. 37. & cap. Cum Bertoldus, de sententia & re iud. Zabarell. in Clem. 2. de Relig. dom. Oldrad. in Cons. 145.

Regularia beneficia quæ sint.

C Regularia quædam sunt cum administratione, ut Abbatiæ, & Prioratus, quæ uel uersantur circa curam personarum Regularium existentium sub eodem Monasterio, uel circa res Monasterij, & sic Prioratus aliquando erit simplex, ut Monachus, uel Canonicus Regularis, & beneficiorum regularium dispositio ad Abbatem spectat, Rebuff. de Reg. benefic. Mend. Reg. 3. quæst. 10. num. 4.

Regulare beneficium non datur Sæculari, nec sunt talia beneficia perpetua, sicuti Abbatiæ, uel Prioratus Regularium, sic Regularia appellantur Manualia, licet aliquando efficiantur perpetua, Mend. Reg. 3. quæst. 10. num. 3. & 8. Paris. de Resig. lib. 11. quæst. 3. num. 83.

Regularia fiunt ēt possessione longi temporis, ueluti si sæcu-

lare per decennium, Regulare per quadragesimum Annum. A Sylua.in p.1. quæst.2. num.39. Gomes. de expect. num.67.vsque ad 106.Staphil.de litteris grat.forma 8. & forma 10.num. 2.& in Rota in nouiss. Decis.2.de prębend. Vide etiam Franc. in d.cap. Cum de beneficio, de præbend.lib.6.

Talia Beneficia Regularia, quæ sunt consueta dari in titulũ Regularibus professis, vacantia per obitum, vel resignationẽ, conferenda sunt Religiosis illius ordinis professis, vel professionem emittere tenentibus, Concil.Trid.Sess.14.cap.10.& Sess. 25.cap.vltimo, circa medium.

Regularis potest accipere beneficium sæculare in titulum, de licentia Episcopi & sui Prælati, etiam si Ecclesia esset parochialis. Sylua.4.p.quæst.7.vers.15.Couar.de testamentis, cap. 22.num.2.Sic intelligitur de iure, sed hodie ex d.Concil.Trid. B videtur, quod Regularia sint concedenda tãtum Regularibus, vt ibi, in Sess.14.cap.10. de Reformat.

Beneficia Sæcularia recipiunt etiam diuersa nomina, quædã dicuntur Manualia, & sunt illa, quæ non dantur in perpetuum, & sic impropriè appellantur beneficia ecclesiastica, dantur ad tempus, & amouentur ad nutum superioris, Sylua.in 2.parte, quæst.2. num.8. Gomes. de expectat. num.44. Staphil.fol.38. num.29.

Prestimonia quæ dicantur. Præstimoniæ, sunt quidam introitus, hoc est fructus, census, seu emolumenta quæ fuerunt instituta à principio pro studenti bus, & pro subsidio cõtra infideles, Gomes.de expectat.nu.39. Sylua. in 2.parte, quæst.2.num.8.aliquando dantur in titulum, Glos.in Clem.fina. in verbo, quodcumque, de vita, & honest. C Cleric.

Patrimonialia quę sint Beneficia. Patrimonialia beneficia dicuntur illa, quæ conferenda non sunt, nisi habitatoribus illius loci, tanquam patrimonialia; hanc quæstionem an hoc sit permittendum, tangit Couar. in pract.qq.cap.35.num.5. & Sot.de Iust.& iure, quæst.7.& multos alios refert Paris. de Resignat.lib.12.quæst.3.num.12.cum sequen.

Curata quænam Beneficia dicantur. Quædam alia Beneficia dicuntur Curata, quædam Simplicia; Curata beneficia tria habere debent; Fontem Baptismalem, Sepulturam, Curam fori pœnitentialis circa populum commissum, ideò principaliter requiritur Populus, capit.Omnis, de pœnit.in Clem.vnica, de bapt. cap.Cappellanus, de fe-

A rijs Conc. Trid. Seſſ. 24. cap. 1. de Reformat. Matrimo. & cap. 13. in fine, Seſſ. 24. & in toto Conc. vbi tractatur de Reſidentia, & officio Parochi, & Rebuff. in Praxi Benef. Sæculare benef. quotuplex, num. 11. & 12. Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quæſt. 1. numero 105. cum ſeq. concludit per plures Deciſiones, quod Parochialis Eccleſia eſt Beneficium habens populum ad eius curam deputatum, cum limitato territorio.

Simplicia Beneficia quę dicantur.

Simplicia Beneficia differunt in omnibus à curatis, ideò nō habent populum, neque Clerum, neque adminiſtrationem. Rebuff. in d. loco, num. 12. uide Staph. de lit. gratiæ, num. 2. Vide etiam Gloſ. in cap. Cum ad hoc, de Cler. non reſid. in verſ. Aſſaſſinos. Pariſ. in lib. 12. quæſt. 3. num. 6. de Reſignat. & Staph. de qualit. & ſtat. Benef. num. 1. ad pag. 39.

Simpliciū Beneficiorum multiplicia nomina.

B Iſta ſimplicia habent diuerſa nomina, quædam dicuntur Capellaniæ, ueluti illa, quæ habent aliquod onus celebrandi Miſſas, appellantur aliquando beneficia ſeruitoria, quando ſimul cum onere celebrandi habent officium adiuuandi curatum in cura, vel in canēdo, aut ſimilibus, Sylua. in loco citato, quęſt. 3. num. 10. Gomeſ. de expectat. nu. 41. & de infirm. reſignant. q. 23. Pariſ. in d. lib. 2. quæſt. 1. Vide etiam Staphil. de qualit. & ſtat. Benef. num. 3.

Necnon quædam alia dicuntur Vicariæ perpetuæ, Manſonariæ, Portiones, Oratoria, & ſimilia, de quibus Rebuff. in d. Praxi Benef. Gomeſ. Staphil. Mend. Io. Sylua. & Pariſ. de Reſign. in d. lib. 2. quæſt. 1. & per totum, circa quæ non eſt immorandū, cum alia ſit intentio noſtra, ſed tantum dicta ſint, ut ſequētibus C faciliorem intelligentiam præbeant.

Signa ad cognoſcēdū Beneficia eſſe Eccleſiaſtica.

Modo concludendum, quibus notis iudicari poſſit beneficiū eſſe Eccleſiaſticum; & licet duo tantum ſufficiant, tamē ſeptem numerantur; primò quod beneficium habeat aliquod temporale, ſicuti fructus, & prouentus, ſecundò aliquid ſpirituale, ut Rector teneatur dicere officium, celebrare, & ſimilia facere, & iſta ſunt duo neceſſaria. Io. Sylua. de Benef. p. 1. quęſt. 1. num. 5. Oldrad. conſ. 166. num. 2. Gigas, de penſ. quæſt. 86. nu. 7. q. 99. num. 24. Mend. Reg. 16. quęſt. 24. & q. 25. & in Reg. 22. q. 4. nu. 2. Pariſ. lib. 2. quęſt. 8. num. 1.

Alia uerò quod perſona conferens ſit Eccleſiaſtica, uel habens autoritatem ab ea, ſecundò quod conferens non poſſit ſibi retinere, tertiò quod Clerico cōferatur, quartò quod ſit per-

perpetuum,

petitum, quinto quod talis prouisio fiat sine labe simoniæ, ex A Gig. de pens. quæst. 86. num. 7.

De his omnibus in præsenti tractandum est, & primo præmittendi sunt modi vacandi, quibus cognitis, ordo præmissus declarabitur; Omittitur quæstio, an liceat Clericis possidere bona stabilia, & similia, quæ magis grauant animos, quam mores doceant, tamen de his vide cumulatè Bellarm. in Tomo 2. lib. 1. de Clericis, cap. 25. & nos sequendo fidei Catholicæ, & Ecclesiæ Romanæ institutionem, dicimus & fatemur, Clericis beneficia, & Patrimonia retinere licere, vt rationibus, & autoritatibus dictus Belarminus firmauit.

Clericis an liceat poßidere bona stabilia, remißiuè.

Qualiter Beneficia vacent; & conferantur, & à quo. Cap. II.

B

ANTEQVAM quis assequatur Beneficium Ecclesiasticum, inprimis consideret, an Beneficium sit vacans, vel plenum, & animaduertat, quod beneficia viuentium impetrare non licet. Ita Gelasius Papa scripsit ad Romanos, vt in cap. 1. de Concess. Præbend. his verbis: Qui in viuorum Sacerdotum loco ponũtur, hoc ipso sunt ab Ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt successores viuis Sacerdotibus adhiberi.

Beneficia viuẽtium non sunt impetranda.

Idem fuit terminatum in Conc. Lateranen. de quo in cap. 2. de concess. præbend. his verbis: Nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam Beneficia, vel Ecclesiæ, tribuantur alicui, seu promittantur, antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium se crediderit successurum. Cum enim in ipsis etiam Gentilium legibus inueniatur inhibitum, turpe est, & diuini plenum animaduersione Iudicij, si locum in Ecclesia Dei, futuræ successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt. C

Bonifacius VIII. in cap. ne captandæ, de concess. præbend. lib. 6. idem terminauit, & hanc sentẽtiam Doctores secuti sunt in dictis locis, Anchar. in cons. 397. Rebuff. de reprobat. viuent. benef. impet. nu. 1. & 2. inter nouissimos Paris. lib. 12. q. 14. nu. 27. lib. 1. quęst. 4. num. 68. cum similibus.

Qui autem autoritate propria Beneficia Ecclesiastica occupat, non expectata debita forma vacandi, appellatur fur, & latro, efficitur infamis, est deponendus, dicitur intrusus, sine titulo, &

A lo,& habetur excommunicatus,ex d.cap.1.de conceff.prębēd. & ibi Doctores, Rebuff.in d.loco, nu.6.& 10.per Doct.in cap. 11.de except.cap.Illud,& cap. Licet, de Cler. excommunicat. Mend.in Reg.21.quęſt.1.num.76.& quęſt.4.num.10.

Hoc habet locum in eo,qui occupat ſcienter, conferens ſimi liter Beneficium viuentis,priuatur collatione,ſed hoc non pro cedit in Papa,ſed in inferioribus Prępatis ab eo, quod intelligitur ſi ſcienter fecerint,excuſantur in multis caſibus,ut ſi Epiſco pus conferret beneficium abſentis per multos annos, & fama eſſet de morte illius, licet collatio facta in hoc caſu dicatur nul la,tamē excuſatur collator à pęna, illa credulitate exiſtente, ex eod. Rebuffo, num.21.51.& 52. Puteus in Deciſ.280.lib.2. num.10. Mend.in d.Reg.21.quæſt.4.num.10.vide etiam Ol-

B drad.in conſ.304.num.7.

Tales appellantur intruſi, nam intruſus dicitur ille, qui ſine autoritate illius,ad quem collatio Beneficij ſpectat, illud accipit propria autoritate, ſecundum unam Deſcriptionem, quam refert Rebuff.de Subrogan.collitig.in Gloſ.4.num.4.per cap. Ad aures, de exceſſ. Pręlat.

Intruſi qui dicantur, & quotupliciter.

Dicitur autem intruſus multis modis, ut refert Mendoſ. in Reg.21.quęſt.4.Pariſ.de Reſign.lib.7.quæſt.1.nu.113. tamen iſta breui ut dicam uerbo,colligũtur modi, quos refert Gemin. in cap. Propter, diſt.19. Felin.in cap.In noſtra, de Reſcript.& cap. Veniens, de accuſat.

Primo ille dicitur intruſus, qui propria autoritate occupat Beneficium,cap.Cum quo Beneficium, de præbend.lib.6.& c.

C Ad aures, de exceſſ. Prælat.

Secundo, qui ſine canonico titulo occupat Beneficium, & non habet canonicum ingreſſum,cap.Relatum, de Iure patronatus, hoc eſt, qui præter ſuperioris autoritatem ſe ingerit in Eccleſiam,cap.Quia diuerſitatem,de Conceſſ.præbend.ſic uocatur intruſus, qui poſt electionem ante confirmationem admi niſtrat,& talis ipſo iure dicitur priuatus, niſi faceret ob neceſſitatem Eccleſiæ aliquem actum,cap.Auaritię,de Elect.lib.6.Ol drad.in conſ.9.& conſ.146.

Tertiò, qui retinet Beneficium poſt priuationem, à qua ſententia non appellauit, Innoc.in c.Qualiter, de Accuſat.Felin. in cap.Veniens,nu.2.eod.tit.Rebuff. in d.Gloſ.4.nu.10.& Felin.in d.cap.In noſtra,de Reſcript.num.12.

Quartò,

Quartò, qui Beneficium iniustè alteri oblatum, & omisso A iuris ordine detinet, quamuis habuerit collationem, cap. Tanta, de excess. Prælat. & Felin. in d. cap. Veniens, de Accusat.

Quintò, qui à superiore excommunicato, uel suspenso obtinuerit Beneficium, & collationem habuerit, uel ab eo, qui non habebat potestatem conferendi, ca. fin. de Excess. prælat. Felin. in d. cap. In nostra, de Rescript.

Sextò, qui accipit Beneficium deuolutum, uel simili casu, ab eo, qui conferre non potest, Dominic. in cap. fin. dist. 19. in fine, uel qui commisit delictum depositione dignum, largo modo dicitur intrusus, Felin. in d. cap. In nostra, de Rescript.

Septimò, qui accipit Beneficium sine litteris, uel etiam cum simplici signatura, & sic de similibus, quod intelligitur etiam in maioribus Beneficijs, per Extrau. Iniunct. de elect. in comm. B Vide etiam Felin. in d. cap. In nostra, de Rescript.

Octauò, qui cum simplici nominatione sine Papæ prouisione administrat, per cap. Auaritię, de Elect. lib. 6. Rebuff. in dicto loco, num. 22.

Nonò, qui sine autoritate Diœcesani intrat, cap. Quoniam, de off. ord. & Felin. in d. cap. In nostra, & vide eundem Felin. in cap. Veniens, de Accusat. num. 2.

Decimò, qui accipit Beneficium à superiore sæculari, uide de his etiam Io. Andr. in cap. Dudum, el 2. de elect. Abb. in cap. Ad aures, de Rescript. cap. Cum iam, de prębend. cap. Pręterea, de Iure patr. Anchar. & Card. in Clem. Per litteras, de prębēd. & Abb. in cap. Quia diuersitatem, de Concess. pręben. in 2. notab. Vide etiam Ioan. Sylua. de benef. parte 3. quęst. 2. num. 15. C Decium in cons. 121. Paris. cons. 47. lib. 4. nu. 40. & sic nonnullos alios, qui hanc materiam tractauerunt.

Addo alium casum, quod dicitur etiam intrusus ille, qui accipit Beneficium Curatum, non seruata forma Concil. Trid. ex Constit. Pij V.

Accipiens his modis Beneficium Ecclesiasticum, debet deponi, secundum Felin. & Doctor. in dicto cap. Veniens, de Accusatione.

Quapropter, hoc primum considerandum erit, quod Beneficia Ecclesiastica non vacantia, non conferuntur, Paris. inter nouissimos, lib. 12. quæst. 14. num. 27. per Abb. in cap. ex tenore, de Concess. prębend, Bursat. in cons. 394. a nu. 6. usque in finem.

Vide

A Vide inter alios Staphil. de varijs mod. vacat. in princip. Rebuff. in d. Glos. 4. & omnes fatentur.

Vacare Beneficiũ quãdo & quomodo dicatur.

Vacare in proposito nostro dicitur, quando Beneficium rectorem non habet, nam si haberet, tunc diceretur plenum, Staphil. in d. loco, num. 1. Sicut dicitur, quod vacat possessio, quando à nullo legitimè detinetur. Abb. in cap. Cum Ioannes, de fide instr. & ibi But. & Felin. num. 31.

Sub nomine vacationis comprehenditur omnis modus vacationis, tam per mortem, quam renũtiationem, seu aliam causam, Glos. in capit. Si propter, de Rescript. libro 6. in uerbo, vacabunt. Glos. in capit. cupientes, de elect. in 6. in verbo, vacationibus, cap. Sæpè, de præbend. in 6. vers. vacat. Felin. in capit. Licet, de off. deleg. & Mend. in Reg. 16. quæst. 3. num. 2. & B Reg. 19. quæst. 17. num. 2.

Duplici modo dicitur Beneficium vacare, de iure, & de facto, de iure tantum, quando Rector decessit, & aliquis reperitur in possessione, saltem colorata, vt in cap. Cum nostris, & capit. Licet Episcopus, de Concess. præbend. Vacare de Iure, & de facto dicitur Beneficium, quando Rector decessit, & nullus occupat possessionem, quia illud de iure, respicit modum vacationis, de facto respicit possessionem; Staphil. in d. loco, num. 2. latè ista examinat Rebuff. in tract. De requisit. ad collat. bonam, nu. 56. vbi declaratur, quid sit vacare de iure, & quid de facto, & Mend. Reg. 30. quæst. 7. num. 5.

Et licet esset consuetudo, quod beneficia viuentium si de proximo essent vacatura, liceret impetrare, vel quia Rector esset C set morti proximus, vel quia nulla subesset spes quod ille promoueatur ad ordines sacros debitos, aut quia esset condemnandus, vel priuandus, & similibus casibus, non conceditur subrogatio, nec dantur in commẽdam, & si statim ille moreretur, ex illa impetratione impetrans ille non consequeretur Beneficium, sed cum consensu illius Rectoris posset dari in coadiutorem, vel Vicarium, vide cap. licet canon, cap. Commissa, de Elect. lib. 6. cap. Cum in cunctis, §. cum verò, de Elect. sic de alijs exprimentibus casus prę missos, quos refert Rebuff. in tit. de Reprobat. Benef. viuent. impetrat. num. 41. 42. & 43. & num. 59. cum seq. Mend. in Reg. 29. quæst. 6. Reg. 32. quæst. 19. num. 2.

Vnde iam vacatum, non vacaturum confertur, nec debet promitti antequam vacet, & vacatio sit nota collatori. Franc. in cap.

in cap. De his de præben. in lib. 6. num. 3. & Rebuff. in d. loco, A num. 41. & Mend. Reg. 9. quæst. 6. Reg. 33. quæst. 9. num. 1. 2. & 3. Reg. 11. quæst. 10. num. 9. Reg. 19. quæst. 17. num. 2.

Expectatiuæ Beneficioru omnes sublatæ.

Ex quibus satis colligitur, quod expectatiuæ omnes sublatæ sunt, quia sunt odiosæ; Intelligitur expectatiua, si Papa concederet Beneficium vacaturum, & talia solet tantum Pontifex cōcedere, at in Conc. Basileensi, fuerunt istæ collationes sublatæ, & in Conc. Trid. vide etiam c. 2. de Concess. præbend. & capit. Detestanda, eod. tit. lib. 6. hoc idem à Doctoribus recensetur, Abb. in cap. Cum dilectus, de Iure patr. Roman. in cons. 280. Staphil. hoc eodem tit. Rebuff. De Expectat. Mend. Reg. 20. q. 3. num. 8. Reg. 2. quæst. 10. num. 9.

Impetrantes ergo, & conferentes Beneficia viuentium, sunt puniendi, vt supra dictum est, & ne longius progrediar, remit- B to lectorem ad Rebuff. in d. loco, de Reprobat. benef. uiuent. impetrat. in principio.

Modi vacandi in Beneficialibus quinam sint.

His præmissis, declarabuntur quædā Regulæ de modis quibus vacent Beneficia; ne quis prædictas pœnas incurrat; Et primò, vt in omnibus debitus ordo seruetur, dicetur qualiter vacet Beneficium ex actibus volūtarijs, idest, per Resignationem, vel Permutationem.

In materia itaque Resignationis, ista erunt consideranda; Primò ne quis in nomine erret; Sciendum erit, quid sit Resignare, quid Renunciare, & quid tandem Cedere.

De Renūciatione.

Renunciare itaque idem est, quod cedere, dimittere, & donare ius suum, l. hoc iure, §. 1. ff. de donat. l. si quis delegauerit, ff. de nouat. Bald. in l. venditrici, in fine, C. de rebus Ecclesiæ non C alienand. & refert Paris. lib. 1. quæst. 1. num. 34. cum sequen. & num. 66.

Sic Renunciare idem est quod dimittere reditus Beneficiorū secundum Card. Paris. in Cons. 127. nu. 16. vol. 1. Dimittere, verbum appellatur generale, & complectitur quemcumque actum, per quem quis à se ius proprium abdicat, & dicitur quod est idem, quod Relinquo, uide ca. Si Beneficia, de præbend. lib. 6. Extrauag. Execrabilis, & Paris. in d. q. 1. num. 41.

Cedere similiter, dicitur verbum esse ęquiuocum, sed omissis alijs significationibus, cedere Beneficium est à Beneficio discedere, ut perplures refert Paris. in d. q. 1. nu. 67. per Zabarell. in Clem. vnica, num. 4. de Renunciat.

Resignare

A Resignare similiter, uerbum est æquiuocum, & plures habet significationes, hic sumitur pro dimittere Beneficium, & penitus à se ius abdicare. Hostiens. & Abb. in cap. Quod in dubijs, de Renunciat. Mend. de infirm. Reg. 13. num. 10.

De Resignatione.

Et licet, ut refert etiam Paris. diuersæ uideantur esse significationes istorum verborum, Renunciare, & Cedere, nam Renunciare respicit Beneficium, Cedere vero Ius, tamen inter se frequenter confunduntur, & omnes idem in hoc casu significant, spontaneam scilicet dimissionem Beneficij factam cum causa, coram superiore, ex eod. Paris. quæst. 1. num. 33. & 70. & 71.

Conditiones legitimæ Renunciationis, seu Resignationis erunt istæ.

Prima est quod Resignatio sit facta spontè, ad excludendum B omnem dolum, uim, metum, & omnem uiolentiam, ad differentiam illius resignationis 'quæ fit coactè ne quia hęc uidetur priuatio, potius quam Resignatio, ita notant Doctores cōiter, in cap. Super hoc, de Renunciat. & c. Ad audientiam, quod metus causa, & per plures etiam quos refert Paris. in d. Tract. in d. quęst. 1. num. 43. cum seq. unde & capit. Sciant, de Elect. lib. 6. Clem. Multorum, de pœnis. Staphil. in titulo de mod. vacat. num. 22.

Secunda conditio est quod fiat liberè, hoc est sine aliqua pactione, & conditione, quod est purè, & liberè, ut in capit. Cum pridem, de pactis, cap. Ex parte, el primo, de off. delegati, & ibi Doctor. Oldrad. cons. 324. num. 5. ita refert Crauet. in consil. 122. num. 2. quod omnis resignatio Beneficij debet fieri omni- C no liberè, purè, totaliter, simpliciter, & absolutè, & refert etiam Goffred. in tit. de Simon. num. 25. uide etiam cap. Quęsitum, de Rerum permut. Felin. in cap. Ex sua, de Simon. num. 3. quod intelligitur, ad euitandam labem simonię, ideo in omni Resignatione non debet interuenire dolus, non fraus, uel pactio aliqua simoniaca. Rebuff. de causis Resignat. irritanti per cap. Super hoc, de Renuntiat. & Regulam Innoc. Cancell. in Reg. 38. ubi ponit dolum uitiare Resignationem ut & uim, metum, & simoniam, de quibus ibi latè, & omnes idem dicunt, ne longius quam methodus requirit, sermo protrahatur, Vide prędictos Scribentes, qui omnia diligenter examinant; idem in omnibus Concilijs statutum legitur, vide Conc. Placentinum, capit. 1. & 2. Concil. Tolet. Can. 3. & Innoc. II. in Synodo Romana,

mana, cap.2. Concil. Trid. Sess.24. de Reformat. cap.14. & in A
Conc. Constantiensi latè præcipitur, fugiendam esse simoniacam labem, & sic excluduntur Confidentiæ, Expectatiuæ, & similia, de quibus infrà dicetur. De pura Resignatione vide Paris. in lib.1. quæst.2. & 3. cum seq. Staphil. in d. loco, nu.29.

Alia Resignationis conditio est, quod debeat fieri coram Superiore, ad excludendas omnes alias Resignationes, quæ veræ non sunt, vide Abb. in cap. Audita, de restit. spoliat. num.3. Turrecrem. in cap. Denique, 6. quæst.3. num.5. & refert Paris. d. q. 1. num.58. cum seq. in lib.7. quæst.1. cum sequent. & ibi dicitur quinam sint tales Superiores, coram quibus huiusmodi Resignationes fieri possint.

Alia cõditio Resignationis est, quod Resignatio fiat ex causa; & quænam causæ requirantur in Prælato resignante Prælaturam, ex eod. in lib.5. quæst.3. numerantur sex, de quibus in cap. Nisi cum pridem, de Renunciat. ut propter conscientiam criminis, debilitatem corporis, defectum scientiæ, malitiam Populi, graue scandalum, & irregularitatem personæ, quæ causæ in Resignatione Beneficiorum simplicium, vt in quæst.5. coram Papa adferuntur; Aliquando generaliter fit sine certa causa, vt est apud Cassad. Dec.32. super Reg. Cancell. num.9. in fine, coram Ordinario exponitur causa, vt ex Const. Pij V. num. 58. & ob senectutem, valetudinem aduersam, impedimentum corporis, & vitium pariter corporis, crimen, censuras, scandalum, incompatibilitatem, & similia, vt in quæst.6. B

Alia conditio est quod talis Resignatio fiat personis debitis, qui habeant requisita debita, & sint idonei ad munus obeundũ C requisitum, ut in lib.4. per totum declaratur.

Sunt etiam quidam, qui resignare non possunt, sicuti sunt Minores, mente capti, non habentes vnde aliundè viuere possint, vel qui sint obligati ad reparationem Ecclesiæ, & sic de singulis, lib.3. Paris. q.8.14.15. & 16. per totum. Quidam alij sunt cogendi ad Resignationem, ueluti criminosus, illiteratus, scandalosus, irregularis, vel similes, vide etiam Rebuff. in tit. ratione personæ, ad pag.382.

Quæ dum sunt Resignationes factæ dolo, vi, vel metu, & in hac distinguendum est de metu mortis, de cruciatu corporis, de carcere, de metu excommunicationis, de metu amissionis omnium bonorum, vel maioris partis, de metu periculi consangui-

neorum,

A neorum, de metu reuerentiali, & sic de similibus Parif.in d.lib. 13.de Resign.in quæst.1.sic de dolo,in quæst.3.& de Resignatione Simoniaca vide in lib. 14.

Resignationes autem coram Papa fieri permittuntur ad fauorem alterius idonei, si acceptaret, uel simile, sic omnis Resignatio conditionalis reijcitur, vt ex eod.Parif.lib.1.quęst.2.per totam, & quæst.3.

De Permutatione,

Alia voluntaria Resignatio est Permutatio, quæ est certæ rei idest certi Beneficij Ecclesiastici ad alteram rē, scilicet ad aliud Beneficium facta mutua præstatio, per l.1. ff.de rerum permut. & refert Rebuff. in tit. de Permutat. Staph. de varijs mod. vacat.num.5.& ad veram Permutationem ista requiruntur.

Primò, quod ab vtraq; parte fiat Resignatio Beneficij, aliàs B cessaret Permutatio, vt in cap.vnico, de rerum permut.lib.6. & in Clem. Nisi.

Secundò, quod talis resignatio facta ad effectum permutandi, habeat effectum suum hoc est, quod collatio fiat vnicuique de Beneficio resignato, nec aliter valeret conuentio partium, Clem.Vnica, eod. tit.Hostiens.in cap.Ex ore, de his quæ fiunt à maiori parte Cap.Federic. in tract.de Permutat.Benef. q.27.

Tertiò, quod nomina, & cognomina amborum, in permutationis litteris exprimantur, cap.Inter, de prębend.cap.vnico, de rerum permut. lib. 6.

Quartò requiritur, quod quilibet habeat ius in Beneficio, nam de alieno non fit permutatio, ca.Vnico, de rerum permut. lib.6. & Rebuff.in d.loco, num.9.

C Quintò, requiritur etiam causa in permutatione, quando fit coram Episcopo, cap.quęsitum, de rerum permut. & ibi Doct. & sunt illę causę, quę supra expressę sunt de Resignatione.Rebuff.in d.loco, num.19. & ponit Petrus de Vbal.in tract.de permut.Benef.in 7.& vltimo membro.

Sextò, in permutationibus quę fiunt coram Ordinarijs, debent talia Beneficia conferri ab Episcopis illius Diœcesis, ubi fuerint Beneficia, cap.Omnes Basilicę, 16.quęst.7.Glos.& Doctor.in Clem.1.de Rebus Ecclesię non alienand. Doct.in cap. Cum olim, cap.Auditis, de Rescript.refert Rebuff.in dicto loco, num.20.

Si Ecclesię fuerint exemptę, tunc ad Summum Pontificem spectat collatio, Glos.& Doctor. in Clem. Vnica, de supplen.

negl.prælat.& in Clem.Vnica,de rerũ permut. Petr. de Vbald. A in Tract.de permut. Benef. in 2. membro, cuius autoritate facienda sit permutatio.

Septimò requiritur consensus illorum, ad quos præsentatio spectat,Glos.in Clem.Vnica, de rerum permut. Felin.in capit. Bertoldus,de re iud.& ibi Abb.in cap.illud,de iure patr.in princip.Io.Andr.in cap. Licet, de Vicar.lib.6. Curt.in tract.de iure patr.in uerbo,Honorificum, q.3. Petrus de Vbald. in d.Tract. de permut.Benef.in 3.membro.

Octauò, quod permutatio Beneficiorum non fiat cum temporali re,cum eodem iure in re, non autem de iure in re,ut permutare nominationes,seu expectatiuas cum Beneficio, Pet.de Vbald.in d.Tract.in membro 4. & Rebuff. in dicto loco,num. 23. per cap.fin. de rerum permut. & Federic. in tract. de per- B mut.Benef.quęst.13.latè Afflict.in Decis.17. per totam.

Nonò,ad tollendas fraudes, considerandum est,quod quando fit permutatio inter Beneficia inęqualia, ut de pingui cum tenui,& fiat inter coniunctos, uel de proximo esset uacaturum tale Beneficium, ex talibus coniecturis præsumitur fraudulenta permutatio,Abb.in cap. Quia uerisimile, de præsumpt.& ibi Felin.in num.1. Ancharan.in cons.388. Abb.etiam in cap.1.de Cler.non resident. Rebuff. in d.loco, num.42. per cons. Paris. 230. Io.Sylua.in tract. de benef.in 3.parte, quęst.18. Vide etiã Staphil.de mod.uacat.ad pag.54.num.19. necnon fraus præsumitur ex iteratis permutationibus, ex eodem Staph.in dicto loco, num.71.

Decimò. Ne fiat pactum inter contrahentes de permutan- C do,nisi in pacto reseruauerint consensum superiorum, aliàs esset Simonia,ex d.cap.Cum pridem, cap.fin.de pactis,cap. Quęsitum,cap. Cum uniuersorum,de rerum permut. Dec.in consil. 141.Petr.de Vbald.in 7.membro,num.2.Rebuff.in d.loco,nu. 52. cum seq.

Resignationes,seu permutationes Beneficiorum unitorum, præsertim ad Seminarium, non admittuntur, Concil.Trident. Sess.23.cap.18.& ex Const.Pij V.num.88. Quanta.

Alia conditio in Resignatione requisita est, quod resignans possederit infra montes per triennium,citra montes per septennium,ex Innoc. VIII. constitutione, Ad tollendum crimen Simonię,uel quasi,in Curatis Beneficijs.

Causę

A Causæ autem Resignationum debent procedere ex mera charitate, ad fauorem alterius dignioris, & vt melius oneri Ecclesiæ satisfiat sic tolluntur duæ causæ potissimæ, affectio carnis & fauoris humani, & simoniæ, Doct. in cap. Graue, de præbend. Host. & Goffred. de Renunc. Rebuff. ad pag. 62. in Praxi Benef. num. 2.

Causæ resignãdi et permutãdi.

Qui autem permutat sine dictis causis, coram Pontifice ad effectum cõsequendi aliud maioris reditus, grauiter peccat, vt est textus in cap. Mutationes, cap. Scias, cap. Non oportet, ca. Peruenit, 7. quæst. 1. D. Thom. in 2.2. quæst. 63. Art. 1.

Vndè non videtur concessum, vt ratione affectionis tantum Beneficium Ecclesiasticum resignetur, ne videatur eligere successorem; Indè Moyses noluit relinquere suis propriam digni-B tatem, sed Iosue elegit; vt lib. Num. cap. 27. quod ita describit Hieronym. ad Titum, cap. 1. in suis epistolis, his verbis: Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem Deus locutus est, potuit utique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia Tribu eligitur Iesus; ut sciremus Principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed uitę; at, nunc cernimus plures hanc rem beneficiũ facere, ut non quærant eos in Ecclesia erigere columnas, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse, sed quos, uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, & (ut deteriora taceam) qui ut Clerici fierent muneribus impetrarunt; ex cap. Moyses, 8. quæst. 1. & Glos. ibi dicit, quod nec pro dignis consanguineis licet preces fundere, C qui cum ipsis petunt. habetur in cap. undè, 8. quæst. 1. D. Thom. in 2.2. quæst. 63. per tot.

Ideò statutum est, quod filij Clericorum, qui habent Beneficia, seu Cappellas in Ecclesijs Patrum suorum, cogantur resignare, nec pater potest resignare ad fauorem filij, nec cõtra, ex Conc. Trid. Sess. 25. cap. 15. de Reformat.

Ordinarij conferre non possunt Beneficia sibi resignata, resignatorum consanguineis, uel familiaribus suis, sub pœna Constitutionis Pij V. num. 58. Quanta.

Vltimò publicationes sunt faciẽdæ in Resignatis, & permutatis Beneficijs, idq; in Cathedrali Ecclesia, & in Ecclesijs quæ conferuntur, infra duos menses, à die adeptæ possessionis, & litterę collationum publicantur etiam per affixionem ad ualuas

 Ecclesiæ,

Ecclesiæ, ut ex Const. Gregor. XIII. nu. 87. Humani, & Pij V. A num. 182. Sanctissimus.

Ita breui collectæ sunt conditiones requisitæ in Resignationibus & permutationibus Beneficiorum.

Sunt aliæ causæ uacationum beneficiorum, quæ dicuntur necessariæ, uel coactæ, non uoluntariæ, sicuti est priuatio, quæ multis modis contingit.

De Priuationib. Beneficiorũ.

Primo Papa potest aliquem priuare suis Beneficijs etiam sine causa, sed ad sui libitum, & dare cui uoluerit, quia habet liberam administrationem. Innoc. in c. Super, de causa poss. & propriet. & ibi cap. Quæ in Ecclesiarum, & ibi Fel. Gig. de Pens. quæst. 10. num. 4. Nauar. in Apolog. in princip. & Sarmient. ut infrà dicetur.

Ex causa etiam aliquis priuatur, & tunc facta priuatione, dicitur beneficium uacare, & causæ non admittuntur, nisi in iure expressæ. Mendos. Reg. 32. quæst. 8. num. 13. Pute. Decis. 116. lib. 3. B

Prima causa priuationis est delictum commissum, ueluti crimen hæresis, sed prius animaduertendum, quod priuatio non committitur, nisi in casibus expressis à iure, Vndè, nisi pro graui delicto Clericus non esset beneficio priuandus, ut in Concil. Cabilonensi, 2. cap. 42.

Ecclesiam, quam quis iustè adeptus fuerit, non nisi graui culpa sua, & coram Episcopo canonica seueritate amittat, ut in capit. inuentum, 16. quæst. 7. hoc idem legitur in cap. Satis peruersum, dist. 56. & cap. cognoscentes, de Consecr. ideo determinãt Doctores, quod quis Beneficio nõ sit priuandus, nisi in casu expresso à iure, Glos. in cap. fina. de iure patr. & in cap. Cum uos, de off. Ordin. & ibi Abb. Domin. in cap. Quo iure, dist. 8. Felin. in c. Quærelam, de iureiuran. & perplures refert Diaz. in Pract. Crim. Canon. in cap. 123. tamen hodiè ferè omnes pœnæ uidentur arbitrariæ Iudicibus, & quamuis fuerint terminatæ in iure, tamen ex causa Iudex potest minuere ipsas pœnas, uel augere, Foller. in Practica Crim. par. 4. num. 2. Castro lib. 2. cap. 9. de iusta hæretic. punit. Couuar. Variarum resolut. lib. 2. ca. 9. num. 8. cum similibus, quos refert ibi Couuar. C

Ego autem ita distinguerem, quod à pœnis statutis à iure nõ sit recedendum, tam si progrediatur in mitiorem, quam in seueriorem partem, nisi ex causis, quas exprimit inter alios Clar. in

Praxi

A Praxi Crim. in §.fin.quæst.60.per totum, & hoc idem uidetur dixisse Couuar.in pręcitato loco. Vnde cõsideratur ratio ęqua, nõ rigorosa. Locus scilicet, Tempus, Personæ, Ætas, Discretio; similiter an fuerit solitus delinquere, ut etiam animus malus, & similia, de quibus supra dictum est in prima parte de Episcopis.

Tunc autem poterit Iudex arbitrari in mitiorem, uel seuerio rem partem, ut ex casibus prædictis probatur latissimè, & latiùs infrà dicetur, de Iudicibus. Vide etiam Vbertum in suo opere Iudic.inquisit.num.3.& 4.

De crimi nibus ob quæ fit Beneficio rum pri- uatio.

Inter cætera crimina, quibus inducta est priuatio Beneficij est crimen hæresis, & inde dicitur, quod hæreticus est ipso iure priuatus, cap. Ad abolendam, de hæret.§.1.& cap. Quo iure, d. B 8.cum Glos.& ibi Pręposit. & Dominic. Anchar. cons.288. Felin.in cap.2. de Rescript. Siman.de hæret.cap.45. num.18. Rebuff. parte 3.de amittendi mod.benef.num.4.& 5. Couuar. Variarum resolut. lib.2. quæst.8. num.3. & 4. ord.Iud.inquisit.in uerbo, pœna, Clar.in §.Hæresis, uers.item Clericus. Et non solum ipsi Hæretici beneficijs priuantur, sed eorum filij, & nepotes, tum eorundem etiam receptatores; quomodo autem talia intelligantur, uide Siman.in dicto loco, cap.19.nu.7. Couuar. in d.cap.8.num.3.& 4.& Clar.in d.§.Hæresis, uers.item Clericus, cum seq. & Vbertum in dicto loco, uers.5.cum seq. Diaz in pract. Crim. Can. in uerbo, Hæreticus, Rebuff. in dicto loco, num.25.

Hæretici Benefi- cijs priuã tur eorũ que filij & nepo- tes vna cum rece ptatorib⁹ eorũdẽ.

Qui obtinet beneficium ad preces Hæreticorum, scienter, si C retinuerit, efficitur inhabilis ad alia, cap.2. §.ad hæc, de hęret. lib.6. Vbert.in dicto loco, Rebuff.num.25.cum alijs superius al legatis.

Schisma- ticus præ terea.

Schismaticus ipso iure Beneficium amittit, & dicit Cyprianus, in epist.7.lib.1.ad Magnum, ut in cap. Denique, 7.quęst.1. quod à Schismatico non licet recipere ordines, nec Beneficia, & illis priuatur. Rebuff.in dicto loco, de mod.uacan.Benef.nu. 30.& 31. & Diaz. in uerbo, Schismatici.

Vt etiam Aposta- ta.

Apostata à fide, & ab obedientia Papę, efficitur infamis, excommunicatur, & deponitur, & sic esset Beneficijs priuandus, ex Diaz.in uerbo, Apostata, cap.104. uide per cap. Legi, 16.q. 1.cap. Sine ornatu, cap. Pręcipimus, 22.quęst.4.& cap. Sin autem, cum seq. 16. quęst.3.

Committens crimen læsæ Maiestatis, etiam Beneficiatus, in A Conc. Toletano 16. fuit Episcopus loco, & honore priuatus, vt refert etiam Diaz. in supradicta Praxi Crimin. in cap. 110. & Rebuff. in dicto loco, num. 32.

Simoniaci pariter. Simoniaci pariter ipso iure priuantur, vltrà pœnam excommunicationis, ex Concil. Turonensi, sub Carolo Magno, cap. 15. in Rhemensi, cap. 21. Moguntino, sub Rabano, cap. 12. & altero Moguntino, sub Arnulpho, cap. 5.

Gregor. Syagrio Episcopo lib. 7. Epist. 110. dicit his verbis: Quicumquè studet pretij datione sacrum ordinem mercari, dũ non officium, sed nomen attendit, Sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit. Item in Regesto. Presbyter si per pecuniam Ecclesiam obtinuerit, non solum Ecclesia priuetur, sed etiam Sacerdotij honore spolietur, quia Altare, & de B cimas, & Spiritumsanctum emere, vel uendere Simoniacam hæresim esse, nullus fidelium ignorat.

Idem legitur in cap. Altare, 1. quæst. 3. ex dicto Pascalis II.

Innocentius II. in Synodo Romana ca. 2. idem lãtius refert in cap. Si quis præbendas, in d. 1. quæst. 3.

Hoc idem omnes Doctores tenuerunt.

Sodomitæ. Sodomiticum crimen inducit pariter priuationem, quoniam grauissimum est crimen, & Lucas de Penna, in l. 3. & seq. C. de exact. lib. 12. appellat hoc delictum crimen Apostasiæ; Barbat. in Cons. fin. lib. 6. Rebuff. in d. loco, num. 38. Diaz. in cap. 80. de nefando crimine. Clar. in §. Sodomia, in versic. item Sodomita.

Homicidæ. Homicidum qualificatum admittens, vt assassinum, vel spe C lucri committens, aut occidens parentes, vel fratrem, priuatur beneficijs, cap. 1. de homicid. lib. 6. cap. Inquisitionis, & ibi Felin. de Accusat. Rebuff. in dicto loco, num. 41. Diaz. in cap. 88.

Summando tãdem causas priuationis, benè colligit Rebuff. de modis amittendi Beneficia, per totum, vbi inter alios casus colliguntur isti, videlicet Percutiens Cardinalem, aut Episcopum, Clem. 1. de pœnis, falsificans litteras Papæ, cap. ad falsariorum, de Crim. fals. Sacrilegus etiam priuatur, cap. Venerabilem, de elect. Perpetuo bannitus priuatur, Abb. in cap. cum non ab homine, de iudic.

Periuri. Periuri non sunt admittendi ad Beneficia, & habentes, priuantur, cap. Quærelam, de iureiuran. Incendiarij, l. capitalium,

§. incen-

A §.incendiarij, ff. de pœnis, vide etiam Diaz. in d. Praxi Crim. in locis prædictis.

Tandem priuatio Beneficiorum fit pro quolibet graui delicto, cap. Satis peruersum, dist. 56. cap Inuentum, 16. quæst. 7. Staph. in allegato loco, vide de singulis Io. Andr. in cap. Quia diligentia, de Elect. Butrium in cap. fina. de postulat. Abb. in cap. Ad abolendam, & ibi Felin. de Hæret. & in cap. Conquestus, de foro compet. Felin. in ca. 1. de Accusat. Staphil. de varijs mod. vacat. num. 106. cum seq.

Blasphemi & Aleatores.

Blasphematores publici, & aleatores, tamquam infames si fuerint Beneficiati Clerici, priuantur Beneficijs, ex Const. Leonis X. & Pij V.

Vacat etiam alijs de causis Beneficium aliquando, sicuti, quã B do quis cogit alium resignare Beneficium, vt in Clem. Multorum, de pœnis.

Causæ priuationis narrãtur plures.

Priuatur etiam Parochus sua parochiali Ecclesia si non curauerit se promoueri intra annum, cap. Licet canon, de elect. in 6. Conc. Trid. Seß. 24. cap. 12. de reformat.

Accipientes Beneficia habentia curam animarum, vel Canonicatum, aut dignitatem, tenentur à die adeptæ possessionis infrà duos menses emittere professionem fidei, aliàs priuantur Beneficijs, ex Conc. Trid. Seß. 24. cap. 12. de refor. & ex Const. Pij IIII. super professione fidei.

In resignationibus, & permutationibus infra eosdem duos Menses, debent fieri publicationes, aliàs priuantur, ex Const. Gregor. XIII.

C Ob non residentiam seruata forma Concil. Trident. Seß. 6. capit. 2. de Reformat. & vt suprà de Residentia dictum est, & Seß. 23. cap. 1.

Retinentes mulieres, de quibus poßit haberi suspicio in domo, vel extra domum, si moniti non paruerint, seruata forma Conc. Trident. Seß. 25. cap. 14. de Reform. priuantur, Staphil. in dicto loco.

Illiterati, & imperiti Rectores Ecclesiarum Parochialium, & scandalosi, ac turpiter uiuentes, seruato modo Conc. in Seß. 21. cap. 7. priuantur.

Negligens excommunicationes, priuatur, & ut Hæreticus reputatur, Conc. Trid. Seß. 25. cap. 4.

Ingrediens Religionem, & professus, amittit Beneficium,

cap. Beneficium, de Regul. lib. 6. Staphil. de varijs mod. uacat. A num. 90. & 104. Rebuff. in d. loco, nu. 44. Franc. in d. cap. Beneficium, Gigas, de pens. quæst. 17. num. 5.

Vacant Beneficia per adeptionẽ Episcopatus. Vacant etiam Beneficia illius, qui promotus fuit ad Episcopatum post consecrationem, & adeptam pacificam possessionem, Staph. in d. loco, num. 46. dummodo in hoc quatuor hæc concurrant, scilicet, Prouisio, Confirmatio, Consecratio, & Adeptio possessionis. Doct. in cap. Cum in cũctis, §. ea uerò, de Elect. Oldrad. cons. 14. Gigas, de pens. q. 56. nu. 3. Mend. Reg. 26. quæst. 4. Put. Decis. 231. lib. 3.

Vt etiam Matrimonio subsecuto. Vacat, & Beneficium per Matrimonium ratum, per uerba de præsenti contractum, ex eod. Staphil. in dicto loco, num. 73. & 78. cum seq. Zabarell. in Clem. Gratia, de Rescript. Doct. in cap. 1. de Cler. Coniug. Abb. in cons. 74. lib. 2. Gigas, de pens. B quæst. 54. num. 6. & 7.

Vacat et per aliud incompatibile Beneficium. Vacat primum Beneficium per assecutionem alterius incõpatibilis, ueluti Curatum, uel aliud requirens personalem residentiam, ex Conc. Trid. Sess. 7. cap. 2. cap. 4. & cap. 5. Sess. 24. cap. 17. de Reformat. Extrauag. Execrabilis, §. quę uerò, de prębend. & cap. De multa, de prębend. & ex pluribus ita recipitur; Sic adepta possessione secundi, uacat primum, Abb. in d. cap. 1. de Cler. coniug. Franc. in cap. Si Episcopus, de præbend. lib. 6.

Vacat si quis acceptauerit beneficium ante legitimam ætatem, Mend. Reg. 30. quæst. 7. num. 4.

Vacat similiter per mortem naturalem. Vacat etiam principaliter, & absolutè, per mortem naturalem, & collatio facta mortuo, non tenet, & intelligitur eodem modo uacare. Felin. in cap. à nobis, de sententia excomm. Ias. C in l. Ex facto, ff. de uulg. Mend. Reg. 30. quæst. 7. nu. 3. inter modernos Sebast. Medices in Tractatu, Mors omnia soluit, par. 1. Conclus. 35. num. 48. & 49.

Beneficiũ quando per longam absentiã intelligatur uacare. Sed si quis se absentauerit per decennium, an habeatur pro mortuo, & sic Beneficium pro derelicto sit habendum, Regula est, quod nõ ualeat ipso facto, sed prius deberet moneri edicto, ut resideat, & redeat ad Ecclesiam, ex Abb. in cap. ex parte, de Cler. non resid. Corsett. in add. ad Abb. in uerbo, Beneficium.

Ego autem ita distinguerem: Si Beneficium esset Curatum, tunc antequam conferatur seruanda esset forma Concil. Trid. Sess. 23. cap. 1. de Reform. & Constit. Pij V. & Sixti V. ut supra de Resid. Sed si Beneficium esset simplex, quod nullam require-

ret re-

A ret residentiam, tunc si Rector fuisset vagabundus, & abesset tã diu, quod posset legitimè dubitari, an esset viuus, vel mortuus, quod tunc posset conferri. Ratio est: quia periculosa est longa Beneficij vacatio, seu Rectoris absentia, & sic requiritur potius vacatio de iure, quam de facto; Vide quæ notantur in cap. Quoniam frequens, §. porrò, vt lite const. capit. Ne pro defectu, de elect. Franc. in ca. Si Episcopus, de præb. lib. 6. Anton. de Butr. in cap. 1. cap. cum contingat, de offic. ordin. non esset inutile illum per edictum vocari, vt dictum est.

Aduertendum esset pariter, quod prius habenda esset diligẽtissima inquisitio, ne ignorãtia excusaret, & seruãda esset prius debita forma, quia quilibet præsumitur posse viuere cẽtum Annos, Doct. in l. fin. §. & nobis, C. de Sacrosanct. Eccles. Mend. B Reg. 21. quæst. 4. num. 7.

Beneficia non habẽtur successione.

Ex quibus habetur, quod Beneficia non conferuntur antequam vacent, nec successione dantur, cap. 1. de præbend. In Cõcil. Romano, Innoc. II. cap. 16. Legitur: Apostolica autoritate prohibemus, ne quis Ecclesias, & præbendas, Præposituras, Capellanias, aut aliqua Ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vendicare, aut expostulare præsumat; Vt in cap. Apostolicæ, 8. quæst. 1. Vide etiam cap. Ex transmissa, & cap. Ad Extirpandas successiones, de filijs Presbyterorum. & c. Consuluit, de iure patr. cap. Ad hæc, de Decim. & in Conc. Romano tempore Hilarij cap. 5. & latius in Concil. Trid. Sess. 25. cap. 7. de Reformat.

Accessus & Regressus sunt sublati.

Inde sublati sunt Accessus, & Regressus etiam de consensu, C & Coadiutores cum futura successione, quæ tamẽ ex causa valde necessaria conceduntur, vt pro vtilitate Ecclesiæ, salute animarum Populi, & similium, ex d. Conc. Trid. Sess. 25. cap. 7.

Eo magis Confidentiæ in Beneficijs sunt sublatæ, de quibus latè ex constit. Pij IIII. num. 109. Romanam. Pij V. nu. 89. Intolerabilis, & latè à Paris. in eod. tract.

Requisita in persona conferente.

His præmissis dicendum de persona conferente beneficia, ad quam duo sunt necessaria, Potestas, & executio potestatis, sed prius recedendo paulisper à proposito, dicendum erit de modo prouidendi de Beneficijs, & prouisio hæc reducitur ad duo capita, scilicet quod vel iustè, vel iniustè quis acquirit Beneficium, secundum Rebuff. in Praxi benefic. quot modis beneficia acquirantur, ad pag. 19.

Iniustè

Iniustè acquirit Beneficium, qui non habet canonicam prouisionem, seu institutionem, sic in quolibet Beneficio requiritur canonica institutio, cap. 1. de Reg. iur. lib. 6. & ibid. Glos. & Doctor.

Institutio quid, & quando dicatur iusta.

Institutio est Ecclesiæ, seu Ecclesiastici Beneficij collatio, vel propriè dicitur personarum Prælatorum, & Clericorum, collatio Beneficiorum, & præbendarum, Dinus in d. Reg. 1. Goffr. hoc eod. tit. & Doctor. in Rub. de inst. sic confunduntur largo modo ista vocabula, Instituere, Conferre, & Inuestire, Boer. in add. ad Dinum in d. Reg. 1. & ibi Dinus, & Glos. in d. loco, & Goffred. in num. 1.

Iniusta institutio dicitur, quando contra formam Canonum facta est, & hoc multipliciter accidit, veluti, si esset defectus in persona conferente, aut in accipiente, aut in modo debito non seruato, vt colligitur ex Rebuff. in d. loco, & Staphil.

De primo vt dictum est, requiritur potestas, & exequutio potestatis in eo, qui confert.

Notandum etiam, quod quædam collatio Beneficij dicitur Necessaria, quædam Voluntaria. Necessaria est, quam collator facere tenetur, & magis idoneo conferre; Voluntaria, quæ nulla necessitate fit, sed spontè sua confertur; Abb. in cap. Cum in cunctis, §. fin. de elect. num. 5. & sequitur Rebuff. de Collat. ad pag. 23.

Qui possint conferre Beneficia.

Præcipua potestas conferendi Beneficia est in Summo Pontifice, cum dominium rerum Ecclesiasticarum sit penes ipsum, & sit legitimus vniuersalis administrator, & dispensator Beneficiorum, ut supra de Papa dictum est, vide cap. significasti, de elect. cap. proposuit, de concess. præb. circa finem, & ibi Doct. Nauar. in Apol. quæst. 1. mon. 24. num. 6. & de Spol. ad pag. 19. 24. & 63. Sarmien. in Apol. par. 1. cap. 2. & sic Papa confert Beneficia quæcumque, tam in dignitate existentia, quam sine, & cuiuscunque speciei in vniuerso orbe, ut ex Ioan. Sylua, de Benefic. par. 3. quæst. 67. ideò dicitur Dominus Beneficiorum, Sarnens. in Prooem. Reg. quæst. 1. colum. 5. Staph. in d. loco, de modis prouisiuis, Doct. in cap. 2. de præbend. in 6. Clem. 2. vt lite pend. Archid. in cap. Statutum, de præbend. lib. 6. nu. 30.

De Papa.

De Cardinalibus.

Conferunt etiam Cardinales Legati in Prouincia delegata, durante legatione, Beneficia scilicet non Consistorialia, cap. 1. & cap. pen. de offic. leg. lib. 6. & ibi Doctor. & sic concurrunt

cum

A cum ordinarijs, ut supra de Legatis dictum est.

Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi conferunt Beneficia sine dignitate, regulariter uacantia in sua Diœcesi, infra Semestre, cap. 2. de concess. Præbend. cap. Licet, de supplen. neglig. Prælator.

Olim fuit talis tradita potestas istis, quod in collatione quolibet tempore concurrebant cum Papa, ut in cap. postulasti, de iure patron. Innoc. & Glos. in cap. Quamquam, eod. tit. lib. 6. & per alios, quos inter nouissimos refert Paris. de Resig. Benef. lib. 1. quæst. 10. num. 49. & 53. cum sequentibus.

De Mensibus Papæ & Episcopis reseruatis.

Cum litigia orirētur super similibus collationibus, ideo fuit ordinatum, quod Episcopi residentes, possent alternis Mensibus cum Papa conferre Beneficia uacantia in dictis mensibus, B ueluti primus Mensis scilicet Martij, esset Papæ, Aprilis Episcopi, & sic alternatim procedendo per totum Annum, ita referūt Staphil. de expectat. in num. 6. Cassad. Decis. 4. num. 2. de præbend. & ex Constitutionibus Summorum Pontificum non residentes, habent tantum quatuor Menses; in Mensibus scilicet Martij, Iunij, Septembris, & Decembris. Vide de his in Const. Pij V. num. 164. Sanctissimus. Gregor. XIII. num. 6. Cupientes, Anno 1572. Sixtus V. num. 18. Cupiens, anno 1585. & ex Reg. Cancellariæ.

Sed si fuerint absentes ex causa, cum licentia S. D. N. gaudent nihilominus priuilegio Alternatiuæ; ita declaratum fuit in Sacra Congreg. Concil. Trid. Die 9. Iulij, Anno 1573. Vide extra Paris. in d. loco, num. 58. & 59.

Abbates quādo cōferant Beneficia.

C Abbates, & Priores aliquando ex priuilegio conferunt Beneficia ad se spectantia, cap. fin. de instit. Clem. Vnica, de supplen. neglig. Prælat. Rebuff. ut suprà, num. 6.

Capitula Ecclesiarum aliquando conferunt Beneficia, uel à se, aut cum Episcopo, aut alternatiuè, iuxta Consuetudines loci, Doctor. in cap. Proposuit, de Concess. Prębend. cap. Eam te, de Rescript. cap. Postulasti, de Conc. Præbend. cap. fin. de præbend. lib. 6. Mend. Reg. 18. quæst. finali.

Reges & Principes Laici quādo conferant Beneficia.

Conferuntur etiam aliquādo à Laicis, ut à Regibus, & Principibus sæcularibus, de iure Regali, licet regulariter Beneficia Ecclesiastica non sint recipienda de manu Laici, sed ex priuilegio possint, dummodo tales recipientes Beneficia, quærant probationem, & confirmationem in Curia Romana, uel ab Ordinarijs

narijs locorum, & seruanda est forma Concilij Tridētini, Sess. 25. cap. 9. de Reformat. & cap. Generali, in fine, de Elect. lib. 6. Glos. in cap. Imperium, dist. 10. & 16. quæst. 1. & 17. quæst. 2. & 3. per totum. A

Sic etiam ex speciali gratia aliquando conferuntur, vt sit in iure patronatus, & similibus, de quibus habetur apud Oldrad. in Cons. 87. Sbrozz. de Vicario Episcopi, lib. 1. quæst. 52. num. 18. & 19.

Vicarij Episcopi pariter si ad id habuerint speciale mandatum, Beneficia conferunt, etsi aliqui teneāt, quod tale officium non possit demandari; vide inter modernos Sbroz. in dicto suo Tract. lib. 1. quæst. 53. per totum, & quæst. 52.

Reseruationes Beneficiorū quare fiāt aliquādo & quęnā sint.

Reseruantur Beneficiorum collationes ad Papam pertinentes pluribus de causis, ideò quædam reseruationes sunt generales in una prouincia, quædam speciales, uel respectu causarum, aut ratione dignitatis, uel quia uacant in Curia, sed quia auferunt iura concessa Prælatis, ideò sunt odiosæ, & restringendæ, eo magis, quando interpretatio non est facienda cōtra Papam, Gemin. in Cons. 136. lib. 1. Cassiad. Decis. 4. de Constit. num. 6. Rebuff. de Reseruat. Mend. Reg. 1. quæst. 5. Reg. 32. quæst. 9. Reg. 11. quæst. 2. B

Impedimēta circa collationes.

Aliud requisitum in conferente est, quod possit mandare ad executionem suam potestatem, hoc est, quod non habeat impedimentum canonicum, quo suspendatur eius facultas, ueluti, si esset Excommunicatus, Suspensus, uel alio legitimo impedimento notatus: nam tunc Collatio esset nulla; De his uide Doctor. in cap. Quia diuersitatem, de Concess. præbend. cap. fin. de Excess. Prælat. cap. 1. Ne sede uacante, lib. 6. Rebuff. de requisit. ad Collat. bonam, ad pag. 24. in forma Vic. nu. 217. Paris. cons. 89. lib. 4. Gigas, de Pens. quæst. 14. num. 7. Quod intelligitur de manifesto Excommunicato, secundum Sbrozz. in d. Tract. lib. 3. quæst. 17. num. 2. & Paris. de Resign. Benef. lib. 2. quæst. 1. nu. 16. & lib. 1 quęst. 7. num. 17. toleratus tamen excommunicatus confert, cap. Ad probandum, de sententia, & re iud. et ibi Doct. & Glos. in uerbo, Innodatus. Abb. in cap. Si uerè, cap. Veritatis, de Dolo & contum. & ibi Felin. & Doctor. C

Beneficia affecta, uacantia ob crimen hęresis, & sic Sedi Apostolicæ reseruata, non conferuntur ab Ordinarijs, ex Constit. Pij V. num. 29. Cum ex Apostolatus.

Animad-

A Animaduertendum pariter, quod Collator, ipſe non poteſt ſibimet retinere Beneficium vacans, ſed alteri debet conferre, Doct.in cap.fina.de inſt.cap. Per veſtras, de iure patr. Pauin.de poteſt. Capit. Sede vacante, in 2.p. quæſt.5. num.19. Syllueſt.in Summa, in verbo, Beneficium, 3.num.19. Necnon conferre debet ſine diminutione, cap.vnico, vt Eccl. benefic. ſine dimin.cõferatur, & cap. Extirpandæ, in fine, de præbend.cap. Cum veniſſent, de inſt. & ibi Doctor.

Nec poteſt Epiſcopus conferre Beneficium, & retinere ſibi fructus, vt in d.cap.vno, & cap. ſi quis præbendas, 1.quæſt.3.ſi fuerint reſeruati ex pacto, committitur ſimonia, ſi ex conſtitutione, vel indulgentia Papæ, tunc poteſt. Doct.in d.cap.vnico, vt Eccl.Benef. & terminatum fuit in Conc. Lateranen.ſub A-

B lex.III.cap.7.§.prohibemus, Gloſ.in d.cap.Vnico.

Quibus ſint Beneficia conferenda.

Hæc ex parte conferentis, ſed requiritur etiam, vt ſeruentur ea omnia, quæ infra ſequentur; Conferenda namque ſunt talia Beneficia perſonis idoneis, & dignis, quæ ſint idoneæ moribus, ſcientia, & ætate, quę principaliter ſunt attendenda, ſublata omni affectione mũdana, ut ſanguinis, familiaritatis, & ſimilium, Doctor.in cap. Cum in cunctis, de elect. cap. Quia nonnulli, de Cler.non Reſid. cap. Licet canon, de elect.lib.6.cap. Graue nimis, de Præbend. Pariſ.in Conſ.40.lib.4. Rebuff.de forma Vic. Auguſt.de Anco.de pot. Eccleſiæ, quæſt.2.& quæſt.72. Conc. Trid.Seſſ.7.cap.3. diffuſè apud Pelag.lib.2.cap.15.col.9.

Vnde, ſi indignis, amicis, aut conſanguineis collationem fecerit collator, grauiter peccat, & ſeruus Domini infidelis appel

C latur, vnde Hier.dicit: Indignum eſt dare Deo, quod dedignatur homo, ac cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti, magiſtrumque facit, qui uix diſcipulus eſſe poterat, ideò longa debet uitam ſuam monſtrare probatione, cui gubernacula committuntur Eccleſiæ; Vide cap.fin.diſt.49. cap. In Sacerdotibus, diſt.61. Pelag.in d.loco.

Conferre Beneficia indignis, idque ſcienter, graue eſt delictum, quapropter tales ſunt poteſtate conferendi priuati, & collatio eſt ipſo iure nulla, & tenetur collator ad id, quod intereſt Eccleſiæ, ac ſi dignus fuiſſet electus, & ideò tenetur reddere rationem de omni mala adminiſtratione, quam fecerit electus, ex quo Prælati talem tenentur eligere Rectorem, cui cæteri inferiores ſe ſubmittere poſſint, ideò tanquam ſacrilegi ſunt iudi-

candi,

candi, eo quod nullum maius damnum infertur Ecclesiæ quam A si in ea indignus admittatur, quia hoc non est consulere Populis, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen, & difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malò sunt inchoata principio, merito Sanctorum Patrum uenerabiles sanctiones, cum de Sacerdotum electione loquerētur, eos demum idoneos censuere sacris administrationibus, quorum omnis ætas à puerilibus exordijs usque ad perfectionis annos per disciplinæ Ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, si enim ad honores mundi, sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est peruenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant, quam diligens, & quam prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum, & cælestium dignitatum, sic se condemnat ad ignem æternū ex mala prouisione facta; Hæc colle- B cta sunt ex cap. 1. §. quoniam, de elect. cap. 1. de off. deleg. capit. Valentinianus, dist. 63. cap. Sunt quidem, 1. quæst. 1. cap. Gloria Episcopi, in fine, 12. quęst. 1. cap. Miramur, dist. 61. cap. Apostolicis, 16. quæst. 1. cap. Violatores, 2. quæst. 2. August. de Ancona, de Ecclesiæ potest. 2. quæst. & 72. Anch. & Card. in Clem. 1. de ætat. & qualit. Felin. in ca. Si quando, de Rescript. Nauar. in cap. 17. num. 96. Sarmient. in Apolog. ad pag. 191. testatur de communi, quod tenetur ad interesse Ecclesiæ, Rebuff. in dicto loco.

Requisita in beneficiando.

Quapropter Prælati ante quam conferant Beneficium alicui, diligenter inquirant de necessarijs requisitis ad personam uolētem acceptare Beneficiū, ueluti de moribus, scientia, & alijs oportunis, de quibus suprà in locis proprijs dictum est, quæ ta- C men in Papa locum non habent, quia ipse principaliter confert personis, secundariò prouidet Ecclesijs; Episcopi, & alij inferiores à Papa, principaliter prouident Ecclesijs, secundariò, personis. Vide Doct. in cap. Cum in cunctis, num. 6. de elect. §. fina. & in cap. Graue, de præbend. cap. benè, de postul. Prælat. & in d. cap. innotuit, Oldrad. in cons. 335. & Cardin. cons. 133. Refert etiam Rebuff. de Collat. Benef. ad paginam 26. Staph. in dicto loco.

Collata autem indignis Beneficia, non reuocantur, nisi in casibus à iure expressis, sed collator tenetur ad interesse, ut paulo ante à nobis dictum est; Abb. in cap. Diuersis, de Cler. coniug. Syluest. in Summa, in uerbo, Beneficium, 2. num. 2.

Ex qui-

A Ex quibus etiam colligitur, quod Papa pariter in tali collatione debet respicere ad merita, & eligere idoneum, licet excusetur, si meliorem non elegerit, Prælati autem inferiores, cum non sint in plena administratione sicuti Papa, semper deberent inquirere meliorem, nec sunt inducendi ad Beneficia uacantia conferenda, uel timore, uel amore, aut præmio, siue etiam ambitionis suffragio, August. de Ciuit. Dei, lib. 19. & est relatum in 1. quæst. 6. & dist. 63. August. de Anco. quæst. 47. Artic. 2. q. 37. art. 7. Pelag. lib. 2. cap. 15. col. 9.

Nec exteris, aut laicis, uel familiaribus non capacibus & indignis Beneficia sunt per Ordinarios aut etiã fructus beneficiorum conferẽda, ut pulchrè deducit Gregor. Papa, dum ait: Peruenit ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non Sa B cerdotibus propriæ Dioecesis decimas, atque Christianorum oblationes conferant; sed potius laicalibus personis militum, siue seruorum, uel (quod grauius est) consanguineis; Vnde si quis amodo Episcopus inuentus fuerit huius præcepti diuini transgressor, inter maximos hæreticos, & Antichristos, non minimus habeatur, cap. Peruenit, 1. quæst. 3. & capit. Peruenit, 16. quæst. 7.

Hieronym. ad Tit. cap. 1. Vt sciremus Principatum in Populos, non sanguini deferendum esse, sed uitæ. At nunc cernimus plures hanc rem beneficium facere, ut non quærant eos in Ecclesia erigere Columnas, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse, sed quos, uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, (ut deteriora ta C ceam) qui ut Clerici fierent muneribus impetrarunt. cap. Moyses, 8. quæst. 1. & de hoc pluries supra diximus.

Cõsanguineis quando liceat conferre Beneficia.

Prohibitum est beneficia iure sanguinis, uel amicitię coniunctis, & familiaribus resignare, ac conferre, ne uideantur transire in successionem, sicut transit hæreditas, ut supra dictum est, & dicit Innoc. Papa II. in Conc. Rom. cap. 16. de quo in capit. Apostolica, 8. quæst. 1.

Ex Conc. Pictau. de quo in cap. Graue, de præbend. legitur his uerbis: Graue nimis est, & absurdum, quod quidam Ecclesiarum Prælati, cum possint uiros idoneos ad Ecclesiastica Beneficia promouere, assumere non uerentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes effectum, non iudicium rationis; Vndè, quanta Ec-

ta Ecclesijs damna proueniant, nemo sanæ mentis ignorat. & similia, quæ sequuntur, vbi etiam pœna ponitur contra malè conferentes.

In Concil. Generali dicitur, de quo in cap. Nihil est, de elect. Nihil est quod Ecclesię Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur Prælati ad regimen Ecclesiarum, (& infrà) Ipsum quoque decernimus hac animaduersione puniri, vt de ipsius constiterit negligentia, maximè si hominem insufficientis sciẽtiæ, vel inhonestæ vitæ, vel ætatis illegitimæ approbauerit, non solum confirmandi primum successorem illius, careat potestate, verũ etiam, ne aliquo casu pœnam effugiat, à perceptione proprij Beneficij suspendatur, quousque si æquum fuerit, indulgentiam valeat promoueri; Si verò conuictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, grauiori subiaceat vltioni; & cætera, vt ibi.

In Conc. Lateranẽsi, de quo in cap. Cum in cunctis, de elect. in §. Clerici, legitur his verbis: Clerici sanè si contra formam istam, quemquam elegerint, & eligendi tunc potestate priuatos, & ab Ecclesiasticis Beneficijs triennio se nouerint esse suspensos, dignum est enim, vt quos Dei timor à malo non reuocat, Ecclesiasticæ saltem coerceat seueritas disciplinæ, & infra.

Ex quibus satis colligitur, quam accuratè Beneficia Ecclesiastica sint conferenda, & collatores debeant esse cauti in similibus, vt requisita necessaria iuxta qualitatem Beneficij adhibeãtur, vt supra de singulis beneficijs dictum est, sicuti sunt ætas debita, sufficiens doctrina, vita inculpata & mores commendati, quæ in citatis locis sat cumulatè & deducta & declarata sunt.

Illegitimè natis Beneficia non conferenda.

Reputantur indigni nõ legitimè nati, & filij in Ecclesijs suorum Patrum, qui ibidem Ecclesias, vel Beneficia habere nõ possunt, Bellam. Dec. 755. Concil. Trid. Sess. 25. cap. 15. de Reformat. & Sess. 7. cap. 3. de Reformat. & ex Conc. Pictauen. vt in cap. 1. de filijs Presbyterorũ, ubi prohibetur filios natos ex fornicatione, ad Sacros ordines non esse promouendos, nec ad Beneficia, quæ tales ordines postulant admittẽdos; id legitur in cap. Præsentium, eod. tit. his verbis: Præsentium autoritate iubemus, vt filios Sacerdotum in Ecclesijs Paternis ministrare, uel eas qualibet occasione obtinere nullatenus patiaris, sed ipsos ab Ecclesijs in quibus Patres eorum ministrasse noscuntur, studeas

deas

A deas penitus amouere. Idem dicitur in seq. cap. Conquerente, & similibus.

Considerandum est pariter, quod talis, cui Beneficum conferendum est, sit capax, hoc est, ne habeat aliquod impedimentum, quod reddat illum incapacem, ueluti, ne sit Excommunicatus, aut alia censura innodatus, nam talis ante absolutionem erit incapax, ideò Pontifex in litteris Beneficialibus inprimis ab excommunicatione absoluit, ad effectum, ut collatio ualeat. Abb. in cap. Postulasti, de Cler. excommunicat.

Conferens scienter Beneficium excommunicato, à qua excommunicatione collator absoluere non poterat, esset suspendendus, Innoc. in cap. Postulasti, §. verum, de Appell. & ibi in Annot.

Requisita in Beneficiando.

B Requisita in persona illius, qui uoluerit acceptare Beneficium, erunt ista; Primò quod sit capax, hoc est, ne aliquo impedimēto canonico detineatur, ueluti censurarum, aut Irregularitatum, Vndè datur Regula, quod qui ad ordines præsertim ad Sacros promoueri non potest, is pariter ad officia, seu Beneficia Ecclesiastica non admittitur; Ratio est: quia ordo habet Beneficium in obsequium, ideo Beneficia non dantur Laicis, sed Clericis in stipendium, per ea, quæ supra dicta sunt, in principio, &c. Nam Sacerdotis officium est, celebrare, benedicere, in Altari offerre corpus, & sanguinem Domini, & orationes dicere, ut in cap. Perlectis, dist. 25. Vndè, qui Altari seruit, de Altari uiuere debet, cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Pręlat. cap. fin. de Rescript. lib. 6. Rebuff. quare instit. sint Benef. ubi declaratur, quod C Beneficia instituta sunt, tam in honorem Dei, & Sanctorum, quam ut essent stipendia ministrorum.

Ideò datur alia diuisio Beneficiorum, secundũ diuisionē Ordinum, ueluti, quòd quędam sunt ordinata pro Sacerdotibus, c. Constitutus, de Concess. præbend. cap. Ei, cui, de præbend. lib. 6. quædam pro alijs ordinibus, ut supra de singulis dictum est.

Quapropter, illa requiri ad Beneficiarium quæ ad ordinem postulantur, ætas, mores, doctrina, & libertas ab omni censura, & pœna, præsertim infamiæ, Rebuff. de requisitis ad Coll. Benef. Staphil. in eodem loco, Doct. in dicto cap. Graue, de præbend. & capit. Cum in cunctis, cap. Licet canon, de elect. lib. 6.

Vnde habetur, quod in quolibet Beneficio requiritur ordo, seu officium Ecclesiasticum, ueluti ad Cardinalatũ requiritur

ordo Subdiaconatus, ad minus, ut in Sacro Altaris ministerio A seruire valeat, Hostiens. in cap. 2. de off. Archipresbyt. Glos. in Praxi de mun. & qualit. Card. Sixtus V. in sua Constit. de quibus suprà latius in cap. de Cardinal.

In Episcopis saltem ordo Subdiaconatus, sed priusquam cõsecrentur, requiritur Sacerdotium, sic de quolibet curato, latius suprà declaratum est.

Tandem concludendum venit, quod requiritur ad minus prima Tonsura in omnibus, cap. 1. dist. 60. Abb. in ca. Dudum, in fine, de elect. & in §. inferiora, & d. cap. Cum in cunctis, sic habetur: Quod ordo est fundamentum Beneficiorum Ecclesiasticorum, quia non laicis, sed Clericis conferenda sunt, nec Clericis coniugatis, vt in cap. 1. de Cler. Coniug. Syluest. in Summa, in verbo, Beneficium, 3. latè declarat inter modernos, Pa- B ris. de Resig. Benefic. lib. 4. q. 2. num. 4. quod Beneficium datur Clerico ob sacrum ministerium.

Requisita seruanda in collatione.

Considerandus est pariter modus seruandus in collatione beneficiorum, ideò dicitur, quod purè sunt conferenda sine pacto, conditione, & modo, aliàs collatio esset simoniaca, & nulla, cap. quam Pio, 1. quæst. 2. ca. Cum pridem, cap. fina. de pact. cap. 2. de elect. lib. 6.

Secundò, Collatio fiat palam, hoc est, coram testibus fide dignis, non domesticis, cap. post cessionem, de probat. Rebuff. in Rubr. de collat. & in Praxi Benefic. requisita ad collat. Benef. num. 12.

Tertiò, Talia beneficia perpetuò sunt conferenda, cap. præcepta, dist. 55. cap. Satis, dist. 56. exceptis illis, quæ temporalia C sunt, Rebuff. ibi, num. 13.

Quartò, In collatione beneficiorum curatorum, seruatur forma tradita in Conc. Trid. aliter facta erit nulla, nec confertur titulus saltem coloratus, sed accipiens extra illam formam dicitur intrusus, vt in Concil. Trid. Sess. 25. cap. 12. de Reformat. & ex Constit. Pij V. fiat concursus, qui sit liber nec ab altero concurrentium impediatur, quo minus alter non accedat ad examen, vt melior & magis idoneus non eligatur.

Beneficia omnia conferenda sunt secundum formam Sacrorum Canonum, & Conciliorum, vt dictum est, nec sunt grauanda super eo quod sustinere possunt, quoniam si reditus minuerentur, vel prouentus, & cultus diuinus diminutionem pateretur,

A tur, ideò in Curatis non imponitur pensio infra valorem centũ Ducatorũ, qui sunt reseruati pro Rectoribus liberè sine aliquo onere pro eorum victu. In Episcopatibus remaneant mille pro Episcopis, & sunt reuocata indulta transferendi pensiones, Clement. 1. de supplen. negl. Prælat. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 13. & cap. 15. de Reform. Const. Pij V. num. 71. Sacrosanctum.

Qui autem alio pacto contulerit, resignauerit, acceptauerit, permutauerit, vel alio modo Beneficium acquisiuerit, tam ex parte dantis, quam accipientis, intelligitur Simoniacè factum, quæ semper detestanda sunt, & grauiter talia perpetrantes sunt puniendi, ex dicto Concil. Trid. Sess. 21. cap. 1. Sess. 24. cap. 18. de Reformat. & ex Const. Pij V. Cum primum ad Apostolatus, vt supra dictum est.

Absenti an conferri poßit Beneficium.

B Confertur Beneficium absenti, sed collatio non habet effectum, nisi donec ille acceptauerit. Franc. in cap. Si tibi, de præben. num. 6. Mend. Reg. 5. quæst. 5. num. 6. Paris. lib. 2. quæst. 7. num. 12.

Requiritur animus residendi.

Grauiter peccant illi, qui Beneficia acceptant, uel procurant animo non retinendi, sed alteri renunciandi, ideò seruatur in Curia, quod in examine faciendo, detur illi iuramentum, quod tale Beneficium non recipit animo renunciandi, ita refert Paris. in lib. 9. quæst. 10. in fine, ideò Innoc. IX. benè instituit, ut accipiens Beneficium Curatum, uel simile, non possit illud renunciare ante triennium, ut ibi. Regularia Beneficia conferenda sunt Regularibus, Sæcularia Sæcularibus, Anch. in Clem. 1. de supplenda negl. prelat. Conc. Trid. Sess. 14. cap. 10. Sess. 24. cap. C 12. de Refor. Sess. fina. cap. 12. de Regul.

Quando conterraneis sint conferenda Beneficia.

Dubitatur à multis, an beneficia sint conferenda conterraneis, uel extraneis, & licet multa hinc inde à Doctoribus scribantur, tamen idoneis conterraneis magis quam extraneis Beneficia essent conferenda, quod probatur diffusè ab Abb. in capit. Decorẽ, de instit. Anch. in Clem. 1. de supplen. neglig. Prelat. latè Couuar. Pract. quæst. cap. 35. nu. 5. Mend. Reg. 16. quæstione 41. & Reg. 20. quæstio. 6. per Reg. De oriund. vbi plures allegãtur auctoritates Canonum, Legum, & Doctorum etiam rationes; sic uidentur Beneficia quodammodo patrimonialia; Ego autem ita distinguerem, quod ita esset seruandum in prouincijs, non in locis specialibus, & in beneficijs tantum Curatis, nam sicut Prouinciæ uariantur spatijs, ita & moribus, &

idiomate linguarum, ac similium, sic non commodè Curati satisfacere possent oneri commisso; sed si talis ratio cessaret, magis idoneo esset conferendum Beneficium, idoneitas consideratur etiam, ut sit aptus ad seruiendum illi populo. Vide Couuar. & Mend. in supradict. locis. A

Vni quando plura poßint beneficia cõferri.

Considerandum est etiam, quod uni plura beneficia incompatibilia non sunt conferenda, sicuti sunt plura curata, uel plura personalem residentiam requirentia; ut si conferreretur Dignitas, vel Personatus cum altero istorum similium, licet sint adinuicem dissimilia, tamen quia ambo postulant residentiam, ideo incompatibilia dicuntur; Abb. in cap. Conquerente, de Cleric. non resident. cap. quia nonnulli, cap. extirpandæ, de præbend. cap. dudum, el 2. de electiõn. Franc. in cap. cum singuli, de præbend. lib. 6. Zabarell. in Clem. Gratiæ, de Rescript. & Clem. Si dignitatem, de præbend. Conc. Trid. Sess. 7. cap. 5. & cap. 2. & 4. Sess. 24. cap. 17. de Reform. B

Et ante d. Conc. fuerat idem terminatum in Conc. Lateranensi, ut habetur in cap. Cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & in Conc. Calcedon. cap. 1. 2. & 10. & ex Concil. Vrbani Papę habito Placentiæ, de quo in cap. Sanctorum, dist. 70. & ibi ex Conc. Toletano, in cap. Vnio nostræ, & in cap. Ad hæc, cap. De multa, de præbend. & in cap. Cum singula, de præbend. Clem. Gratiæ, de Rescript. Extrauang. Execrabilis, de præben. §. qui verò, & Greg. in Conc. generali Lugd. de quo in cap. ordinarij, de off. ordin. lib. 6.

Si per assecutionem ultimi uacat primum incompatibile, Viuius in Opin. 97. lib. 1. C

Incõpatibile beneficiũ quod nã sit dicendum.

Et Beneficia dicuntur incompatibilia plura Curata, Personatus, seu Dignitas, cum Beneficio Curato, Canonicatus cum alijs, residentiam personalem requirentibus, & similia, vide apud Ægid. Bellam. Frider. de Senis, Petrum Germa. Petrum de Vbaldis, Rebuff. de dispens. ad plura. Benef. Ioan. à Lignano, Thom. Campegg. Alphons. Carier. de incompat. Benefic.

Simplicia pluraquãdo nõ sint cõfereñda.

Plura Beneficia simplicia, licet ex se incompatibilia nõ sint, tamen quando pinguia sunt, & ultrà congruentem sustentationem, uni plura non essent conferenda, sine iusta causa, quod annuit Concil. Trid. Sess. 24. cap. 17. de Reform. licet hodie de consuetudine non detur alia dispensatio, sed Prælati inferiores à Papa, uidentur quod conferre possint, & de facto conferunt

quibus

A quibus placuerit nulla habita ratione, an sint pinguia, vel tenuia, quæ secundum ea quæ habentur in d. Conc. non satis laudabilia sunt. Vide cap. conquerenti, & Glos. & Abb. in c. Quoniam nonnulli, de Cler. non resident. & in cap. Cum Ecclesiasticæ, de Except. Ant. Butr. in cap. 2. de off. ord. Rebuff. in d. loco, ad pag. 282. Mend. Reg. 16. quæst. 37. ideo in litteris Apostolicis exprimendi sunt tituli omnium Beneficiorum, & valores eorum, vt ibi Mendos. latè deducit.

Potest autem Episcopus dispẽsare, vt quis habeat Curatum Beneficium, & simplex in alia Ecclesia, ex causa, vt honestè se sustentare possit. Syluest. Prier. in Summa, in verbo, Beneficiũ, 4. & ex Conc. Trid. Sess. 24. cap. 17. de Reform.

Aliquando datur optio retinendi primum, vel secundum Beneficium, & quando, vide Franc. in cap. Gratiæ, de Rescript. lib. 6. & Syluestrum in prædicto loco, licet ambo vacent, ex Conc. Trid. Sess. 7. cap. 4. Sess. 24. cap. 17.

B

Plura Beneficia simplicia sub eodem tecto difformia, quis retinere poterit cum dispensatione tamen Episcopi, ex causa, vt si ex vtilitate Ecclesiæ ita fieri conueniens sit, vel necessitatis, aut prærogatiua meritorum Sacerdotij; Si autem talia Beneficia fuerint conformia, nulla ratione de his vt vni conferantur dispensat Episcopus. Rebuff. de dispens. ad plura Benefic. nu. 26. cum seq. Syluest. in verbo, Beneficium, 4. nu. 2. quæst. 8. & hæc est verior, & tutior opinio, de qua per Abb. in capit. Litteras, de Concess. præbend. & ibi Ioan. Andr. & Freder. de Senis, consilio 115.

C

De iure patronatus.

Quotiescunque contigerit in Beneficijs, quod quis habuerit ius patronatus, in omnibus permutationibus, & resignationibus, ac alijs vacationibus, requirendus erit Patroni consensus, aliàs non valeret, Gigas de pens. quæst. 24. num. 5. Rebuff. 3. p. signat. in Glos. necnon ius patr. ad paginam 126. Mendos. Reg. 22. quæst. 9.

Circa ius patronatus, ne quid intactum relinquatur, ista erũt consideranda; Primo sciendum, quod ius patronatus est ius honorificum, onerosum, vtile, competens ei, qui Ecclesiam construxit, dotauit, vel fundauit, vel ei, qui causam habuit, ex Abb. in Rubr. eod. tit. Goffr. eod. tit. num. 1. & refert Rebuff. in 3. p. signat. in verbo, necnon ius patronatus, ad pag. 126. num. 2. per Doct. & Lambert. in princip. in tract. de iure patron.

Duplex aũt'est ius patronatus, Ecclesiasticũ, & Laicũ; Patronatũ Ecclesiasticum habet ille, qui Ecclesiam fundauit, & dotauit de bonis Ecclesiæ; Laicũ autem qui de bonis patrimonialibus. Rebuff. in dicto loco, num. 3. Goffr. in Summa eod. tit. nu. 2. & 3. & per eosd. Doct. & Lambert. in dicto tract. in princip. Mend. Reg. 1. quæst. 10. num. 6. **A**

Fit autem seu constituitur ius patronatus triplici modo, scilicet fundatione, dotatione, vel priuilegio, aut præscriptione, Archid. & Gem. in cap 2. de præbend. lib. 6. num. 12. Butr. & Abb. in cap. Dilectus, de offic. leg. Frider. de Senis, cons. 65. ita etiam refert Mend. in Reg. 1. quæst. 10. num. 3. Rebuff. in dicto loco, num. 3.

Ita legitur in Conc. Trid. Sess. 14. cap. 12. de Reformat. his verbis: Nemo etiam cuiusuis dignitatis Ecclesiasticæ, vel sæcularis, quacumque ratione, nisi Ecclesiam Beneficium, aut Cappellam de nouo fundauerit, & construxerit, seu iam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis proprijs, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, iuspatronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat; In casu autem fundationis, aut dotationis huiusmodi institutio Episcopo, & non alteri reseruetur inferiori, & idem in capit. XIII. seq. & cap. Pro meritis, 16. quæst. 1. cum seq. & cap. nobis, de iure patron. **B**

Vnde ad substantiam iuris patronatus requiruntur consensus plures, veluti Papæ principaliter, secundo Ordinarij, nam si ne licẽtia Ordinarij nullus potest ædificare Ecclesiam, seu Cappellam, immò etiam Papæ, cap. Omnes Basilicæ, cap. de locorum, cum seq. de Cons. dist. 1. **C**

Et sine designatione Episcopi loci, non dedicatur Ecclesia, cap. nemo Ecclesiam, de Cons. dist. 1.

Secundò, Consensus præstandus erit non ex causa ædificationis tantum, sed ex fundatione, ut quia ille vult fundare Ecclesiam, ita ut ex hac fundatione concedatur iuspatronatus, cap. Nobis, de iure patronat. cap. Filij, cap. Pro meritis, 16. quæstione 1. & ibi Doctor.

Vnde elice Regulam, quam confirmat Rebuff. in 3. parte, Resignat. in verbo, necnon iure patronatus, Quod consensus Episcopi non prodest ad concedendum iuspatronatus, si Ecclesia illa tunc erat iam fundata, quia hoc esset imponere seruitutem Ecclesiæ iam fundatæ, licet dotaretur, quod solus Papa facere

poterit,

A poterit per Glos.in d.cap.Pro meritis,cap.fina. de reb.Ecclesiæ non alien. lib.6. capit. Quoniam, de iure patronat. & Rom.in cons.32. & Papa concedit hoc ad incitandum Laicos ad dotandum Ecclesias, cap.decernimus, 16.quæst.7. cap.3. de iure patronat. Glos.in cap.Nemo, 32. quæst.4.

Tertius consensus, quando in fundatione, & constructione Ecclesiæ, patronus vellet in tali iure patronatus apponere aliquam conditionem,uel pactum aliquod, quod esset contra,uel præter ius commune, nam tunc requiritur alter consensus expressus in similibus, capit. cum dilectus, ubi post glossam Doctor.de Consuetud.

Quartus consensus quando post fundationem, & consecrationem Ecclesię alter dotauerit illam Ecclesiam, & voluerit ex B dote acquiri iuspatronat.& ille dicitur consensus priuilegiatus, Ioan.Andr.cap.vnico, de iure patr.in 6. Abb.in cons.28.lib.2. num.1. & dicit hanc opinionem non esse communem.

De his omnibus vide Rocch. in tract. de iure patr. quæst.2. num.3.Lambert.lib.1.quæst.6.par. 1.quæst.10.Art.4.Innoc.in Rubr. de iure pat. Cassador. in Decis.6. de iure patr. num.10. Mend.Reg.32.quæst.33.num.5.Syluest.in verbo,ius patronatus.Concil.Trident.Sess.14.cap.12.de Reform. Sess.25.cap.9. de Reformat.

Acquiritur autem iuspatronatus decem modis, secundum quosdam, veluti.

Primò ex sola ædificatione, licet talis ædificatio non fuerit facta animo acquirendi tale iuspatronatus in dicta Ecclesia, C cap.significauit,de testibus,& firmant ibi Doct.& cap.Nobis, de iure patron. si accesserit, ut dictum est Diœcesani consensus, Sylua.in p.1. quæst.6. per totam.

Secundò modo acquiritur dotatione, ut dictum est cum consensu Ordinarij,Rocc.de iure pat.quæst.1.in versic. Dotauit,& per alios,ut suprà,& Io.Sylua.in d.loco,num.2.

Tertiò fundatione,& fundatio, & ædificatio concurrunt ad inuicem, ideo in Conc.Trid. in Sess.25. cap.9.dicitur,quod acquiritur iuspatronatus fundatione, & includit etiam ędificationem, & dotationem.

Quartò acquiritur etiam successione illorum, qui tali priuilegio vtebantur,capit.Considerandum,16.quæst.7. cap.Quoniam, de iure patronat.

Quintò acquiritur etiam donatione, vt in cap. In Insinuatione, & ibi Glos. in verbo, Liberalitatem, de iure patronat. Quod intellige, de patrono laico, cum consensu Episcopi, Glos. in ca. Citatio, eod. tit. sed iuspatronatus Ecclesiæ, an possit donari dubium est, licet videatur per ius nouum, cap. Vnico, eod. tit. lib. 6. correcta iura antiqua, cap. Quod autem, cap. Illud, cap. Nullus, de iure patron. vbi de iure nouo videtur hoc concessum; Vide Staph. de Litteris gratiæ, num. 2. fol. 98. Ioan. Sylua. loco citato, num. 3. A

Sextò acquiritur etiam permutatione, vel venditione, cum Vniuersitate, cap. Nemini, 16. quęst. 7. Abb. in cap. Plures, eod. tit. num. 7. & in cap. Illud, num. 4. & cap. Ex insinuatione, eod. tit. vbi etiam dicitur, quod in similibus non requiritur Episcopi consensus. B

Septimò acquiritur venditione, scilicet facta de Vniuersitate bonorum illius, qui habet tale iuspatronatus, capit. Secundum, cap. Ex litteris, eod. tit.

Et facta venditione feudi, in quo talis Ecclesia reperitur, an videatur etiam venditum iuspatronatus, vide Couuar. Variarum resolut. lib. 1. cap. 13. num. 3. & 4.

Octauò consuetudine, siue præscriptione, & quod tale ius sit præscriptibile, videtur innui ex dicto Decreto Sacri Conc. Trident. in d. cap. 9. vbi dicitur, quod si ex fundatione, vel dotatione non potest probari ex multiplicatis pręsentationibus per antiquissimum temporis cursum iure approbatum qui hominum memoriam excedat, siue aliàs secundum Iuris dispositionem; vndè talis iuris dispositio poterit etiam esse per pręscriptionem, vt legitur in Glos. in cap. Cum Ecclesia, de causa poss. in verbo, Iurium; Ad soluendam hanc quæstionem, videtur posse dici cum Rebuffo, in dicto loco, num. 23. quod præscriptio cadere poterit in ius præsentandi, nō autem in cæteris, Couuar. in cap. Alma mater, 2. par. §. 10. num. 7. sed circa præmissa vide Glos. in cap. 1. de Reg. iur. lib. 6. in versic. obtineri. Doct. & Innoc. in cap. Cura, eod. tit. Abb. in cap. Sanè, de priuileg. nu. 2. Staphil. in dicto loco, num. 2. fol. 95. Sylu. in dicto loco, 2. parte, quæst. 19. num. 2. & 3. p. quæst. 2. num. 23. & quæst. 23. nu. 12. Gomes. in quæst. 13. colum. 2. in 1. Couuar. Pract. quæst. cap. 36. num. 6. vers. 4. Syluest. in verbo, præscriptio, 2. §. 2. nu. 5. vers. 5. & adest alia Glos. in cap. Generali, de elect. lib. 6. in versic. Antiquo, vbi C

differitur,

A differitur, an tale iuspatronatus sit præscriptibile, tam in iure præsentandi, quam in proprietate.

Nonò acquiritur etiam iuspatronatus priuilegio, de quo vide apud Staphil. in citato loco, Ioan. Sylua. 2. parte, quæst. 23. per totam.

Decimò acquiritur etiam reædificatione, cum autoritate Episcopi, & talis Ecclesia sit omninò diruta, ita quod à fundamẽtis sit reædificanda, vt subsistat, Glos. in cap. Quanta, de iure patron. in verbo, fundatores, & in cap. de fabrica, de Cons. dist. 1. in verbo, Innominata, Innoc. in Rubr. de iure patr. Conc. Trident. Sess. 14. cap. 12. de Reform.

Vnicus actus præsentandi si fuerit celebratus, & inde institutio sequuta, cum eo etiam quòd institutus possideat, spacio lon-B gi temporis 40. annorum, faceret ius pro illo, qui præsentauit, & hoc videretur conforme Concil. Trid. hoc idem est in cap. Consultationibus, de iure patr. Couuar. Pract. qq. cap. 14. num. 2. versic. 3. Sylua. 2. parte, quæst. 7. nu. 3. & ante istos Glos. cap. 3. de causa poss. vers. tua, Abb. in cap. 1. de Relig. dom. num. 4. & in cons. 54. lib. 1. Oldrad. in cons. 312. Card. cons. 47. Dec. cons. 134. Bal. in cap. Cum super, de Renunciat.

Quæ quidem haberent locum in singularibus personis, non autem in Vniuersitatibus: nam in istis requiruntur plura, probatio temporis immemorabilis, plures præsentationes, quæ sint continuæ spacio ad minus 100. annorum, & omnes præsentationes habuerint suam institutionem, quæ probanda sunt, iuxta legum tramites, ideo dicitur in Conc. Trident. Sess. 25. cap. C 9. quod ius patronatus Vniuersitatum diligenter examinetur, & si quid iniustè attentauerint, remoueantur, & non permittatur ab ordinarijs aliquod in similibus occupari, vt in dicto loco Concil.

Vnde Ordinarius ante electionem, seu confirmationem de præsentatis, debet videre iura præsentantium, quæ si fuerint talia, vt requiruntur, & supra declarata sunt, tunc præsentatio admittitur, & si fuerit repertus idoneus, tunc confertur Beneficium, vt in d. Conc. Trid. Sess. 14. cap. 12. Sess. 22. cap. 2. Sess. 25. cap. 9. de Refor. Si autem non fuerit idoneus, recusatur, & tunc patronus tenetur eligere alium meliorem, si plures fuerint præsentati, ex illis magis idoneus eligitur, Doct. in ca. per Vestras, eod. tit. & Hostiens. & Goffred. in Summa, de iure patronat.

& in dicto Concil. Trident. Sess.25. cap.9. de Reformat. A

Præsentans scienter indignũ quã pœnã incurrat.

Qui præsentauerit scienter indignum, si fuerit Collegium, vel persona Ecclesiastica, pro duabus vicibus priuatur iure præsentandi, si fuerit Laicus, pro una uice, qui eo magis excusatur. Archid. in cap. Suspecto, de præbend. lib.6. Innoc. in cap. Cum uos, de off. ordin. & glos. dicit, quod est priuandus, & sic mortaliter peccant patroni talia facientes, secundum Syluest. in Summa, in uerbo, iuspatronatus, num.8. & semper tenentur eligere meliorem, & illum præsentare, ne Ecclesiæ obsequia defraudentur, & sicut Conc. Trid. iubet fieri concursum, ita & patroni hoc seruare deberent, pręsentando plures, ut eligatur melior.

Quæ vitare debeant Patroni in præsentãdo.

Patroni si pacto, uel conuentione magis unum, quam alterum præsentarent, aut suffragia uenderent, uel sub aliqua spe alterius beneficij, & si plures fuerint patroni, ueluti Collegium B & alter ipsorum, signo, uel uerbo futuros successores designaret, aut de istis faceret promissionem, simoniam committeret, et incurreret pœnas contentas in Const. Pij V. num.58. Quanta, Vide etiam Nauar. cap.23. num.100.

Forma faciẽdi pręsentationem.

Talis pręsentatio debet fieri ad oculum, sic tenetur patronus legitimè comparere coram quo facienda est præsentatio, & personam illius, qui quærit institutionem Beneficij, præsentare, & est examinandus de scientia, ætate, moribus, & similibus requisitis, aliàs nullo modo esset talis actus admittendus, ne detur occasio patrono fraudandi, hoc est accipiendi fructus beneficij uacantis pro se, contra formam Conc. Trid. Sess.22. cap.1. Sess. 24. cap.3. Sess.25. cap.9. de Reformat. De his uide Glos. in Clement. Dudum, de sepultur. in uers. præsentari, & ibi Abb. num. C 23. & in cap. Nascitur, de his, quæ fiunt à Prælat. num.3. Rota Decis.3. de iure patr. in nouis. Ioan. Sylu.3. parte, quęst.1. num. 6. & quæst.2. num.45.

Fallit hoc in quibusdam casibus qui sunt isti, uidelicet.

Primò, quando præsentatus esset notus Prælato, Abb. in Clement. Romani, de test. num.3.

Secundò, fallit in collationibus Beneficiorum, quæ fieri possunt absenti, cap. Si tibi, de pręb. lib.6. Ideo datur Regula, quod Beneficia sunt conferenda personæ notæ, Abb. in cap.1. de Renunciat. num.3. Rebuff. in Declar. nouæ prouis.

Quomodo patronus priua

Considerandum est pariter in similibus, quod Patronus in quibusdam casibus priuatur iure suo, ueluti, si uenderet illud ius, aut

A ius, aut aliquid aliud faceret contra Canones, nam tunc ſubijceretur excommunicationi, & interdictis Conc. Trident. Seſſ. 25. cap. 9. in uerſ. nec dictum iuspatronatus uenditionis, aut alio quocumque titulo in alios contra Canonicas ſanctiones tranſferre præſumant, ſi ſecus fecerint, excommunicationi, & interdicti pœnis ſubijciantur.

ri poßit iure ſuo præſentādi.

Necnon ſi Patronus conſentiret neci Rectoris, Abb. in cap. in quibuſdam, de pœnis, & ſic de ſingulis, quæ in huius tractatus opere tractantur.

Patronus ergo nihil exigere poteſt à Rectore, niſi quod in fundatione reſeruatum fuerit autoritate ſuperioris, Abb. in capit. 1. num. 2. cap. grauis, num. 1. cap. quanto, de conſ. & in cap. Lateranenſi, de præbend. num. 3.

De vnione Beneficiorum.

B Modo reſtat in hac materia Beneficiali exarare formam à Canonibus ordinatam, in unionibus Beneficiorum, & ita expedita erunt in hoc ſecundo capite, omnia, quæ ad bonam collationem pertinent.

Vnio quid ſit, et quotuplex.

Vnio eſt Beneficiorum ſeu Eccleſiarum ab Epiſcopo, uel alio ſuperiore facta connexio. Rebuff. de Vnione Benef. nu. 1.

Duplex autem eſt Vnio, quædam dicitur perpetua, & quædam Epiſcopalis, ſecundum eundem Rebuff. in d. loco, num. 7. Perpetuam dicitur, quando fit, ut perpetuò duret, ueluti contemplatione eccleſiæ, cap. 1. ne ſede uacante, cap. Si gratioſè, de Reſcript. lib 6. Pariſ. conſ. 5. lib. 4. Put. Deciſ. 246. lib. 1.

Temporalis, quæ tempore finitur, ut ad uitam alicuius, & iſta dicitur facta contemplatione perſonæ, & talis hodie non practi C catur, cum ſapiat naturam reſeruationis, Goffr. in Summ. de relig. dom. Rebuff. in dicto loco, num. 9. Put. Deciſ. 246. lib. 1. Bellam. Deciſ. 1. & 2.

Talis unio ad uitam alicuius uidetur inuenta, ad effectum, ut quis poſſit retinere incompatibilia, Pariſ. de Reſign. lib. 12. q. 3. num. 49. per Caſſad. Deciſ. 33. num. 5. ſuper Reg.

Cauſæ Vnionis quæ.

In ſimilibus attendendæ ſunt cauſæ, ob quas uniones ſunt faciendæ, ac modus, quo ſunt decernendæ, & tales cauſæ ſunt ab Ordinarijs locorum examinandæ, Goff. de Relig. dom. num. 8. Petrus de Peruſ. cap. 3. & ex Caccialup. art. 5. Refert Mendoſ. Reg. 12. quæſt. 6. num. 13.

Duæ ſunt cauſæ præcipuæ, ſcilicet Neceſſitas, & Vtilitas Eccleſiæ, licet & aliæ duæ ſoleant numerari, Pariſ. de Reſignat.

lib. 2.

lib.2.quæst.9.num.4.testatur de magis communi; Hoc idem dicit Rebuff.in d.loco,num.38.& text.in cap. Exposuisti,de præbend.& ibi Doct. Vnde facta vnio sine tali causa, nõ valet; Rõnem allegat ibi Rebuff. quia de iure quælibet Ecclesia debet habere suum Rectorem, vt in cap. Cum non ignores, de præben. sed vnio facit, quod vna Ecclesia alteri subijciatur, & sic de duobus Rectoribus fiet vnus, cap. Decimas, 16.quæst.1. quod cum sit contra ius, ideò sine causa non est concedendum, vide etiam cap. vnio, 10.quæst.3.

Necessitas, veluti, si Ecclesia, quæ vnienda est, haberet adeò tenues fructus, quod his Rector se sustentare nõ posset, vel altera, cui facienda est vnio, similiter non posset sufficienter alimentare Rectorem, in d.cap.vnio, 10.quæst.3. Clem. Ne in agro, de statu Monach.§.ad hæc, ita dicit: Sed si prouentus Prioratuum, seu administrationum huiusmodi, duobus fortè nõ suppetant, ijdem Prioratus, seu administrationes, nisi per Abbates ad sustẽtationem duorum sufficientes reddantur, locis alijs viciniori bus ad eorum Monasteria pertinentibus per locorum ipsorum Ordinarios vniantur.

Aliæ causæ necessitatis erunt, veluti si Ecclesia fuerit desolata per hostes, vt in capit. Quia, de Relig.dom.his verbis: Quia Monasterium quod in fundo Martiano situm est, hostilitate faciente dicitur desolatum, illud tuo Monasterio, cum omnibus rebus suis, vel quæ ei competunt actionibus prospeximus vniendum.

Item, propter populi decrementum, ut quando Populus unius Ecclesiæ est mortuus, ita, quod pauci superuixerint, alteri uicinæ erit unienda, cap. Ad audientiam, el 2.cap.fin.de Eccles. ædific.cap. & temporis, 16.quæst.1.

Quapropter, hoc idem in Conc. Trid. statutum est, quod tales uniones ne fiant, nisi his necessitatibus interuenientibus, unde ob paupertatem Curatarum Ecclesiarum, quando Rector non poterit ibi commodè uiuere, possunt uniri simplicia, & illæ parochiales uniri Matrici Ecclesiæ, Conc. Sess.21.cap.5.de Reform.& Sess.24.cap.12.& cap.15. Ratione destructionis Ecclesiæ fiunt etiam uniones, Concil. Trident. Sess.21. cap.7.& 8. uersic.quod si nimia egestate, & Sess.7. cap.8. de Reformat.

Sic necessitas consideratur ex causa mortis, hostilitatis, uel paupertatis, cap.fin. 26.quæst.fin.

Alia

A Alia causa erit utilitatis, ut si Ecclesia habuerit adeò tenues fructus, quod non reperiantur idonei Rectores, ut Ecclesię oneri satisfaciant, cap. Exposuisti, de præbend. & ibi Abb. Concil. Trid. Sess. 24. cap. 13. de Reformat.

Quando Ecclesia erit unienda, uel quia destruitur, aut quia pauper, tunc talis unio non erit facienda Ecclesię alterius Diœcesis, aut Monasterio Regularium, aut aliquo Collegio, aut Pio loco, eo magis, si Beneficium habeat curam animarum, Conc. Trid. Sess. 14. cap. 9. Sess. 24. cap. 13. de Reform.

Requiritur causæ cognitio i vnionib⁹ Ecclesiarũ faciendis.

Vndè in unionibus causæ cognitio requiritur, & sic uocandi sunt quorum interest, coram locorum ordinarijs Clem. fin. de reb. Ecclesiæ non alien. & si Apostolica autoritate fuerint factæ, tamen regulariter coram Ordinarijs, ad quos causarum co B gnitio spectat, erunt causæ examinandæ ex Conc. Constantieś. & Trid. Sess. 7. cap. 6. & 24. cap. 13. 25. cap. 9. de Reformat. in quibus locis etiam determinatur, quod uniones factæ à 40. annis, ante d. Conc. possint ab Ordinarijs examinari, an dictæ causæ fuerint subreptitiæ, uel obreptitiæ, cum facultate illas reuocandi, ut ibi.

Formæ diuersæ vniendi Ecclesias.

Modo uidendum, quibus modis tales uniones fieri debeant, & plures modi colliguntur.

Primò, quando ex duobus beneficijs fit unum tantum, cap. decimas, in fine, 16. quæst. 1.

Secundò, quando una Ecclesia alteri subijcitur, & sic illa Ecclesia ad quam fit unio erit superior, ueluti si simplex Beneficium uniretur Curato. Rebuff. de Vnionibus, num. 12.

C Tertiò, quando unio non facit unam Ecclesiam subiectam alteri, sed ambo remanent in eadem autoritate, ut si duo curata Beneficia ambo insimul unirentur, ueruntamen unus remaneret Rector, licet una Ecclesia non efficeretur superior alteri, sed quælibet haberet sua priuilegia, & statuta, tamen denominatio fit à digniori, Rebuff. in dicto loco, nu. 15. & ibi uide etiam Mẽdos. Reg. 12. quæst. 1. Put. Decis. 442. lib. 1.

Vnde in talibus unionibus non potest uniri dignius, minus digno, sed è contra, capit. Exposuisti, de præbend. cap. Super inordinata, eod. tit. lib. 6. Staphil. de Grat. expectat. num. 5. ad pag. 7.

Potest uniri Parochialis Canonicatui Cathedralis Ecclesię, quia Canonicatus dicitur dignior: nam Canonici dicũtur pars

Ecclesiæ,

Ecclesiæ, cap.extirpandæ, §.quia verò, de præbend. cap.1. & A cap.Nouit,de his,quæ fiũt à prælat.sine conſ.Capituli, Rebuff. & Staphil.in dictis locis.

Qui poſſint facere vniones.

Vniones Regulariter, & principaliter pertinent ad Papam, in uniuerſali Eccleſia, in particulari Diœceſi,ad Epiſcopum,ſi beneficia non ſunt exempta in caſibus à iure permiſſis, cap. Sicut unire, de Exceſſ. Prælat. cap.quod tranſlationem, de offic. leg.& Rebuff.ibi, num.22.

Legatus de latere,poteſt illa, quę Epiſcopus in ſua Diœceſi, facit,Spec.de leg.§.Nunc eſt,Rot.Deciſ.58. de legat.& in nouiſ.118.in antiq. Deciſ.459. Guido Papæ, quæſt.134.& in iſtis non requiritur conſenſus Capituli,Bellamera de offic.legat. Deciſ.513.

Attamen, tales uniones Legatorum non ſe extendunt ad E- B piſcopatus, nec in præiudicium Epiſcopi, ut ſi auferret ſubiectionem,obedientiam,correctionem,& iuriſdictionem ab Epiſcopo. Decius in cap.fin.de confirmat.utili,uel inutili, ubi teſtatur de magis communi.

Archiepiſcopus unire poteſt Beneficia ſuæ Diœceſis, ſicut Epiſcopus in ſua, ſed beneficia ſpectantia ad ſuum Suffraganeum unire non poteſt,cap.ſicut unire,de Exceſſ.Prælat.cap.1. de foro compet.lib.6. Caccialup.in tract. de Vnione, Art.3.q. 4.Spec.de leg.§.nunc.At hodie ex Reg.12.Cancellariæ irritantur omnes uniones factæ ab inferioribus à Papa, præterquam in caſu conceſſo à Conc. Tridentino.

Capitulum Sede uacante præſtare poteſt autoritatem unioni, dummodo pro cauſa nil auferatur de iure Epiſcopali, Re- C buff.in d.loco, num.36.

Vicarius Epiſcopi poterit unire ſi hoc ei fuerit ſpecialiter commiſſum ab Epiſcopo,Rebuff.ibi,num.57.Petrus de Peruſ. in d.tract.cap.4.Put.Deciſ.1.

In talibus unionibus requiritur etiam conſenſus Capituli Cathedralis,cap.Paſtoralis,in fine, de donat. & ibi Abb.nu.3. & in Clem.fin.de rebus Eccleſiæ non alienand.& Clem.Ne in agro,§.ad hæc, de ſtat. Monach. Bald.in conſ.1.lib.1.Oldrad. conſ.182. Alex.conſ.219.lib.6.

Vnde maius eſt unire,quam conferre beneficium, ſic inferiores Prælati unire nõ poſſunt. Abb.in cap. Sicut unire, de exceſſ. Prælat.Pariſ.conſ.40.lib.4.num.1.

Beneficia

A Beneficia ergo unita sine causis prædictis, reuocantur, & quę sint causæ reuocatoriæ, narrãtur à Petro de Peruſ. de Reuocan. union. Caccialup. in Tract. de Vnioni. Rebuff. de unionis reuocatione, Conc. Trid. Seſſ. 7. cap. 6. Seſſ. 21. cap. 4. de Reformat. ubi quæritur, an ceſſãte causa unionis, ceſſet unio; Rebuff. in dicto loco.

Quæ Vniones reuocẽtur.

Sed specialis causa reuocationis erit, si fuerit facta per Simoniam, ut si interceſſerit pecunia ad fauorem unientium, uel Prælatorum. Rebuff. in dicto loco, num. 8. & datur etiam Regula, quod illa causa est potiſſima ad diſſoluendum, quæ fuit causa uniendi, Caccialup. in tract. de union. art. 9. & ibi Rebuff. nu. 10. & Abb. in cap. 1. ne sede uacante.

Prohibentur quædam uniones quarundam Eccleſiarum quibusdam Eccleſijs, ueluti Monaſterio, Collegio, uel loco pio, B nec Parochiales Abbatijs, dignitatibus, siue Eccleſiæ Cathedrali, uel Collegiatæ, aut beneficijs simplicibus, & hoſpitalibus uniantur, Conc. Trid. in d. Seſſ. 24. cap. 9. & cap. 13.

Quæ Vniones ſint prohibitæ.

Animaduertendum pariter, ne uniantur beneficia uiuentis in damnum alicuius eo adhuc uiuente, unde in tali unione debet semper formaliter hoc dici & exprimi, absque præiudicio obtinẽtis, ut est communis opinio, ut refert Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quæſt. 9. num. 7. & hęc de Beneficiorum qualitatibus & collatione.

De varietate fructuum Beneficiorum; qualiter tales fructus Eccleſiæ debeantur, ſoluantur, & à Beneficiarijs diſpenſentur. Cap. III.

C

MODO dicendum erit in hac tertia parte quomodo fructus Beneficiorum diſpenſentur; sed prius quot sint species prouentuum, & quales, erit tractandum.

Vt itaque debito ordine procedatur, sciendum est tria eſſe genera bonorum Clericorum, Patrimonialia ſcilicet, Quaſi patrimonialia, & Eccleſiaſtica, ex Nauar. in Apolog. de Redd. Benef. quæſt. 1. Monit. 21. num. 1. & ante eum Felin. in cap. Eccleſia Sanctę Mariæ, de Conſt. num. 7. in fine, & Bellarm. in lib. 1. Tomo 2. de Cler. cap. 27. ubi latè examinat quę & qualia sint & dicantur bona Clericorum.

Patrimo-

Patrimonialia Clericorum Beneficia quænam sint & dicantur. Patrimonialia Clericorum sunt illa, quę aliundè proueniūt, quam ex Beneficijs, vel ordine, aut eorum intuitu, veluti, quæ per successionem, aut industriam, vel arte, aut ex testamēto, uel contractu sunt acquisita, Abb. in cap. Quia nos, de testamentis, Alberic. de Rosat. in l. fin. C. si cont. ius, vel vtil. publ. Nauar. in d. loco, per cap. Si Episcopus, 12. q. 1. & ibid. cap. Si manifestè, cap. Cum dilectus, de iure patron.

Quasi patrimonialia bona quæ sint. Quasi patrimonialia sunt illa, quæ acquiruntur ratione officij, seu ordinis Clericalis, ex salario, seu ex honesta eleemosina oblata, vt per Host. in cap. Quia nos, de testamentis, & Abb. ibidem, in cap. Cum in officijs, & per alios, quos etiam refert Nauar. in dicto loco, num. 1.

Ecclesiastica bona quæ sint. Ecclesiastica sunt illa, quæ ad seruitium Ecclesiæ, & eius Rectoris sunt deputata, & ad sustentanda sacra, ex mente Sancti Thomæ, in 2. 2. quæst. 99. Art. 3. & refert etiam Nauar. in dicta quæst. 1. Mon. 21.

Et talia sunt in triplici differentia; Quædam enim sunt Sacra, quæ diuino Sacrificio inseruiunt; quædam stabilia, seu immobilia, ex quibus oritur tertia species, sicuti sunt annui reditus, qui sustentationi Rectoris deputātur, vt ex Nauar. in dicto loco, in fine, & in d. q. 1. Mon. 24. & 25. ubi latissimè declarantur istæ species.

De his ultimo hoc loco positis, hic tractandum nobis est. Talia bona consistunt, circa Census, Iurisdictiones, reditus, & fructus, ex Constit. Pauli II. Ambitiosè. Conc. Trid. Sess. 25. cap. 11. de Reformatione. Quæ quidem ex legatis, & decimis constituuntur, factis Ecclesiæ, ut suprà, de orig. Benef. dictum est. Vnde bona Ecclesiastica sunt illa, quæ sunt quæsita ex bonis, & possessionibus Ecclesiasticis, Nauar. in dicto loco, Mon. 23. Immobilia autem bona Ecclesiæ sunt, quæ perpetuo pro Ecclesia conseruanda ad usum personarum Ecclesiasticarum ipsis Ecclesijs fuere attributa, & qui illa alienauerit in damnum Ecclesiæ, uel non seruata forma debita Canonum, incidit in excommunicationem, & deponitur, cap. Sine exceptione, 12. quæst. 2. cap. Non licet, 12. quæst. 2. l. iubemus, C. de sacrosanct. Ecclesi. cap. Nulli licet, de rebus Ecclesi. non alienand. Extrauag. Ambitiosè, eod. tit. Concil. Trid. Sess. 22. cap. 11.

Fructus qui sint Vt clarius eà quæ sequentur intelligantur, præmittendum erit, quod fructus sit omne id, quod ex re percipitur, nō deductis expensis:

A expensis:nam quicquid percipitur ex re, est in fructu, seu reditu, Abb.in cap.Pastoralis,de Dec.num.9. l.si à Domino,§.fructus,ff.de hæred.instit.

dicendi in Beneficialibus.

Attamen,apellatione fructuum, uel prouentuum non uenirent omnia prouenientia ex bonis Ecclesiæ, neque collationes Beneficiorum,neque distributiones quotidianæ, cum fructus illi appellētur, qui reducuntur ad domum etiam absente Domino,Glos.in cap.cum olim, de maior. & obed.Franc.in cap.Generaliter, de elect.lib.6. num.8. Oldrad. in cons.118. num.39. Mend.in Reg.32.quæst.2. Viuius in Opin.114.

Appellatione fructuu quid veniat.

Distributiones quotidianæ stricto modo intelligendæ, non ueniunt sub appellatione fructuum, quia dicuntur reditus censuales, Doct.cap. Licet, de præb.lib.6. Ioan. Andr.in Add.ad B Spec.in Rubr.de concess. præbend. Oldrad. in cons.118.nu.3. ubi redditur ratio, quod distributiones quotidianæ dependent ex incerto fortunæ,quia diuiduntur per singulos dies,& singulas horas, & Bellamera de præb. Decis.6.num.6.

Datur,& alia diuisio fructuum, quia quidam dicuntur Naturales,alij Ciuiles;Ciuiles sunt pensiones domorum,nauium,& similium,quia principaliter nō ueniunt ex reditibus, sed ex prouisione hominum percipiuntur propter rem; Naturalium autē datur alia diuisio,quidam dicūtur purè naturales, quos absque industria natura producit,sicuti poma, pira, cerasa, & similes; l.fructus,ff.de usur.Glos.in l.sequitur,§.fructus,ff.de usucapio. quidam autem dicuntur industriales, circa quos uersatur hominum industria,ut segetes,frumenta, & alij similes,qui nisi semi C nentur,regulariter non colliguntur. Abb.in cap. Grauis,de restit. spoliat. num.3. Menoch. de Arbit. iud. lib.2. Centur. 3. Casu 210.

Ideo dicendum,quod est differentia inter fructus, & Beneficia, nam Beneficia consistunt in mera spiritualitate, fructus in mera temporalitate, Felin.in cap.Ad audientiam, de Rescript. nu.5. Gigas de pensione quæst.28. & quæst.52. num.2. Mend. Reg.12. quæst. 2.

Differentia inter fruct⁹ & Beneficia.

Huiusmodi fructus Ecclesię acquiruntur donatione,legatis, uel simili titulo lucratiuo, uel oneroso, quando ijsdem fructibus sunt empta prædia;sunt quidam alij,qui aliundè acquiruntur Ecclesiæ,ueluti Decimæ,Oblationes,& Primitiæ, & istæ à Deo sunt ordinatæ,quadam naturali æquitate, ut recognoscamus

Modi acquirendi dictos fructus.

mus Deum factorem, & datorem omnium bonorum. Rebuff. A refert in Tract. de Decim. quæst. 1. num. 9. latius infra dicetur de singulis.

De Oblationibus. Vt omnia latius pateant; de singulis tractandum erit, & ab Oblationibus exordientes dicimus quod Oblationes ordinatę fuerunt à Deo, ut in Exodo legitur cap. 3. Non apparebis ante conspectum meum uacuus; & oblatio iusta impinguat Altare.

Sunt autem Oblationes quæcumque de proprijs & licitis rebus à fidelibus offeruntur Ecclesiæ, cap. causa, de uerb. signific. & ibi Glos. & Doctor.

Sub nomine Oblationum contineri omnia quocumque titulo ad Ecclesiam perueniunt, Glos. cum textu, in cap. Cum inter, de uerb. signific. B

Inceperunt autem oblationes tempore Cain, & Abel. Alij dicunt tempore Noe, ut in Genesi 4. & 8. in fine, ubi dicitur: Noe ædificauit Altare Domino, tollens de cunctis pecoribus, & uolucribus mundis, & obtulit illa in holocausta super Altare, & in lib. Numer. cap. 6. ubi habetur, quod Principes Israel obtulerūt munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus, & alia, quæ præcepit Dominus.

Tres sunt species Oblationum; Prima dicitur Donatio rei inter uiuos facta Deo, uel Ecclesiæ; Secunda Donatio causa mortis, sicuti legata; Tertia dicitur usualis, & est illa, quam faciunt fideles, dum offerunt ad Altare, uel ad manum Sacerdotis; Rebuff. de Decim. quæst. 1. num. 27. Socin. & Troil. Maluez. de oblat. in 1. Borg. de Irreg. par. 6. de primit. & oblation. C

Oblationes tertio loco positæ diuiduntur in duas species, quarum altera dicitur defunctorum; Alteræ festiuæ; defunctorum oblationes uidentur de pręcepto, dum Sacerdos est pauper, & qui illas negauerit, uidetur male sentire de resurectione mortuorum, Purgatorio, & salute Animarum, ut asserit Archid. in cap. Qui oblationes, el 1. & 2. 14. q. 2. & refert etiam Borg. in d. tit. num. 9.

De festiuis Oblationibus habetur in cap. Omnis Christianus, de Consecrat. dist. 1. his uerbis: Omnis procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit. Non apparebis in conspectu meo uacuus, in collectis Sanctorum Patrū liquidè apparet, quod omnes Christiani

stiani

A stiani offerre aliquid ex usu Sanctorum Patrum debeant, ad ipsum enim prius est confugiendum, qui nostræ curare possit animę passiones; Verum homines prępostero ordine ante sibi opē ab hominibus accersunt, ubi autē humana subsidia defecerint, tunc opinantur Diuini postulandum fauoris gratiam.

Oblationes dicuntur quęcumque de proprijs, & licitis rebus Ecclesię à fidelibus offeruntur; Ita dixit Paschalis, Can. Sancti Martini, ut in cap. causa, de uerb. signif. his uerbis: Cęterū, Primitię, Oblationes, & Decimę, in solis Ecclesiarum bonis pręcipuè numerantur, Oblationes uerò dicimus, quęcumque de proprijs, & licitis rebus Ecclesię à fidelibus offeruntur; Quicumque igitur eas per potestatem secularem obtinet, proculdubio contra Deum, & sanctorum patrum nititur sanctiones, im B mò, & qui accipit, & qui trahit, raptor, & sacrilegus iudicatur.

Vndè colligitur, quod Parochiani tenentur illas Oblationes soluere, seu dare suo Parocho, quia pro suo populo orare debet 10. quæst. 1. cap. Quia Sacerdotes, & cap. Qui Oblationes, & ibi D. Thom. in 2. 2. quæst. 86. Art. 2. Abb. in cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Pręlat. Ideò Parochiani ad illas dandas pro uictu sui Sacerdotis possunt cogi, secūdum eorum facultatem, secundum D. Thom. in dicto loco, & Abb. in Rubr. de Parochis. Ideò legitur in cap. Statuimus, 16. quęst. 1. his uerbis: Statuimus, ut si quis Oblationes Ecclesię, uel Decimas, quas Populus dare debet tenere contenderit, uel extra baptismalem Ecclesiam dare uoluerit, pręter conscientiam Episcopi, uel eius, cui huiusmodi officia commissa sunt, nec cum eorum uoluerit C agere consilio, bannum nostrū componat, & cōione priuetur.

Ista hoc scilicet modo intelliguntur, quod cap. Omnis, uidetur loqui de illa oblatione interiori, quę consistit in bonis operibus, sic satisfacimus Deo offerendo omnes nostros actus cordis, et sensus, ut ipse dixit: Dilige Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex omnibus uiribus tuis.

Oblationes autem factę Ecclesię donatione inter uiuos, uel causa mortis, postquam fuerunt factę, sunt adimplendę, & necessariò soluendę, in cęteris autem, si Sacerdos esset pauper, ita quod sine oblationibus oneri suo satisfacere non posset, tunc Parochiani cogendi sunt ad offerendum sub priuatione diuini officij; Ita dicit Apostolus, nemo cogitur suis stipendijs militare, vide cap. Cum sit, de simon. Et vbi extaret cōsuetudo, quod

in quibusdam festiuitatibus Parochiani soliti sint certas facere Oblationes, illis neglectis aut non præstitis, possent per superiorem cogi ad illam consuetudinem obseruandam, capit. Ad Apostolica, de simonia.

Casus in quib⁹ Oblationes sint necessariò faciendæ.

Colliguntur ergo quatuor casus, in quibus sunt Oblationes faciendæ necessariò; Primò, Si extaret consuetudo, vt dictum est; Secundò, Si Curatus indigeat; Tertiò, in diebus festiuis, vbi Ecclesia non habet decimas; Quartò, vbi relictum quid fuit in testamento vel donatum, vt refert Rebuff. in d. tract. de decimis, quæst. 1. num. 24. Quia Deus potius offerentis animum, quam ipsum munus respicit, sicut quondam magis respexit ad munera Abel, quam Cain, & præterea hoc munus quod Deo offertur requiritur vt sit immaculatum, & purum, sic legitur apud Ecclesiast. 38. Dona iniquorum non probat Altissimus nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Hoc idem firmat August. in lib. de verbo Domini, Sermone 35. & Gregor. in lib. pręfation. in Iob 6. ait: Scriptum est, quod victimæ impiorum abominabiles Deo sunt, vota iustorum placabilia, neque enim Omnipotentis Dei iudicio quid, sed à quo detur inspicitur: hinc scriptũ est: respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit, vt habetur in cap. In grauibus, 3. quæst. 7. & in cap. Non est putanda, 1. quæst. 1. vbi dicitur: Quidquid enim in Dei sacrificio excellere offertur omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat.

Ideò oblationes opprimentium pauperes, Deo minimè placent, nec publicarum meretricum, raptorum, furum, vsurariorum, aut grauiter delinquentium, nec eorum, qui bona Ecclesiæ inuadunt, ante restitutionem, (ne Ecclesia videatur eorum peccata fouere,) ita in Conc. Carthag. 4. cap. 93. legitur: Oblationes dissidentium fratrum, neque in sacrario, neque in Gazophilatio recipiantur; similiter ex eodem in cap. 94. Dona eorũ, qui pauperes opprimunt, à Sacerdotibus refutanda sunt.

Hoc pariter legitur in cap. Ex transmissa, de Decim. capit. Quia in omnibus, de Vsuris, cap. Miror, 16. quæst. 7. cap. de viro, 12. quæst. 1.

Oblationes factæ imagini cui⁹ sint.

Oblationes factæ alicui Imagini quærebatur cuius essent, an Imaginis, aut Parochi, vel Rectoris Ecclesiæ, vbi est Imago. Felin. in cap. Dilectus, de off. ord. Abb. in cap. Pastoralis, de his

quæ

A quæ fiunt à maio.parte Capit.tenent quod sint Rectoris Ecclesiæ Parochialis, in cuius loco erit imago. & Felin. in num.1. videtur annuere, quod spectandum sit, cuius contemplatione sit facta oblatio, ita etiam dicit Maluezz.in tract. de Oblat.in penult.quæst.& Soc.eod. tractatu in 13.lib. sic factæ imagini depictæ in pariete domus alicuius secularis, Abb. & Felin. in dictis locis, videntur sentire quod sint Parochialis Ecclesiæ, latè etiam declarat Dec.in cons.148. Si imago esset in aliquo oratorio, cederent Oratorio; ego verò non discederem ab illa distinctione, quam ponit Socin. in dicto loco, quod uidendum erit, cuius contemplatione sint factæ oblationes, & in dubio haberet locum doctrina Abbatis, in d.cap.Pastoralis.

Laici tenentur facere Oblationes, et nō possūt à Clericis recipere.

Oblationes autem nunquam Laici recipere debent à Cleri-B cis, nec aliqua in hoc consuetudo esset admittenda, & quæ si extaret, esset potius abusus, quam laudabilis consuetudo, nam tales prætendentes à Clericis Oblationes, sunt excommunicandi, ita dixit Hieronymus in Epistola ad Damasum Papam, de oblationibus Altaris, his verbis: Quia Sacerdotes pro omnibus orare debent, quorum eleemosinas, & orationes accipiunt, qua fronte pręsumunt laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel comedere, vel alijs concedere, cum ipsi non debeant ex officio suo pro populo orare; ob hoc Papam gloriosè mittere oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, ut & cæteri metum habeant, & amplius hæc in Ecclesia ne fiant. De his vide cap. Antiquos, cap.Quia Sanctorum, 10. quæst.1. & omnis consuetudo contraria subla-C ta fuit in Concil. Aurelianen. cap.16. vide etiam Ioan. Andr. in cap. Inquirendum, de pecul. Cler. Rebuff. in dicta quæst.1. num.28.

Limitatur huiusmodi opinio, quod ex causa Laici possunt recipere Oblationes à Clericis ad tempus, si causa sit pia ad fauorem Ecclesiæ, uel animæ salutem. Dec.in d. cons. 148. num.3. Præposit.in cap.Altare, 1.quæst.3.Rebuff.in dicto num.28. Attamen Laicis in similibus casibus, nec licet accipere tales oblationes ex propria autoritate, sub quouis prætextu, sed Sacerdoti conuenit illas dispensare inter pauperes, uel in casibus ubi causa pia subest, Host. & Goffred.in Summa, de oblat. Syluest. in Summa, in uerbo, Decimæ, quæst.3.num.5.per D.Thom.in 2.2.quæst.86.

De Oblationibus Candelarum.

Consuetudo autem introducta in Italia, per quam in festo A Purificationis Beatæ Virginis Laici recipiunt oblationes Candelarum benedictarum à Sacerdotibus, talis Consuetudo erit seruanda, quando concurrent ista; Primò, quando ex istis oblationibus Ecclesia nullum damnum pateretur, & populus ad deuotionem excitaretur, secundũ Frider. de Senis, in cons. 155. & hoc intelligendum venit quantum ad unam candelam pro quolibet, aliàs Ecclesiæ esset damnosum, cap. 2. de rebus Ecclesiæ non alienand. lib. 6. quia esset tributum debitum ab Ecclesia laicis; Vnde laici exigere non possunt, quia nullum ius habent cõtra Ecclesiam, sed bene recipere possunt spontè oblatas candelas, ut ad deuotionem excitentur, nec Episcopus potest cogere Sacerdotes ad dandum, ex Syluest. in uerbo, Decima, num. 7. quæst. 5. & Dec. in d. Cons. 148. num. 3. B

Quapropter à Prælatis nonnullis prouisum legi in eorum Synodis, quod uolentes laici recipere Candelas, ad Ecclesiam accedant, & de manu Sacerdotis deuotè recipiant, iccirco consuetudo usitata quod ad domos deferantur, non est laudabilis, eo quod hoc modo quasi uidentur laici exigere tributum ab Ecclesia, quod tolerandum non est, & in hoc casu loquitur Hieronym. de quo supra dictum fuit, & talis non usus sed abusus est, qui punitur, cap. Vbi istæ, dist. 74. & cap. Priuilegium, 18. quæst. 3. sed uoluntariè oblatas candelas Laici possunt recipere, cap. quæsta, 13. quæst. 2. cap. Postquam, 18. dist. & nec potest aliquis præsumere quod Ecclesia sit constructa sub hac tributaria conditione, quia à lege prohibitum est, cap. Si quis Basilicam, de Consecr. dist. 1. C

Oblationes Cõfraternitatibus Laicorum quomodo concedãtur.

Fraternitatibus Laicorum & Societatibus permittuntur fieri Oblationes in eorum Oratorijs, dummodò tales in utilitatẽ Ecclesię conuertantur, nõ autem singulorum de societate; Possunt etiam laici nomine Ecclesię recipere, dummodò habeant ministerium, ex eod. Abb. in d. cap. Pastoralis. Felin. in cap. Dilectus, Dec. in cons. 148. num. 3. Oblationes, quę fiunt Altaribus Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctę Marię Rotundę, à laicis recipi non debent, sub Anathematis pœna; Verba Calixti Papę in capit. Sanctorum, 10 quęst. 1. sunt ista: Sanctorum Patrum Canonibus consona sancientes, Oblationes de Sacratissimo & Reuerendissimo Altari Beati Petri, & Saluatoris, & Sanctæ Marię Rotundę, aut alijs Ecclesiarum Altaribus,

A taribus, siue Crucibus à laicis auferri penitus interdicimus, & sub districtione Anathematis prohibemus, & Ecclesias à laicis incastellari, aut in seruitutem redigi, autoritate Apostolica prohibemus. Hæc ille; Ex quibus habetur, quod Laici oblationes exigere non possunt. In talibus oblationibus Deus respicit uoluntates offerentium; ideo semper melius, & dignius esset Deo offerendum, ut propensum, & deuotum animum ostendamus: nam indignum est offerre Deo, quod dedignatur homo. Hieronym. in cap. 5. Amos Prophetę ait: Non Sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita causasque diiudicat Deus: quia Dominus, non ea, quę offeruntur, sed uoluntatem respicit offerentium; Idem dicit Gregor. ut in cap. Scriptum, 14. quęst. 5.

Requisita in vera Oblatione.

B Ad hoc, ut vera dici possit Oblatio tria potissimum requiruntur, nimirum, vt ille qui munus offert, sit Christianus, quia ab infidelibus non recipitur quidquam, nisi inquantum occupat locum Christiani, cap. quanto, §. Hac ead. pœna, de Vsuris, his uerbis: Hac eadem pœna Iudęos decernimus compellendos ad satisfaciendum Ecclesijs pro Decimis, & Oblationibus debitis, quam à Christianis de Domibus, & possessionibus alijs percipere consueuerunt; antequam ad Iudęos quocumque titulo deuenissent, & sic Ecclesiæ conseruentur indemnes; Vndè dicit ibi Abb. num. 5. quod Iudęi tenentur soluere Decimas, & Oblationes, de bonis, & domibus stabilibus, quę possident, iuxta onus, quod habebant illa bona tempore quo possidebantur à Christianis, & consuetudo ut plurimum talem causam termi-
C nat, ut ibi, & Oldrad. in cons. 91.

Secunda Conditio est, quod talis Oblatio detur Ecclesię, non autem priuatę personę, quia tunc illud esset donum, non Oblatio, nec datur Clericis qui habitum dimiserunt; Clem. Quoniam, de uita & honest. Cler. Syluest. in uerbo, Decima.

Tertiò, quod oblatum sit de licitè acquisitis, Vnde non recipiuntur Oblationes de acquisitis per Vsuram, neque furto, & arte meretricia, uel aliter illicita, Archid. in cap. Non est, in fine, 1. quęst. 1. uide cap. Oblationes, cap. Eorum, dist. 90. & cap. Ex transmissa, eod. cap. Quia in omnibus, de Vsuris, & refert etiam perplures Rebuff. de Decimis, quęst. 1. num. 31.

Est & alia species Oblationum quæ dicuntur primitię, quasi primi fructus terrę in eo anno recollecti, ideò dicitur, quod pri-

mitię sunt prima pars frugum, siue fructuum Domino offerenda, pro prima declaratur dignitas recognoscendi Dominum in diuino cultu, quia offerebantur per modum oblationis. D. Thom. in 2.2. quęst. 86. Doct. in cap. 1. de Decimis, Rebuff. de Decim. quęst. 1. Flor. 3. par. tit. 12. cap. 2. Syluest. in uerbo, Decima, nu. 1. Berga. de irreg. in tit. de primit.

De Primitijs. Fuit à Domino ordinatum, vt primitiæ traderentur, dum dicitur in Exod. 23. Primitias frugum terræ tuæ deferes in Domum Domini Dei tui.

Quæ non solum dabantur ab hominibus in veteri lege, ut à Populo Dei, sed etiam à Gentilibus, ut refert Plinius in lib. 18. cap. 2. Hist. & Romani non gustabunt vina aut nouas fruges, prius quam Sacerdotes primitias libassent; & Athenienses Apollini dabāt primitias Crinium cum ex Ephebis excessissent, ad exemplum Thesei, qui post suam pueritiam primas comas, quas primo tondit Phœbo, & Æsculapio, aut Libero in primitias obtulit. Alex. geneal. dierum lib. 5. cap. 18. In veteri testamento Abel fuit primus, qui obtulit Domino primitias de bonis suis; & Exod. cap. 23. præcepit Deus primitias offerri, ex Rebuff. in dicto loco, de Decim.

De quantitate Primitiarū. Quantitas autem non reperitur terminata in libris Moysis, sed Hieronym. super Ezechiel. dicit, quod ex maiorum traditione inductum fuit, vt maior pars Primitiarum esset quadragesima, minor sexagesima, & erat in arbitrio soluentis, dare maiorem, vel minorem partem de fructibus terræ; De Animalibus autem dabant primogenitum tantum, quamuis alij dicāt, quod de ducentis daretur vnum, & qui tot animalia non habebat, dabat æstimationem pro pretio; alij quod de centesimo numero daretur vnum, sed in hoc, cum nil sit determinatum in Iure, stādum erit consuetudini. Abb. in cap. 1. de Decim. Goffr. de Decim. num. 25. Rebuff. in d. quæst. 1. num. 17. Berg. de Primit. Flor. in d. cap. 2.

At si extaret consuetudo, quod primitiæ non darentur Deo de frugibus terræ, non valeret, nec excusaret à peccato, quia inducitur ingratitudo contra Deum, qui abundanter nobis dona concedit; unde ne eius benignitatis obliti uideamur, tales primitias sic de Iure naturæ soluere tenemur, ut benefacienti benefacere debeamus. Rebuff. in d. q. 1. num. 21. per And. Hispan. in Reg. 10. quæst. 8.

A Attamen in his notandum, quod primitiæ non sunt exigendæ, quia Deus illas non vult, nisi spontè oblatas; vt legitur Exod.25. Vbi Dominus loquens Moysi dixit: Loquere filijs Israel,ut tollant mihi primitias ab omni homine qui offert ultroneus accipiẽtis eas. Hec ille, quia hilarẽ datorem diligit Deus. Vnde uidetur, quod primitiæ sint uoluntariæ, & nõ necessariæ, & sic de consilio, non de præcepto: sed tunc diceretur de pręcepto deberi, quando extaret consuetudo; Ita declarant allegati scriptores, Florent. in d.cap.2. Rebuff. quæst.1. Syluest. in uerbo, Decima.

Dicerem autem omnes fideles vinculo naturalis dilectionis erga Deum teneri ad primitias soluendas, ex quo uox Dei talem datorem dilexisse ostenditur, ut habetur in cap. Christianis, 11.quæst.1. & capit. Quia tua, 12. quæst.1. tenemur etiam omni lege seruire Deo, non tantum lingua, sed animo & corpore, & tota substantia, quæ sua est (vt ipse dicit) mea est terra, & omne quod ambitu cæli continetur cap. Cui portio, 12.q.1. & cap.charitas, §.ille, in fine, de pœnit. dist.2. Vnde nulla lege homo excusatur quod primitias retinere possit, cũ scit esse gratum Deo, ne amorem suiipsius anteponat dilectioni diuinæ, cum ueritas dicat: Qui non renunciauerit omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulus. Hoc ergo postulat Christiana charitas, ut grati Deo esse possimus. Vide Sot. de Iust. & iure lib.9. quęst.3. art.4.

De Decimis.

Decimę similiter à Deo sunt ordinatę in signum uniuersalis dominij principaliter, sed secundariò pro uictu ministrorum Ecclesiæ, & fuerunt sublatę alię possessiones, ut in lib. Num. cap.18. dicitur his uerbis: Afferte omnem Decimam in horrea mea, ut sit cibus in domo mea. Super quibus uerbis dicit Hieronym. Sciatis uos perdidisse abundantiam, quia fraudastis me parte mea, reddatis igitur mea, & ego restituam uobis uestra.

Causæ institutionis.

Ex Malachia cap.3. habetur: Inferte omnem decimam in horreum meum, ut sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus.

Ideo dicit Rebuff. in d.tract. de Dec. quęst.2. num.2. quod hoc fuit etiam obseruatũ à Pharaone, qui tempore quo fames erat in terris Ægyptiorum, ne possessiones Sacerdotum alienarentur, ex publicis horreis prębuit illis statuta cibaria ex Genes. 47.

Augu-

Augustinus dicit: Si Decimam dederis, nō solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam & sanitatem corporis, non enim Deus pecuniam postulat, sed honorem. A

Ioan. Eckius in Enchirid. de Decimis ita dicit: Principes Germaniæ ideo ditissimi fuere, & Carolus Rex fuit effectus Imperator, & nuncupatus cognomento Magnus, quia semper Ecclesiam augere diuitijs curauerunt; At versa vice Iulianus Apostata, qui tamquam auro insatiabilis, Christianos, & Dei Ecclesias spoliabat, in florēti ętate triginta, & duos annos agēs, in primo anno sui Imperij decessit. Heliodorus suæ ingluuiei multas plagas sustinuit, quia Ierusalem Templum Dei deprædatus fuit. Hæc ille; at omissis exemplis, quæ innumera sunt, hoc vnum tenendum esse, Decimas esse gratissimas Deo. Bellar. in Tomo 2. lib. 1. de Cler. cap. 25. & seq. B

Tertia causa institutionis Decimarum est, vt Sacerdotes, & ministri Dei, qui diuino cultui ascripti sunt, illis se sustētare possint, vt in 2. Paralipom. cap. 13. & refert Rebuff. de Decim. q. 2. num. 3. quod imperauit Ezechias populo habitanti Ierusalem, vt darēt partes Sacerdotibus, & Leuitis, ut possent vacare legi Dei, ita dixit Paschalis in cap. decimas, 16. quæst. 1.

Quarta, propter Ecclesiæ, vel ædium constructionem aut reparationem, vt Gelas. in cap. Concesso, 12. quæst. 2. Reditus, & oblationes fidelium in quatuor partes diuidat; quarum vnam Episcopus sibi ipsi retineat, alterā Clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis tertiam, quartā pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam. Idem dicit August. in cap. mos est, 12. quæst. 2. C

Quinta, propter pauperum hospitium, & peregrinorū, sicuti supra dictum est in cap. Vobis, cap. Concesso, cap. Mos est, 12. quæst. 2. quod Decimę, Oblationes, & singuli fructus Ecclesiæ, in illas partes diuiduntur, vnde refert Rebuff. in d. quæst. 2. num. 6. ex verbis Alphon. Lepona in lib. Genes. cap. 21. in fine, his verbis: Legimus etiam Abraham hortum plantasse iuxta puteum Iuramenti, quem Hebræi Bersabaa vocant: Hortum inquam plenum optimis fructibus, & peregrinos suscepisse hospitio, quibus gratis necessaria omnia concedebat; nihil aliud pro pretio exigens, quam vt scilicet orbis conditorem agnoscerent, venerarentur, ac timerent. Rectorem cæli, & terræ, cuius donum esset quicquid comedissent, vel bibissent; sicque

in vera

A in uera Religione institutos; & ad uitæ melioris instituta conuersos, dimittebat, ex quibus charitas hospitandi peregrinos, qualis esse debeat elicitur. Ideò dixit Hieronym. Damaso Papæ: Quoniam quicquid habent Clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent, & similia, ut in capit. fin. 16. quæst. 1.

Sexto, Decimæ etiam dantur tanquam Oblationes pro Sacrificijs, quæ offeruntur à Sacerdotibus in celebratione Sacramenti Altaris, iuxta cap. Cum secundum, de præbend. qui Altari seruit, de Altari uiuere debet, ut ait Apostolus, 1. Corinth. 9. Ideo Clerici qui Altari seruiunt, de Patrimonio Iesu Christi uiuere debent, cuius obsequio deputantur, & similia, in d. cap. B Cum secundum, & legitur in lib. Num. cap. ult.

Quare dētur decimæ.

Quare autem potius decimam partem, quam aliam sibi Dominus reseruauit, refert inter alios Rebuff. in d. tract. quæst. 2, num. 8. quia sicut numerus denarius significat perfectionem, & est omnium numerorum complementum, & finis; sic Deo debentur primitiæ, tanquam ab eo principium omnium iustorum operum incipiat, & in eo finiantur nostræ actiones, quæ per alios numeros designantur.

Decimas autem Dominus ordinauit soluendas esse, quæ debentur, & naturali, & positiuo Iure, naturali quidem, quia, qui suetit commodum, debet etiam sustinere onus, & cum Deus omnia nobis affluenter largiatur, condecens est etiam ut de beneficijs acceptis gratias referamus. D. Thom. in 2. 2. q. 87. & in C quodlib. 2. art. 8. & quodlib. 6. art. 10. & cap. 1. de Decim. ex dicto D. Hieronym. super Ezechielem. Florent. 3. parte, tit. 14. cap. 3. §. 3.

Dominus iussit dari sibi Decimas, ut legitur in Leuit. 27. omnes Decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt. Malach. 3. conquerens sub Domini persona dicebat. Si affliget homo Deum quia uos confixistis me? & dixistis, in quo confiximus te? in Decimis, & in primitijs. Et in penuria uos maledicti estis: & me uos configitis gens tota: Inferte omnē Decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea & probate me super hoc, si non aperuero uobis cataractas cæli & effudero uobis benedictionem usque ad abundantiam.

In lib. Num. 18. dicitur: Filijs autem Leui dedi omnes decimas

mas Israelis in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in Tabernaculo fœderis, (& infra) nil aliud possidebunt, Decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessaria separaui. A

In Deuteron. 18. dicitur: Non habebunt Sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui de eadem Tribu sunt partem, & hæreditatem cum reliquo Israel, quia Sacrificia Domini, & Oblationes eius comedent, & nil accipient de possessione fratrum suorum.

In Exod. cap. 22. habetur: Decimas tuas & primitias nō tardabis offerre. Et in Deut. 14. Decimam partem separabis de omnibus fructibus tuis, qui nascentur in terra.

In lib. 2. Paralipom. cap. 31. Vbi primitias obtulerunt primi frumenti, uini, & olei, mellis quoque & omnium, quę gignit humus Decimas obtulerunt. B

Quare dētur decimæ.

Tobias in 1. Fideliter offerebat Decimas, & Primitias. Ecclesiast. cap. 35. In exultatione sanctifica Decimas tuas, & his plena est scriptura sacra.

Habemus etiam exempla Sanctorum Patrum. Vt in Genes. 14. Abraham obtulit Decimas Melchisedech Sacerdoti, de acquisitis in bello contra illos Reges, in Genes. 28. Iacob promisit Deo dare Decimas cunctorum, quæ sibi Deus conferret. Legitur etiam in nouo testamento, quod Decimę debeantur. Luc. 18. Do Decimas omnium, quæ possideo. Matth. 23. Væ uobis qui decimatis Mentam, & Anetum, & similia. Hoc idem dixerunt Hieron. in cap. Reuertimini, 16. quæst. 1. August. in cap. Apostolicæ, & cap. Decimas, 17. quæst. 7. Gregor. & Ambr. in cap. Quicumque, 16. quæst. 7. & in cap. Decimas, ibidem, 16. q. 1. & cap. Decimas, cap. In aliquibus, cap. Cum sint, & per totū Tit. de Decimis, & ibi Scribentes; habetur ex his, quod Decimæ sunt institutæ de Iure Diuino, Innoc. in capit. fin. de Paro. Card. in cap. In aliquibus, de Decimis, Alex. cōs. 66. lib. 4. & est Communis opinio, ut refert Capra, in Reg. 98. Bursat. in cons. 50. lib. 1. num. 9. Menoch. cons. 9. lib. 1. num. 11. Salernit. par. 3. ca. 16. nu. 2. Rebuff. de decim. quæst. 2. D. Tho. in 2. 2. quæst. 87. Flor. 3. p. tit. 4. cap. 3. Sot. de Iust. & iure, lib. 9. quæst. 4. Artic. 1. ubi concluditur, quod Decimarum solutio debetur ex præcepto Iuris Diuini, Naturalis, & Humani, ut sustententur ministri Ecclesiæ sumptibus populi, & hoc naturalis Iuris est; in lege autem ueteri sub moralium numero comprehenditur; quo C

ad par-

A ad partem uerò debitam, Iuris positiui est.

Ideò damnãtur vt hæretici, tenentes, quod Decimæ debeantur vt simplices eleemosinæ, vel quod non debeantur Sacerdotibus, cum vt probatum fuit, dari debeant ex Iure diuino, Naturali, & positiuo. Alphon. de Cast. de iusta hæretic. punit. lib. 1. tit. de Decim. in princip. Eckius Tit. 37. de Decimis. Sebast. Medic. in Summa, in verbo, Decimæ. per Diuum Thomam 2.2. quæst. 87. Art. 1.

Hoc etiam intelligitur tam de Decimis prædialibus, quam personalibus, & est Communis, vt refert Camillus Berill. in Spec. Princip. Rub. 13. de Decimis, in §. tractemus, in verbo, suæ additioni, per Innoc. in d. cap. fin. de Paroch. Rot. in antiq. Decis. 25. & hoc ex verbis Deut. cap. 12. Offeretis Decimas, & B primitias manuum vestrarum. Et per Hostiens. de Decim. quod nõ soluentes Decimas, peccant mortaliter, quia transgressores sunt diuinæ & humanæ legis, & Iudicij contumaces reperiuntur, vnde excommunicari possunt recusantes soluere. Clem. dispendiosam, de Iudicijs, cap. Ex parte, 16. quæst. 7. & ex Conc. Trid. Sess. 25. cap. 12. de Reformat. Quod autem omnes teneantur, habetur in cap. Ex parte, & cap. Cum non sit, de Decim. cap. Decimas, 16. quæst. 7.

Et licet in aliquibus locis Ecclesiæ essent diuites, ita quod Sacerdotes administrantes diuina, non indigerent Decimis, tamen non liberantur populi à Decimis, ut refert omissis alijs, Bellug. in dicto loco, num. 88. Crederem autem illos excusari à peccato mortali, ex quo cessat causa solutionis, & impositio- C nis. D. Thom. in 2.2. quæst. 87. & in p. 2. quæst. 99. Art. 4. quia cessant Cæremonialia, & Iudicialia.

Attamen audi, quæ dicit August. in Sermone 119. de quo in cap. Decimæ, 16. quæst. 1. his verbis: Decimæ tributa sunt egentium animarum, quod si Decimas dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis, & animæ consequeris; Non igitur Dominus Deus præmium postulat, sed honorem; Deus enim noster, qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam; sed si tardius dare peccatum est, quanto peius est non dedisse? De militia, de negocio, & de artificio redde Decimas. Cum enim Decimas dando, & terrena, & cęlestia possis præmia promereri, quare pro auaritia duplici benedi-

ctione

ctione fraudaris? Hæc est enim Dei iustissima consuetudo, vt A si tu illi Decimam non dederis, tu ad Decimam reuoceris. Dabis impio Militi, quod non vis dare Sacerdoti. Benefacere semper Deus paratus est, sed hominum malitia prohibetur. Decimæ enim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas inuasit. Et quanti pauperes in locis suis, ubi ipse habitat; illo Decimas non dante, fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante tribunal æterni Iudicij apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis usibus reseruauit; Qui ergo sibi, aut præmium comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat Decimam, etiam de nouem partibus studeat eleemosinam dare pauperibus. Hæc ille. Ex quibus clarè declaratur, quantum debeamus Deo, & obligati simus ei soluere Decimas. B

Decimarum species.

Decimarum autem species erant plures in veteri testamento; Prima dum populus dabat Decimas Leuitis de omnibus frugibus, ut in Exod. cap. 22. & Leuit. cap. fin. de his legitur in cap. 1. de Decim.

Secũda species erat illa, quam dabant Leuitę Sacerdotibus, & Summo Pontifici Aaron, ut in lib. Num. cap. 18. et dicebatur panis propositionis, Glos. in cap. his, 13. quæst. 1.

Tertia erat illa, quæ conseruabatur in horreis, vt comederetur in vestibulo Templi, ut in Deuter. 14. & 18. nam mos erat, quod populus ter in anno accederet solenniter ad Templum in Ierusalem, & in eius vestibulo conuocabat Leuitas, & Sacerdotes Templi ad conuiuium, & erat decima de alijs nouem partibus remansis. cap. Ecclesias, §. his, 13. quæst. 1. & cap. 1. de Decim. in cuius locum hodie succedunt anniuersaria munera. C

Quarta species erat, de residuo populus dabat partem pauperibus, Deut. cap. 26. Quando compleueris Decimam cunctarum frugum tuarum, anno Decimarum tertio dabis Leuitæ, et Aduenæ, & Pupillo, & Viduæ, ut comedant intra portas tuas & saturentur. de his vide Salern. in d. tract. p. 3. cap. 16. num. 3. & Bellug. in d. §. tractemus, num. 10.

Tales erant species Decimarum in ueteri lege, quæ in noua non seruantur, excepta prima, quæ datur Sacerdotibus à populo, at ista subdiuitur in alias species, hoc est, quod quædam dicuntur prædiales, quædam personales, quædam uero mixtæ; datur etiam alia generalis diuisio; quædam dicuntur spirituales,

quædam

A quædam temporales, quia Temporales sunt Primitiæ, & Oblationes, quia dantur Deo in recognitionem Dominij, & subiectionis, & pro laboribus spiritualibus, quos Sacerdotes patiuntur, dum procurant salutem Animarum. Aliæ dicuntur spirituales, quia dantur de omnibus diebus totius Anni, sicuti sunt dies ieiuniorum Quadragesimalium & his similia, quibus temporibus debemus maiori cura seruire Deo, quoniam sunt dies Domini. cap. Quadragesima, de consecr. dist. 5. Goff. de Decim. nu. 2. Florent. in d. par. 2. cap. 3. tit. 4. Rebuff. de Decim. q. 3. num. 9. Bellug. in d. §. tractemus, num. 12.

Alia species dicitur Decima substantialis, quæ ex substantia hominum debetur, & ista sic describitur. Decima est omnium iustè quæsitorum pars Deo debita. capit. Tua, de Decimis, & B Goff. & Rebuff. in citatis locis, Deus qui dignatus est totum dare, Decimam dignatur recipere, non sibi, sed Clericis profuturam, ex d. cap. Decimas, 16. quæst. 1.

Quædam Decimæ debentur à Sacerdotibus Summo Pontifici, & tales tunc soluuntur de bonis Ecclesiæ, quando Pontifex illud mandauerit: attamen hoc Papa numquam committit, aut ordinat exequendum, nisi quando aderit causa urgens, ut ad defensionem fidei, & utilitatem totius vniuersalis Ecclesiæ, ad tempus duntaxat, non autem perpetuò, veluti per tres uel sex Annos, & tunc Papa vtitur plenitudine suæ potestatis, non autem ordinaria; Rebuff. de Decim. quæst. 3. num. 3.

Hoc enim videtur inductum ad exemplum antiquæ legis, ut lib. Numer. cap. 18. legitur, vbi Dominus præcepit Leuitis, his C verbis: Pręcipe Leuitis atque denuncia, Cum acceperitis Decimas à filijs Israel quas dedi uobis, primitias earum offerre Domino idest Decimam partem Decimę, ut reputetur uobis in oblationem primitiuorum, & paulo post: Date ea Aaron Sacerdoti. Hęc ille.

Papa quādo imponat Decimas.

Pontifex ergo secundum Abbatem in cap. Nouum genus, de Decim. num. 9. dicit, quod non potest de iure ordinario imponere tales decimas Ecclesijs, sed sic de plenitudine potestatis, quia in Iure non reperitur hoc ordinatum, ideò non imponuntur sine causa, & per triennium, vel simile breue tempus, vt ibi. Vide etiam Hostiens. in d. tit.

Rebuff. autem d. quæst. 3. num. 4. plura proponit consideranda in tali impositione, videlicet.

Primò

Primo quod Papa præcipiat, & non alter, quoniam ab alio A non imponitur, qui autem talia ausus fuerit, est excommunicatus, cap. Clericis, §. 1. de imm. Eccl. lib. 6.

Secundo, quod seruetur forma Concilij Constantiens. Sess. 43. his verbis: Præcipimus, & mandamus Iura, quæ prohibent inferioribus à Papa Decimas, & alia onera Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis imponi, districtius obseruari; per nos autem nullatenus imponantur generaliter super totum Clerum, nisi ex magna, & ardua causa, & vtilitate vniuersalem Ecclesiam concernente, & de consilio, & de consensu, & subscriptione fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, & Prælatorum, quorum consilium commodè haberi poterit, nec specialiter in aliquo Regno, vel Prouincia inconsultis Prælatis ipsius Regni, vel Prouinciæ, & ipsis non consentientibus, vel eorum maiori B parte, & eo casu per personas Ecclesiasticas, & autoritate Apostolica duntaxat leuentur.

Tenentur autem hodie ad istas decimas Papales omnes beneficiati, & qui Decimas exigunt ab eorum Parochianis, & Populo, quia super decimis imponitur, qui ergo illas non exigit, non grauatur, Rebuff. in d. q. 3. num. 4.

Vnde dicendum, quod ad Decimas Papales teneantur omnes beneficiati de fructibus beneficiorum; Quapropter hospitalia regulariter non grauantur, secundum Clem. 1. de Decimis, & ibi Glos. & Felin. in cap. De quarta, de præscript. num. 18. & Extrauag. Com. Bonif. VIII. de Decim. Intellige in parte pro hospitalitate seruanda.

Necnon talis solutio debet fieri secundum monetam cur- C rentem talis temporis, & taxationis factæ, ex d. Clem. fin. de Decimis.

Quapropter declarãtur in d. Extrau. Com. de Decimis, (Declarationes) de quibus prouentibus beneficiorum soluẽdæ sint Decimæ, veluti de syluis, piscationibus, venationibus, nil soluitur si talia vendi non sint solita, ita quod fructus nullus, nisi quotidianus vsus Ecclesiæ acquiratur; Idem dicendum de pascuis, herbagijs, & similibus, vt ibi latius.

Soluuntur ergo de omnibus prouentibus, & fructibus beneficiorum, & deducuntur expensæ debitæ in taxatione pro exactione fructuum factæ, & veri valores sunt assignandi beneficiorum, fraudantes incidunt in excommunicationem latæ sen-

tentiæ,

A tentiæ, vt in d. Clem. 1. & Extrauag. 1. Com. de Decimis, & semel taxatæ, licet postea augeantur fructus, amplius taxari non debent, vt in d. Clem. fin. de Decim.

De Redditibus deputatis pro fabrica, necnon de Oblationibus quas recipiunt personę Ecclesiasticæ ratione Ecclesiarum, aut pro sepulturis, ac pœnitentijs, & distributionibus quotidianis, secundum Glos. in d. Clem. 2. de Decim. non soluuntur, sed contrarium seruatur, quia de omnibus prouentibus spectantibus ad Clericos beneficiatos, Decimæ Papæ soluuntur, & ita practicatur. Matth. de Afflict. de Cõst. Regn. Quanto cęteris. & attenditur, quod Pontifex ordinat in talibus exactionibus, Sot. de Iust. & iure, in d. lib. 9. q. 4. art. 2. & art. 4.

Quæ Decimæ debeantur Episcopis.

Sunt aliæ Decimæ, quæ pertinent ad Episcopos, nam olim B dabatur Episcopis quarta pars omnium Decimarum ab eorum Ecclesijs, vt in cap. Quoniam, de Decim. & ibi Doct. & Glos. in cap. Dudum, eod. titulo, & cap. Vobis, de priuileg. cap. Concessio, 12. quæst. 2. & ex Concil. Aurelian. vbi ita dicitur: De his, quę parochijs, in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs, quicumque fideles obtulerint, antiquorum Canonum statuta seruentur, vt omnia in Episcopi potestate consistant; De his tamen, quæ Altario accesserint, tertia pars fideliter Episcopis deferatur. Vide etiam cap. Vobis, capit. Quicumque, cum seq. 12. quæst. 2. & quando Episcopi retinent Quartam, tenentur & ad fabricam Ecclesiæ, aliàs illam recipere non possunt, vt in 10. q. 1. cap. 1. Vide etiam Abb. in d. cap. Quoniam; At, hodie attenditur consuetudo, vt suprà in principio huius partis dictum est. C Doctor. in cap. De Quarta, de Præscript. capit. Conquerenti, de Decim.

Debebatur etiam Episcopis Decima, ex causa funeralium, ut duo solidi de Quarta debita Ecclesiæ Parochiali, & sumpta fuit causa ex vsu populi Israelitici, qui solebat Decimam fructuum reponere in horrea, quam comedebat, ut dictum est, in vestibulo templi cum Leuitis, & Sacerdotibus, & super hoc dictum est Glos. in cap. Ecclesias, 13. quæst. 1. Abb. in cap. 1. & cap. Conquerenti, de offic. ord. & cap. Officij, de testamentis, & cap. fin. eod. tit.

De Iure itaque Episcopis debetur Quarta Decimarum, Oblationum, & funeralium, de omnibus legatis pijs factis Ecclesiæ, quæ Episcopi exigere possunt, Abb. in d. cap. officij, de testa-

mentis, & ibidem Couuar. & Doct. in dicto cap. De quarta, de A Præscript.

Hodie autem seruatur consuetudo, quæ concedit ius exigendi Quartam, vel aliam certam quantitatem pro funeralibus ab Ecclesijs Parochialibus, & habentibus sepulturas. Abb. & Felin. in d. cap. De Quarta, Couuar. in d. cap. Officij, & ibi etiam Abb. Rebuff. de Decim. quæst. 7. nu. 7. cum seq. Syluest. in Summa, in verbo, Canonica portio. Abb. in cons. 26. lib. 2. num. 5.

Exigunt Episcopi Cathedraticum, & charitatiuum subsidium, cap. cum Apostolus, de Cons. cap. Conquerenti, de offic. ord. & tale subsidium postulatur, dum fuerint in aliqua necessitate, ut supra dictum est, de Episcopis.

Concluditur autem, quod hodie Episcopi non exigunt, nisi Decimas, & Quartas debitas secundum consuetudinem suæ B Diœcesis, secundum Abb. & Felin. & alios script. in d. cap. De Quarta, & cap. Officij, & ibi Couuar.

Episcop⁹ nouas decimas imponere nō potest.

Nouas Decimas sine autoritate Summi Pontificis Episcopus imponere, non potest: nam si id faceret, incurreret in excommunicationem, vt in dicto cap. Clerici, §. 1. de imm. Eccl. lib. 6.

Quæ decimę debeātur Sacerdotibus.

Modo dicēdum erit de Decimis, quæ debentur à Populo Sacerdotibus; & istæ sunt in triplici differentia, quædam sunt prædiales, quædam personales, quædam mixtæ.

Diuisio Decimarum.

Prædiales sunt illæ, quæ ex fructibus prædiorum debentur, cap. 1. cap. Ad Apostolicam, cap. Peruenit, de Decim.

Personales, quæ Deo ex propria persona præstari debent, ut bonæ operationes, & obseruationes præceptorum Dei, necnō, C quæ præstantur ex acquisitis artificio, industria, & ex similibus licitis actionibus, cap. Ad Apostolicam, de Decim. Innoc. in d. cap. fin. de Decim. Abb. in d. cap. In aliquibus, eod. tit.

Mixtæ componuntur ex prædialibus, & personalibus, capit. Commissum, de Decim. Goffr. & Host. eod. tit. Abb. in Rubr. & cap. 1. de Decim. Rebuff. de Dec. quæst. 3. num. 30. & 33. Bellug. de Decim. §. tractemus, Rubr. 13. 16. Borell. Flor. 2. par. tit. 4. cap. 3. §. 3.

Decimæ quid sint.

Decimæ ergo ita describuntur; Sunt omnium bonorum licitè quæsitorum pars Deo, diuina constitutione, debita. Goffred. de Decim. num. 1. Rebuff. in d. tract. quęst. 4. num. 1.

Qui teneantur ad

Decimas prædiales tenentur soluere omnes, tam nobiles, quam

A quam ignobiles, & Prælati de bonis patrimonialibus in Ecclesia vbi prædia sita sunt, cap. A nobis, cap. Tua, de Decim. capit. Decimę, 16. quęst. 1. Innoc. in cap. 2. eod. tit. & ibi Abb. Felin. in cap. Causam, de Præscript. Card. in Cons. 88. num. 7.

Decimas Prædiales et qui ad Personales.

Ad personales tenentur omnes, Laici, & Clerici, qui à semet ipsis Sacramenta non recipiunt, ut faciunt Sacerdotes; sic Canonici decimas soluunt de bonis patrimonialibus, nisi sint decimati illi Ecclesię cui inseruiunt, ex quo ab illis Ecclesię Rectoribus tenentur recipere Sacramenta, Host. Imo. & Abb. in d. cap. 2. de Decim. & cap. Nobis, cap. Tua, eod. tit. Rebuff. refert etiam in q. 5. num. 4. Flor. in d. cap. 3. §. 3.

Curati non tenentur soluere Decimas, tum, quia non habẽt alium Curatum cui debeant soluere, & à quo recipiant Sacramenta; tum quia Sacramenta sibiipsis ministrant, adeo quod illis debentur Decimę à quibus Sacramenta recipiũtur. Rebuff. in dicto loco, quęst. 5. num. 6. & 9.

Qui teneantur soluere Decimas.

B

Infideles non tenentur soluere, quia Sacramenta non recipiunt, sed de eo, quod occupant tanquam subtractum à fidelibus, tenentur, quod antea illorum bonorum intuitu soluebatur. Abb. in cap. Tua, cap. De terris, eod. tit. Rebuff. in d. q. 5. nu. 2. per cap. Quanto, in fine, de Vsuris.

Sarraceni eodem modo tenentur, & possunt esse laboratores, & coloni Christianorum. Oldrad. Cons. 91.

Pauperes non liberantur prętextu paupertatis, nisi hoc fuerit ab Episcopo cognitum, & tunc Ecclesia remittit durante causa.

C Vnde nullus pauper excusatur, nisi quando victum non haberet, nam tunc om̃ia bona sunt communia, nec est ignoscendum ei, qui prętextu paupertatis turpissimam vitam elegit, cap. Habebat, 12. quęst. 1. vide Glos. fin. in cap. Quia tua fraternitas, 22. quæst. 1. Abb. in cap. Cum homines, de Decim. Rebuff. in dicta quęst. 5. num. 14.

Immò qui non soluerint decimas, longo tempore hac de causa, aut alia, tenẽtur Ecclesię damno satisfacere, sed si fuerint impotentes, tunc confiteri debent se debere, & promittere se daturos, quando venerint ad pinguiorem fortunam, autore superiore, & tunc excusarentur à peccato, aliter non; & talis remissio fieri non potest sine consensu Prelati, scilicet Episcopi, & Rectoris, & ex causa honesta, ac rationabili, hęc est communis opi

nio Canonistarum, Hostiens. in tit. de Decim. Abb. in capit. Vt super, de rebus Ecclesię non alienand. & Doct. in capit. Statuimus, de transact. cap. fin. de rerũ permut. & ibi Io. Andr. Abb. Butr. & Zannet. in sua repet. cap. 1. de Accusat. Idem refert Syluest. in verbo, Decimę, in fine, Goffr. in d. tit. num. 18. A

Mercenarij de lucro debito, & legitimo tenentur soluere Decimas Ecclesię, à qua recipiunt Sacramenta. Innoc. & Butr. in cap. 2. de Decim.

Publici peccatores, an teneantur soluere, dubitant multi, ueluti Meretrices, & similes, de illicitè acquisitis; Diuersę sunt sententię, quidam dicunt quod tenentur soluere, & possunt recipi, per ea, quę suprà dicta sunt de Iudęis; At Glos. & Doct. in cap. Ex transmissa, de Decim. & ibi Hostiens. dicunt, quod Meretrix tenetur soluere, sed Ecclesia nõn debet recipere, ne uideatur eius delictum cõprobare. Ego autem sic distinguerem. De prędijs legitimè acquisitis dubium non est, quod tenetur soluere, necnon de illicitè acquisitis prędijs, dummodo talia prędia habuerint ante emptionem tale onus, sed ad personales non tenetur, quia illiciti sunt lucri; Ita colligitur ex cap. Non est putãda, 1. quęst. 1. & ex d. cap. Ex transmissa, & ibi Doct. Vide Rebuff. in d. q. 5. num. 18. Argum. cap. De terris, de Decim. Talia etiam locum habent in publica meretrice, uel similia. Turrecrem. in cap. Decimę, 16. quęst. 1. Host. in Summa, §. fin. eod. titulo. B

Reges & Principes ad Decimas an teneãtur.

Reges, Principes, & similes ad Decimas prędiales tenentur. Rebuff. in d. quæst. 5. num. 26. per Corsett. de pot. Reg. quęst. 37. quia omnes absque exceptione Christiani Decimas soluere obligantur, ut ibi. Papa potest ex iusta causa eximere locum pium à Decimis de prędijs, quę laboribus suis colunt, ut Cisterciẽses, Hospitalarios, Templarios, & similes, de quibus in cap. Licet, & cap. sequenti, eod. tit. Sed tales Cistercienses, uel similes soluunt decimas de possessionibus quas acquisiuerunt post Concilium generale, capit. penultimo, Pastoralis, de his, quę fiunt à Pręlat. C

Alij autem Monachi non soluunt Decimas de Noualibus, quę suis manibus colunt, ut de hortis, & animalibus suis, ex ca. Ex parte, el 1. de Decim.

Decimę, quę assignatę sunt singulis Ecclesijs à Papa, ab Episcopis non mutantur, nam in Concil. Cabilonensi ordinatum

fuit,

A fuit, ne Ecclesię priuarentur eorum decimis olim ipsis assignatis, ut in cap. Ecclesię, 16. quęst. 1. Contra tale Concilium Episcopus non potest aliquid statuere, uel dispensare. Glos. sing. in cap. Cum dilectus, de elect. & cap. Decimas, 16. quæst. 1. Vnde concludit Rebuff. in d. quæst. 5. num. 32. Quod Episcopus per viam compositionis potest, non autem per viam priuilegij inter ipsos Clericos, sed nō ad fauorem laicorum in fraudem Ecclesiæ, cap. Peruenit, 1. quæst. 3. & ibi quæst. 7.

Cōpositio de Decimis inter Clericos, (vt Decimas quas vni iam debent Ecclesiæ Curatę modo debeant alteri) fieri non potest sine autoritate Sedis Apostolicæ. Abb. in capit. Dilecti, de Decim. Doct. in cap. Ex multiplici, eod. tit. Ruin. Cons. 142. lib. 5. num. 13.

B Sed talis compositio locum haberet tantum in prædialibus, vt si decima fuerit composita ad fauorem Monachi in damnū Parochiæ, tunc tenentur Monachi præstare Curato alimenta necessaria; & hoc etiam fieri debet causa cognita ab Episcopo. Inn. in cap. 2. de transact. & in cap. 1. cum Glos. & Doct. eod. tit. de Decim.

Nullus eximitur à solutione Decimarum.

Ad fauorem Laici tollere Decimas ab Ecclesia Parochiali, & illos eximere à tali solutione, fieri non potest, nisi ex consensu Papæ, ex causa tamen permutationis, vel similis; sed illas minuere Papa, non autem Episcopus potest, cap. venerabilis, de confir. vtil. vel inutil. & ibi Abb. & in cap. à nobis, eod. tit. Bert. Cons. 14. & Cons. 116. lib. 1.

Laici vigore cuiusuis consuetudinis etiam immemorabilis, C Decimas nullo modo præscribere possunt, vt in totum tollantur Decimæ, & est communis opinio Canonistarum, & Theologorum, Abb. in cap. Ex parte, de Decim. & in cap. Parochianos, num. 37. & in cap. Tua nobis, eod. tit. Anch. in Cons. 196. & ex Conc. Lateranensi. Vide Barb. cons. 35. lib. 2. cons. 49. lib. 3. Paris. cons. 25. lib. 4. num. 21. & cons. 101. lib. 1. D. Thom. in 2.2. quæst. 87. Flor. in 2. par. tit. 4. cap. 3.

Nec consuetudine minuuntur Decimæ, Hostiens. eod. tit. in Summa, §. & vtrumque, quæst. 7. Goffr. eod. tit. num. 3. Felin. in cap. Cum ex officij, de præscript. Io. Andr. in cap. 2. de Decim. lib. 6. Gomes. in consil. 64. Fulgos. in consil. 166. Rebuff. in quæst. 13.

Laici non soluentes Decimas tunc excusantur à peccato,

quando Decimæ à Rectoribus nũquam fuerint petitæ, & videatur quodam modo tacitus consensus Papæ, vt in populo, qui nũquam soluit, nec à quo fuerunt vnquam petitæ. Abb. in d. cap. A nobis, cap. In aliquibus, de Decim. Felin. in cap. Causam, de Præscript. & d. cap. Ex parte, D. Thom. in Quodlib. 2. Art. 8. A

Tardantes soluere Decimas, nõ tenentur ad pretium quanti plurimi, sed ad illud quod valebat tempore solutionis debitæ, Berell. in d. Rubr. 13. in verbo, Si tamen Clerici, per Bart. in l. diuortio, §. donatione, ff. solut. matr. sed cum Decimæ debeant præstari in certa specie, puta frumenti, vini, & similium, sic nunquam fit æstimatio illius, quæ ostenderet venditionem; sed debetur illud idem præstari quocumque tempore saluatur.

Decimæ vbi sint soluẽdæ.

Quo verò ad locum, vbi tales Decimæ sint soluendæ, & quo tempore Anni, vbi non fuerit consuetudo, Ordinarius termina re poterit. Glos. & Doct. in cap. 2. de Transact. Hostiens. eod. tit. §. fin. quæst. 3. B

Soluuntur Decimæ personales, vbi audiuntur diuina, & recipiuntur Sacramenta per totum annum, vel medietas, si quis medio tempore fuerit in vna Ecclesia, & alio in alia, sed regulariter Ecclesiæ Baptismali, vel Parochiali soluuntur, ex Rebuffo, in d. quæst. 5, num. 2. Flor. 2. parte, tit. 4. cap. 3. Syluest. in verbo, Decimæ, num. 12.

Vbi soluãtur Prędiales Decimæ.

Prędiales soluuntur, vbi sua sunt prędia, nisi consuetudo fuerit contraria, ex eisd. Flor. Rebuff. & Syluest.

At, dubium est, cui magis debeantur Decimæ, an Ecclesiæ Baptismali Matrici, (quæ Plebania nuncupatur) vel Ecclesiæ Parochiali; Si Baptismalis fuerit etiam Curata, videtur de iure communi, quod illi debeantur Decimæ Prædiales, vbi sita sunt prædia, personales vbi recipiuntur Sacramenta, & in hoc attenditur consuetudo, ex eodem Rebuff. in dicta quæst. 6, num. 10. 19. & 27. C

Recusantes autem soluere, post trinam monitionem excommunicantur, ex Conc. Trid. Sess. 25. cap. 12. de Reformat. & capit. omnes, 16. quæst. 7.

De quibus reb soluãtur Decimæ Prædiales.

Soluuntur Decimæ prædiales de omnibus prouentibus, & fructibus terræ, regulariter, sic de frumẽto, vino, oleo, melle, leguminibus, fructibus arborũ, molẽdinis, hortis, lino, fabis, oleribus, fæno, piscarijs animalibus, aucupijs de domibus, pascuis argentarijs, furnis, & similibus, quæ in fructu sint. Personales

ex omni

A ex omni lucro soluuntur licito, & attenditur cõsuetudo, de quo lucro sint soluendæ, ac de quantitate, loco, & tempore; de quibus omnibus vide cap. Non est, cap. Nuncius, cap. Ex parte, capit. Ex transmissa, de Decim. & ibi Doctor. Felin. in cap. Causam, de Præscript. Host. & Goffr. eod. tit. Asten. in Summa, lib. 6. tit. 25. Flor. p. 2. tit. 4. cap. 3. Salernit. par. 1. cap. 1. num. 9. cap. 6. p... cap. 23. Rebuff. in d. q. 6. per totum. Borg. de Irreg. p. 6. de Decim. Solui debent tempore debito, quo scilicet fructus colliguntur, nec de peiori, immò de meliori fructu, nam indignum est dare Deo, quod dedignatur accipere homo, sic mensura affluenti, sicut Deus affluenter dat, ita affluenter reddere debemus; Ita dicit Pelag. lib. 2. cap. 43. in princip. & Ambros. in Sermo. Quadrages. & ex Conc. Tolet. 4. cap. 37. August. in homel. B 48. lib. 50. dicit: Maiores nostri ideo copijs omnibus abundabant, quia Decimas Deo dabant, & Cæsari censum reddebant, modo autem, quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci: Noluimus partiri cum Deo Decimas, modo autem tollitur totum, hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.

Ex Concil. Rothomag. legitur: Omnes Decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt; & illi sanctificantur boues, & oues, & capræ, quæ sub Pastoris virga transeunt, quidquid decimum uenerit sanctificabitur Domino; Nõ eligetur, nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur, si quis mutauerit, & quod mutatum est & pro quo mutatum est sanctificabitur Domino & non redimetur; Sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolentes, statuimus, vt secundum C Domini nostri prçceptum admoneantur semel, & secundò, & tertiò, qui si non emendauerint, Anathematis vinculo feriãtur vsque ad satisfactionem, & emendationem congruam.

Idem fuit seruatum in Conc. Moguntinensi, & latissimè legitur in 16. quæst. 7. & in tit. de Decim. & ex Conc. Trid. Sess. 25. cap. 12. de Reformat.

Quid ergo dicendum de illis, qui non decimam solum dare recusant, sed nec centesimam, immò millesimam partem eorũ quç colligunt, & à Deo recipiunt; profecto ab Ordinarijs cogẽdi sunt pœnis, & censuris, vt satisfaciant cui debent; Et hçc breui sermone de Decimis, & oblationibus collecta sufficiant; Cçtera quilibet videre poterit apud allegatos Doctores, qui diffusè materiam hanc Decimarum, & Oblationum, tractarunt.

Debent ergo Sacerdotes, qui Primitias, Oblationes, & Decimas recipiunt, & exigunt, quotidie pro remissione peccatorum offerentium eas orare, quia dicuntur comedere Populi peccata, cum ad hoc dentur, vt dictum est, vt Sacramentis & orationibus redimantur illorum crimina, vt in Leuit. 18. Ose. c. 3. cap. Ipsi Sacerdotes, 1. quęst. 1. & cap. Indignè, 12. quęst. 2. A

Qualiter fruct⁹ Beneficiorũ sint à beneficiarijs dispẽsandi.

His præmissis, modo videndum qualiter erit tam prędictę Decimæ, quam fructus omnes Ecclesię sint dispensandi à Beneficiatis, vt huius nostrę tertię partis status in uera Religione Christiana appareat.

An beneficiarius poßit dispensare ad suum commodum fructus beneficiorũ et reseruare patrimonium.

Prima regula est, quod Beneficiatus potest de fructibus sui beneficij victum sibi, & presbyteris, qui eius Ecclesię inseruiũt quęrere, & reseruare, licet Patrimonium habuerit quo se sustẽtet. Abb. & Doct. in cap. Postulastis, de Rescript. Innoc. in cap. Episcopus, de prębend. & ibi Dec. num. 13. dicit de Communi. Præposit. in cap. Illi autem, 12. quæst. 1. Felin. in cap. Ex litteris, de Const. B

Idem dixerunt Pelag. de Plãctu Eccl. lib. 1. cap. 28. Rodoan. in tract. de Spol. q. 1. num. 25. Florent. 3. p. tit. 15. cap. 1. Nauar. in Apolog. de Redd. benefic. q. 1. mon. 3. num. 1. & q. 1. mon. 80. num. 2. & mon. 77. num. 7. Sarnen. q. 1. num. 59. Syluest. in verbo, Clericis, 4. nu. 2. & de Communi refert etiam Viuius in Opin. 100.

Contrarium videtur sentire Diuus Hieronym. dum scribit Damaso Papæ, ut in cap. fin. 16. q. 1. his uerbis: Clericos autem illos conuenit Ecclesię stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur: qui autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt, & committunt, & per abusionem talium, Iudicium sibi manducant, & bibunt. Ex Conc. Cabilonensi, ut in cap. Cauendum, 10. quęst. 3. Tanta ergo discretio in hac re tenenda est, ut uerbi Dei prędicator, ubi proprij sumptus desunt, à fratribus accipiat, & item fratres illius potentia non grauentur, exemplo Pauli Apostoli, qui ne quem grauaret, arte, & manibus uictum quęrebat. Glos. in d. cap. fin. 16. quęst. 1. in fine, dicit, prędicta habere locum in non beneficiato, quia, ex quo Altari seruit, ideò de Altari uiuere debet, ut dictum est suprà, & fructus beneficiorum reseruati, sint pro uictu Rectoris, ita legitur in cap. Illi autem, 12. q. 1. Hieron. loquitur C

A loquitur de Clericis non beneficiatis, vt ibi Glos. & Doctor. Hanc quæstionem tangit Bellar. in Tomo 2. lib. 1. de Clericis, cap. 27. in fine, & pro opinione, quod habens patrimonium nõ possit & simul habere bona Ecclesiæ, allegat Prosper lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 9. 10. & seq. quia non dantur bona Ecclesię in prĕmium laboris, quia illud est vita æterna; & firmatur ista sententia Canone Act. Apostolorum 41. vbi pro sustentatione dantur bona Ecclesiæ, sed indigenti; Ita terminatum fuit in Concil. Antioch. cap. 25. Contrarium tenuit Glos. & Turrecrem. in cap. Clericorum, 1. quæst. 2. per ea, quæ habentur Matth. 10. cap. Dignus est operarius mercede sua. 1. Corint. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam? & ita in praxi seruatur; & prima sententia licet sit securior, tamen secunda est verior in pra-B xi. In hoc ergo elaborare & id curare debent beneficiati, ut superflua vitæ pauperibus distribuant ac elargiantur.

De rebus verò Ecclesiæ quęritur an liceat eas per prębendas diuidi, vt annuos reditus quisque sibi specialiter vendicet.

Hoc non posse fieri argumento, & autoritate probatur: clerici successores eorum sunt, de quibus dicitur Act. c. 4. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Necesse est ergo, vt eorum sequantur vitam, quorum in Ecclesia gradum administrant. Non ergo aliquid proprium sibi vendicabũt, sed erunt eis omnia communia. 12. quæst. 1. cap. Illi autem.

Sic etiã Vrbanus I. in Epistola ad omnes Episcopos ait: Res Ecclesiæ non quasi proprię, sed vt communes, & Domino oblatæ, cum summo timore, nõ in alios, quam in præfatos vsus sunt C fideliter dispensandæ; ex cap. Res Ecclesiæ, 12. quæst. 1.

Superflua beneficiarius quomodo expendere debeat.

Ex quibus duæ eliciuntur Regulæ; Vna, quod pauperi beneficiato subuenire debet ditior, vt cõmunis vita seruetur, & quilibet iusto stipendio militare possit, (intellige de Curatis) Altera, quod vni plura beneficia non conferantur, ita videtur determinatum etiam ab Alex. III. in cap. Quia in tanto, de præbend. & legitur in cap. Ratio nulla, eod. tit. & cap. Referente, & supra dictum est autoritate Conc. Trident.

At Abb. in d. cap. Ratio nulla, & cap. Episcopus, in d. tit. de præbẽd. hanc quæstionem soluit, quod prædicta vera erant de iure antiquo, in primitiua Ecclesia, sed hodie, ex quo Beneficiorum fructus sunt distincti, quilibet poterit illis frui, & conseruare Patrimonium, & viuere de fructibus Ecclesiæ, dum hoc non auarè

auarè faciat; itaque licet conseruare Patrimonium pro suis hæredibus, & sic habetur, quod fructus Beneficiorum non solum dantur pro victu, sed pro seruitio impenso Ecclesiæ, vt ibi latè, num. 2. A

Quãtitas pro Beneficiario an sit determinata, et quenam illa sit.

A multis hoc loco quæritur, quantum erit concedẽdum pro victu Beneficiati? Nil quidem reperitur in iure communi terminatum, & dubium est, an nobiles, & illustres viri debeãt ali Beneficij fructibus vel prouentu, iuxta qualitatis cõdecentiam eorũ, & secundum ea, quæ refert Sarnen. in tract. de Redd. Benef. quæst. 1. Coroll. 32. num. 92. uidetur, quod sic, per ea, quæ dicit Inn. in cap. Indecorum, de æta. & qualit. Propterea concedũtur plura beneficia nobili, & Regi, Cardinalibus, & similibus, quã alijs, cum dispensatione Sedis Apostolicæ. Nec obstant in hoc cap. De multa, Extrauag. Execrabilis, Io. XXII. quia tales sunt exempti; & ratio esse potest, quando ipsi aliter non haberent, unde condecenter uiuerent, ut supra de pluralitate beneficiorum dictum est. B

At, an & hoc sit arbitrarium, quantum scilicet sit concedendum, negat Sot. de Iust. & iure, lib. 10. quæst. 4. art. 3. remittit se ad Diuum Thomam in 2.2. q. 185. art. 7. Quodlib. 6. art. 12. Nauar. in Apolog. quæst. 2. Mon. 18. tenet hoc esse arbitrarium, & licet punctaliter æstimare non posset, tamen poterit paulo plus, uel paulo minus arbitrari, secundum Ioan. Maior. in 4. dist. 24. quęst. 18 & nisi hoc esset determinatum, nunquam induceretur peccatum, quando beneficiatus illud male expenderet. Vnde meo iudicio quando res est communis inter plures, quilibet habere debet mensuram suæ facultatis vtendi, & fruendi, ne unus occupet partem aliorum; & concludit Nauar. non obstare dictum D. Thomę immò dicit tenere hoc idem, quod ipse asserit. C

Quapropter uidetur hodie quodammodo terminatum à Cõcil. Trident. Sess. 24. cap. 13. de Reformat. his uerbis: Ad hæc in posterum omnes hę Cathedrales Ecclesiæ quarũ redditus summã Ducatorum mille, & Parochiales, quæ summã Ducatorum centum secundum uerum annuum ualorem non excedunt, nullis pensionibus, aut reseruationibus fructuum grauentur.

Quando beneficia residentiã requirentia essent adeò tenuia, quod Rector non posset uiuere, tunc simplicia uniuntur, ut in d. cap. 15. adeò, quod uidetur quodammodo regulariter determinatum quantum sufficiat pro uictu Rectoris, uel Episcopi,

sed de

A sed de his certa ratio dari non potest, cum minoribus expensis quis uiuere possit in uno loco, quam in alio, & iuxta qualitatem temporum; Vnde concluderem, arbitrio bonæ conscientiæ esse iudicandum, & memoria tenendum id, quod dicit Apostolus 1. Timoth. 6. Habentes uictum, & uestitum, his cõtenti simus. & August. ibi dicit: Talia ad sufficientiam retinentur, non ad delectationem, ideo dispensatores nos Domini facti sumus. August. in cap. 15. de Mendacio, de quo in cap. Habebat, 12. quæst. 1. ubi hęc sunt uerba: Habebat Dominus loculos, & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. Bernardus ait: Res Ecclesiarum pauperum sunt, sacrilega eis crudelitate subripitur quicquid præter uictum retinetur & uestitum, Ideò conceditur tibi, ut si benè deseruis, de B Altari uiuas, non autem de Altario luxurieris, nec de Altario superbias; ut inde compares fræna aurea, sellas depictas, calcaria deaurata; Gloria Prælati est, pauperibus prouidere, & accepisse pauperibus erogandum. Vide etiam 12. quæst. 2. cap. Gloria Episcopi.

August. ad Bonifacium Comitem dicit his uerbis: Si priuatum possidemus, quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili uendicamus; de quo in cap. fin. 12. quæst. 1. & ibi Glos. dicit: Loco Domini sunt, dum bene administrant, loco prædonum, dum malè dispensant.

Ex quibus colligitur, qualiter arbitrium sit regulandum, & C quantus debeat esse uictus Rectoris beneficiati; Poterunt itaque beneficiati iuxta decentiam status habere uictum, & uestitum, & alia, quæ sunt necessaria ad illorum uitam, & officium.

Prosper. in lib. de uita cõtemplatiua, cap. 10. (de quo in cap. Pastor. 1. quæst. 2.) ita dicit: Pastor Ecclesiæ ijs, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere. Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid uolunt, sine grandi peccato suo, undè pauper uicturus erat, accipiunt. De Clericis quidem dicit per prophetã Spiritus Sanctus: Peccata Populi mei comedent, sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere uidentur, accipiunt: ita possessores, non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt, uerum his autoritatibus prohi-

bentur

bentur ab Ecclesia suscipi, non illi, qui quondam fuerunt diuites, postea vero omnia reliquerunt, vt Petrus, & Matthæus, & Paulus, aut pauperibus distribuerunt, vt Zachæus, aut Ecclesiæ rebus adiunxerunt, sicut illi, qui prædia sua vendentes, ponebant pretia ante pedes Apostolorum, vt essent omnia communia, sed illi, qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes, Ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant.

Concludit, quod qui sua relinquere non vult, non debet sumptibus Ecclesiæ sustentari; & qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel Ecclesiæ rebus adiungunt, laudabiliter Ecclesiastica dispensant, cap. Si quis propter, cap. Sacerdos, in d. 1. quæst. 2.

Et ex Concil. Agathen. cap. 36. habetur: Clerici omnes, qui Ecclesiæ fideliter vigilanterque deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum seruitij sui meritum, per ordinationẽ Canonum à Sacerdotibus consequantur.

Hieronym. ad Nepotianum de vita Cler. vt est in cap. Clericus, 12. quæst. 1. dicit his verbis: Si autẽ ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis eius, nec accipio partem inter cæteras Tribus, sed quasi Leuita, & Sacerdos, viuo de Decimis, & Altari seruiens, Altaris Oblatione sustentor, habens victum, & vestitum, his contentus ero, & nudam Crucem nudus sequar.

De his plura etiam refert Pelag. in lib. 2. cap. 28. col. 8. Poterit, vt ex allegatis cernitur, Rector accipere necessaria, & vtilia, non autem grauare Ecclesiam, circa ea, quæ delectationem magis, quam vtilitatem afferrent; Impensæ necessariæ sunt, quibus non factis, res est peritura, vel deterior effecta fuisset. Vtiles, quæ meliorem dotem faciunt, non deteriorem esse sinunt, ex l. impensæ, ff. de verb. sign. hac Regula quilibet beneficiatus arbitrari poterit, ex Rodoan. de Spol. quæst. 9. §. fiet, per totum. Cogitantes, quod ditari, & illis delectari fructibus non licet, vt suprà demonstratum fuit; Vide Innoc. in cap. Indecorum, de æt. & qualit. Glos. in cap. Res, 12. quæst. 1. Card. col. 100.

Quod superest in quid sit prorogandum.

Nunc videndum, quod superest quomodò dispensandum, & in quid sit erogandum; ex præmissis Regulis soluitur illa quæstio, an liceat subtractum de vita sua, expẽdere ad libitum, cum declaratum sit quã partẽ accipere possit beneficiatus pro victu & necessarijs, ac vtilibus acceptis, quod superest erogandum esse ad

A se ad vsum pauperum, D. Thom. in 2.2. quæst. 185. Art. 2. in corpore quæst. ad secundum, & Quodlib. 6. Artic. 12. Vide etiam cap. De redditibus, cap. Quatuor, 12. quæst. 1. & hoc cum iura clamant, refert per totum. Nauar. in d. tract. de redd. & Sarnẽs. Pelag. in d. q. 28. & satis suprà probatum fuit. Peccaret mortaliter Beneficiatus non expendens ad vsum pauperum, quod sibi superest, & auarè subtractum fuit. Sarnens. quæst. 1. num. 49. & sequent.

Ex hac regula prohibentur omnes aliæ impensæ delectabiles, cum talia bona sint pauperum, ut dictum est. Vide etiam Pelag. in d. cap. 28.

Dispensantur etiam pro necessitate, & utilitate Ecclesiæ, sic etiam in subsidium pauperum, pupillarum, & uiduarum, capit. B Quia tua, 12. quæst. 1. in fine, & dist. 47. cap. sunt hi.

Bernardus: Res Ecclesiarum pauperũ sunt, sacrilega eis crudelitate subripitur, quicquid præter uictum retinetur, uel uestitum, &c. De his habetur in capit. Quatuor, cap. De redditibus, cap. Cognouimus, cap. Mos est, cum seq. 12. quæst. 2.

Multi se tuentur, quod liceat expendere pro libitu, quia fuit recessum ab illa prima institutione Beneficiorum, ex quo fuit facta diuisio inter beneficiatos pauperes, & fabricam: nam quædam bona applicantur principaliter Ministris, secundo pauperibus, quædam pauperibus, uel fabricæ principaliter, secundariò Ministris, ut ex D. Tho. in 2.2. quæst. 185. Artic. 4. Quodlib. 6. Art. 12. & quæ conferuntur in titulum, sunt in genere primo & sic cum sint applicata principaliter Beneficiatis, uidetur per C eos ad libitum de his posse disponi, Sarnens. in tract. de Redd. benef. quæst. 1. in 2. quæst.

Id attamen haud obstat: quia diuisio subsequuta, non facit, ut sit concessa libertas Beneficiatis expendendi pro libitu, & sit traditum dominium directum, quia ea facta fuit ad tollendas discordias, & alijs de causis, non ut traderetur dominium, sed fructus retinent eandem naturam quam habebant à principio, ex eod. Sarnens. in d. q. 1. coll. 14. & Nauar. in tract. de Redd. q. 7. per cap. Quia, 12. quęst. 1. ubi probatur, quod Beneficia ad cultum Dei instituta sunt, & si extaret consuetudo in contrarium, nullo modo esset seruanda, ut liceat scilicet illos expendere pro libitu sine peccato: nam si hoc esset, Ecclesia foueret peccatum, & est communis, quod non possunt erogari in alios usus, quam in Dei

in Dei seruitium, & qui contrarium affirmaret, esset hæreticus, A
ut latè examinat Nauar. in d. Apolog. monit. 53. quæst. 1. num.
67. & Caiet. in 2.2. quæst. 185. Art. 5. Sot. de Iust. & iure lib. 10.
quæst. 4. Sarnens. quæst. 2. cap. 8. sic consuetudo solum ualet, ut
disponant ad pios usus, & Dei seruitium, non aliter, ex eod. Sar
nen. in d. cap. 8. num. 2. qui id intelligit de fructibus, non autem
de aliūdè acquisitis per Beneficiatum, ut ibi; Super qua quęstio-
ne, an beneficiati habeant uerum dominium de fructibus bene
ficiorum, satis tractatum est à dd. Doct. Nauar. & Sarnen. in eo
rum Apolog. & secundum Theol. non habent nisi usum. Alex.
de Ales, in 3. parte, quæst. 36. memb. 5. Art. 2. Ricard. in 4. dist.
45. Art. 3. quęst. 1. & Doct. cum Canonist. Archid. in cap. Statu
tum, §. assertorem, de Rescript. lib. 6. quem nituntur declarare
prædicti scriptores. Abb. in cap. cum esses, de testamentis Do- B
min. in cap. Præsenti, de off. ord. & refert etiam istos Sotus de
Iust. & iure, lib. 10. quæst. 4. Art. 4.

D. Tho. dicit, quod Beneficiatus de portione tali tāgenti pōt
disponere, sicut de suis patrimonialibus, & Adrian. in 4. de Re-
stit. idem dicit. Caiet. ibi tenet de rigore Iustitiæ, quod post diui
sionē factā, de Beneficiorū fructibus teneatur iste beneficiatus
quæ sibi supersunt erogare ad fabricam Ecclesiæ, & ad vsū pau
perum, secus de terris acquisitis, nisi expenderet ad malos vsus.

Expēdēs in profanos vsus an teneatur ad restitutionem.

At his præmissis, duæ eliciuntur quæstiones; Vna, quod non
licet quouis modo beneficiatis expendere fructus beneficiorū
in vsus profanos, sine peccato mortali, & hæc est iam supra so-
luta; Secundo, an sic expendens, vel recipiens, teneatur ad resti
tutionem, & in hoc est difficultas, vbi Sotus in d. lib. 10. quæst. C
4. Art. 4. satis laborat distinguendo species reddituum benefi-
ciorum, & concludit, quod fructus qui percipiuntur hoc onere
distribuendi pro fabrica, & in usum pauperum, & retinent natu
ram primę institutionis, vel qui sunt deputati ad certum vsum,
veluti in anniuersario, vel pro Missis celebrandis, aut simili,
tunc aliter non possunt expendi, quam secundum destinatum
vsum, sed illi, qui sunt destinati ad usum beneficiati, adest quæ-
stio; & licet sicuti accedens ad conuiuiū potest comedere quan
tum libuerit, plus, uel minus, & ei certa regula indicta non est,
ut parcè, uel abundantius comedat, quapropter non reperitur
certa portio beneficiati pro uictu, ideò licebit capere quantum
libuerit, & in istis non cadit restitutio; At, si beneficia fuerint

adeò

A adeò pinguia, quod ultrà condecentem uictum, superſint multa, an cadat reſtitutio, dubium erit; & ſecundum Caiet. ibi, cum tanti fructus non uideantur conſignati pro uictu, uidetur de rigore iuſtitiæ, quod fraudentur fabrica, & pauperes; At Sot. ibi tenet contrarium, quod bona Eccleſię in titulum data, non ſint obligata pauperibus, intellige in caſu, quo non tenentur de iure facere neceſſariò eleemoſinam; Vnde, in præmiſſo caſu diuerſæ ſunt Doctorum ſententię. Quidam tenent, quod recipientes teneantur reſtituere Eccleſiæ defraudatę, quia non uidetur traſlatum in illo caſu dominium, hoc intellige de expenſis ad uſus profanos, non de omni expenſa. Alij uerò ſentiunt quod nulla cadat reſtitutio; At, ego ita diſtinguerem; Recipiens indebitè bona Eccleſiæ, tenetur ad reſtitutionem, tanquam qui accipe-

B ret rem furtiuam, ut dictum eſt; ſed recipiens non in profanos uſus, uidetur iuſtè recipere, & non tenetur ad reſtitutionem. Hoc firmatur rationibus iam dictis, & colligitur ex Nauar. Sarnen. & Soto, in d. q. 4. Art. 4. & Sarnen. in d. p. 2. cap. 8. quod attenditur in iſtis conſuetudo, quæ ſeruatur præſertim in pœnitentiaria Summi Pont. quando tales reſtitutiones non ſint faciendæ, & hoc de lege Iuſtitiæ; Vide ibi latè Sarnen. Sot. & Nauar. in queſt. 2. Mon. 8. quod de expenſis in profanos uſus fiat reſtitutio, à recipientibus iniuſtè, cap. Si res aliena, 16. quæſt. 6. capit. Peccatum, de Reg. iur. lib. 6. D. Thom. in 2. 2. queſt. 62. Art. 2. & ibi Caiet. At Sot. in d. Art. 4. in fine, tenet, quod conſuetudo ſit ſeruanda in ſimilibus, ut dicunt Sarnenſ. & Rodoan. de Spol. quæſt. 9. §. fiet, & num. 10. ubi dicitur, quod commodè ui-

C uere debet, intellige, iuxta qualitatem nobilitatis, ſcientiæ, & dignitatis, cap. cum adeo, de Reſcript. Abb. in cap. Poſtulaſti.

At proprius, & uerus modus utendi fructibus Eccleſiæ, erit ſuſtentatio Rectoris, qui Eccleſiæ inſeruit, de his quæ ſuperſunt, ſoluere debita Eccleſiæ, cap. 1. de ſolut. pro honeſta remuneratione facienda ex honeſto ſeruitio, ad utilitatem Eccleſiæ, & pauperum commodum; Ita colligitur ex Nauar. in d. quæſt. 1. monit. 75. & quæſt. 2. mon. 20. & Sarnen. quæſt. 1. num. 159. & 90. & ex alijs ſupra citatis, ut de Communi teſtatur Viuius in Opin. 101. quod beneficiatus facit fructus ſuos, ſicut uſufructuarius, ex Rodoa. de Spol. quæſt. 9. num. 45. & 46.

Qui autem reciperent donationes notabilis ualoris in damnum Eccleſiæ, tales ad reſtitutionem tenentur Eccleſiæ læſæ,

Sarnen.

Sarnens. quæstione prima, numero 97. A

Sicuti in uita Beneficiati disponere non possunt, nisi modo prædicto, ita nec in mortis articulo ex testamento, uel donatione causa mortis; Ita tenent Moderni, Nauar. quæst. 1. mon. 28. & quæst. 3. mon. 4. & Sarnen. quæst. 3. num. 16. Flor. 3. p. tit. 15. cap. 1. Viuius de communi opin. in Opin. 101. per totam, nisi hoc haberet ex priuilegio à Sede Apostolica, Rodoan. de Spol. quæst. 97.

De quib. bonis beneficiari⁹ poßit ex pĕdere ad sui libitū.

Acquisita à beneficiato suo labore, ut in administratione Sacramentorum ex Eleemosinis ab aliquo spontè elargitis, poterit disponere ad sui libitum, Sarnen. in quæst. 1. num. 79. Sot. in d. lib. 10. quæst. 4. Art. 4. & Rodoan. de Spol. quæst. 9. num. 62. quia illud datur contemplatione suæ personæ, non Ecclesiæ, & ita tenet Iacob. Butr. Vt quia tenetur operari pro Ecclesia, intelligitur ratione officij diuini, quæ iure Ecclesiæ debet exequi. B

Quando liceat beneficiato ditare suos.

Inde non licet de fructibus beneficij beneficiato ditare consanguineos pauperes, sed subleuare, ut alere parentes, dotare sorores, & alia huiusmodi, quæ non fiunt ad pompam, sed ad necessitatem, honestatem, & honorem domus; Diuus Thomas in 2. 2. quæst. 185. Flor. 3. p. tit. 15. cap. 1. §. fin. Pelag. lib. 2. cap. 28. Nauar. in q. 1. mon. 27. nu. 6. per Dion. Cart. in lib. contra pluralitatem benef. Art. 8. Sarnen. de Redd. quæst. 2. num. 4. Conc. Trid. Sess. 25. cap. 1. de Reformat.

Qui non faciat fructus suos.

Vltra prædicta, & alia sunt consideranda in huiusmodi materia, ueluti, qui uoluerit accipere beneficium, debet habere animum firmum Clericandi, qui autem talem animum non habuerit, non poterit bona conscientia recipere fructus, & perceptos tenetur restituere; & qui scienter talia beneficia contulerit illi, quem scit non esse promouendum, obligatur pariter ad indemnitatem Ecclesiæ, text. est cap. Commissum, de elect. lib. 6. §. Cæterum, & ibi Glos. C

Retinens beneficium sine titulo, uel saltem non iusto, non poterit fructus percipere, & recipiens tenetur illos restituere. Inn. in cap. Post translationem, §. rursus, de Renunciat. nam tales dicuntur intrusi, Abb. in cap. Diuersitatem, de concess. præbend. Felin. in cap. In nostra, de Rescript. si talis fuerit beneficiatus, qui intrat in Parochiam sine titulo, priuatus est ipso iure Beneficio, cap. Eum qui, de præb. lib. 6.

Pariter Beneficiati qui habent personalem residentiam, si nō resederint

A resederint non faciunt fructus suos, cap. Super inordinata, de præbend.& supra hoc de Residentia declaratum fuit.

Fructus medio tẽpora recõditi cuj sint.

Considerantur etiam fructus eo tempore, quo beneficia vacant,& in hoc casu talis datur distinctio: Quidam dicuntur pendentes,quidam separati à solo,& alij reconditi in horreum; Pẽdẽtes post obitum beneficiarij reseruantur successori, Gigas de pens. quæst.53. Couuar. Var.resolut. lib.1. cap.15.num.12.& cap. Cum officij,de test.separati, & reconditi sunt beneficiarij, l.defuncta,ff.de confir. Bar.l.fin.§.fina.ff. de Iure fisci Rodoan. de Spol. quæst.3. num.1.

Fructus an diuidẽdi pro rata tempo ris intra hæredes antecessoris et successorem.

At fructus vltimi anni pendentes sunt diuidẽdi pro rata temporis inter successorem,& hæredes beneficiati defuncti,secundum Couuar.in d.quæst.15.Sicuti fructus fundi dotalis, in vl- B timo anno,in quo matrimonium erit solutum, Bart.l.diuortio, ff.solut. matr. & hoc naturali iure, ut qui sustinet onus,debeat sentire & commodum. Tamen Communis est in contrarium, quod fructus statim, quod sunt separati à solo, & reconditi,dicuntur illius beneficiati. Rodo.in d.q.3. de Spol. & super illos non cadit diuisio. At Nauar. in Apolog.q.2. mon.13.sequitur naturalem æquitatem, quod hæredes defuncti teneantur dare successori tantum de fructibus reconditis, ut onera Ecclesiæ sustinere possit,ha bita ratione ad quantitatem fructuum,& ad onus Ecclesiæ: nam non est admittendus is, qui lucrum appetit, onus autem subire recusat,cap.qui sentit,de Reg.iur.lib.6.l.secundum naturam,ff.cum Glos.in cap.Præsenti, §.porrò,de off. ord.lib.6.Franc.in d.§.porrò,num.2.& 7.Io. Andr.in d.cap.2. C de fideiuss.

Attamen,crederem ab opinione Nauar. non fuisse recedendum,quotiescumque suus antecessor hoc idem sibi seruauerat, uel potuisset cogi de iure,aut id non factum fuerit, quia fructus futuri sunt adeò pingues, quod possit illis compensari, quo ad onera quæ sustinuit, ideò attenditur ut plurimum consuetudo, Nauar.in q.3. mon.1. & q.7. mon.13. num.1. & mon.15.Fructus itaque uidentur deputati pro onere futuro, ex quibus inprimis soluenda sunt debita defuncti,& dimittendi sunt tot, quot sufficiunt pro oneribus futuris Ecclesiæ, usque ad nouos fructus,ex d.§.porrò, cum Glos. & cap.Quia sæpe, de Elect.lib.6. Gigas,de pens. quæst.53. num.2. Mend.Reg.34. quæst.31.hodie per Extrauag.Iulij III.sunt Cameræ,ubi adsunt collectores

ſpoliorum, & conſuetudo, uel Priuilegium non obſtat ex Rodoan. de Spol. quæſt. 5. excipiuntur fructus diſtributionum, qui tranſeunt ad hæredes; Rodoan. in d. q. 5. de Spol. in princip.

An autem eadem ratio ſit circa Decimas, dubitatur; Prædiales dantur anticipatè, ſed ut dicantur ſeparatæ à ſolo, requiritur, quod ſint petitæ, uel oblatæ. Put. in Deciſ. 489. & 409. lib. 2. Barb. conſ. 50. lib. 3. & Rebuff. de Decim. q. 12. in princip.

Fructus deputati pro victu ſi ſuperfuerint, an poßit ad libitũ beneficiati diſpenſari.

Quid ſi beneficiatus reſeruauerit fructus deputatos pro uictu, & aliundè ſe aluerit, an illos poterit ad libitum diſpenſare? & ſecundum unam opinionem uidetur quod ſic, dummodo illos honeſtè & moderatè diſpenſet, Gloſ. in cap. in ſumma, 1. quæſt. 1. Couar. in cap. officij, de teſt. Caiet. in D. Thom. 2. 2. q. 155. art. 7. ad 7. Sot. de Iuſt. & iure, lib. 10. q. 4. art. 3. Alij tenent contrarium, quod Beneficiarius habeat tantum dominium illis utendi, undè ſi noluerit uti, ſibi imputetur, & ad Eccleſiam tranſeunt, & ita refert Rodoan. in q. 6. de Spol. a num. 9. cum ſeq. & aſſerit ita praticari in Curia Romana in Pœnitentiaria, quando conceditur facultas teſtandi, dicitur etiam de fructibus reſeruatis parcè uiuendo.

At ego crederem non eſſe recedendum à D. Ambr. de offic. Eccleſię, ſententia, aſſerentis, quod diſpenſatio ad pios uſus cõceditur Beneficiato, his uerbis: Et eſt approbanda libertas, ut proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere cognoſcas, non tamen, ut illos ditiores fieri uelis, ex eo, quod tu potes conferre in opibus. Hæc ille.

Adeò, quod ſi Beneficiatus habeat adminiſtrationem ad pios uſus, ſic poterit illos reſeruatos concedere ſuis pauperibus; immò laudabilius eſſet reſeruare deputatos pro uictu ad pios uſus, ex Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 1. de Reform.

In Regno Neapolitano fructus à die uacationis, uſque ad nouam prouiſionem, ſunt reſeruati Cameræ Apoſtolicæ, & Beneficiorum, de quibus pendet iudicium, durante lite de mandato Iudicis deponi debent, ex Conſt. Pij V. num. 57. Cupientes.

Retinens plura incompatibilia abſque diſpenſatione, non facit fructus ſuos, cap. De multa, de Præbend. Extrauag. Execrabilis, Ioannis XXII. Concil. Trident. Seſſ. 24. cap. 17. de Refor. & Seſſ. 7. cap. 4.

Qui fructus applicentur Cameræ.

Hodie Summi Pontifices ad tollendas tales Doctorum, & Iurium controuerſias, ac ut formidine pœnæ Beneficiati eo magis oneri

A gis oneri eorum satisfaciãt, contra Beneficiatos negociatores, & exercentes illicitas artes, seu exercitia, ediderunt Constitutiones, quod lucra eorum applicentur Cameræ Apostolicæ, ut latius de similibus illicitis artibus declaratur à Rodoa. de Spol. in quæst. 2.

Necnon bona empta de fructibus Ecclesiæ, quæ Ecclesiæ non sunt incorporata, uel fructus Beneficiorum (non expeditis litteris) & bona, quæ Prelati de rebus Ecclesię acquisitis dimittunt in morte, omnia sunt Camerę Apostolicę, ex Const. Pauli II. Iulij III. Pauli IIII. Pij IIII. Pij V. Gregor. XIII. Sixti V. ut refert Rodoan. de Spol. in fine, & Nauar. in tract. de Spol. §. 5. 6. & 7.

Excipiuntur ibi Beneficia non excedentia ualorem triginta B Ducatorum, necnon bona Patrimonialia, ut & mobilia deputata ad usum quotidianum distributionum quotidianarum, supellectilia, & similia, quę per collectores incamerari possunt, ex Const. Pij V. ex Nauar. in d. §. 7. de Spol.

Bona Ecclesiastica destituta, deuoluuntur ad Cameram Apostolicã, necnõ bona Regularium degentium extra Claustra, sine licentia, & prouentus mensarum Ecclesiasticarum, & Monasteriorum uacantium, ex Const. Greg. XIII. num. 44. Officij. & refert Nauar. in §. 10.

Locationes bonorum Ecclesiasticorum ad longum tempus factę, nullę sunt, & eas facientes Beneficiati, incidunt in Censuras, nec possunt fieri anticipatis solutionibus, ex Constit. Pauli II. Extrauag. Ambitiosè, de præb. Conc. Trid. Sess. 25. cap. 11. C Ita etiam refert Viuius Opin. 39.

In Resignationibus fructus pendentes non retinentur præstito consensu, Rebuff. in Praxi Benef. ad pag. 384.

De Pensionibus.

Circa pensiones, & pensionarios aliquid pariter dicendum erit; Est autem pensio certa portio ex aliqua mensa, uel Beneficio ex causa, ad tempus, uel in perpetuum separata, Gigas, de pens. quęst. 1. num. 1. per Card. in Clem. 5. §. 5. de supplen. neglig. Prelator.

Assignatur pensio regulariter in certa quantitate pecuniarũ, non in quota parte fructuum; Ratio est: quia sic uidetur fieri quędam diuisio beneficij, quam solus Papa facere potest; Caccialup. in tract. de pens. quęstione 5. Gig. quęstione 8. numero 1. & 2.

Pars, quæ assignatur pro pensione, non debet excedere tertiam partem, vel dimidiam, quam Papa concederet in Beneficijs valdè diuitibus, dummodo remaneant liberi in Curatis Beneficijs pro Rectore Ducati centum, in Episcopatibus mille, ex Gig. in dicta quæst. 9. Concil. Trident. Sess. 24. capit. 13. de Reformat. A

Talis assignatio fieri non debet regulariter sine causa, vndè tunc legitimè videtur imposita, quando causa erit honesta, & rationabilis, licet Pontifex absque alia causa imponat. Oldrad. in cons. 226. Anch. in cons. 274.

Causæ imponendi pensiones quę.

Causæ imponendi pensiones plures sunt, inter quas istæ præcipuè numerantur, veluti merita, vt si Clericus nobilis, vel similis non posset sustinere onera studij, tunc conceditur pensio; Sunt & aliæ causæ, quæ onerosæ dicuntur, vt si concedatur ad tollenda litigia, aut in recompensationem Beneficij Ecclesiastici resignati, Paul. de pens. quæst. 1. Gig. quæst. 1. & 6. numero 4. & 7. B

Imponitur pensio ad tempus, vt ad vitam alicuius, vel in perpetuum, Gig. in quæst. 1. num. 5.

Super beneficijs Ecclesiasticis, vel bonis existentibus de mensa beneficiali, imponitur, de mensa dicuntur, quæ necessitati Ecclesiæ inseruiunt, secundum Gigant. in dicta quæstione 1. numero 6.

Non imponitur absque autoritate superiorum, nec in fraudem Canonum, vel contra Canones, & Pontificum Constitutiones, Caccialup. de pens. quæstione 4. Gig. quæstione 5. num. 1. & 3. C

Illicita efficitur Pensio ex pluribus causis, uel, quia nimis grauatur Beneficium, & dicitur nimis onerosa, uel quia non concurrunt requisita debita, Gig. quæst. 5. num. 4. quæst. 35. numero 5.

Papa imponit pensiones iuxta Ecclesiæ facultates, & Episcopi, sed ex causis ualde rationabilibus, & sit moderata, Felin. in cap. Ad audientiam, el secundo, de Rescript. Oldrad. in consilio 226.

Consensus Rectoris regulariter in tali impositione interuenire debet, licet Papa de plenitudine potestatis possit absolutè imponere. Gig. quæst. 10.

Conditiones pensionarij tales erunt; Primò quod sit in ætate legi-

A te legitima, quæ erit ad minus septem annorum, licet Pontifex possit etiam in minori ætate dispensare, & fuerit insignitus Clericali Tonsura, Gig. de pens. q. 13. num. 4. Ne sit excommunicatus, conceditur Religioso, necnon ut sit natus ex legitimo matrimonio, uel cum dispensatione, Gig. quæst. 14. 15. & 16.

Conditiones Pensionarij.

Laicis Papa pensionem concedit, uel ob merita Ecclesiæ facta, aut nomine Eleemosinæ, ad sustentationem, cum dispensatione, Gig. quæst. 11. num. 5.

Per supplicationem tantum, litteris nō expeditis, tenet Gig. in quæst. 33. quod tuta conscientia possit quis accipere pensionem, sed hodie secundum Reg. Canc. contrarium seruatur.

Extinguitur Pensio non tantum morte Pensionarij, sed etiā per Matrimonium contractum, Gig. quæst. 54. & ex Constit. B Pij V. num. 138. ex proximo.

Quomodo extinguatur Pensio.

Militia non tollit pensionem, nisi sit data in locum Beneficij, uel pro certo seruitio spirituali, ex eod. Gig. q. 55.

Vacat per ingressum Religionis, ex eod. q. 57. & pariter per assecutionem Episcopatus, Vide in quæst. 56. & quæst. 49.

Tenetur Pensionarius recitare diuinum officium Beatæ Mariæ Virginis, eo magis, si pensio fuerit data in titulum Beneficij, uel pro seruitio spirituali, aliàs non peccaret. secundum Gig. in quęst. 30. per totam, sed hodie ex Const. Pij V. tenentur omnes, ut latius infra lib. 4.

Habent itaque Clerici exemptionem, de qua uide apud Bellar. Tomo 2. lib. 1. de Cler. cap. 28. & 29.

De exemptione Clericorum.

Illi exempti sunt à potestate secularis Iudicij, & in hoc considerantur causę, & personę, ueluti pro causis meris spiritualibus exempti sunt à seculari Iurisdictione, sicuti dum ageretur de fide, Sacramentis, & alijs concernentibus peccatum, ut in Mileuit. Conc. Can. 13. Matisconen. Can. 8. Seuerus Sulpitius in lib. 2. Sacra Histor. Ambr. Epist. 178. August. Epist. 162.

C

Secundo in causis concernentibus personas Clericorum, ut non liceat Clerico trahere alium Clericum coram Iudice laico, ut in Concil. Agath. can. 32. Calced. can. 9. Carthag. 3. can. 9. Tolet. 3. can. 13. Matiscon. can. 8. Et hęc de Beneficijs dicta sint.

A

PARS QVARTA.

DE REGVLARIBVS.

De Regularium institutione, Religionis laudibus, & requisitis & de singulorum statu, conditionibus & officijs. Cap. I.

RERVM omnium conditor Deus, qui Ecclesiam suam tot officiorum ac ordinum gradibus exornauit, eandem non solum sanctis suis pastoribus ac aliorum ministris colendam, & ampliandam tradidit, uerum etiam & religiosis uiris tamquam uigilantibus custodibus sub Monasterij uallo diuino numine munitis, illam custodiendam, ac tuendam dedit: Qui (ut ipse uoluit) Psalmis, orationibus, ieiunijs, uigilijs, & alijs uirtutum actibus, ueluti acutis iaculis quoslibet inimicorum incursus arcerent. Inde uictoriam reportantes, Ecclesiam ipsam diuinumque illius cultum sanctorum uirorum fœtu ampliarent, Sicque eius maiestas Religionibus istis decoretur; Est itaque Religio perfectio nostrę salutis, eo quod in charitate consistit; cuius finis Deus est, eo quod charitas nos cum Deo coniungit. Ioan. 4. Apostolus ad Colossen. 3. Propterea Diuus Tho. in 2. 2. quęst. 156. Art. 1. ad respon. ait: Religio est quędam uirtus, per quam aliquis ad Dei seruitium, & cultum, aliquid exhibet: & ideo antonomasticè Religiosi dicuntur illi, qui se totaliter mancipant diuino seruitio, quasi holocaustum Deo se offerentes: unde Gregorius dicit super Ezechielem: Sunt quidam qui nihil sibimet reseruant, sed sensum, linguam, uitam, atque substantiam, quam perceperunt omnipotenti Deo offerunt; In hoc autem perfectio hominis consistit quod totaliter Deo inhęreat; Ibidemque ad quartum ait: Quod Religionis status principaliter est institutus ad perfectionem adipiscendam per quędam exercitia, quibus tolluntur impedimenta perfectę charitatis: Sublatis autem impe-

Religio quid sit.

Causa institutionis Religionis.

B

C

A impedimentis multo magis reſcinduntur occaſiones peccato-
rum, per quę totaliter tollitur charitas. Vnde, cum ad pœniten-
tem pertineat cauſas peccatorum exſcindere, ex conſequenti
ſtatus Religionis eſt conuenientiſſimus pœnitentiæ locus. Hęc
ille Bernardus ait: Quod homo in uera Religione exiſtens, ra-
rius cadit, uelocius ſurgit, citius purgatur, incedit cautius, uiuit
quietus, innouatur frequentius, moritur confidentius, remune
ratur copioſius; & ſimilia, & ita concludimus, quod Religio ſit
quædam diſciplina, & exercitium quoddam perueniēdi ad glo
riam, ex D. Thoma, in d. 2. 2. quæſt. 184. & ſeq. Idcirco ab ipſo
Adam & Abel. Religio ſumpſit exordium, ut in ueteri Teſta-
mento legitur in Geneſ. 4. Iſte cępit inuocare nomen Domi-
ni; & in lib. Numer. 6. ubi Narazæi ſeipſos Domino obtule-
B runt; In nouo autem teſtamento ab ipſis Apoſtolis traxit origi
nem, qui prius fuerunt Religioſi quam paſtores, ex quo omnia
communiter poſſidebant, & uota uouerant uerę Religionis,
Actor. 4. Auguſt. lib. 17. de Ciuitate Dei, capit. 4. D. Thom. in
2. 2. quęſt. 188. art. 7. Sot. de Iuſtitia, & iure, lib. 7. quęſt. 2. art. 5.
& cap. Non dicatis, 12. quæſt. 1.

Origo Religionis quæ.

Cyprianus in lib. 2. cap. 3. de inſtit. Cœnob. refert, quod Æ-
gyptij Monachi ſumpſerunt normam uiuendi Monachalem à
D. Marco, ex ſentētia Sozom. lib. 1. c. 12. & Niceph. lib. 2. c. 15.

Poſtmodum deficientibus Apoſtolis cum facta eſſet diuiſio
bonorum inter omnes fideles, inde nata fuit etiam quodāmodo
animorum diſſenſio, & in tres partes fuit facta diuiſio, nonnul-
li ſequuti ſunt Apoſtolicam perfectionem, ſeparantes ſe à com
C muni conuerſatione, recipientes ſe ad loca remota, & in ſolita-
ria vita viuentes, obſeruabant Apoſtolicas traditiones qui Mo
nozotes nūcupabantur, & vxores ducebant. Alij arctiorem vi-
tam ſectantes, non ſolum à communi cōmercio ſe abſtinebant,
ſed intra eremorum latebras latitare, & in diuina quodammo-
do ſpeculatione verſari quærentes, Eliæ, Eliſæi, ac Ioannes Ba-
ptiſtæ qui ſolitudinem incolebant, veſtigia ſectabantur, induen
tes ſe pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, errantes in monti-
bus & in ſpeluncis & in cauernis terræ. Ideo Paulus Thebanus
fugiens perſequutiones, in Ægypti ſolitudines receſſit & ibidē
deceſſit, quod fuit anno Dn̄i 257. Quidam alij, hoc impulſi, exē-
plo, & audientes quæ acciderant Annaniæ & Saphiræ, qui auſi
fuerant mentiri Spiritui Sancto, relictis omnibus proprijs bo-

Monozotes qui.

nis eandem solitudinem sequuti fuerunt, & Ægyptiaca lingua A prædicto nomine Monozotes appellabantur & Serabitæ ex Cassian. Coll. 18. cap. 5. & 6. Pelag. lib. 2. cap. 51. Florent. 3. par. tit. 17. cap. 1. §. 4. Salernit. d. p. 1. cap. 5. num. 10. & 11.

Hieronymus in Epistola ad Rusticum: Filij Prophetarum quos Monachos in Veteri testamento legimus, ædificabant sibi casulas propè fluenta Iordani, & turbis vrbium derelictis, polenta, & herbis agrestibus victitabant.

Idem dicit in Epist. 13. ad Paulinum: Noster princeps Helias noster Helisæus, nostri duces, filij Prophetarum qui habitant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula pro pe fluenta Iordanis.

Chrysost. in Homilia 1. in Marc. Sacerdotum vt principes sunt Apostoli, sic Monachorum princeps Io. Baptista. B

Hierony. ad Eustochium de seruanda virginitate ait: Huius vitæ autor Paulus, illustrator Antonius, & vt ad superiora conscendam, princeps Ioannes Baptista.

Idem Hieronym. de Viris illustribus in Philone, ait: Ex quo apparet talem primam Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi esse nituntur, & cupiunt.

Epiphan. Hæresi 29. de lib. Philon. loquens ait: Monasteria ipsarum in vicinia circa Marianam paludem recensens, non de alijs narrauit quam de Christianis.

Cassian. Collat. 18. cap. 6. Isidor. lib. 2. de diuin. offic. cap. 15. Bernardus de excellentia Ioan. Bapt. & qualis antiqua fuerit Monachorum institutio, patet ex Bellarm. Tomo 2. lib. 2. cap. 5. de Monach. C

Quare dicātur Religiosi.

Tales itaque Religiosi, seu Regulares, nuncupantur; Religiosi quidem dicti sunt, quia trium votorum obligatione iterū ligati existunt, cum quasi duplici vinculo obstricti & religati sint, secundum alios, quasi à frequenter eligendo ea quæ sunt diuini numinis, cum frequenter euoluenda sint corde, & mente, Domini præcepta, & illius vota. Quidam à relegendo dictos esse putant, quasi quod semper ab illis legi debeat diuina scriptura, ex Diuo August. de Vera Religione. D. Thom. in 2. 2. quęst. 185. Art. 1. Glos. in Extrauag. Ducibus sign. Flor. 3. parte, tit. 6. cap. 1. §. 1.

Quare dicātur Regulares.

Regulares dicuntur à Regula quæ tradit normam bene viuendi ne quis à vera lege abstrahatur ex Isidoro libro sexto,

A Etymol. cap. 16. vt in capit. Regula, distinct. 3.

Sub nomine autem Religiosorum, plures personæ continentur, secundum Innoc. & Abb. Hostiens. & Goffred. in Rubr. de Reg. Flor. in d. cap. 1.

Qui veniant sub nomine Religiosorum.

Sumitur aliquando pro omni Christiano propter fidem quã habet, & ideo dicitur Religio Christiana. Iacob. in cap. 1. Si quis putat se Religiosum esse, & reliqua.

Aliquando pro bono Christiano, vt in Act. Apostolorum capit. 2. erant Ierosolymis viri Religiosi ex omni Natione quæ sub Cælo est, vt in cap. Iuxta, 16. quæst. 1. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de Constit. Aliquando pro Clericis vel Vniuersitate probata, quæ obedientiam superiori promittunt, vel regulariter viuunt ut Iesuati, & Tertiarij, qui in fauorabilibus dicuntur B Religiosi, Abb. in cap. Insinuante, qui Cler. uel Monachi, cap. Ex publico, de Consang. & affinit. in Rubr. de Reg. & in cap. Ex multa, de uoto, & in cap. Dilecta, de maior. & obed. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de Const. cap. Non dubium, de sententia Excom.

Dicuntur etiam Religiosi Hospitalarij Ierosolymitani, illi tamen qui matrimonium contrahere non possunt, & obedientiam superiori promittunt, ut refert Syluest. in Sum. in uerbo, Religio, primo, qui uerò obedientiam non promittunt, licet aliquod signum Religiosorum portent, Religiosi tamen non dicuntur, sed personæ Ecclesiasticæ, sicuti mulieres quæ extra Monasterium degunt, Matrimonium contrahunt, proprium retinent, & nihil profitentur. Abb. in Rub. de Reg. ut supra.

C Illi qui se astringunt ad uiuendum secundum aliquam Regulam, propriè dici possunt Religiosi, licet professionem non emiserint, dummodo se, & bona sua Deo dicauerint, sicuti Conuersi Religionum, Doctor. cap. Quod Dei timorem, de Statu Monach. & in cap. Cum plantare, §. confratribus, de Priuileg. Hostiens. & Goffr. in Sum. de Reg. Cruce signati dicuntur quasi Religiosi, ut Fratres Sancti Ioannis, qui sunt Laici, & Ecclesias eorum administrant Clerici sub eorum nomine, Abb. in capit. Quamuis, de Decim. num. 3. & in Rub. de Reg. plura in annot. Inde Religiosus factus Rector Ecclesiæ secularis, continetur sub generali nomine tantum Religiosorum, Glos. in Clem. de Cler. Felin. in cap. Tua nos, de iureiuran. num. 3. in Marg. in uerbo, Religiosi, & in cap. Licet, de offic. ord. Propriè autem

sumitur

Propriè Religiosi qui dicantur.

sumitur pro illis, qui tria uota substantialia Religionis emiserint, Obedientię scilicet, Paupertatis, & Castitatis, quibus emissis, subiacent Abbati. Ioan. And. & Archid. in cap. Ex malo, de Voto. Abb. in Rubr. de Reg. num. 31. Flor. in d. 3. p. tit. 16. cap. 1. Abb. in Clem. Religiosus, de procurat. & in Clem. Ex frequẽtibus, de sententia excom. & in Clem. Non magn. ne Cler. uel Monach. & in Rubr. de Reg. num. 1. Felin. in d. capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, Doct. cap. 1. de Voto, lib. 6. Zabar. in Clem. 1. de Consang. & affinit. Mirandula, lib. 3. Plati. lib. 4. Firman. de Relig. lib. 1. cap. 39. Summistę in uerbo, Religio. Ratio autem est talis ordinationis, quod his tribus uotis religio firmetur; Multipliciter hoc à Diuo Thoma declaratur. Sicut tribus modis diligimus Deum, sic & illi seruimus. Primo etenim diligimus contemplatione, dum illi anima inhęremus omnibus alijs huius mundi actibus postpositis. Aliquando diligimus Deum, actionibus etiam externis prędicando, & Sacramenta Ecclesię administrando, & sicut plures sunt species operum charitatis, ita plures sunt formę Xenodochiorum sicuti Sancti Iacobi, Sancti Ioannis, & similium.

Rō quare vota promittant Religiosi.

Diuersificantur ad inuicem Religiones habitu & Regula, sed omnes tendunt ad eundem finem, ad cultum scilicet Diuinum, & honorem ac seruitium Dei. Ita colligit D. Tho. in 2. 2. quęst. 186. quod status Religionis tripliciter consideratur, uno modo, secundum quod est exercitium tendendi ad perfectionem charitatis, & talis postulat, ut remoueantur illa, quę sunt similis intentionis impeditiua, sicuti sunt cupiditas exteriorum bonorum, & concupiscentia sensibilium, ac inordinatio uoluntatis humanę, & propterea tria uota ordinata sunt; Alio autem modo consideratur, secundum quòd seiungit animum ab exterioribus solicitudinibus, & uersatur circa tria, uel circa dispensationem externarum rerum, uel gubernationem familię, uel circa dispositionem propriorum actuum, qui quidem tribus uotis respondent; Tertio considerantur secundum quod homo offert se Deo in holocaustum, dum offert se, & bona sua; Habet autem homo triplex bonum, Externum scilicet, Corporis, & Animę, & propterea omnes Constitutiones Religionum ad ista tria Vota reducuntur, quę uersantur uel circa laborem, mendicitatem, & paupertatem, uel circa corporis afflictionẽ, in ieiunijs, disciplinis, meditationibus, & similibus, uel circa lectiones, orationes,

A tiones, visitationes infirmorum; & licet habitus diuersus sit, tamen in omnibus signum obligationis ostendit, D. Tho. in d. 2. 2. quæst. 186. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 1. Vlterius dubitari contingit, an inter Religiones detur præeminentia, & secundum Diuum Thomam in 2. 2. quæst. 188. duplici modo considerari potest excellentia, vno modo ex parte finis, & sic illa quæ ordinatur ad potiorem finem, dicitur perfectior altera, sicuti est ad docendum, & prædicandum, nam talis Religio summum gradum obtinet, & præfertur alijs contemplatiuis simplicibus, sicut maius est illuminare, quam lucere, cap. Licet, de Reg. sic prę ponitur doctrina silētio, solicitudo contemplationi, labor quieti; Secundò, qui ordinantur ad contemplationem, præferuntur alijs non contemplatiuis. Tertia distinctio est secundum ea quę B ordinantur circa exteriores res.

Quando vna Religio sit excellētior altera.

Consideratur etiam excellentia vnius Religionis ad aliam, quando finis vnius ordinatur ad altiorem actum, veluti si vna ordinetur ad orandum, altera ad legendum, tunc præfertur illa quæ versatur circa orationem; si circa actus exteriores tunc præfertur illa quæ redimit captiuos magis quam ea quæ hospitalitatem exercet. Alia distinctio est, quando vna Religio ordinatur ad plura de votis pertinentibus ad Religionem; præfertur illa quæ ad vnum votum tantum pertinet.

Tertiò præponitur excellentia ex parte exercitij, quantum ad proportionem eius circa finem intentum, sic vt discretio in omnibus seruetur; quod intelligitur, dum pro castitate seruanda adhibetur magis ieiunium, quam labor corporis, vel indu- C menta vilia: Hæc ex Diuo Thoma in d. quæst. 186. & seq. Flor. in d. cap. 16. §. 2. At Ioan. Andr. in cap. Sanè, de Reg. considerat Religionem arctiorem & duriorem quę versatur circa modum viuendi, inde Religio quæ contemplationi, & arctiori modo viuendi intendit, dicitur excellentior, & ab ea non fit transitus ad aliam laxiorem, ex Diuo Thoma in 2. 2. quæst. fina. Art. 8.

Inde excluduntur à vera Religione qui à seipsis nouam sectam constituunt, nulla superiorum licentia postulata, sicuti legitur de Pauperibus de Lugduno, propterea statutum fuit in Conc. Lateranen. sub Innoc. III. de quo in cap. Vbi periculum, & Gregor. X. in Concil. Lugdunensi, vt in cap. Vnico, de relig. dom. quod absque Papæ autoritate nulla sit instituenda Religio, vbi dicitur: Si quis aliter tentare præsumpserit, inueniendo, vel in-

Qui excludātur à vera Religione.

Religionis institutio pertinet ad Papam.

vel instituendo eas, incidit in excommunicationem, Si quis autem modum viuendi religiosè suaserit, sine tamen professione, non incurrit in excommunicationem. Vnde certi modi viuendi religiosè sub aliquo Collegio probato, dummodo uota non emittantur, permittuntur, vt in Extrauag. Io. XXII. Romana, Abb. in cap. fin. de relig. dom. Felin. in d. cap. Ecclesiæ S. Mariæ, de Constit. in princ. num. 1. & cap. 1. de relig. dom. lib. 6. Excluduntur à vera uiuendi Regula Beguardi seu Beguini, alio nomine Fraticelli, qui iugum ueræ obedientiæ recusabāt, & ad eorum libertatem sine regula certa uiuebant, & appellari uolebāt Apostolici, quasi uiam Apostolorum sectantes in paupertate, propterea appellabantur fraticelli de paupere uita; Isti in principio soli intra domestica deserta, uel quasi insimul uiuebant, postmodum sub umbra iuniperi uagantes, sic otiosam uitam sequentes, cum mulieribus conuersari quærebant; quorum principium in Alemania fuit, qui à Sancta Sede Apostolica damnati fuerunt, ut in Extrauag. Romana, & Clem. 1. de relig. dom. Pelag. in lib. 2. cap. 51.

Beguardi Beguini, & Fraticelli non sunt verè Religiosi.

Serabitæ qui et Circūcelliones.

Serabitæ pariter excluduntur à uera Religione, quod nomē Ægyptiacum est. Tales enim in nullo Religionis ordine uiuebāt, nec in Sancta uocatione manebant, sed absque Regula, & superiore, iuxta eorum libitum uitam ducebant, ex Pelag. in d. lib. 2. cap. 51.

Serabitæ erant homines certam sedem non habentes, sed hincinde prout ipsis placebat discurrentes, in spiritu libertatis uiuebant, & ex hoc Circumcelliones uocabantur, & talis secta fuit prohibita in Concil. Calcedonensi, capit. 4. & cap. 23. his uerbis: Eos uerò qui per Ciuitates singulas, seu possessiones in Monasterijs sunt, placet nobis Episcopo esse subiectos (& infra) Prætereuntem uerò hęc, decreuimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. Ita legitur in cap. Qui uerè, cap. Quidam Monachi, 16. quæst. 1. & ibi Doctor.

Anachoritæ qui sint.

Anachoritæ erant illi, qui (ut dictum est) solitariam uitam ducentes, in montibus commorabantur asserentes quod ascendebant ad Montes exemplo Saluatoris nostri, Matth. 4. & 14. quę uita in d. Conc. Calcedonensi cap. 4. non fuit reprobata; qui uerè pureque solitariam uitam eligunt, digni sunt conuenienti honore.

Tales hodie Eremitæ dicuntur, qui Episcopis subsunt; Tamen

A men uita solitaria unicuique permittenda non est, sed solum perfectis, & probatis ad tentationes, qui aliorum regimine, & subsidio in re spirituali non indigent, sed solummodo illis qui spiritu Dei recti ab incursu quolibet Dæmonis se tuentur. Ad exercitium uitæ spiritualis & perfectionis conuenit uita solitaria, et quod mutuo tales se instruunt uerbo doctrinæ, & exemplo bonorum operum, & orationibus, sic commodius perfecta peraguntur, ex D.Tho.in 2.2.quæst.188.Art.8.

Eremitę qui sint. Quæ solitaria uita sit amplectenda.

Hanc solitariam uitam multi elegerunt, sicuti Antonius, Hilarion, Paulus, & similes, Deo gratissimi, qui adeo erant in lege Domini exercitati & perfecti, quod dæmonum incursus non timuerunt. Hieronym. ad Rusticum epist.4. declarans quæ uita sit laudabilior, socialis, an solitaria, dixit his uerbis: Primumq; B tractandum est, utrum solus, an cum alijs in Monasterio uiuere debeas, mihi quidem placet, ut habeas sanctorum contubernium, nec ipse te doceas, & absque doctore ingrediaris uiam, quam nunquam ingressus es; & similia. Ideo dicitur, quod uita socialis quæ est Monachalis, perfectior est uita Eremitica, propterea Eremitæ transeunt ad Monachos. Glos.in cap. Si clericatus, 16.q.1.Flor.p.3.tit.16. cap.1.§.4.

Cœnobitæ sunt quidam alij, uiuentes in congregatione, quorum caput imitabatur Elisæum, nullamque Regulam profitebantur, quin imo eorum arbitrio Regulas & Constitutiones componebant: tales autem reprobati sunt; Pelag. lib.2. cap. 51.Flor.in d.cap.1.§.4. Cassian. & Salernit.in d.p.1.cap.5.& 7.

Cœnobitæ qui.

His generaliter præmissis, colligendum duximus duo esse gene C ra Religiosorum, Eremitarum & Cœnobitarum, secundum Hieronym. in epist. ad Eustoch. de Virginitate, August.lib.1. de moribus Ecclesiæ, cap.31. Cassianus Collat.18. cap.4. Isidorus lib.2. de diuin. offic. cap.15. qui tres species Monachorum designat, Eremitarum, Anachoritarum, & Cœnobitarum, licet in substantia Eremitæ & Anachoritæ sint idem.

Genera Religiosorum quæ & quot.

Reducuntur igitur Regulæ Religiosorum probatæ ad tres uel quatuor principales, Basilij scilicet, Augustini, Benedicti, & Francisci, licet alij quintam addant Regulam Cartusianorum. Pelag.lib.2.cap.51.Flor.in d.3.p.tit.16.cap.1.§.3. Astens. lib.6.cap.47.Ang.Syluest. & Summistæ, in uerbo, Religio, Salernit.in parte 2. cap.16. Addimus Sextam in primo loco Regularium Canonicorum Lateranensium, & ut colligimus, antiquitate

Regulæ Principales quæ.

De Canonicis Lateranensib.

tiquitate ista præcellit omnes alias, nam eius origo ducta est A ab Apostolis; Benedictus Papa in Extrauag. & Eugenius IIII. dicit his verbis: Huius profecto sacri ordinis & Sancti propositi post Sãctos Apostolos primus in Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus fuit institutor, & conditor, & gloriosus Doctor Augustinus eos diuinis regulis decorauit. Hæc ille; Idem dixerunt Rosettus de Relig. Eccle. tit. 34. in litteris Apostolicis institutis. Hæc de Canonicis Regularibus leguntur; Habitum figuratiuum cœperunt à Leuitis, qui Ephod lineo induebantur. Ioan. de Nigra valle, in d. lib. de Religio. Eccles. lib. 13. cap. 18. Idem dicit ex Canonico ordine, omnium primo, cæteræ omnes Religiones veluti ex rapidissimo fonte profluxere, ex eo namque Monasticus ordo traxit originem; Cum in Ecclesię primordijs, ab eis quibus erat cor vnum & anima vna in Domi B no, multi ad perfectionem illam qua pro Christo omnia relinquuntur, assidua prædicatione & à secularium Clericorum statu converterentur. Hi qui Apostolorum decreto Angelicam vitam veluti Dei ministri in terris viuentes atque in sortem Domini sunt per paupertatis, castitatis, ac obedientiæ professionem assumpti, Clerici siue Canonici nuncupati fuerunt.

Volateran. in lib. 21. ait: Ordo Canonicorum (non tam ab Augustino institutus, quam renouatus) ab Apostolis sumpsit exordium. Ibidemque dicitur de eorum habitu, Amictus est linea tunica, tantum vesti cuiuscunque superaddita quam Iacobus Apostolus Præsul Ierosolomitanus primus, ex more Leuitico, veterumque Sacerdotum sibi assumpsit; post eum Marcus Alexandriæ. Posteri verò diuinis inter se factis concionabulis, C alij alia simul cum lineis indumẽtis arripuere, statutaq; cõdidere. Pluraq; de similibus Canonicis tradidit Trullus in suo Tractat. de Reg. Postmodũ uerò Prima Regula ponitur B. Basilij, sub qua viuunt omnes Monachi Orientalis Ecclesię, sicuti Gręci, de quibus legitur in cap. Diffinimus, 18. q. 2. sub qua plures militant Cõgregationes, præcipuè Cluniacensis in Gallia, quæ incæpit sub Othone Muscio, anno 913. in Abbatia Cluniorũ. Per multos ante annos B. Basilius in Græcia, & in Armenia suam instituit Religionem, secundum nonnullos de anno 360. Connumerantur autem sub istius institutionis Regula plures Congregationes: sicuti Carmelitani, tempore Alex. III. anno 1160. Sed Honorius IIII. dedit illis nomen à monte Carmelo,

Basilij Regula.

anno

A anno 1287. licet alijs placeat figuratiuè tamen illos venisse ab Helia & Helisæo.

Camaldulenses in Italia à Sancto Romualdo Abbate, sub Benedicto III. anno 1070. Vallis Vmbrosæ in Italia à Sancto Ioan. Gualiberto sub Io. XIX. anno salutis 1060.

Cistercien sium Regula à Beato Roberto inchoata, sed aucta à Beato Bernardo anno 1198.

Grandimontenses in Gallia à Beato Stephano uenerunt anno salutis 1070.

Congregatio humiliatorum inchoata fuit ab exulibus Mediolanensibus, sub Celestino III. qui fuit in Schismate cum Alexandro III. anno salutis 1170. & ista fuit confirmata ab Innocentio III. anno 1200. & tandem fuit extincta à Pio V.

B Sub ea fuerunt etiam Carmelitani in partibus Orientalibus, ut dictum est, habilitati à Papa Honorio tempore Totilæ Baduillæ Gothorum Regis II. anno 542. ex Pelag. in d. lib. 2. cap. 51. Flor. in d. cap. 1. §. 5. Syluest. Religio, Salernit. p. 2. cap. 16. & ex Catal. Cassan. Cron. Io. Lucidi, & Beati Antonini.

S. Augustini Regula.

Secunda Regula fuit Sancti Augustini mundi luminis, ut scriptores illum appellant, ad quam plures Religiones reducuntur, uidelicet, Eremitarum, quę Religio uenit à quibusdam Eremitis Sancti Gulielmi, & Sancti Ioannis Boni, & à quadam congregatione Fabalium, & Britinium, isti enim diuerso habitu induti Italiam occupantes, elemosinam quærebant; Innocentius IIII. anno 1204. eos coegit in unum congregari, & illis Regulã B. Augustini concessit, & Alex. IIII. hanc concessio C nem confirmauit, & ista Regula fuit diuisa ut eius asseclæ alij fuerint Conuentuales, alij Obseruantes, qui in undecim cõgregationes distributi à Papa Alexandro confirmati fuerunt; Sub ea pariter Regulari obseruantia est Congregatio Sancti Saluatoris Bononiæ, quæ sub Gregorio XII. anno 1409. originem duxit, à Stephano, & Iacobo Senensibus, quæ secundum alios incæpit anno 1376.

Ordo militiæ Sancti Iacobi de Spata, in Hispania, cępit autore Petro Ferdinando sub Celestino III. anno 1193. ad quem referuntur Canonici regulares Romæ instituti anno 1062. sub Alex. II. licet antea Mantuæ in Ecclesia S. Marci incæperit anno 1231. sub eo pariter Carmelitæ ponuntur, qui fuit restitutus ab Alberto Ierosolomitano Patriarcha sub Ioan. IX. & reformatus

formatus à Beato Bertoldo anno 1205.

Collige ergo, quemadmodum sub Regula Sancti Augustini nonnullæ militant Congregationes, de quibus, tam apud citatos auctores habetur, quam in priuilegijs eorum.

S. Dominici Regula. Prædicatorum Regula sic ab officio Sanctæ prædicationis nũcupata, à Beato Dominico fuit instituta, sub Innoc. III. anno 1216. & ab Honorio III. confirmata; Hæc doctrina fulget, & prædicando, & legendo instanter uiam Dei in ueritate docet, quam ualde Diuus Thomas de Aquino illustrauit, qui non solum legentibus, sed ipsi Saluatori nostro suis scriptis satisfecit, ut dignè audire meruerit. Bene de me scripsisti Thoma.

S. Benedicti Regula. Tertia Regula Sancti Benedicti, continet Monachos habitu nigro indutos, de quibus habetur in cap. Sunt nonnulli, 16. q. 1. & cap. fin. 20. quæst. 4. capit. Cum ad Monasterium, de statu Monach. capit. Super eo, de reg. & in Clem. de statu Monach. qui deuiantes à Regula, & ad uitam laxiorem traducti, sub speciali Titulo Congregationis Sanctæ Iustinæ à Ludouico Barbo Veneto, qui cum alijs ex Canon. S. Georg. in Alga ad id à Pontif. delegatis, assumpto Monastico habitu eam reformantes in eodem quoque habitu & religione decesserunt, quæ Reformatio ab Eugenio IIII. Florentiæ confirmata fuit Anno 1430.

Sub eadem Regula ueniunt Cistercienses quorum Regula ornata multis priuilegijs fuit, quam Diuus Bernardus auxit & dilatauit. Celestinorum congregatio à Papa Celestino V. traxit originem, qui ordinem istum fuerat professus, sub eadem Regula sunt Camaldulenses; Montis olíueti, Montis Fani, Syluestrini, & similes. De his etiam habetur in Clem. Ne in agro, de statu Monach. & ex alijs, ut suprà relatis.

S. Georgij. Idem Ludouicus Barbo, Prior tunc temporis Monasterij S. Georgij in Alga Venetiarum, Congregationis Canonicorum secularium, Apostolicam uitam degentium absque professione, sub titulo eiusdem monasterij institutionem à Bonif. IX. impetrauit, monasterium cessit, quam cessionem Gregor. XII. confirmauit, huius Congregationis Antonius Corrarius postea Cardinalis, Gabrielq; Condulmerius, qui fuit Eugenius IIII. primi institutores fuerunt, quibus adhæsit Laurentius Iustinianus Protopatriarcha Venetiarum Sanctissimus, cuius extant opera eximia, & alij complures nobilissimi uiri, quorum nonnullis

A nullis assumptis Ludouicus prædictus reformationem iam dictam Monachorum, compleuit sub titulo S. Iustinæ. Canonici verò Congregationis prædictæ professionem trium votorum nunc emittunt sub regula S. Augustini ex constitutione Pij V. Lubricum vitæ genus.

Quarta Regula est Beati Francisci de Assisio, instituta anno Domini 1200. sub Innocentio III. post confirmationem Regulæ Prædicatorum confirmata ab Honorio III. anno 1216. Iste Patriarcha Franciscus tres instituit ordines vel Regulas, Virorum prima fuit arctissima, quæ absolutè, nec in communi habet proprium; Secunda mulierum Beatæ Claræ de Assisio, quæ proprium in communi retinet; Tertia coniugatorum, & aliorum, quæ dicitur Tertij ordinis. Regula Beatæ Claræ fuit con- B firmata ab Alexandro IIII. anno Domini 1255. vt infra dicetur ex Abb. in Clem. cap. Cum ex eo.

S. Francisci de Assisio.

Prima Beati Francisci Regula, fuit ab illis Regularibus in laxiorem modum viuendi reducta, vnde orta est Regula Minorum obseruantium à Beato Bernardino Anno 1412. alio nomine zoccolantorum seu lignipedum nuncupatur; & hi olim erāt diuisi in alias Congregationes, quorum quidam dicebantur Amadæi, ab Amadæo Hispano anno 1460. Alij Chiarini, qui tandem omnes à Pio V. fuerunt reducti in vnam Congregationem, quæ vnico verbo nuncupatur, (vt dictum est) Regula Minorum obseruantium.

Post eam Cappucini venerunt qui tanquam imitatores primi instituti Beati Francisci, & vitam illius sectantes, quasi no- C uam Regulam induxerunt; quorum primus institutor fuit Matthæus Baschi in Ciuitate Camerini anno 1525. Tales enim vitam duram in paupertate, habitu, & pœnitentia ducunt, de quibus in Conc. Trid. Sess. 25. cap. 3. de Reg.

Congregatio Beati Francisci de Paula, ad imitationem Beati Francisci de Assisio, Regula fuit inuenta, nuncupata de Minimis, incępit Anno 1450. confirmata à Sixto IIII. anno 1473.

S. Francisci de Paula.

Sunt, & aliæ Congregationes veluti Canonicorum, Sancti Marci de Mantua, gerentium Biretum album formæ quadratæ, necnon Congregatio Armeniorum, Sancti Bartholomei Genuensis qui obseruant constitutiones Dominicanas. Congregatio fontis Auellanæ. Modo sublata est congregatio Eremitarum vulgari nomine dicta (la Madonna di Gonzaga). Cō-

Aliæ Religiones.

gregatio vitæ communis tempore Gregorij XI erecta à Gherardo Thodesio. Congregatio discalceatorum in Hispania, qui imitantur Cappucinos Italiæ, Congregatio recipientium orphanos instituta à Hieronymo Miani anno 1528. Congregatio Sancti Spiritus in Saxia incępit anno 1198. Congregatio Blancorum fuit extincta anno Iubilæi 1400. Congregatio Iesuatorum Senis instituta à Ioanne Columbino, confirmata ab Vrbano V. Anno Salutis 1365. Congregatio Clericorum Societatis Iesu Romæ instituta ab Ignatio Loyola Hispano anno 1540. confirmata à Paulo III. de ea habetur in Conc. Trident. Sess. 25. cap. 16. de regul. Congregatio Teatinorum fundata à Ioan. Petro Caraffa, qui postea fuit Paulus IIII. Summus Pontifex.

Sunt & nonnullæ aliæ Congregationes diuersis in locis, sub diuersis nominibus, necnon in India, quæ dicitur pars noua Orientis; Sed ne ab instituto discedam, silentio cætera transeam, quæ legi poterunt in præcitatis locis, vbi diffusè ista tractantur, & reuertetur sermo ad substantialia religionis, & de his vide Paulum Morigiam in tractatu de orig. relig. Thomam Garson. in sua platea vniuersali, ad pag. 68.

In qualibet Regulæ probatione, consideranda sunt pręcipuè illa tria substantialia vota Religionis.

Secundo consideratur habitus honestus, & deuotus, tertio modus viuendi sit salutaris, Abb. in Clem. Cum ex eo, de sententia excom. Flor. in d. cap. 1. tit. 16. p. 3. §. 5. datur, & alia diuisio, quia quidam dicuntur Monachi, quidam Mendicantes, sic & mendicantes, & non mendicantes.

Alia diuisio Regularium.

Mendicantes qui.

Mendicantes appellantur, quia non licet eis habere propriũ, non quod simpliciter mendicent sed eo quod uiuere debeant in paupertate; tales nuncupantur propriè mendicantes, & inter eos quatuor Religiones existunt, videlicet Regulares Sancti Augustini, Carmelitani, Sancti Dominici, & Sancti Francisci, Proprijssimè, qui nec bona in communi possident stabilia, sicuti seruant minores obseruantes de Sancto Francisco & Cappucini, & similes. De his vide Abb. in Clem. 2. de excess. pręlat. num. 2. Glos. in cap. 1. eodem tit. lib. 6. Philip. Franc. cap. 1. §. 1. num. 1. de relig. dom. lib. 6. & in add. ad But. in cons. 33. Mend. reg. 23. quæst. 3. num. 2. & 3.

Non mendicantes sunt cæteri præter nominatos, sicuti Monachi,

A nachi,& similes, qui pariter vota ſubſtantialia Religionis promittunt,& vouent,& ad ordines promouentur,cap.per plures, 19.quæſt.1. appellantur hoc nomine à ſolitudine, nam monos Græca dictio eſt, & idem ſignificat, quod ſolitudinem, ſic illi præcipuè à mundana conuerſatione debent eſſe ſeparati, & Religio Monachorum appellatur ager Domini,cap.1. cum Gloſ. 16.q.1. Abb.in d.cap. Ex parte, de poſtulat. Prælat. Anchar.in Clem.Ne in agro de ſtatu Monach.

Monachi qui, & quare ita dicantur.

Sub nomine Monachorum in materia odioſa non ueniunt Mendicantes, nec alij Regulares, unde, ſi excommunicantur Monachi, non comprehenduntur Canonici Regulares, in fauorabilibus veniũt omnes, niſi alia qualitate appoſita,cęteri excludantur;& de Monachis tantum intelligitur, Clem.1.de ſta-B tu Monach.& Zabarell.ibi in §.1. Abb.in cap.Ex parte,de poſtul. num.1.

Ordo Monachorum arctior eſt Regula Canonicorum Regularium, quando ſcilicet Monachi ſunt ſacris initiati, capit. Mandamus, 19.q.3. Abb.in cap.Quod Dei, de ſtatu Monach. D.Thom.in 2.2.q.189.Art.8. ad ſecundum.

Inter Monachos connumerantur quidam, qui Oblati dicuntur,quidam alij Conuerſi;Oblati ſunt illi,qui ſe,& ſua offerunt Monaſterio,habitu ſeculari non mutato,qui alio nomine ſerui dicuntur Monaſterij, non poſſunt tamen ad alia Monaſteria tranſire.Gloſ.in cap.Vt lex,27.quæſt.1.

Oblati & Conuerſi qui.

Conuerſi ſunt illi, qui ſe, & ſua bona conceſſerunt Religioni,mutando habitum ſecularem & profitendo ſubſtantialia Re-C ligionis, ſed non accipiunt ordines, & vt laici inter Monachos reputantur, Abb.in cap.non eſt,de Reg. Sylueſt.in verbo,Religioſo, 7.

His generalibus præmiſſis de Regularibus, occurrit, ut ſermo etiam habeatur de quibuſdam alijs Congregationibus quę tria ſubſtantialia vota non emittunt, ſicuti ſunt Congregationes Militum, Eremitarum,& aliorum Tertiariorum,ſeu Mantellatorum ut cuiuſcunque ſtatus aliqualis notitia habeatur.

Congregationes quæ tria vota non emittũt

Ordo Militiæ Sancti Ioannis, Milites continet, qui fidem, obedientiam, & caſtitatem vouent, olim Equites Ieroſolymitani,nuncupati, poſtmodum Sancti Ioannis, deinde Rhodi, ultimò Melitenſes appellati ſunt; Incæpit hic Ordo Anno Domini 1120. Gerunt crucem albam in pectore, militant

ſub Regula Sancti Auguſtini; Ieroſolomis incœpit, ideo nomen ab ea Ciuitate ſumpſit, ex Vincentio Hiſtorico, & Polidorio Virgilio lib. 7. de inuent. rerum, Caſſan. in Catalogo glor. mundi par. 9. Conſider. 4. Morigia lib. 3. de orig. Relig. A

Ordo Templariorum ſic nuncupatus, quia in templis Ieroſolimæ Ciuitatis diutius habitarunt, quem Balduinus II. Ieroſolymitanus Rex inſtituit; Diuus Bernardus regulam conceſſit viuendi, vigebat tempore Gelaſij II. anno 1117. Equites huius militiæ quodam tempore religionis cauſa honore, & diuitijs eluxerunt, ſed poſtmodum deficiente religione, Clemens V. cõſilio Philippi Francorum Regis, ordinem ſuſtulit, & eorum bona inter alios milites diuiſit; Vide Platinã in vita Clem. V. Sabellicum, Volateranum, Florent. in eorum Hiſt. & Morig. in ſupradicto loco. B

Ordo militiæ Theutonicorum ductus à quodam Theutonico, qui Ieroſolymam expugnatam incoluit, & ibi Religionem fundauit; Gerunt tales milites album Pallium ſignatum in pectore nigra cruce, ſubtus verò tunica nigra induuntur, reſident in Pruſſia Marienburgi; & nullus, niſi Theutonicus hac religione ornatur, ex Morig. & Thom. Gar. in ſua Platea.

Ordo militiæ Sancti Iacobi Hiſpaniæ, incępit tempore Alexãdri III. anno 1170. quem fundauit Petrus Bernardini, viuũt Milites illi ſub Regula S. Auguſtini, gerunt Crucem rubeam quæ vti enſis, habet formam acutam.

Ordo militię Ieſu Chriſti, tpe Io. XXII. incępit anno 1320. ab eodẽ inſtitutus ad debellandã Beticã Hiſpanienſem, à Mauris Sarracenis uſurpatam; gerunt crucẽ rubeã in nigro habitu. C

Ordo militiæ Sanctæ Mariæ ad redimendos captiuos à Iacobo Aragoniæ Rege inſtitutus eſt, iſtius Equites ordinis crucẽ nigram in albo Pallio portant, confirmatus fuit à Gregor. IX.

Ordo militiæ Monteſiæ inſtitutus ab eodem Iacobo Rege Anno 1212. confirmatus fuit à dicto Gregorio IX. anno 1230. crucem rubeam eius Equites gerunt.

Ordo militiæ Calatrauæ, ita nominatus à loco vbi Monaſterium eius eſt in Hiſpania, originem ſumpſit à Sanctio Rege Nauarræ, ſeu Toledi, profitẽtur milites iſtius ordinis vt Ciſtercienſes, gerunt crucem rubeam in veſte nigra, cum lilijs, ſeu ad eorum ſimilitudinem. Alexan. III. confirmauit, & Benedictus XIII. crucem dedit anno 1390.

A Ordo militiæ Alcantaræ in Hiſpania, ductus eſt ab Equite quodam Calatraui ordinis; profitentur ſecundum ordinem Ciſtercienſium, Alcantaræ præcipuum monaſterium Equitum retinetur; Hiſpaniæ Rex perpetuus eſt Commendator, primates eo ordine decorantur, crucem ornatam lilijs gerunt viridem in pectore.

Ordo militiæ Sanctorum Mauritij, & Lazari antiquior eſt omnibus alijs, quoniam, vt Gregorius in vita Baſilij refert, tempore Diui Baſilij incępit, vt teſtatur in litteris Pij IIII. & Pij V.

Illuſtrauit hunc ordinem Damaſus Primus, Anno ſalutis 360. deſierant ferre tales equites ſignum, ſed Pius IIII. anno 1565. quodammodo reſtaurauit, & in priſtinum ſtatum repoſuit, gerunt milites crucem viridem ornatam albo colore, in B medio autem crucis viridis ineſt altera crux parua, & alba, ut ab eodem Morigia diffusè tractatur; ſed veritati magis conſentaneum eſt quod gerant crucem magnam Albam.

Ordo militiæ Sancti Stephani à Coſmo Magno Duce Hetruriæ inſtitutus, anno 1561. confirmatus à Pio IIII. militant milites ſub Regula Sancti Benedicti, gerunt crucem rubeam in latere ſiniſtro.

Ordo militiæ Bandæ Hiſpanenſis inſtitutus à Rege Alphonſo anno 1368. Fert bandam (ſic nuncupatam) rubeam, & latam.

Ordo militiæ Sancti Michaelis à Ludouico XI. Rege Francorum inſtitutus eſt, gerunt torquem aureum ad collum.

Sunt & nonnulli alij ordines militiarum diuerſarum, ut Au C rei velleris, nuncupatus del Toſone, de Nunciata, de Stella, & alij ſimiles, de quibus latiſſimè apud præcitatos ſcriptores, & Morigiam in d. lib. 3.

Sixtus V. Pontifex Maximus religionis Sancti Franciſci de Aſſiſio, Equeſtrem ordinem ſub eodem titulo ordinauit.

Congregationes Equitũ quare inſtitutæ.

Sunt, & aliæ Militum Congregationes inſtitutæ ad pugnandum pro fide, quibus conceſſus eſt vſus Armorum, & eorum manſio debet eſſe in loco Religionis, vel vbi geritur bellum, uouent continentiam, & obedientiam, habentque Conſtitutiones cum ſuperiore, qui Magnus Commendatarius nuncupatur totius religionis caput; retinent Beneficia Eccleſiaſtica, quę vocantur præceptoriæ, & ſunt de foro Eccleſiaſtico, habent ſignum, & habitum præciſum, ut dictum eſt. Gloſ. in Clem. vnica, §. ut

ca §. vt autem præmissa, in verbo, Militarium, de relig. dom. A Firman. in tract. de Episcopis, lib.4. p.4.quæst.3.num.16. Menoch. de arbit. Iud. lib.2. Centur.4. Casu 394. nu.30. Mendos. reg.16. quæst.51. num.2.

Sunt nonnulli alij ordines, præsertim à Summis Pontificibus instituti, & alijs Principibus, quos breuitatis causa dimittimus.

De Eremitis. De Eremitarum statu vlterius tractandum est; Eremita erit ille, qui vitam verè, & purè solitariam colit, & non est addictus obedientiæ certi Ordinis Prælati, sed solum Episcopo obedit, & possunt Eremitæ habere proprium, cap. Qui verè, 16. quæst. 1. & ibi Glos. & in §. è contra, 3. quæst.3. D. Tho. in 2.2.q.186. Eremitæ vitam solitariam tenent, certum prælatum retinent, uotum castitatis nomine vniuersalis Ecclesiæ emittũt, ex Abb. B in cap. Veniens, qui Cler. vel Mona. num.3. Felin. in cap.2. de foro compet. num.7. D. Thom. in 2.2.d.q.186. Art.3. & per totam quæst.

Talis itaque habitus matrimonium consummatum non dissoluit, cap. Agatha, 7. quæst.2. cum seq. quamuis contrarium teneat Ant. Franc. in Add. ad Abb. in cap. Ex parte, de conuers. coniugat. in verbo, Eremita. At tenet D. Thom. in 2.2.d. quæst. 186. quod dissoluat; Limitatur autem quando huiusmodi Eremitę non emitterent uotum continentiæ, tunc enim possunt cõtrahere Matrimonium, & istud contractum, non dirimitur. Inde, si in manibus Ordinarij emitterẽt votum continentię, ac degerent in Eremo, cum habitu, & uita eremitica, tunc haberet locum opinio D. Thomæ, aliàs dicendum, ut de Tertiarijs. Fe- C lin. in capit. Nullus, de foro compet. num.7. Nicolaus Boer. de statu eremitar.

Species Eremitarum. Eremitæ sunt in duplici differentia, vna species est illorum, qui habent cellas remotas à Monasterijs, & perfectiorem vitam sequuntur, sicuti faciunt Camaldulenses Eremitæ, & isti vouent omnia, quæ sunt in vera Religione; Alij Eremitæ sunt qui vagantur per montes diuerso habitu, & tales sunt diuersarum specierum, quidam proprium retinent, quidam alij dicuntur Fraticelli, de quibus supra dictum est, & à Papa Ioan. XXII. in Extrauag. Sancta Romana, fuerunt expulsi; Quidam alij recipiunt Regulam, & habitum de manu Prælati, loci scilicet Episcopi, & habitant in locis solitarijs, & talis vita debet probari à

Papa,

A Papa, vel Episcopo, aut saltem à Parocho loci, & nil tales Eremitæ solenniter vouent; Felin. in d. cap. Nullus, & Andr. Barb. in add. ad Abb. in d. cap. Nullus, de foro compet. But. in consil. 19. num. 19. Florent. 3. p. tit. 16. cap. 1. de Anachoretis, qui sic vocantur Syluest. in verbo, eremita.

Propriè autem Eremitæ sunt de foro Ecclesiastico, quamuis Regulam probatam non habeant, & ducant tamen vitam similem Religioni, propterea subiacent Episcopis, & Parocho loci, Abb. in cap. Cum Monasterium, el 2. de elect. Felin. in d. capit. Nullus, Syluest. in verbo, Eremita.

In fauorabilibus gaudent priuilegio Ecclesiastico, Abb. in cap. Ex parte, el 2. de conuers. coniug. Zanch. ibi, in annot. Ant. Franc. ibidem, & in d. cap. Nullus, de foro compet. & est communis, vt refert Berellus in addit. ad Bellug. in Rub. 11. §. viuendum, in verbo, Eremita. B

Licentia autem ducendi solitariam vitam, & Eremiticam, non cōceditur facilè nisi probatis in Religione, & illis, qui aliorum regimine non indigent; vnde qui scientia, ætate, & prudentia cæteros superant, Dæmonumque tentationes, & Dei probationes agnoscunt, hi tantum ad eremiticam vitam, & rigorem admittendi sunt, quoniam valdè periculosum est quod quis solus commoretur, vt legitur in Ecclesiastico. Væ soli, quia si ceciderit non habebit subleuātem se. Huic sententię adstipulatur B. Laurēt. Iustin. in suo lib. de discip. & perfect. Monast. cōuersat. cap. 7. inquiens. Vnaquęque ouis sub proprij vmbram Pastoris confugiat, & ibi quiescat, vt ab irruentibus latronibus secura C permaneat; quæ verò soliuaga, & absque Duce vagatur, cibus efficitur intellectualium bestiarum; habitet illa, quæ propriam diligit salutem, cum cæteris. Vide D. Thom. in 2. 2. quæst. 188. Art. fin. vt suprà dictum est.

Vita Eremitica sancta, & perfecta est, ac grata Deo, ideo laudatur Ioan. Baptista Matth. 2. Non surrexit maior Ioāne Baptista, & Lucæ 1. de Helia; de Ioanne Baptista vide Eusebium lib. 9. de Nomin. euang. cap. 5. & Hieronym. in epist. 4. ad Rustic. Gregor. Nazian. in epist. 1. ait: Talis est Christi pars, talis passionum Christi fructus, quem ipse è terra ad Patrem defert religionis inquam Christianæ culmen, populi decus, Mundi fundamentum cum cœlestibus pulchritudinibus elegantia propemodum certans.

Cauendum est in similibus, ne nouæ sectæ ab Ecclesia non A probatæ inducantur, quæ sæpè superstitionem continent, ideò ante omnia ab Ordinarijs probentur eorum Constitutiones, & habitus, cap. fin. de relig. dom. Felin. in d. cap. Nullus, Card. in cons. 158.

De Tertiarijs & Mantellatis.

Sunt, & aliȩ Congregationes, quȩ Tertiariorum seu Mantellatorum nuncupantur, & istorum alij sunt Sancti Francisci, qui sexum continent vtrumque. Alij Sancti Augustini; Alij Sancti Dominici; qui sub Diui Francisci regula viuunt, dicuntur Tertiarij, quia fuit Tertia ab eo Regula ordinata; Alij dicuntur Mãtellati, seu accenturati, tales autem sub nullo Collegio viuunt, nec vota solennia emittunt, sed certam Regulam habent ad se exercendum in lege Domini, quam de consilio, non autem de præcepto seruant, vt ex d. Reg. & ex Const. Gregor. XIII. Abb. B in cap. Cum de quibus, de relig. dom. & in Clement. Exiui, de verb. signific.

Isti Tertiarij sunt positi inter personas Ecclesiasticas, in fauorabilibus, cap. Nullus, de foro comp. Felin. & Abb. nu. 11. Ioan. de Capistrano in tract. 3. Ord.

Declarauit autem Leo X. in Const. Ite, & uos, quod non dicantur Religiosi tales Tertiarij, dum non viuunt in Collegio, & vota Religionis non emittant, sed in omnibus habeantur, ut Laici. Hoc idem confirmauit Gregorius XIII. de obseruantia clausuræ; gaudent autem multis priuilegijs ex pluribus Summorum Pontificum Constitutionibus, de quibus in eorum Priuilegijs & Regula.

Mantellati sunt similes, non soluunt Matrimonium, quia C nullam Religionem uouerũt, sed solummodo certum modum uiuendi seruant; & an dicantur personæ Ecclesiasticæ uide Zabarell. in Clem. Cum ex eo, de sententia excommunic. num. 2. Anch. ibi. & Glos. in Clem. 1. de relig. dom. in uerbo, Obedientiam, gaudent priuilegijs concessis à nonnullis Pontificibus.

Vnde sub specie talium personarum cauendum est, ne constituantur Collegia illicita, & faciant prostibula, ut innuit Glos. in d. Clem. 1. de relig. dom.

Ad eorum statum requiritur obseruantia suarum Constitutionum, ut ex Doct. & Glos. in d. Clem. 1.

Laudes uitæ Regularis.

Hæc autem Religio maiestatem Sanctæ Matris Ecclesiæ militantis demonstrat. Chrysost. in Homel. 8. in Matth. de laudibus mo-

A bus monasticæ uitæ, ita scripsit: Si quis nunc ad Ægypti ueniat solitudines, paradiso forsan omnem illam Eremum uidebit digniorem; & innumerabiles Angelorum cętus in corporibus fulgere mortalibus, est enim ibi cernere tota illa regione diffusum exercitum Christi, & admirabilem illum regium gregem, uirtutumque cælestium conuersationem in terris micantem, atque lucidum, non in uiris solum, uerum etiam in fœminis splendere conspexeris, non ita uarijs astrorum choris cælum refulget, ut Ægyptus innumeris Monachorum ac Virginum distinguitur, atque illustratur habitaculis.

Augustinus de moribus Ecclesiæ cap. 31. Auget Monachorum laudes his uerbis: Sed hic disputare longum, & superuacaneum puto, nam hoc tam excellens fastigium sanctitatis, cui B non sua spontè mirandum, & honorandum uidetur, oratione nostra uidere qui potest? sed si hoc excedat nostram tolerãtiam, quis non illos miretur, & prædicet, qui contemptis atque desertis huius mundi illecebris, in communem uitam castissimam sanctissimãque cõgregati, simul ætatem agunt, uiuentes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, nulla superbia tumidi, nulla pertinacia turbulenti, nulla inuidentia liuidi, sed modesti, uerecundi, pacati, concordissimè uitam intentissimam in Dei seruitio agunt, gratissimumque ipsi munus offerunt, à quo ista posse meruerunt; Nemo quicquam possidet proprium, nemo cuiquam onerosus est: Patres uerò non solum sanctissimi moribus, sed etiam diuina doctrina excellentissimi, nulla superbia consulunt. Et infra; hos mores, hanc uitam, hunc ordinem, C hoc institutum, si laudare uelim, neque dignè ualeo, & uereor ne iudicare uidear per seipsum tantummodo expositum placere non posse. Hæc ille.

Inde dicitur in Conc. Prouinc. Colon. de Conuers. monach. capit. 9. quod Monasteria olim uirtutum scholæ, ac pauperum hospitalia erant.

Dionys. Cartusian. Monachi statum describit, dum ait: Monachus est, qui solum quæ Dei sunt agit, cogitat, loquitur, Christo unitus omni tempore, loco, & negotio.

Basilius de laud. Relig. ait: Homines ad Religionem ingressi, ad illud bonum quod ex natura est reuertũtur: Natura enim communionem & consociationem amplectitur, quæ nullum priuatum commodum fouet, sic possessio illa, meum, & tuum,

eliminata

eliminata à natura est, nullamque pariter dissentionem aut per A turbationem amplectitur, sed vnanimem consensum ad diuinũ cultum semper induxit, sed communis Deus, communis pietatis mercatura, communis salus, communia certamina, communes labores, communia præmia, vbi multi vnus, & vnus solus, sed in pluribus, vnde nil eo beatius institutum, & quid mutua inter se morum animorumque contemperatione, gratiosius fingi, homines ex diuersis nationibus ac regionibus profectos, per exactam morum ac disciplinæ similitudinem video in unũ veluti coaluisse, vt in pluribus corporibus, vnus modò esse animus videatur, vicissimque plura corpora mentis vnius instrumenta cernantur; Qui infirma corporis valetudine est, is compluriũ animos imbecillitatis suæ participes habet, qui uerò animo æger est & affligitur, ei complures presto sint à quibus curetur, & à quibus assiduè erigatur: Hi æquabili iure inter se, alij aliorum, & famuli sunt, & domini, & inuicta libertate, accuratissimam ibi inter se seruant seruitutem, quam non necessitas cũ mœrore uiolenter inuexit sed cum gaudio libera animi uoluntas induxit. B

Hugo de Sancto Victore, lib. 1. de Claust. à cap. 290. ad fin. dicit: Religionem Monasticam pauperi esse abundantem, mediocri sufficientem, tolerabilem diuiti, infirmis largam, delicatis compatientem, moderatam fortioribus, pœnitentibus misericordem, peruersis seueram, bonis optimam; Item suauem esse, mitem, quietam, securam, Laurentius Iustinianus in lib. de Disciplina Monastica ca. 1. ait: Propterea ò excelsa, & Deifica sapientia, te inspirante erecta sunt Monasteria, & Cœnobia cõstructa, ut in illis spreto lethali luxu carnalium uoluptatum, atque abdicato usu temporalium cupiditatum, mentes tibi placere cupientium aptius contra se, & feruentius contra uitia dimicarent. Religio angelorum Thesaurus est; quorum uiuendi ritum æmulatur: sed cum habeat quisque quæ omnium sunt, omnes tamen integras apud se diuitias conseruant. Summi enim boni contemplatio, & uirtutum luculentissima cognitio, charitateq; quę in Cęlo sunt inter se cõiungantur charitas hos mutata compagine conuexit. Adeo expeditè adeoque fortiter cõtra ipsam militantes, & charitate ueluti acta testudine inter se alij alios tantopere protegentes, spiritusque conspirantes, ut ne uel tantillum loci detur irrependi illius hostis assultibus. Hæc ille. C

Qui

A *Qui poßint ad Religionem admitti; De Nouitijs, & eorum Profeßione. Cap. II.*

HIs generaliter præmissis quæ ad originem & causam institutionis Religionis pertinent.

Nunc accedendum est ad statum ueræ Religionis, & qui sint habiles ad eam, & ad cætera, quæ Religioni expediunt.

Prima itaque Regula est, quod omnes qui possunt sacris initiari, possunt etiam Religionem ingredi, quia Ordo est pars Religionis. Inde prius diligenter inquiratur de uita, moribus & fide Catholica, & de defectu suorum progenitorum; nã nati ex gente Turcarum, uel Hebræorum, si post Baptismum laudabiliter uixerint, admittuntur, nati ex hæreticis conuersis non admittuntur, nisi post secundam generationem ex latere patris, ex matre autem usque ad primam, ex Constit. Pij V. Pastoralis officij.

B *Qui dicãtur inhabiles ad Religionem.*

Sunt etiam inhabiles ad Religionem impediti, uel naturali, uel casuali impedimento, sicuti de Ordinibus dictum est, ueluti, non habentes usum discretionis ex defectu ætatis, ut masculi ante quartumdecimum annum, fœminæ ante duodecimum, quo in tempore tales non assumuntur ad Religionem, cap. 1. 20. q. 1. & ibi Glos. capit. 1. de Reg. lib. 6. & ibi Franc. & in cap. Ad nostram, de reg. Host. & Goffred. de Reg. nu. 9. & 10. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 2. §. 2. Conc. Trid. Sess. 25. cap. 15.

Inde pueri ingrediẽtes Religionem ante prædictam ætatem, C non obligãtur, & possunt extrahi (si fuerint ingressi) à patre ex d. cap. Ad nostram, de reg. Abb. in cap. significatum, eodem tit. cap. Puellæ, 20. quæst. 2. D. Thom. in 2. 2. quæst. 189. Art. 5. & in quodlib. 3. quæst. 5. art. 1. Flor. in d. cap. 2. §. 4. Syluest. in uerbo, Religio, 2. & ex constit. Sixti V. contra Mendicantes, uide etiam Lancell. in Inst. Can. §. quod si improbos, de Reg. Glos. in uerbo, Irritare.

Sic ætas debita requiritur, secundum Ambros. in lib. 3. de Virg. Non ergo ætas reijcitur florentior, sed animus examinatur, ac certè Theclam, non senectus, sed uirtus probauit, & hinc quid plura contexam, cum omnis ætas habilis Deo, perfecta sit Christo? nec mirere in adolescentulis professionem, legens in paruulis passionem; An dubitamus si eum usque ad continen

tiam

tiam sequatur adolescentia, quem usque ad mortem confitetur A infantia.

Aetas requiritur debita.

De hac ætate, quam leges exprimunt legitur in pluribus Cõcil. licet diuersimodè in Conc. Cęsaraug. cap. fin. Conc. Agath. cap. 13. determinatur ætas 40. annorum in professione mulierum, in Conc. Carthag. 4. can. 4. ętas 25. annorum, & idem legitur in Conc. Mileuitano, Can. 26. in Cõc. Turla. can. 40. & Triburiensi Can. 24. admittitur ætas 12. annorum in Conc. Trid. Sess. 25. capit. 15. determinatur ætas 16. annorum completorum.

Oblatus à patre ante istud tempus, non obligatur, sed cum peruenerit ad annos discretionis, poterit deliberare quid sibi placuerit, sed usque ad annos discretionis tenetur ibi manere; Mater, uiuente patre, non potest offere filium, nisi eo mortuo B existente tutrice, cap. illud, 20. cap. 2. cap. cum simus, de regular. & ibi Abb. nu. 2. Archid. in cap. puella, 20. quæst. 1. D. Tho. in Quodlib. 3. quæst. 5. & in 2. 2. quæst. 189. Flor. in d. cap. 2. §. 2. Syluest. in uerbo, Religio, 2. num. 10. & in Regulis debet esse terminatum quid sit agendum; uide etiam Lancell. in Inst. de Regular. §. Monachi, & ibi Glos. in uerbo, offert.

Seductio quãdo nõ obliget.

Seducti pariter non obligantur, dum in d. minori ætate existunt; legitur autem quod Eremita de Montefolio, pueros blanditijs ad religionem seducebat, & quamuis talis seductio sancta uideatur, tamen ex quo blanditiæ uiolentiam inducunt, nõ permittitur, idque intelligitur eo magis, si Prælatus fuerit præsens ob reuerentiam eius, de communi opinione præsentia solum Prælati uiolentiam non inducit, secundum Abb. in d. cap. C Ad nostram, de regular. & in c. Cum dilecto, de empt. & vendit. & cap. Cum dilectus, de his, quæ pœnæ nomine, num. 12. Felin. in cap. Causam, de off. iudic. deleg. & ibi Abb. & Doctor. Lancell. in d. Inst. §. Monachi, in verbo, quartodecimo.

Si quis susceperit habitum Religionis, imminente timore mortis, non tenetur cessante causa durare in Monasterio, secundum Abb. in cap. Vt Clerici, de Regular. num. 3.

Sicuti non licet inducere pueros cum violentia, vel mendacijs, aut simoniacè ad Religionem, nec adultos eo modo; vt refert Flor. in d. 3. p. tit. 16. cap. 2. in princip. & ex D. Tho. in 2. 2. quęst. fin. Art. 9.

Multo minus indebitè licet alliceret aliquem ad Religionẽ

spe lucri

A spe lucri mundani, quoniam finis inducēdi aliquem ad Religionem, est, reducere peccatores ad pœnitentiam, & saluare animas, si secus actum fuerit, tunc bona talibus peruenientia ab in testato non applicantur, sed hæredibus restituuntur, vt in cap. constituit, 16. quæst. 7. Abb. in cap. In pœnitentia, de probat. capit. Præsentia, de off. deleg. cap. Dilectus, quod metus causa, & in cap. Nostra, de sepult. & ibi Glos. in verbo, Dolo. Felin. in d. cap. Præsentia, de probat. Bald. in Auth. Si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccl. Lancell. in d. loco, glos. in verbo, Coacta.

Pueri quādo obligentur.

Cum pueri, nec voto possint se obligare ad Religionem ante perfectam ætatem, ideo nec debent induci, ad hoc faciendum. Hinc summopere cauendum est, ne in anno probationis, ipsi voueant permanere in Religione, & licet hoc de sui natura videatur bonum, tamen non est permittendum, quia votum habe B re debet hanc conditionem expressam, quod fiat ex libera voluntate vouentis, non suasionibus violentis, aut mendacijs, & ad finem debitum; ex Syluest. in Summa, in verbo, Religio, 2. nu. 19. per D. Tho. in 2.2. q. 189. & Caiet. ibi, Art. 9. vbi dicit, quod spontè, non coactè, non respectu inducentis, sed ob Christi imitationē & fugam sæculi fieri debeat votū. Secunda causa inducendi sit, ex parte Religionis recipientis, vt in ea talis sit vita, ut ingredienti sit occasio proficiendi in perfectione Religionis; Aliter videretur, nisi status Religionis esset aptus; Qui autem inducit ad uitam non communem quæ est in Religione de suo genere mala, peccat mortaliter, quia uita illa reprehensibilis est, & exorbitat à Regulari uita, ex Caiet. in d. loco, unde in C uera Religione melior sententia est, quod nullus cogatur, sed suauiter alliciatur, non uiolenter, non simoniacè, non mendacijs. D. Tho. in 2.2. quæst. 189. art. 9. & cogentibus uoluntates illorum, indicta est pœna excommunicationis à Conc. Trident. Sess. 25. cap. 17. & 18. de Reg.

Furiosi non obligantur.

Alij, qui ingredi non possunt Religionem, hi sunt, nempe furiosi, mente capti, hoc est, qui non sunt sanæ mentis, quoniam deliberare nō possunt, & sic nec obligātur, quod intelligitur de impedimento existente ante professionem, nam post professionem obligati remanent, Abb. in cap. Sicut, de Reg. nu. 1. & 4. Flor. in d. cap. 2. Syluest. in uerbo, Religio, 2. num. 2.

Serui pariter non obligantur.

Excluduntur pariter, qui liberam uoluntatem non habent, eo quia se obligare non possunt, ueluti serui ex omni genere,

tam

tam originarij, quam aſcriptitij, qui ſine uoluntate dominorũ ad Religionẽ nõ admittuntur, & ingreſſi uendicantur à Domi nis ante trienniũ, ſed eo elapſo repeti non poſſunt, niſi tã lõge à locis dominorũ abeſſent, quod de facili inueniri non poſſent, ſi Monaſteriũ recipiẽs aliquẽ bona fide, putãs ſcilicet eſſe liberũ, admiſit ad Religionem, & ſic ſine aliqua fraude fuit profeſſus, tunc reſtituitur Domino, ſed ſi ſcienter illum Monaſteriũ acceperit, nõ debet reſtitui, ſed tenetur ad intereſſe Domino. Abb. cap. ſeruorum, de ſeruis, non ord. Goffr. eod. tit. Sylueſt. in verbo, Religio, 2. num. 3. Armilla, in eodem uerbo, num. 9. A

Obligatꝰ ad debita, an poſſit ingredi religionem.

Obligatus ad debita, poteſt ingredi Religionem, niſi Regula prohibeat, dummodo ſatisfacere poſſit ſuis creditoribus, quãuis adſit obligatio perſonalis, quoniam ſat erit, ut Creditores non fraudentur, ſed poſſint recipere, quod competit. Flor. in d. tit. 16. cap. 2. Syluest. in d. loco, & Armill. B

Filijs quãdo liceat inuitis Parẽtibus ingredi Relig.

Licet filijs inuitis parentibus, tranſire ad Religionem duobus concurrentibus, unum eſt, quod ingrediens peruenerit ad annos pubertatis, ſcilicet 14. cap. 1. de Reg. lib. 6. & 12. quęſt. 2. cap. puella.

Secundum quod parentes non inducantur ad neceſſitatem, ita ut uictu priuarentur, illis filijs deficientibus.

Hæc probantur ex Conc. Tolet. 10. cap. fin. his uerbis: Parentibus filios Religioni tradere non amplius quam uſque ad quartumdecimum eorum ætatis annum licentia poterit eſſe, poſtea uerò, an cum uoluntate parentum, an ſuæ deuotionis ſit ſolitarium uotum, erit filijs licitum religionis aſſumere cultum.

Item dicitur in 20. quæſt. 2. cap. puella, & ex Concil. Tiburtin. can. 24. Puella ſi ante duodecim annos ætatis, ſponte ſua ſacrum ſibi uelamen aſſumperit, poſſunt ſtatim parentes, eius uel tutores id factum irritum facere ſi uoluerint, At ſi annum, & diem, id diſſimulando cõſenſerint: ulterius nec ipſi, nec ipſa mutare hoc poterunt. Si uerò in fortiori ætate adoleſcentula, uel adoleſcens ſeruire Deo elegerit, nõ eſt poteſtas parentibus prohibendi. & in cap. Cum uirum, de Regular. C

Coniugatis quãdo liceat.

Licere coniugatis de conſenſu uouere continentiam Epiphan. tenuit Hæreſi 59. Hieronym. in lib. contra Vigilantium. in Conc. Arelaten. 2. can. 2. Auguſt. in epiſt. 199. & epiſt. 45. ad Paulinum, Gregor. lib. 9. epiſt. 39. ad Theodoret. Theodoretus lib. 4. Hiſt. cap. 13. laudauit Pelagium Laodicẽſem Epiſcopum, qui per-

A qui persuasit iuuenibus sponsis prima die nuptiarum, vt continentiam vouerent.

Gregorius de Gloria Confess. cap. 32. refert, quod vir, qui seruauit cum vxore sua continentiam, in morte illius dixit hęc verba: Gratias tibi ago omnipotens cōditor, quòd hanc puellam, sicut eam tradidisti impollutam, & ab omni voluptatis contagio puram, ita tibi restituo; illa verò etiam si mortua esset, subdens dixit: Sile vir Dei, quia non est necesse proloqui nostrum, nemine interrogante secretum. Vide plura in Bellarm. cap. 37.

Atque per vota solennia solui Matrimonium ratum non consummatum, Bellar. asserit lib. 2. Tomo 2. de Monach. cap. 38. ex Conc. Trid. Sess. 24. Can 6. Si quis dixerit matrimonium ratũ, B non consummatum, per solennem Religionis professionem alterius coniugum non dirimi, Anathema sit.

Obligatus ad aliquod opꝰ faciēdum Religionē potest ingredi.

Obligatus ad aliquod opus perficiendum, potest ingredi Religionem dimisso opere, quia voluntas mutatur in melius; immò, nec impediret Iuramentum appositum in obligatione de opere perficiendo, sed si posset incontinenti perficere, tenetur; aut si ex opere sic imperfecto aliquod graue scandalum nasceretur, nam tunc deberet prius perficere opus, Abb. in cap. Peruenit, de Iureiuran. nu. 2. & ibi Innoc. Host. & Goffr. de oblig. ad Ratioc. Syluest. in verbo, Religio, 2. num 6.

Obligatus ad Ratiocinia.

Obligatus ad ratiocinia non intrat Religionem, eo magis, si sunt publica ratiocinia, quæ prius reddenda sunt, etiam quod sint priuata; Glos. in cap. Legem, distinct. 54. Florent. 3. parte, C tit. 16. ca. 2. Goffr. eod. tit. Syluest. in dicto verbo, Religio, 2. Armilla, eodem loco.

Filij quando poßint dimißis parētibus pauperibus ingredi Religionem.

Obligati seruire necessitati parentum, an possint ingredi Religionem quærebatur, & declaratur, si eo tēpore quo filius vult ingredi pater eius fuerit in necessitate, & per alium subuenire non potuerit, tunc tenetur magis subuenire patri, quam ingredi Religionem, ad quod obligatur filius de iure Diuino, & naturali, sed ingredi religionem est tantum de consilio; At si postquam filius professus fuerit Religionem, pater fuerit effectus pauper, tunc non tenetur dimittere Religionem. D. Thom. in Quodlib. 3. quæst. 8. & Quodlib. 6. quęst. 16. Flor. latissimè 3. p. tit. 16. cap. 2. §. 1. Syluest. in verbo, Religio, 2. num. 7.

Existentes in dignitate Episcopali, non possunt dimittere habitum

Episcopi quando possint. bitum Episcopalem, & suscipere habitum Regularem, sine licẽtia Summi Pontificis, quia se obligarunt uacare perpetuo diuinis obsequijs, sed alij inferiores possunt renunciare beneficia in manibus sui Prælati, D.Tho. in 2.2.quæst. fin. & in cap. Licet, de Regul. Abb. in c. Quod Dei timorem, de statu Monach. Flor. in d.cap. §. 1. in fine. A

Beneficiati quando possint Religionẽ ingredi. Alij inferiores etiam inuito Episcopo possunt ingredi Religionem, ut Archidiaconi, Archipresbyteri, Plebani, & similes, de consilio tamen & honestate esset, ab Episcopo petere licentiam, qui si denegaret, tunc possent nihilominus ingredi, nisi causa rationabilis proponeretur, cap. Duæ, capit. Licet, 19.q.2. D.Thom. in 2.2.q. fina. & Flor. in d.§. 1.

Beneficia autem istorum ingredientium Religionem non dicuntur vacare, nisi facta professione, cap. Beneficia, de Reg. lib. 6. & cap. religioso, de sententa excom. lib. 6. Syluest. in d. verbo, Religio, 2. B

Coniugati an possint profiteri Religionem. Qui duxerit vxorem, & consummauerit matrimonium, aut iurauerit ducere, non potest ingredi Religionem, cap. Præsentia, de Iureiuran. & ibi Abb. D. Tho. in 4. dist. 88. ut in add. ad 3.p.q.53. Art. 2. Flor. 3. p. tit. 1. de Matrimon. Syluest. in uerbo, Religio, 2. nu. 9. & in uerbo, Matrimonium, 8. §. 12. Hosius cap. 56. de imped. matrim.

Et an nati ex incestuoso coitu. Impediuntur spurij, naturales, & similes, nati ex incestuoso coitu ingredi Religionem, ex Const. Sixti V. sed Greg. XIIII. reduxit eam ad uiam iuris.

Excluduntur etiam qui corporis defectus paterentur & ad honestos labores apti nõ essent, ac religionis præcepta, & similia perficere non possent; Armill. Religio, nu. 5. & habetur in constitutionibus Religionum. C

Peccatores ad Religionem admittuntur. Nonnulli ausi sunt dicere, quod peccatores ad Religionem non sunt assumendi, sed exercitati tantum in præceptis dominicis, ex quo instituta uidetur, ut homines ea perfectiores in lege Domini reddeantur, tamen ueritas est, quod apud Deum non est talis acceptio personarum; ideo legitur, quod Dominus noster recepit Matthæum publicanum in numerũ Apostolorum, & Christus uenit uocare peccatores. Homo enim peccator dũ Religionem ingreditur, non solum remissionem peccatorum consequitur, sed futuram uiuendi normam acquirit; ideo Stephanus Papa ordinauit cuidam uxoricidæ, quo suorum pecca-

torum

A torum commodius pœniteret, ingredi Monasterium, his verbis: Quapropter te rogamus, relinque hoc malũ seculum, quod te traxit ad immanissimum peccati facinus; ingredere Monasterium, humiliare sub manu Abbatis, & multorum fratrum precibus adiutus, obserua cuncta simplici animo, quæ tibi fuerint imperata, & similia in cap. admonere, 33. quæst. 2. D. Tho. in 2.2. q. fin. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 2. ante §. 1.

Animus ingredientium Religionem qualis.

Intrans Religionem eo animo, ut uitam commodiorem ducat, uel ambitionis causa, ut fiat Abbas, uel cõsequatur aliquem gradum, male facit, ideo decens est deponere talem animum, sed nihilominus obligatur ad Religionem, licet talia non assequatur; Abb. in cap. Vt Clerici, de Reg. num. 2. & refert etiam Armilla, in uerbo, Religio, num. 6.

B Multi obligãtur ad Religionem ex uoto, quod si factum fuerit debitis cum circumstantijs, ueluti ab illis, qui sint sui iuris, ac sint in ætate legitima, & potuerint se obligare, tenẽtur illud seruare, & qui certam Regulam uouerint ad quam postmodum se recipere non possunt, tenentur ad aliam indeterminatam trãsire. D. Tho. in 2.2. q. fin. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 2. §. 4. Syluest. in uerbo, Religio, 2.

De vna Religione ad aliam quãdo sit licitus trãsitus.

Existẽtes in una Religione, nõ sunt recipiendi ab alia, & præsertim Mendicantes hoc facere non debent, sine licentia Papę, nec fratres Ordinis Prædicatorum possunt recipere alios Regulares, ad Religionem sine eadem licentia, quod si fecerint, incidunt in excommunicationem, ex Flor. & Syluest. in dictis locis.

C Qui habuerint ista, & alia, quę in Regulari obseruantia requiruntur, scilicet requisita, poterunt ingredi Religionem probatam, de licentia Prælati illius Religionis, de qua quæritur, sed hodiè in multis Religionibus seruanda est Constitutio Sixti V. quod scilicet in Capitulo fiant tales acceptationes, & seruẽtur Constitutiones Regularium.

Cõsiderationes faciendæ à Prælatis ante quã admittãt aliquẽ ad Religionem.

Ad euitanda nonnulla damna, & alia innumera scandala, quæ sæpè inter Religiosos oriri contingit, consideranda sunt, quæ refert Robertus Riccardinus in suo cap.

Prima consideratio, quod Regulares de facili non admittant quoscumque ad ingressum Religionis, sed probent, quo spiritu ducti offerẽtes sint, & si habuerint alia requisita oportuna, nam qui spiritu Dei non agit, scelestissimè agit. Basil. de uera Virg.

Horrendum vocat sacrilegium, si quis sub ministri nomine, & A habitu Episcopi sponsi, adulter efficitur; ne sint ergo inutiles, qui ad Religionem assumuntur & inconstantes, ex Conc. Tolet. 6. cap. 6. ut in cap. Propositum, & cap. Procliuis, 20. q. 3. & Laur. Iustin. in lib. de discipl. cap. 3.

Secunda consideratio, ut Nouitij accuratè instruãtur in praeceptis Regularibus, secus si quod agunt ignorarent, nam in Religione nihil proficerent.

Tertia consideratio, ne in infantili ætate admittantur ad Religionem, ex quo ætas illa discretionem non habeat, nec rationis usum, nam ita ingressi, consuetudine potius quadam, illius habitus suscepti uiuunt, quam deuotione, & sanctis inspirationibus inclinati.

Quarta consideratio, ut examinetur accuratè, & diligentissimè uoluntas ingredientium, ut dictum est, ne desperatione, metu, aut diabolica suasione ut postea pœniteant commoti habitum suscipiant. B

Quinta consideratio, postquam fuerint ingressi, ne dimittant studium sacræ scripturæ, & deuotionem, quæ religionem in timore Domini conseruant.

Sexta consideratio, ne uagentur huc & illuc tam subditi, quã Prælati, uociferantes, & tractantes negocia secularia, diuerso sub nomine, nam Monachorum proprium est solitariam uitam amplecti, & cętus hominum fugere.

Septima consideratio, uoluntas adulatoria tam erga consanguineos, quã alios, ut ipsi ambitiosi dignitates, honores, & gradus assequantur, deponatur. C

Octaua consideratio, nimia cupiditas, & solicita custodia rerum temporalium tollatur.

Nona consideratio, dissimulare errores, & nimia indulgentia erga peccantes neutiquam sunt toleranda, quia indulgentia Principis est securitas delinquentium, ideo delicta non sunt dimittenda impunita.

Decima consideratio uisitationes Prælatorum sint fructuosæ, & ædificent ad salutem, non uoluptuosæ, ne contentionem potius, quam deuotionem pariant.

Vndecima, Multiplicatio ordinationum, & Constitutionũ, laqueos delinquentium parat, & superiorum contemptum, sat erit si regula seruabitur, quod intelligitur de bonis potius, &

non ne-

A non necessarijs constitutionibus; salutaria enim non sunt dimittenda statuta.

Duodecima, Mala conditio temporum, & hominum malignitas, ad præsens religionem maculant, D.Tho.in 2.2.q.189. Art.6.ad fin. & ibi Caietan.

Decimatertia Consideratio; Prælatorum ineptia, & ignorantia, nonnulla in Religione inducunt incommoda.

Decimaquarta consideratio, eorumdem Prælatorum mala administratio, & inter subditos partialitas, ita, ut unicuique ius suum non reddatur, & probi malis adæquentur.

Decimaquinta consideratio, Nimia affectio erga amicos, & consanguineos, ut illis prosint dilapidantur bona Monasterij.

B Decimasexta consideratio est, habere bonum, sanctum, & discretum pastorem; Ita dicit Eusebius in quodam Sermone. Verus Religiosus debet esse neglector quietis, fugax uoluptatis, appetitor laboris, patiens abiectionis, impatiens honoris, pauper in pecunia, diues in conscientia, humilis ad merita, prudens ad uitia fugienda & de his latius infra.

His omnibus consideratis, qui Religionis habitum susceperit, inprimis inter nouitios segregetur, de cuius statu prius dicēdum, deinde gradatim de alijs requisitis ad Religionem tractabitur.

De statu Nouitiorum.

Cum primum quis acceperit habitum Religiosorum, dicitur Nouitius, & talis probandus erit per Annum, an sit aptus ad Religionem; & probatus existens in ætate legitima profitea-

C tur sub illa Religione uota. Abb.in cap.Monasterium, de statu Monach. & in cap.Porrectum, de Regul. & in cap. Ad Apostolicam eod.tit. Franc.in cap.Religioso, §.quamuis, de sententia ex commun.lib.6. Host. & Goffred.in Summa, de Reg. Flor.in d. cap.2.§.2.& cap.7.§.4.tit.16.p.3.Syluest.in uerbo, Religio, 3. Armilla ibid. num.8.

Nouitiorum status consideratur in ipso anno probationis, nam eo tempore Nouitius probat Religionem, & probatur ab ea, an sit aptus ad obseruantiam Regulæ, induitur enim tunc habitu speciali, & separatio in loco instruitur in Monasterio, Glos.in cap.super eo, de Reg. & in c. Ad Apostolicam, eod.tit. & ibi Abb.Flor.in d.c.7.§.4.cap.§.2.Syluest.in uerbo, Religio, 4.Armilla, in uerbo, Nouitius, Cōc.Trid.Sess.25.c.16.de Reg.

Nouitij durante Nouitiatu, non obligantur ad præcepta Religionis, nec si deliquerint, puniuntur pœna perpetui carceris, sed habent libertatem redeundi ad secularem uitam, nõ autem possunt Nouitij in Religione, durãte Nouitiatu, suscipere gradum, officium, aut dignitatem, uel præeminentiam aliquam, gaudent tantummodo priuilegio Clericali, Gemin. in cap. Nõ solum, de Reg. & cap. Nullus, de elect. lib. 6. ita etiam refert Armilla, in d. uerbo, Nouitius.

Nec conceditur Nouitijs dare suffragia, uel uocem in Capitulo, ideo nullam habent uocem, nec actiuã, nec passiuam, Abb. in cap. Vidua, de Reg.

Durante Nouitiatu, Monasterium nil possidet de bonis Nouitij quocumque prætextu, Concil. Trident. Sess. 25. capit. 16. de Reg.

Nouitij quomodo instruantur.

Deputantur in Religione Magistri, qui curam habeant instruendi Nouitios, non solum in literis, sed etiam in disciplina Monastica, ut perfecti euadant Religiosi; Modus autem instruendi describitur à Ioan. Card. de ordine Prædicat. in lib. de professionibus, & refert etiam Flor. 3. p. tit. 16. cap. 7. §. 4. & Bonauent. in hoc speciali tractatu, in opusculis Speculum disciplinæ, de reformat. mentis.

Religiosorum genera quot.

Tria sunt genera Religiosorum, incipiẽtium, ut Nouitij, proficientium, ut nouiter profitentes, perfectorum ut qui iam consumati sunt in Religione; Bonauent. in opusc. de reform. ment. cap. 9.

Incipientes debent esse cauti circa quatuor; Primo quod nõ tepescãt à uoluntate feruoris primi Nouitiatus, inde Bonauẽt. in dicto loco, cap. 1. refert uerba cuiusdam patris loquentis ad Nouitios: Vade, uide qualis prima die fueris, & sic semper uiue, hoc est cõsidera statum uoluntatis tuæ in prima die, qua Religionem intrare disposuisti, quam humilis tunc fueris, quam paratus obedire ad omnia tam aspera, quam despecta, quam patiens ad correctiones, pœnitentiam, & labores, quam uerecundus, & timoratus, quam solicitus, ut conduxeres uitam tuam, & dies, quos in seculo perdidisti recuperaris; Hæc & similia ibi uide.

Secundò, ne moueantur à Religione exemplis malorum hominum, & ad illa imitanda trahantur, sed ut deuoti Dei serui apud se respondere debent: Nos uenimus purè pro Deo, non

pro

A pro aliquo alio, ideo nolumus aliquem sequi ad hoc, vt retrocedamus à Deo, ex eod. Bonauent. in d. loco.

Tertiò. Mentes suas ad Deum dirigant, quod facientes, temerè aliorum facta non iudicabunt, quia sæpè propter temeritatem peccamus.

Quartò tentationibus ne corruant, sed mente teneant, quod ad hoc venerunt, vt omnia incommoda, quæ homini accidere possent, propter Deum sustineant, vnde ait Apostolus, non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit, tunc his benè dispositis, ingressus Nouitius instruēdus est in Euangelica lege, & ea imitatione qua Saluator suos discipulos docuit, vt refert Flor. 3. p. tit. 16. cap. 7. §. 4.

Documēta pro Nouitijs seruanda.

Primò doceat magister quō Saluator noster recepit Discipu- B los suos à cura seculi, trahens illos ad se, & qui voluerit cælesti frui gloria, ita permittat se trahi. Vocauit Dominus Petrum, & Andræā mittentes retia in mare, illis verbis: Venite post me, faciam vos piscatores hominum, & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrē eius reficientes retia, Matt. 4. & sic de similibus, quibus docemur, secundum ea, quæ ibi dicit Chrysost. quod nemo potest terrena possidere, & perfectè ad cælestia peruenire, Glos. ibidem ait: datur exemplum ad docendum, quod debemus deserere mundum, & eius sensus pro Christi amore.

Datur & aliud documentum, quod ibidem exponit Chrysost. Non autem prædicti discipuli sequuti sunt Christum, ductoris cupientes honorem, sed operis lucrum, sciebāt quam preciosa sit anima hominis, & quam grata sit apud Deum salus ip- C sius, & quanta est merces, & similia.

Secunda Regula, postquam Magister induxerit illos ad contemptum mundi, debet proponere præmium Regni cælestis, sicuti Saluator docebat Discipulos suos dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Cælorum, & octo proposuit Beatitudines, in quibus consistit tota perfectio Religionis, Matthæi cap. 5.

Augustinus ibi ait: Dominus prius proposuit timorem Dei, secundò, pietatem, tertiò scientiam, quartò fortitudinem, quintò consilium, sextò intellectum, septimò, sapientiam, & vnicuique eorum datur præmium, vt timentibus regnum cælorum, mitibus hæreditas æterna, lugentibus consolatio, esurientibus saturitas, misericordibus, misericordia, mundis corde visio Dei

& pacificis Dei filiatio. A

Ex quibus Nouitij animus accipit quam sit iucundum serui-re Deo, & mundum despicere.

Tertiò docere debet perfectionem Religionis, & eius effe-ctus, vt eo magis accensi in religione proficiant, sicuti dixit Sal uator noster; Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra co-piosa est in cælis; Matth. 5. & sicut docuit modum orandi, & cu stodiendi se à peccatis, ita, & nouitij sunt docendi.

In quarto loco proponenda sunt spiritualia gaudia, quibus homo Deo seruiens fruitur, & quemadmodum statim post ten tationem ea superata homo à Deo spirituale gaudium recipit; vnde Saluator inducens discipulos suos ad patientiam, exem-plo sui ipsius, dicebat: Sicut me persequuti sunt, & vos perse-quentur; Matth. 5. Remig. ibi ait: Magnam enim consolatio- B nem accipit homo in tribulatione positus, dum recordatur paf siones aliorum à quibus exempla patientiæ accipit, ac si Domi-nus diceret: Mementote, quia illius vos estis Apostoli, cuius & illi fuerunt prophetæ; Ideò dicendum est cum Apostolo non habemus patrem, qui non possit compati infirmitatibus no-stris.

Quinto affabilitate, & patientia à magistris instruendi sunt Nouitij, sicuti Saluator noster, qui, vt melius discipuli suam do ctrinam caperent secundum eorum intelligentiam in parabo-lis loquebatur, & docebat eos mitissimè, & patienter, & sæpè extra turbam, Ioan. 13.

Sexto ea prudentia gubernandi sunt Nouitij, ut non eo ipso tempore, quo ingressi sunt Religionem arctentur ad asperas pę C nitentias, quales faciũt perfecti, & in Religione consumati, sed paulatim, vt post ieiunium præbere cibum, & similia, ita fecit Dominus cum in Cana Galilęæ aquam conuertit in vinum, nam tunc eo promptiores se ostendunt, inde Beda in Io. 2. tro-picè denunciat eos maximè gratia Christi dignos existere, qui de zelo ad feruorem prę deuotione, à diuitijs ad virtutes, à terre nis ad æterna norunt trãsmigrare; discumbente autem ad nu-ptias Domino vinum defecit, vt vino meliore per ipsum facto manifestaretur gloria latentis in homine Dei.

Septimo proponendum est, quemadmodum Dominus no-ster instanter, ac sæpissimè docebat suos discipulos, dulcissimis verbis reprehendens, monens, aut suadens Lucæ cap. 10. & ibi

Cyrillus

A Cyrillus ait: narrat Lucas consequenter 70. discipulos vendicasse sibi à Christo Apostolicam eruditionem, modestiam, innocentiam, æquitatem, nihilque mundanorum sacris prædicationibus præferre, aspirare autem adeò ad fortitudinem mentis, ut nullum terribilium formidarent, neque ipsam mortem. Hoc itaque modo Nouitij sunt instruendi.

Octauò, discant Magistri Nouitiorum, quemadmodum Saluator ad tempus se absentabat à suis discipulis, & deinde desideratus redibat, nam tunc sua præsentia eo magis illos consolabatur, Mar.cap.6. & ibi Theophil. Vide autem, quoniam cum Christus deberet eorum pericula compescere, tũc maiorem eis incussit timorem, sed statim per vocem confortauit eos; hoc enim misteriosè faciebat Dominus, ut ita cautiores, & tutiores B reddantur in via Religionis Nouitij.

Nonò, nũquam sunt ociosi dimittendi Nouitij, sed sicut Saluator discipulos modo ad montem, nunc in templum, modo verò in desertum ducebat, interdum recreabat illos spirituali, interdum corporali cibo, ne tedio affecti deficerẽt, Matth.cap. 12. ita eos exercere debent, & instruere.

Decimo, sciant dare modum, vt Nouitij assuescant sustinere penuriam uictus, vestitus, & alia incommoda, & persecutiones, vt his de causis promptiores sint ad postulandum subsidium, & suas fragilitates facilius cognoscant.

Vndecimò postquam fuerint defatigati vigilijs, aut laboribus, seu longa inedia, sciant Magistri recreare illos orationibus, docentes modum orandi, & fructus vberes orationis C proponentes, sic frequẽter ad orationem inuitent, & eam etiam eisdem persuadeant, quod & Dominus noster docuit suos discipulos.

Duodecimò, sicut ne torpescerẽt otio, in lectionibus discipulos exercitabat, uel dubia proponẽs dilucidabat, & sic doctiores euadebant in via Christi, & in dogmatibus Catholicis, ita Magistri exercere debent suos Nouitios, vt Religionis fructus capere possint, ex Flor. in d.cap.7.§.4.tit.16.p.3.

Addo decimamtertiam Regulam, qua Nouitij præcipuè instruendi sunt circa ea, quæ profiteri debent, & Regulæ constitutiones, quas sancti patres ordinauerunt, & summo studio, summisq; uigilijs, prędecessores seruarunt, hac diligentia Nouitij instruendi sunt à Magistris, ut in lege Dei proficiant.

Vita nouitiorũ in nouitiatu.

Videndum est ergo, qua uita uiuere debeant Nouitij durante tempore Nouitiatus, quod benè colligit Bonauent. in suo opusc. de process. Relig. quę circa tria, uel quatuor versãtur; Primo hoc intendendum est, ut pax in eorum corde collocetur, quod fit, si in uoluntate fuerit rectitudo, in affectione sanctitas, in cogitatione puritas, talia facilè assequentur si à suiipsius cognitione incipiẽt, humiliando se ad omnia, exercendo se in uoluntaria paupertate, in orationibus, ac meditationibus passionis D. N. Iesu Christi atque in perfecta Dei charitate, unde mundana fugiendo, & iocosa refutando, Animæ potentias, rationem scilicet in uera boni, & mali, cognitione, uoluntatem, quæ ad Deum dirigatur, & à suæ legis tramite non discedat, memoriam, quæ circa diuina uersetur assiduè postulando, motus, & sensus Animæ & corporis lasciuios superabunt, unde quotidiè uersentur in sanctis exercitationibus corporalibus, & spiritualibus, & discant in tentationibus probari, cognoscentes, quæ sit Dei, uel Dæmonis tentatio, dum à deuotione, & sanctis operationibus subtrahuntur, & ad pigritiam, & benè operandi fastidium inducuntur, tũc profectò Nouitij Dæmonis operationes cognoscent, & his cognitis, facilè victores existent, & in vinea Domini fructum afferent gloriæ, in æternum. Latissimè de his omnibus Bonauent. in dicto loco, de perfectione Nouitiorum, & informatione eorum in opusc. ad paginam 59. & 62.

Nulla renunciatio, uel obligatio facta Nouitijs, nisi cum licentia Episcopi, uel eius Vicarij valeat, nisi intra duos menses proximos ante professionem, Concil. Trident. Sess. 25. cap. 16. de Reg.

Quandò Nouitij obligẽtur ad Religionem.

Ista sunt proponenda Nouitijs in anno probationis, in quo quidem tempore, si recedere uoluerint à Religione, & ad seculum redire, poterunt deliberare. Limitatur autem in quatuor casibus in quibus tenentur permanere in Religione, secundum Flor. in d. 3. p. tit. 16. cap. 2. §. 2.

Primò si esset emissa tacita professio, in casu, quando talis professio ualeret, sed hodie requiritur annus integer ad probationem, ideò ante illud tempus nullus obligatur ad Religionẽ, ut in cap. Statuimus, de Regular. cap. Consaldus, 17. quęst. 2. & cap. Vides, dist. 10.

Dantur quidam casus, quod ante professionem expressam

A quidam obligantur Religioni, vt si quis renunciaret iuri suo, hoc est huic expresse professioni, secundum Glos. Archid.& Doct.in cap. Cum in Ecclesijs de maior.& obed.& textum expressum in d. cap. Statuimus.

Quando quis obligetur ad Religionem.

Ex talis renunciationis virtute obligaretur saltē alicui Religioni in genere, quotiescumque appareret animus permanendi in Religione à principio,& talis animus habetur, vel expressis verbis, dum renunciaret beneficio probationis temporis, quia sic videretur velle permanere in Religione ante tēpus probationis, vel tacitè si sumpserit habitum professorum, vt infra de tacita professione dicetur; vnde concludit Flor. in dicto loco, quod attendendus est animus, si fuerit deliberatus permanendi in Religione, vel ne:nam talis deliberatio habet uim pro B fessionis, intellige, si Religionis Constitutiones non repugnarent, & concurrant alia requisita ad Religionem professorum, & est communis Doct. sententia, vt refert Syluest.in Summa, in verbo, Religio, 3.quæst.4. num.3.& 4. per Doctor.in capit. Quia, de Regul. & ibi Hostiens. & ante eum Florent. in dicto cap.2.

Hodie autem talis professio fieri non potest ante annum probationis, ex Concil.Trident.Sess.25. cap.15.de Reg.Veruntamen,quod obligetur Religioni, si habuerit animum permanendi,crederem,quod sic,quia habet vim simplicis voti,ex Flor.§. 4. & Syluest.in d.locis.

Tres alios casus ponit Flor.in d.cap.2. §.4.qui ad eundem reducuntur,nam tunc Nouitius talia faciens, videtur simpliciter C vouere Religionem, & sic ad Religionem in genere obligatur, veluti, si infra annum emiserit expressam professionem, vel si euidēter appareat, quod eo animo intrauerit, vt voluerit vitam suam mutare; at, si antequam ingrederetur Monasterium, disposuisset de bonis suis, vel aliquid simile fecisset, vel si susceperit habitum professorum,& sic de similib. tandem casus reducitur ad animum deliberatum permanendi, vel ne, in Religione, vt dictum est, & tunc ille non obligatur precisè, ex iam dicto Concil.Trid. sed Religioni in genere, ex eod.Flor.& Syluest. in dictis locis.

Peracto itaque anno probationis, Nouitius deliberare debet, an velit Religionem deserere, vel profiteri; Hoc autem duplici modo fieri potest, vel expresse, vel tacitè.

Expressa

Expressa Religiosi professio quid.

Expressa professio est solennis Religionis promissio, facta A Deo in manu Prælati, voce, vel scriptura, de substantialibus Regulæ. Doct. in cap. Ad Apostolicam, de Regular. Goffr. in Summa, de Reg. nu. 4. D. Thom. in 2.2. q. 188. Art. 7. Syluest. in verbo, Religio, 3. num. 1.

Aetas ad professionem faciendã in Religione quænã requiratur.

Ad istam expressam professionem ista requiruntur, videlicet Primo ætas debita, quæ secundum Ius Commune, est 14. annorum completorũ, in masculo, in fœmina 12. vt suprà de ingressu dictum est, sed hodie in Conc. Trid. Sess. 25. cap. 15. de Reg. terminata est ætas 16. Annorum completorum, & fit computatio vsque ad ultimum diem completum, & talis ætas locum habet in Regularibus utriusque sexus, ut in d. Conc.

Religio sit de approbatis.

Secundo quod talis professio sit facta in Religione approbata, ad hoc, ut profitẽs, uel uouens obligetur simplici uoto ad Re B ligionem, nam si hoc uouisset alio modo, tunc obligaretur ad Religionem in genere, quoniam tale uotum esset simplex, & non solẽne, & teneretur obligatus simplici, ab Episcopo petere Religionem, aut ab aliquo superiore alicuius Religionis, Doctor. & textus ca. Vnico, de uoto, lib. 6. Abb. in cap. Porrectum, de Reg. num. 12.

In manib⁹ Prælati dicitur fieri professio a Religione ingrediente.

Tertium requisitum est, quod talis professio facta sit in manibus Prælati, qui habeat facultatem incorporandi Religioni, sicuti statutum est in qualibet Religione, quod Abbas uel Generalis uel Prouincialis, aut alter nomine cuiusuis ipsorum, uel Episcopus, secundum Regulæ Constitutiones, sine consensu, uel cum consensu Capituli, talem possit recipere Professionem; Vnde, in his standum est Regulę. Innoc. & Abb. in d. cap. C Porrectum, de Reg. & in cap. Ad Apostolicam, de Reg. nu. 12. Glos. in Instit. Canon. Lancell. in §. si tamen, in uerbo, Professio.

Episcop⁹ an possit incorporare Religioni.

In manibus Episcopi vouere Religionem perinde est, ac obligare se ad Religionem in genere, nisi Episcopus haberet aliquam Religionem sibi reseruatam, ueluti de Monialibus. Hoc satis disseritur à multis, inter alios ab Ang. in uerbo, Religio, 3. & Syluest. in d. num. 18. quærentibus, an Episcopus possit incorporare Religioni, & tenendum, ut supra.

Vnde ita sentiendum, si Episcopo fuerit commissa certa cura alicuius Religionis, tũc Episcopus poterit solennizare uotum, & recipere aliquem ad Religionem, aliàs omnis receptio facta

per ip-

A per ipsum, habet effectum simplicis uoti, Innoc. & Abb. in d. cap. Porrectum, & Syluest. in uerbo, Religio, 3.

Hodie quilibet simplex Monachus de mandato sui superioris habentis potestatem incorporandi Religioni, potest recipere uota, & incorporare, professio autem aliter facta, habet uim simplicis uoti, ut in add. ad Abb. in d. capit. Porrectum, & Doct. in cap. Constitutionem, §. 1. de Reg. lib. 6. Sebast. Sap. in d. addit. Abb. & Felin. in cap. fin. de offic. ord. Franc. in d. capit. Constitutionem, §. 1. num. 7. necnon Abb. in d. cap. Ad Apostolicam, nu. 4. & in cap. 1. de conuers. coniug. & in cap. Insinuante, qui Cler. uel Monachi.

Sed ante incorporationem debet haberi consensus Capituli, si hoc Regula ordinauerit. Franc. in d. cap. Cõstitutionem, & B cap. Ad Apostolicam, num. 12. Florent. Syluest. & Armill. in citatis locis.

Quid sit profitendum, & uouendũ.

Quartum requisitum, quod talis professio fiat de omnibus tribus uotis substantialibus Religionis, de paupertate scilicet, castitate, & obedientia, sed si quis alterum istorum tantum profiteretur, non esset proprijssimè Religiosus, unde qui uotum unum uellet profiteri inueniat à se talem Religionẽ, quoniam in iure non reperitur, Abb. in capit. Cum ad Monasterium, de statu Monach. & ibi Innocent. Conc. Trident. Sess. 25. cap. 1. de Regul.

Tempus Probationis.

Quintum addo requisitum, quod qui uoluerit profiteri necesse est ut prius steterit per tempus debitum præfixum à iure, uel à Regula in probatione Nouitiatus, tale autem tempus diuersi C modè declaratur, quidam tenent, quod requiratur tempus biennij, ut in cap. Ex Monasterijs, 19. q. 3. ex eod. Lancell. in §. si tamen, in Glos. in uerbo, post annum, cum seq.

Alij tenent, quod per triennium stare debeat in probatione, cap. Si quis, 17. quæst. 2. & in Conc. Constantiensi in Can. 41. ordinatum fuit, quod ingredientes Monasteria, animo Monachandi, prius per triennium experiantur Regulam, deinde per annum se recipiant extra clausuram, si postmodum perseuerauerint in tali proposito, tunc poterunt profiteri, sed illud habet locum, quando reciperetur incognitus, capit. Si quis incognitus, 17. quæst. 1. & cap. legem, distinct. 43. cap. Monasterijs, 19. quæst. 3.

Quibusdam alijs placet, quod sit arbitrarium superioris, secundum

cundum Glos.cap.Consaldus,17.quęst.2. Veruntamen opinio vera est, quod per annum à die suscepti habitus, possit profiteri; sic,in illo anno,qui dicitur Nouitiatus, tenetur stare in probatione, & intelligitur de persona nota d. cap. Consaldus,17. quæst.2.cap.Puellæ,20.quæst.2. Glos.& Abb.in cap.Ad Apostolicam, de Regul. Menoch.de arb.iud. lib.2. Centur.1.Casu 16.Conc.Trid.Sess.25.cap.16.de Regul. A

Ita seruatur hodie secundum formam d. Conc. Trid. & requiritur,quod annus sit continuus,non interpolatus,Syluest.in verbo, Religio,5.num.4.& Lancell.in præcitato loco.

Potest etiam differri vltra annum, quia hoc nō reperitur prohibitum,sed expediret quanto citius,vt posset ille meritum professionis acquirere, & non differre. D.Thom.in 2.2.quæst.188. Art.6.Glos.in Clem.1.de Relig.& Abb.num.11.cum sequen. ibidem. B

Quibus verbis fiat Religionis professio.

Sextò requiritur,quod seruetur certus modus profitendi,voce scilicet vel scriptura, & non sunt determinata certa verba in Iure,sed per æquipollentia fieri poterit; Hodie autem talis forma seruatur,qualis in qualibet Regula est determinata,quę his verbis solita est proferri per verbum, Voueo, promitto,profiteor,& iuro ego N.(& exprimitur nomen profitentis)vota substantialia, & alia ordinata à Regula,&c.quæ debet fieri coram Prælato,vel alio tenente locum illius,circa quod attenditur stylus Religionis. Abb.in d.cap. Porrectum, de Reg. D.Thom.in 2.2.quæst.186.Art.9.& quæst.188.Art.7.& Quodlib.1.quæst. 9.ad primum.Flor.3.p.tit.16.cap.3. in princip.Syluest.in verbo,Religio,3.nu.1.quæst.1.vide etiam Dion. Cartus.in opusc. profess.Monast.Art.3.& 21.vbi his vtitur uerbis: Ego N. promitto stabilitatem,conuersionem morum meorum,perpetuam continentiam,castitatem,& obedientiam,secundum Regulam Sancti N.Patris nostri;& ita etiam refert Trull.cap.17.Professio autem facta solummodo nutu, quid operetur, uide Abb.in cap.1. de Reg. num.1. C

Forma Professionis emittendæ.

Solet etiam dari modus, ut talis prolatio uerborum fieri debeat super altare,coram superiore; & dum incorporandus Religioni promittit, uouet, & iurat,tunc proprijs manibus tangit altare, uel Regulam, præsente Capitulo,& acceptante; Potest etiam fieri per scripturam continentem ista uerba: Trado me tibi in Monachum,Canonicum, vel fratrem,iuxta Regulam no

stram;

A stram; secundum Abb. in d. cap. Porrectum, num. 3. & cap. Consuluit, qui Cler. uel Monachi. Franc. in d. cap. Constitutionem, de Reg. lib. 6.

Hodie seruatur etiam modus, seu stylus Religionis, qui solet esse, quod profitens genuflexus ante suum Prelatum, tenens manus super Regula, intra claustra Monasterij, aut in Ecclesia, uel simili loco à Regula, uel superiore declarato, profiteatur, & dicat uerba præmissa, ex Abba. in d. cap. Consuluit, & Syluest. in uerbo, Religio, 3. in 1. quæst.

Crederem autem expedire, his malis temporibus, quod talis professio reduceretur in publicam scripturam, per Notariũ publicum, uel Scribam à Capitulo, uel Prælato deputatum, & in libro deputato, describerentur Dies, Mensis, Annus, Locus,

B Prælati nomen, & profitentis, & testes, quæ à multis seruari uidi, nam cum talis actus sit solennis, & præiudicialis mundo, sic legitimè probandus est, uide, quæ dicit Abb. in d. cap. Consuluit, & Franc. cap. Constitutionem, quod debeat fieri in scriptis; Vide cap. fin. 20. q. 1. Glos. in cap. nullus, de elect. lib. 6. in uerbo, Expresè, & in Sacra Congr. Conc. declaratur, in Declar. 410. quòd singula Monasteria habeant librum profitentium.

Pura sit non conditionalis professio Religiosi futuri.

Notandum est autem, quod talis professio fieri debet purè, nulla apposita conditione contra substantialia uota Religionis: sed si quis tacito animo non intelligeret profiteri, ualeret tamen professio, quo ad Ecclesiam, quæ non iudicat de occultis, licet fecisset animo decipiendi aliquem, caueant autem tales, ne irreuerenter talia faciant, quoniam de essentia Religio-

C nis, & professionis est, habere animum ad se obligandum, Abb. in cap. ut Clerici, de Reg. cap. fin. de Cond. app. Flor. in d. cap. 3. Syluest. in uerbo, Religio, 3. num. 6. & 7.

Falsa professio que, et ad quid obliget.

Inductus falsa suasione, dolo, uel ui, poterit per quinquennium à die factæ professionis allegare causam seductionis, timoris, uel similium, ad effectum ut possit in sui tutelam adferre ea quæ negotio suo inseruiant si uoluerit exire de Religione, Conc. Trid. Sess. 25. cap. 16. de Reg.

Eius qui profitetur malo animo, perpetrandi scilicet aliquod delictum, ueluti in Religione diuiti, furandi, & ditandi se, aut suos, uel fornicandi, & similia committendi contra Regulam, uotaque professa, tenet professio, & obligatur, ex quo habuit animum se ad uota obligandi; nam hic sola obligatio consideratur;

ratur; & quamuis in emissione professionis exprimeret aliquã A conditionem, quæ repugnaret Regulæ, uel Votis, attamen professio ualet, hoc tamen addito, quod si animus non esset deliberatus se obligare, nisi conditione adueniente, professio inutilis esset, ex quo non fuit eius intentionis ut profiteretur; sed cũ Ecclesia non iudicet de occultis, ut dictum est, ideo licet animo non consenserit, tamen in foro exteriori obligatur; Flor. in d. 3. p. tit. 16. cap. 3. Pet. de Palude, in 4. Sententiarum, dist. 26. q. 3. Abb. in cap. ut Clerici, de Reg. & refert Syluest. in uerbo, Religio, 3. quæst. 6. num. 6.

Alijs placuit aliter sentire, quod conditio indebitè apposita in professione, ut contra uota Religionis non tollit professionem, quoniam talis obligatio acquiritur Deo, & illicita conditio reijcitur, & habetur pro non apposita, Innoc. Ioan. Andr. & B Host. in cap. fin. de cond. apposit. Glos. in cap. Solet, 32. quæst. 2. in uerbo, noluerit.

Veruntamen, aliter sentiunt alij, cum uotum non dicatur uotum, nisi uoluntarium, & Deus magis respicit uoluntatẽ, quam factum; si ergo uoluntas illius fuit non se obligandi, nisi cum illa cõditione apposita, potius ista uidetur illusio, & contemptus Religionis, quam professio; Ita dicit Ambros. in lib. 1. de Vita Beata, cap. 3. Voluntarium sibi militem elegit Christus, voluntarium seruum sibi Diabolus auctoratur; Et cum hac opinione transit Abb. in cap. fin. de cond. apposit.

Profitẽs ante tẽp⁹ ad quid oblige-tur.

Veritas tamen est, quod obligetur in foro exteriori, licet nõ in foro conscientiæ, vt dictum est supra; In Religione Mendicantium, qui assumitur ante annum probationis ad professio- C nem, non obligatur illi Religioni in specie, sed alicui in genere, Abb. in d. cap. Ad Apostolicam, Spec. de statu Monach. nu. 58. Lap. Alleg. 7. Ang. l. fina. §. quoties, ff. de pub. iud. Alex. consil. fin. lib. 4.

Professio tacita quæ sit.

Ad tacitam professionem sermo conuertetur, est autem tacita professio illa, quæ eadem est cum expressa, excepto, quod nõ fit nec voce, nec scriptura, ex Flor. in d. cap. 3. §. 1. Syluest. in verbo, Religio, 3. num. 3.

Requiruntur plura, vt quis dicatur tacitè professus; Primò, quod Nouitius fuerit in Religione; Secundò, quod ferat habitũ professorum; Tertiò, ut ingerat se in actus, in quos se ingerũt professi; Quartò, quod fiat uidente, & patiente Prælato Religionis, qui

A nis,qui possit incorporare;Quintò,quod Nouitius sciat ea,quæ conueniunt professis,& sponte sua illa exerceat;Ita colligitur à Flor.in d.cap.3.§.1.Syluest.in verbo, Religio, 3.Ang.Armill. in eadem voce, & cæteri Summistæ.

Quo ad habitum, notandum est, quod in multis Religionibus seruatur habitus Nouitiorum diuersus ab habitu professorum, & quamuis habitus non faciat Monachum, tamen hoc intelligitur,quando solus habitus concurreret,sed concurrenti bus alijs superpositis, tunc habitus faceret Monachum; Abb. in cap.Sicut nobis,de Regul. num.4. Lapus, Alleg.129.Goffr. de Reg.nu.14.Syluest.Religio, 3.Ang.& Rossell.in dicto verbo,Religio.

In tertio dicitur,quod debeat se exercere circa actus professo B rum vidente & patiente Prælato,& Nouitius sciat id quod agit spectare ad professos, necnon sit monitus de effectu professionis, tunc si ista insimul concurrerent induceretur professio; D. Thom.in 4.dist.38.quæst.1.Art.2. Abb.in cap.Vidua,de Reg. Zabarell.in Clem.Eos,de Reg.Host.in d.cap. Porrectum. Gemin.in d.cap.Constitutionem, cap.Vnico, de voto,lib.6.Abb. in cap.Super eo,de Reg.Goffr.in Summa,de Reg.nu.13. Ang. & Rossell.in d.verbo, Religio. Syluest. in d.verbo, Religio,3. num.19.

Hodie autem terminatum est,quamlibet professionem faciẽdam esse verbis expressis,vt habetur in Conc.Trid.Sess.25.cap. 15.& 16.de Reg.

Consuetudo in professione tacita an seruetur.

Dubitari autem solet, si esset consuetudo in aliqua Religio- C ne, vel Monasterio, quod absque alia expressa professione, intelligeretur professus ingrediens Monasterium, & promittens obedientiam in manu Prælati, an iste sit ueré professus? In quo casu duæ sunt opiniones; Vna Clementis IIII. quod non intelligatur professus; Alia Innocentij, in cap.Consuluit, qui Cler.vel Monachi, quod intelligatur professus, quoniã sat erit renunciare voluntati suæ, & committere se voluntati superiorum; quæ opinio secundum Zabarell. in d. Clem. Eos, dicitur verior,num.4.

In præsenti tempore sublatæ sunt antiquorum quæstiones, & forma seruanda determinata est in Conc. Trid. quod finito tempore Nouitiatus, eorum Prælati habita diligenti inquisitione de vita,& moribus Nouitij, & si apparuerit quod subsit spes proficiendi

proficiēdi in Dei seruitio, & in Religione, & habilis Nouitius A secundum formam præscriptam fuerit repertus, & sua sponte, non vi, dolo, aut alia fraude, cupiat profiteri, tunc ad professionem erit recipiendus; & finito anno probationis, & completo 16. anno, in manibus sui Prælati profiteri debet; Ita legitur in Sess. 25. cap. 15. & 16. de Reg.

Nil exigi aut peti potest à Monasterio tēpore nouitiatus.

Nihil penitus exigi potest à Monasterio, nisi victus, & uestitus pro Nouitio, nec tribuēdum erit aliquid Monasterio de bonis Nouitij, sub quouis nomine, qui autem aliquid pro dicto ingressu dederit, uel receperit, incidit in excommunicationem Pōtificiam, & recepta sunt restituenda, Conc. Trident. Sess. 25. de Reg. cap. 16.

Mendicātes non recipiūt ad Professionem ante annū probationis.

Mendicantes nullum recipere possunt ad professionem ante annum probationis, recipientes autem sunt suspensi à receptio B ne cuiuscunque ad professionem, & mortaliter peccant, & recepti non obligantur ad illam Religionem in specie, sed bene quidem in genere, cap. Non solum, de Reg. lib. 6. & cap. constitutionem, eod. tit. Ioan. Andr. in Clem. eos, de Reg. Florent. parte 3. tit. 16. cap. 3. in princ. Lancell. in Inst. Canon. de Reg. §. quod tamen.

Inter tales Mendicantes intelliguntur Prædicatores Sancti Dominici, & Minores Sancti Francisci, & non habet locum talis Cōstitutio inter Moniales. Flor. in d. cap. 3. Syluest. Religio, 3. per Petr. de Palude, in 4. dist. 38.

Ingrediēs Religionē mētito sexu, an profiteri dicatur.

Vndè elicitur notandum, quod si uir mentito habitu profiteretur Religionem Monialium, uel mulier Religionem uirorū, quod talis professio dicitur nulla, & non obligatur profitens ad C Religionem, ita tenet Flor. in d. cap. 3. ante §. 1. per cap. diffinimus, 18. quæst. 2.

Refert ibi opinionem Franc. & Zabarel. quod obligatur ille ad Religionem in genere, licet non ad illam in specie, secundū cap. diffinimus; Vndè talis compellendus esset ad Religionem Monachorum, secundum eumdem. Ego autem secundum iura noua crederem, quod talia nunquam animo se obligandi ad Religionem quis committeret, sed potius perpetrandi aliquod facinus, undè nullo modo obligatur ad Religionem, immò haberetur ut excōmunicatus, tam pro mentito habitu, quam pro ingressu in clausuram, ut habetur in Conc. Gangrensi cap. 13. & cap. 17. & in Concil. Trid. Sess. 25. cap. 8. Bonifacij VIII. & ex

A Const. Pij V. Greg. XIII. cont. ingredientes septa Religiosorũ, uiolantes clausuram, & grauiter essent puniendi, ut infra de Monialibus.

Quidam etiam tenent, quod possit fieri professio à Nouitio non mutato habitu seculari; Sed ueritas erit, quod talis potius obligabitur ad Religionem in genere, quam in specie, sicuti, si quis in Religione non probata, uota Religionis emiserit, & tamen ita semper concludendum arbitror, quod quotiescunque interuenerit animus se obligandi ad Religionem; licet in illa in specie non potuerit, non seruata debita forma, tamen in genere obligabitur. Florent. in dicta parte 3. tit. 16. cap. 3. ante §. 1. Syluest. in uerbo, Religio, 3. nu. 9. Lancell. in Inst. Canon. de Reg. §. tacitè.

An possit quis profiteri retento suo habitu.

B Secundum Iuris dispositionem talis professio fieri etiam potest per procuratorem, cum in iure non reperiatur expresè prohibitum ita notat Syluest. in uerbo, Religio, 3. nu. 15. Vide etiã Doct. & Glos. in cap. qui ad agendum, de Procurator. lib. 6.

Acceptatur etiam professio à non habente auctoritatem incorporandi per ratihabitionem; sic Prælatus poterit postea habere ratam; Ioan. Andr. in cap. Insinuante, tit. Qui Cler. uel uouent. Innoc. in cap. Porrectum, de Reg. Astens. tit. 20. in Summa.

Hodie autem similia sunt sublata, ex Conc. Trid. ut suprà satis declaratum est.

Nunc uidendum, quale sint effectus legitimæ profesionis, inter cęteros unus erit pręcipuus, quod professus tenetur perpe C tuò manere in Religione, ita, quod habitum dimittere, & ab ea discedere nunquam licebit, aliàs diceretur Apostata, Host. & Goffr. & Doct. in tit. de Apost. & Summistæ, in uerbo, Apostata.

Effectus legitimæ professionis.

Apostasia est temerarius excessus à statu fidei, obedientiæ, uel Religionis; & dicitur sic quasi retro statio, seu retrogradatio, cap. non obseruetis, 26. quæst. 1. Glos. & Doct. in cap. 1. de Apost. Goffred. eod. tit. nu. 1. D. Tho. in 2. 2. q. 12. Flor. 2. p. tit. 16. cap. 6. Syluest. in uerbo, Apostasia, num. 1.

Apostasia quid.

Talis excessus tripliciter consideratur, à fide, ut Hæretici; ab obedientia Papæ, ut Schismatici, qui ab obedientia Ecclesiæ discedunt, uel à Religione, de quo tractabitur; ita declarant D. Thom. in 2. 2. quæst. 12. Artic. 1. & 2. Florent. in dicto cap. 6.

Apostasiæ species.

Mm Host.

Host. & Goffred. eod. tit. Ang. Syluest. & cæteri, in uerbo, Apo stasia. A

Apostasia à Religione est recessus à statu Religionis probatæ, & assumptæ, & hæc multis modis committitur.

Primò, si Clerici seculares abiecerint coronam, vel Tonsuram, intellige de ordinatis in Sacris, & fecerint in cōtemptum, sic de Regularibus dicendum, cap. 1. eodem tit. & cap. eo, 20. quæst. 3.

Secundò, conuertendo se ad negocia secularia, cap. Ex litteris, de vita & honest. Cler. & cap. Perpendimus, cap. In audientiam, de sententia excomm.

Tertiò ducendo vxorem, capit. ex parte, de Cleric. Coniugat.

Quarto abiciendo habitum religionis, cap. omnes, 27. quæst. 1. & cap. 1. & 2. 20. quęst. 3. & cap. quantumlibet, dist. 27. & cap. legi, 16. quæst. 1. B

De his vide Doctor. Host. & Goffr. in tit. de Apost. Flor. 3 p. tit. 16. cap. 4. 5. & 6. Ang. Syluest. Armill. in verbo, Apostata, Borg. de Irreg. p. 6. eod. tit.

Vt quis dicatur Apostata à Religione, requiruntur ea, quæ suprà dicta sunt, hoc est habitus temeraria depositio, assumptio vitæ secularis, & similia; vide tractatum incerti Auctoris, contra Apostatas quomodo procedatur; & tales sunt excommunicati, vt in cap. Periculosa, ne Cler. vel Mon. lib. 6.

Qui aufugit ab vna Religione, & ingreditur aliam, in qua sperat viuere commodius, hic largo modo dicitur Apostata, Glos. in cap. fina. de Apostat. cap. Ex parte, de temp. ord. Abb. in cap. Ioannes, de Regularibus. C

Exiens extra Monasterium, sed retinens habitum, & tonsuram, & viuit extra Religionem, nec subijcit se alterius obedientiæ, propriè appellatur Apostata; Innoc. in cap. fin. de Renunc. & cap. Intelligimus, de ætate & qualit. Florent. 3. parte, tit. 16. cap. 5. in princip.

Fugitiu⁹ quis dicatur.

Fugitiuus ille dicitur, qui per se exiuit extra Monasterium, & sic permanet, ac celat se Abbati, licet postea redierit; vel ille dicitur fugitiuus, qui ea mente discedit nunquam amplius redeundi scilicet ad Dominum suum, tamen, etsi mutato consilio ad eum reuertatur, l. quis sit fugitiuus, ff. de ædilit. edicto, in verbo, (Pœnitentia) dicit, nota vitium animi pœnitentia non purgari,

A gari, l. hi qui sanctam, C. de Apostat.

Vnde dicitur, quod fugitiuus non erit ille, qui non animo fugiendi se abscondit, secundum Glos. in d. l. quis sit.

Tales fugitiui arcendi sunt etiam auxilio Episcopi, ut reuertantur ad custodiam suorum Prælatorum, cap. Abbatis, 18. q. 2. & cap. De nobis, de Apost.

Inde reuerti volentes recipiuntur, quoniam sunt etiam ab Abbate quærendi, nisi Regula repugnet, aut non speretur correctio, & tales dicuntur eiecti, vt in Regula Beati Benedicti, dū recipiuntur, detruduntur in ergastula, & priuantur omnibus honoribus, quia secundum Hieronym. in epist. 5. ad Galat. de qua in cap. Resecandæ sunt, 24. quæst. 3. Inobediens à consortio bonorum est pellendus; ita in facto habuerunt Archidiaco- B nus, & Hostiensis; & detinentes, possunt compelli per Censuras Ecclesiasticas reddere, & Religioni restituere, capit. fin. de Reg. & ibi Abb. & Doct. cap. A nobis, de Apost. Ant. Butr. in cap. Ne Religiosi, de Reg. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 5. & Syluest. in verbo, Apostata, Conc. Trid. Sess. 25. cap. 19. de Reg. & ex Cōstit. Pij IIII. contra Apostatas.

Dimittens habitum compellitur recipere, nec excusatur, si illum non portauerit palam, quoniam tenetur deferre apertè, nō alia ueste desuper tegente, aliàs esset Apostata, & excommunicatus, Glos. in cap. fin. de vita & honest. Cler. Abb. in cap. Tua, de Apost. Zabarell. in Clem. 1. de Elect. & in Clem. Plerisque, Concil. Trid. Sess. 25. de Reg. cap. 19. Apostatas declarat dimittentes habitum quod cogantur redire ad Monasterium; Nec C conceditur occultè illum habitum deferre, ibi.

Nec admittitur excusatio, quod vellet transire ad aliam Religionem sine licentia Sedis Apostolicæ, quoniam hoc esset occasio apostatandi; Conc. Trid. Sess. 14. cap. 11.

Similiter, qui moratur extra Monasterium, & celat se suo superiori animo non redeundi, dicitur Apostata; & in omnibus reductionibus seruantur statuta Religionis, Abb. in capit. Ad Monasterium, de stat. Reg. & cap. fin. de Reg. refert etiam Armill. in uerbo, Religio, num. 16.

Fit etiam Apostata, quando quis recesserit ab uno trium uotorum substātialium Religionis, ueluti, qui recesserit ab obedientia, aut habitum dimiserit, uel acceperit alium alterius Religionis, sine licentia superiorum, incurrit irregularitatem, Ar-

chid.in §. Apostata, dist.50. Abb. in cap.1. & cap.fin.de Apostat.& in cap.cum ad Monasterium, de stat.Monach. A

Pœna Apostatarum est excommunicatio, & solus Papa dispēsat, uel aliquis alius superior prælatus ex priuilegio; De hac pœna vide cap. Periculosum, ne Cler. vel Mona. lib. 6. & ibi Franc.Flor.3.p.tit.16.cap.5. §.5. Borg. de Irreg. p. 6. de Apostat. Ang.& Syluest. & Armilla, in d.verbo.

In hanc pœnam incidunt professi tantum, non autem Nouitij, quia illi non possunt fieri Apostatæ.Flor.3.p.tit.16.c.5.§.1. Syluest. in uerbo, Apostasia.

Transire de vna Religione ad aliā quando liceat.

Nunc dicendum, quando liceat transire de una Religione in aliam, facta professione in altera ipsarum; In quo casu tria sunt consideranda, ut talis transitus sit licitus; Primò, ne fiat ex temeritate, sed ex causis legitimis, & tales erūt, dum zelo tantū perfectioris vitę transeunt in religionem: nam in simili casu nō attenditur quæ sit melior, uel maior Religio, sed quæ sit sanctioris vitæ; sic conceditur transitus ad Religionem, quę arctiorem pœnitentiam continet, de licentia Papæ; Vide cap. Virgines. 20.quæst.4.Io. Andr.in cap. Sanè, de Reg.& cap.Licet, eod.tit. & Syluest.refert in uerbo, Religio, 4.num.1. Et quomodo vna Religio dicatur perfectior altera, & in quo consistat ista perfectio, vide Flor.in d.3.p.tit.16.cap.1. B

Trāsitus ad aliam Religionem quādo permittatur.

Secundò consideratur, ne ex tali transitu fiat declinatio à debita professione facta, ut si quis ex infirmitate, uel debilitate nō posset permanere in una Religione, tunc habita dispensatione, transitus concederetur. D.Tho.in 2.2.q.fin. & Syluest.idem tenet in dicto loco. C

Vnde si transitus fieret ad æqualem Religionem, sine causa, tunc requiritur Papæ consensus; & an sit tutus in conscientia in tali casu, uide Glos.& Abb.in cap.Non est dubium, de Reg.

Sed si ad arctiorē fieret trāsitus, nulla alia causa adiuncta, nisi ut in ea fructuosius Deo, & sanctius seruiret, tūc transitus fieri potest cum licētia Superiorum, qui talem animum cognoscere debent, secundum eumdem Syluest. in verbo, Religio, 4.nu.2.

Inter omnes Religiones perfectior dicitur Religio Mendicantium, inter Mendicantes, quæ prędicationi dedita est, & Prędicatorū nuncupantur ad quam oēs alij Religiosi transire possunt, ēt Cartusiēses, ita refert Syluest.in d.loco, fuisse cōclusum in Vniuersitate Parisiensi, & cum eo Palud.in 4.Flor.in d.c.4.

Cappucini

A Cappucini ſic vulgariter dicti de ordine Sancti Franciſci de Aſſiſio, non poſſunt recipere quempiam Fratrum Minorum de Obſeruantia profeſſum, nec retinere, ex Conſt. Sixti V.

Tertium requiſitum eſt, quod ſemper talis tranſitus fiat autoritate Superioris, Abb. in cap. Licet, de Reg. & in d. cap. Sanè, & cap. Non eſt, D. Thom. in 2. 2. quæſt. fin. Art. 8. Florent. in d. cap. 4.

Qui tranſierit ſine licentia Papæ incidit in excommunicationem Martini V. Cum ambitiosè. Sixti IIII. Regimini. Innocentij IIII. & Benedicti XII. qui determinarunt, quod Prædicatores, & Mendicantes tranſire non poſſint ad alias Religiones, præſertim ad Monachorum, & Ciſtercienſium Religionem; Vide Zabarell. in Clem. 1. de Regul.

B Si in Religione, in qua reperitur quod obſeruantia Regularis non ſeruaretur, & in eadem prouincia aliud ſimile Monaſterium nõ ſit, in quo Regula ſeruetur, nec ſit ſpes reformationis, in ſimilibus caſibus, qui vellet ſanctiori vita viuere, poſſet tranſire ad aliam, in qua ſeruetur Regula. Innoc. & Abb. in cap. Sanè, de Reg. & Gloſ. in cap. Singula, de præbend. lib. 6. & Abb. in d. cap. Non eſt dubium. Caiet. in 2. 2. quæſt. 189. Art. 9.

Clerici ſeculares non exempti, petere debent licentiam ab Epiſcopis, exempti à ſuis Superioribus, mediatis, & immediatis, ſed tutior erit via in omnibus, petere licentiam à Papa, vt ex citatis Doctoribus colligitur. Flor. in d. cap. 4. Sylueſt. in verbo, Religio, 4. & Ang. Berg. p. 6. eod. tit.

Monachus Laicus, poteſt tranſire ad Canonicos Regulares, C non è contra, Canonicus poteſt tranſire ad Monachos, habita licentia Superiorum. cap. Mãdamus, 19. quęſt. 3. & ibi cap. Statuimus, D. Tho. in 2. 2. quæſt. 189.

Tranſiens profeſſus ſine licentia, amittit omnia bona collata in ſuum Monaſterium, ſed ſi habita eſſet licentia, tunc, & bona transferenda eſſent, ſi Monaſterium bonorum eſſet capax, & hoc intelligitur in vſufructu tantum, nam Monaſterium primum retinet proprietatem cum fructibus poſt mortem Monachi tranſeuntis, cap. Statuimus, de Reg. cap. Cognouimus, 16. quæſt. 6. cap. Si quis rapuerit, 17. quæſt. 1. Doct. in d. locis. Hoſtienſ. & Goffr. in Summa, hoc eod. tit. de Apoſta. Flor. in d. tit. 16. cap. 5. Syluest. in verbo, Religio, 4.

Nouitius autem ante profeſſionem diſcedens à Religione,

Nouitij recedentes à Religione quãdo recuperẽt sua bona.

recuperat omnia sua bona Monasterio collata contemplatione Religionis, de benignitate Canonica, sed si posset se aliundè sustentare, secundum quosdam non recuperaret, & hoc idem dicendum est in casu, quo professio non teneret, vt notatur in cap. Quod à te, de Cler. coniug. in fine, & cap. Sunt, 17. q. 1. Abb. in d. cap. Quod à te & in cap. Causam, de præbend. A

Effectus Religionis.

Alter effectus Religionis, & eius professionis erit, quod professus teneatur seruare vota promissa, & Regulam, sub peccato mortali, & alijs pœnis, ut in Regula ordinatur. D. Tho. in 2.2. quæst. 186. Astens. lib. 6. tit. 47. Syluest. in verbo, Religio, 6. num. 5.

Alium habet præcipuum effectum professio, quod per eam spurius efficitur legitimus, & dicitur hoc singulare & notandum; Resoluitur pariter per eam omne votum quantumcunque maximum, & Religionem profitens consequitur plenariã indulgentiam præhabita confessione cum debita contritione. Felin. in cap. Cum de præsenti, de Iud. num. 2. D. Thom. in 2.2. quæst. 189. Art. 3. ad 3. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 3. §. 3. in princip. & per totum. B

Beneficia, quæ habebat profitens Religionem, facta professione vacant, si sint incompatibilia cum Religione, cap. Beneficium, de Renunciat. lib. 6. & refert etiam Lancell. in tit. de Reg. §. Et si contigerit.

Concludendum itaque erit, quod ad professionem non sunt expectandi anni senectutis. Bellarm. lib. 2. de Monach. cap. 6. Tomo 2.

Absque professione uotorum non dicitur aliquis Religiosus, Augustinus in Psalm. 99. Dum non perseuerauerit implere quod vouit, fit desertor tam sancti propositi, & reus voti non redditi. C

Et Monasteria esse, non scholas sacrarũ literarum, sed virtutum, & perfectionis Christianæ, cum ibidem Orationibus, Psalmis, Ieiunijs, Vigilijs, ac perpetua pœnitentia Religiosi uiuant, & Deo inseruiant. Hieronym. ad Rustic. & de instit. Monach. August. lib. 1. de moribus Eccl. cap. 31. & in vitis sanctorum legitur.

Ingressus Religionis est de consilio.

Ingredi itaque Religionem, & in ea profiteri, non est de præcepto, sed consilio, quod Deo est gratissimum. Ideò dixit Dominus: Si vis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, &c. quibus uer-

A bus uerbis Dominus hortatus fuit ad uitam religiosam, eandemque consuluit, non autem præcepit. Refert Bellar. in cap. 9. lib. 2. de Monach. secundum verba Diui Ambros. in lib. de Viduis. Vt intelligas distantiam præcepti, atque consilij, illum recorderis, cui in Euangelio ante præscribitur, ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falsum testimonium dicat, præceptum enim ibi est, ubi est pœna peccati, at uerò, cum se præcepta legis memorasset implesse, consilium ei datur, ut uendat omnia, & sequatur Dominum, hæc enim non pro pręcepto dantur, sed pro Consilio deferuntur.

Hieronym. contra Vigilant. Quod autem asseris eos melius facere, qui utuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum suarum pauperibus diuidunt, quam eos, qui possessionibus uen B ditis semel omnia largiuntur, non à me, sed à Domino respondebitur; Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus; ad eum loquitur, qui uult esse perfectus, qui cum Apostolis patrem, Nauiculam, & rete dimittit, iste, quem tu laudas, secundus, & tertius gradus est, quem & nos recipimus, dummodo fuerimus primi, secundis, & tertijs præferendi.

August. Epist. 89. quæst. 4. dicit his uerbis: Viderit ille iuuenis quemadmodum legis mādata seruauerit; Veruntamen Magister bonus mandata legis ab ista excellentiori perfectione distraxit, ibi enim dixit: Si uis uenire ad uitam, serua mandata; Tu autem si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, &c.

Chrysostom. ibidem dicit: Vt alliciatur, ingentem ei mercedem futuram ostendit, & uoluntati eius omnia reliquit, ubi plu C ribus rationibus, & autoritatibus concludit consilia esse, & nō præcepta, ut exemplis, & testimonijs probat Bellar. in d. lib. 2. cap. 9. & 10.

Nota primo quod in uoto duo concurrunt necessaria, actio materialis, & formalis; materialis est, qua fit, ut ieiunare, & similia facere, formalis est ipsa promissio ieiunandi, sic ista actio dicitur, quod semper est religionis, sed materialis, & religionis, & alterius uirtutis.

De votis Substantialibus Religionis; de eorum effectu, declaratione, & efficacia. Cap. III.

A

FActa professione, Religiosus obseruantias Regulares profiteri debet, & exercere, quæ præcipuè circa uota Substantialia uersantur; Vnde hic de Regulari uita tractabitur, & ita Religiosorum status satis descriptus apparebit.

De voto Obedientiæ.

Primò de obedientiæ uoto dicendum, in quo tota Religionis perfectio consistit; eo enim homo efficitur Deo similis, qui (ut ait Apostolus) factus est obediens usque ad mortem, eo tollitur Adæ peccatum, & Deo homo reconciliatur. Gregor. 25. Moral. August. de uirtutibus. Pelag. lib. 2. cap. 51. & 68. Flor. 3. parte, tit. 16. capit. 1. §. 9. Viguer. de stat. Ecclesiæ, cap. 17. §. 1. uers. 20.

B

Consilium est Dei Matth. 16. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me.

Basilius in Constit. Monast. cap. 22. ait: Nunc rursus sermonem de obedientia exerceamus, ostendentes quantam obediētiam ab exercitationibus erga perfectum exacta doctrinæ ratio exigat.

Hieronym. in Epist. ad Eustochium ait: Primò apud eos cōfœderatum est obedire maioribus.

In Epistola ad Rusticum Monachum: Per hæc omnia ad illud tendit oratio, ut doceam, te non tuo arbitrio dimitti, sed uiuere debere in Monasterio sub unius disciplina Patris, consortioque multorum. (& infra dicit) Non facias, quod uis, comedas, quod iuberis, uestiare, quod acceperis. (& infra) Præpositū Monasterij teneas ut Dominum, diligas ut parentem, credas tibi salutare quicquid ille præceperit, nec de maiorum sententia iudices, cuius officij est obedire, & implere quæ iussa sunt.

C

Sulpitius in Dialogo 1. de Vita Sancti Martini: Præcipua uirtus & prima est obedientia, neque aliter aduenienes ad Monasterium Abbatis suscipitur, quam qui testatus primò fuerit, & probatus, nullum unquam recusaturum quodlibet arduum, difficile, indignūq; tolerare Abbatis imperium. Vide etiam Augustinum lib. 1. de Moribus Eccles. cap. 31. Io. Cassianum lib. 4. de instit. Monach. cap. 33. Greg. Homel. 20. in Ezech. Augustinum in Psal. 75.

A Refert etiam Sulpitius in d.1.Dialog. de Vita Sancti Martini qualiter obediētia gratissima est Deo, ex quo Monachus iussu sui Superioris proiecit se in Clibanum ignis qui tandem illæsus euasit; & de similibus plura refert Bellarm.in citato loco.

Firmatur etiam auctoritate Apostoli ad Coloss.3. Serui obedite per omnia Dominis Carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi Hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timētes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, non Hominibus, scientes, quod à Domino recipietis retributionem hæreditatis, Domino Christo seruite.

Effectus obedientiæ Regularis.

Hac obedientia homo priuatur propria voluntate, & obligatur ad aliorum præcepta, & aliquando ad consilia, cap. Non dicatis, capit. Expedit, cap. Cui portio, 12. quæst. 1. cap. Quid debeant, §. Quæcumque, 14. quæst. 1. Flor. in d. cap. 1. §. 9. ideo dicitur quod obedientia sit de essentia Religionis, D. Tho. in 2.2. quæst. 186. Art. 5. & 8. & cap. Si Religiosus, cap. Quorundam, de elect. lib. 6. cap. Religiosi, de sepult. lib. 6. cap. Statuimus, 19. quæst. 3. cap. Non dicatis, 12. quæst. 1. B

Versatur ista obedientia circa ea, quæ sunt ordinata in Regula, & à Prælatis constituta ad vota & ad exercitium perfectionis, vnde Regularis non eximitur ab obedientia Prælati, etiam indulto Apostolico, in his, quæ spectant ad Regularem obseruantiam, D. Thom. in 2.2. quæst. 185. Art. 8. Vig. in d. cap. 17. §. 1. vers. 20. & Caietan. in dicto loco.

Liberatur ab obedientia sui Prælati, si fuerit effectus Episcopus, uel Cardinalis, quia tūc Regularis transit ad perfectiorem statum, licet in alijs remaneat obligatus, Vide cap. Clerici, de vita & honest. Cler. cap. Monachum, 20. quæst. 1. cap. Nemo, 16. q. 1. Host. & Goffr. de statu Monach. Flor. 3. p. tit. 20. cap. 2. & supra latius de Episcopis. C

Triplici modo sumitur præceptum Superioris in proposito quo ad obedientiam; Primò, quando Regularis illud contemnit. Secundò, si facit contra vota promissa. Tertiò, dum agit cōtra mandatum, vel consilium, ex Florent. in dicta par. 3. tit. 16. cap. 1.

Regularis igitur tenetur obedire suo Prælato in omnibus, præter quam in ijs, quæ sunt contra Dei præceptum, & suam Regulam, in his autem, quæ indifferenter habentur, tunc est obediendum, quando charitas interna suadet, veluti, vt delicta

puniantur;

puniãtur; sic in leuioribus extra Regulam non tenetur sub peccato obedire; D.Thom.in Quodlib.1. Art.15. & in Quodlib. 10. Art.10.& in cap. Si quis Episcopus, 1.quæst.3.Flor.in 3.p. tit.16. cap.1. §.6. A

Si mandaret maiores austeritates, quam Regula præciperet, tunc ita distinguendum; Vel reformat antiquam Regulam esse ctam laxiorem, & reducit illam ad pleniorem obseruãtiam Regulæ, & Prælatus eo casu potest cogere suos Monachos; Sed si vellet inducere arctiorem Regulam, seu vitam, Monachi non tenentur obedire, & Prælatus non potest præcipere; & hæc est æquior decisio, secundum mentem Diui Thom. in 2.2. q.104. Art.4. Innoc.in cap.Super, de Reg. Io.Andr. in cap.Vnico, de Reg.lib.6.Syluest.in verbo, Religio, 6.num.6.

B Et fieri talia permittuntur, si aguntur per modum pœnitentiæ, Syluest.in dicto loco, in verbo, Religio, 6. & Armill. numero 10.

Dum Prælatus præcipit aliquid quod habet speciem mali, uel inhonesti, tunc subditi non tenentur obedire, vt neque dum quid vanum, vel simile iusserit, Glos. in cap. Non est, 2.quæst.3. cap. Admonere, 33.quæst.2.

Conditiones præceptorũ Superiorũ.

Nec subditi tenentur obedire in ijs, quæ concernunt detrimentum corporis; Vnde concluditur, quod omnia præcepta Prælatorum debent habere causam honestam, iustam, & rationabilem, ut subditi obedire teneantur. Glos. in cap. 2. de uot. cap.Quærelam, cap. Breui, de Iureiuran. Abb. cap.Magnæ, de voto. Flor.3.p.tit.16. cap.1.§.9.

C Sunt multi casus, in quibus tenentur Regulares petere licentiam ab eorum Prælatis, veluti si voluerint publicè legere, prædicare, Sacramenta administrare, Confessiones audire, alteri obsequium præstare, & sic de singulis, qui actus subsunt pariter obedientiæ Prælatorum. Doct.in Clem. Dudum, de sepult. Pelag.lib.2.cap.51.Flor.in d.cap.1.§.9. & in tract.fundamenti Trium ordinum, in 3. parte, ex sententia Sancti Bernardini, de obed. fratrum Minorum.

Conditiones veræ obedientiæ.

Concluditur, quod Regulares non habent, nec uelle, nec nolle, in concernentibus uitam Regularem: ideò debent hilariter obedire, uelociter, & uiriliter adimplere, ac humiliter, & indesinenter perseuerare; Alex.de Ales, in 2.tract. de conscient.q.2. Bonauent.in 2.distinct.fin.quæst.fin. Astens.lib.6.tit.47.Art.3.

Franc.

A Franc. in cap. Quorundam, de elect. lib. *6*. Viguer. de statu Ecclesiæ, cap. 17. §. 1. uers. 20. Guliel. in Summa uitiorum & uirt. in tomo de uirt. in tit. de Iustitia. Syluest. in uerbo, Religio, *6*. num. *6*.

In quibus casib⁹ Regulares subiaceãt Ordinarijs.

Quamuis Regulares propriè, & immediatè Episcopis non subiaceant, tamen in multis casibus tenentur ab eis licentiam petere; sic in multis subsunt eorum obedientiæ, ex Conc. Trid. Primò quod nullus Regularis sine Ordinarij loci licẽtia potest libros in lucem dare, uel illos imprimi facere, in Sess. 4. de edit. libror.

Secundò, in eorum Monasterijs tenentur habere Lectorem Theologiæ, & Episcopi hoc curare debent, Sess. 5. cap. 1.

Tertiò officium prædicationis exercere non possunt sine licentia suorum Superiorum, & benedictione Episcopi loci, ad quem fuerint destinati ad prædicandum, Sess. 5. cap. 2.

B Quartò reperti extra Monasterium, ab Ordinarijs puniuntur delinquentes. Sess. *6*. cap. 3.

Quintò Episcopi uisitare possunt Ecclesias commendatas Regularium, Sess. 25. cap. 22. ut exequantur statuta in Concil. Trid. Sess. 21. cap. 8.

Sextò, Regulares recipere debent ordines ab Episcopis, & ab illis sunt examinandi, an sint ad illos idonei, Sess. 23. cap. 12.

Septimò uolentes audire Confessiones, ab Ordinarijs sunt approbandi, & si idonei fuerint reperti, semel approbati in eodem loco, non tenentur de nouo comparere ad examen, Sess. 23. cap. 15. Nauar. in Manuali, cap. 24. num. 2. & ex Const. Pij V. & ita declaratum fuit in Congregatione Conc. Trid. de Anno 1587. & ita etiam refert Mart. Alphon. in suo Candelab. de Absolutione, num. 50.

C Octauò, nec possunt aliquem non Regularem absoluere à casibus Episcopo reseruatis, etiam uirtute cuiuscumque Marismagni, ex Const. Greg. XIII. & Alphons. refert de Absolutione, num. 52.

Nonò Regulares non possunt erigere Monasteria sine Episcopi licentia, Sess. 25. cap. 3. de Reg.

Decimò potest Ordinarius cogere Regulares ut clausuram in eorum Monasterijs seruent, Sess. 25. cap. 5. de Reg.

Vndecimò Regulares tenentur seruare interdicta & festa imposita ab Ordinarijs Sess. 25. cap. 12. de Reg.

Duode-

Duodecimò tenentur ire ad publicas Processiones, Sess.25. A cap.13. de Reg.

Tertiodecimò, Regularium Prælati negligentes corrigere, & iuxta qualitatem delicti punire fratres delinquentes extra Monasterium, & scandalosos, ab ordinarijs puniri possunt, ex Const. Clem. VIII. Item Episcopus excommunicare potest Regulares, eo magis, si loquerentur cum Monialibus sine licentia Episcopi, nam tunc potest eos carcerare, & punire; Concil. Trid. Sess.6. cap.3. Sess.7. cap.14. Sess.21. cap.8. Sess.24. cap.14. Eorum superiores coarctantur ab Episcopo, vt dignam pœnitentiam extra Claustra delinquentibus imponant, & iustè castigent, & de imposita, rationem reddant, Sess.25. de Regul. capit.14. & ex Const. Clem. VIII.

Quartodecimò, renunciatio quælibet facta à Nouitio per B duos menses ante professionem, non valet sine Episcopi consensu. Sess.25. cap.16. de Reg.

Quintodecimò, tenentur omnes Regulares honorem præbere Matrici Ecclesiæ, vbi habitant, sicuti in Sabbatho Sancto maioris hebdomadæ, non debent sonare campanas ante Matricem Ecclesiam, & similia; ex Const. Leonis X. quæ incipit: Ite, & vos.

In omnibus autem alijs casibus omissis à Iure, Regulares nō tenentur obedire superioribus secularibus, licet se voluerint submittere præcepto Episcopi, nam exemptioni, aut priuilegio renunciare non possunt, quia talia nō sunt inducta ad fauorem certæ personæ, sed Religionis; Ideo dispensatio Sedis Apostolicæ requiritur. Florent. 3. p. tit.16. cap.1. §.9. Vide etiam capit. C Cum dilectus, de Relig. dom. & cap. Inter, de maior. & obed. cap. Ne Dei, de simon.

Iussa superiorum & Regulæ quādo habeant vim pręcepti.

Ad cognoscendum, quæ habeant vim præcepti distinguendum erit inter Præceptum, Mandatum, vel Consilium; Præceptum est, quod imperatur, ita legitur in 14. quæst. 1. cap. Quando debet, §. Quisquis exempla. Hieron. ad Iouinianum. Quod præcipitur imperatur. Quod imperatur necesse est fieri. Hoc ergo fit aliquando sub certa pœna, vel comminatione, vt in virtute Sanctæ obedientiæ, in virtute Spiritus Sancti, vel sub censuris, aut alijs pœnis, quod ut plurimum negatiuè profertur. Sic est necessitatis præceptum 14. quęst. 1. §. Quod præcipitur. Flor. 3. p. tit.16. cap.1. §.9.

Consilium

A Cõſilium non eſt neceſſitatis,ſed voluntatis, vt in d.§.Quod præcipitur,14. quæſt. 1.

Mandatum eſt medium inter præceptum, & conſilium, ſecundum Archid.in d.§. Quiſquis.

Obedientia eſt Religionis fundamentum. Ideò Dominus conſulendo perfectis dixit: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Matth. cap. 16. & Marc.cap.8. Luc.cap.9. & 14.

Obedientiæ fructus.

Gregorius in Homel. de obedientia dicit: Quia, niſi quis à ſe ipſo deficiat, ad eum, qui ſupra ipſum eſt, non appropinquat; ſed ſi nosipſos relinquimus, & abnegamus, id vitamus, quod per vetuſtatem fuimus, & ad hoc nitimur,ad quod per nouitatem uocamur.

B Baſilius ait: Vitam autem propriam in formam optimæ conuerſationis tradidit volentibus ei obedire, cum dicit: poſt me ueniet; Inde fundamentum maius eſt in Religione obedientiæ uinculum, quam caſtitas, & paupertas, nam licet magnum ſit dare Deo temporalia, & dare carnem ſuam Deo maius eſt, ſed ſemetipſum ſub manu prælati, & obedientiæ dare, & abnegare maximum eſt his omnibus.

Origen. in Luc. 2. Diſcamus igitur, & nos filij Parentibus noſtris eſſe ſubiecti, quia ſi Patres non fuerint, ſubijciamur ijs, qui Patrum habent ætatem: Ieſus filius Dei ſubijcitur Ioſeph, & Mariæ,ergo,ego non ſubijciar Epiſcopo, qui mihi conſtitutus eſt pater? Inde tanti ponderis eſt obedientia, quod Apoſtoli uxores habere potuerunt, ſed tamen cum obedientia erant per C fecti; Sic Papa nunquam diſpenſat, quod Monachus non obediat ſuo Prælato; Innoc.de ſtatu Monach.cap.cum ad Monaſterium, §.fin. Pelag.lib.2.cap.51.col.4.

Obedientia, quæ pariter Religioſis neceſſaria eſt, circa tria uerſari debet; in Reuerentiæ exhibitione; in mandati ſuſceptione; & ſubiectione iudicij; qui non obedit, facit idolum uoluntatem ſuam; Ideo Beatus Bernardus dicebat: Malle mori, quam non obedire. Conditiones ueræ obedientiæ ſunt; quod ſit humilis, deuota, feſtina, iucunda, & perſeuerans; Vel dic, quod uera obedientia tres habet cõditiones, uidelicet, quod ſit grata, ſine murmuratione, uel contradictione, pura ſine commodo proprio. Apoſtolus ad Philipp.2. Non quærit quæ ſua ſunt. Tertiò, ſit ſolicita, in Prouerb.21. Vir obediens loquitur Victoriam, &

Circa quę verſari debeat obediẽtia.

ſic ait

sic ait B. Bernardus. Verus obediens mandatum non procrastinat, sed parat aures auditui, linguam uoci, manus operi, pedes itineri, & se totum intra se colligit, ut mandatum imperantis peragat, qua de re uerus obediens, est socors in murmuratione, purus in intentione, paratus sine excusatione, silens ore, purus corde, placens opere, ex Pelag. lib. 2. cap. 68. A

Gregorius dixit, quod sola obedientia est uirtus, quę cæteras uirtutes sibi inserit, insertasque custodit, ideo describitur, quod obedientia est imperscrutatrix motus, spontanea mors, sine curiositate uita, periculum carens timore mortis, absque detrimento naufragium, & sic nullum periculum timet obediens, est etiam omnium præsentium rerum obliuio, & à proprijs naturalibus uerus recessus, est etiam sepulchrum uoluntatis, resurrectio humilitatis, depositio hæsitationis, & districtionis, in di uitijs discretionis, qui propter Deum omnia suffert, & omnia sustinet; ita refert Pelag. in d. loco ex dicto Climachi Abbatis Montis Sinai, ut ibi. B

Dictum est quæ sint conditiones ueræ obedientiæ, modo uidendum circa quæ uersari debeat.

Regula est, quod circa honesta, & rationabilia, atque ad salutem Animæ spectantia obedientia uersatur. Vndè excludun tur ab ea actus corporis naturales, quoniam in his Homo Homini non tenetur obedire, quia omnes Homines Natura sunt pares, ut ad sustentationem corporis, & prolis generationem, in his, quæ à Deo permittuntur.

Gregorius in Moral. ait: Obedientia, quæ habet aliquid de proprio, in proprijs nulla est: Aut minor, quia uoluntas propria non uidetur principaliter tendere ad implendum præceptum, sed ad sequendum proprium uolitum. C

Bernardus in lib. de præcepto, & discipl. subditus, nec citra præmissum inhibendus est, nec ultra promissum cogendus per legem obedientiæ.

Obedientia ergo est uoluntas faciendi præceptum, uel mandatum superioris uoluntariè & rationabiliter, de quibus apud Pelag. in dicto loco, lib. 2. cap. 69.

Quæ lædant obedientiam.

Læditur obedientia circa multa, Primo quando subditi procacibus uerbis respondent contra Prælatum: tales à Deo seuerè puniuntur, ut legitur de Maria sorore Aaron, quæ lepra fuit percussa, ex quo murmurauit contra Moysen qui duxerat Æthiopissam in

A sam in vxorem, Exodi 12. & de Oza qui manus apposuit ad Arcam Domini, 2. Reg. 6. vt cumulatè legitur in §. de his, 2. quęst. 7. & sunt verba Augustini in lib. Homel. de pœnit. cap. 12.

Secundò, de his, qui non solum non obediunt, sed verba iniuriosa contra Prælatos proferunt, de quibus Esaias cap. 46. Audite me duro corde, & cap. 30. Ad vocem clamoris tui, statim vt audierit respondebit, & Iob 30. Seruum meum vocaui, & non respondit mihi.

Tertiò aliquando subditi arrogant sibi personam Prælati, & non solum non obediunt, sed arguunt illos, dicentes: Vestrum erit prius facere, postea iubere, & similia; quod uidetur contra ea quæ sunt determinata autoritate Gregorij & Bonifacij Papæ, ut in cap. Ad hoc, dist. 89. quod subditi, scilicet & minores B potentioribus reuerentiam exhibeant, & potentiores minoribus dilectionem impendant; Vide etiam capit. Inferior, dist. 21. & cap. Denique, eadem dist.

Quartò excusant se, quare non obedierint, de quibus loquitur Psalm. 140. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandum excusationes in peccatis, & in Deut. 30. Mandatum quod dedi tibi non est super te, de quibus in capit. Prædicator, 16. quæst. 1.

Quintò, quod mœstitia, & mœrore murmurando obediunt, de quibus dicitur in Exod. 16. Non est murmur uestrum contra nos, sed contra Dominum. Ideo Beatus Franciscus de Assisio Speculum obedientiæ, dicebat: Victoria totius orbis à sui ipsius victoria sumit initium; & illius Beati Francisci Ægidius fidelis C socius hæc proferre solebat verba: Amice tuis murmurationibus te oneras, ideo quanto humilius, & libentius caput obedientiæ submiseris, tanto lenior, & suauior tibi erit obedientia. Vince te ipsum, & totius mundi triumphator existes.

Sextò alij obediunt, sed tarde, secundum ea, quæ leguntur in Matth. cap. 4. sic velociter obediendum erit.

Septimò, quidam non completè obediunt, uel plusquam fuerit in mandatis. Exod. 19. Omnia, quæ præceperis nobis faciemus, vide cap. Peccator, de reg. iur.

Octauò permittunt se quidam sæpe uocari, & numquam, uel raro respondent, quod fit, uel ex superbia, uel impatientia, tales arguuntur in 1. Reg. 2. à Samuele in persona Heli: Ecce vocasti me, qui tamen eum non uocauerat.

Nonò

Nonò alij se abscondunt, ne à Prælatis reperiantur, & isti nuncupantur veri contumaces obedientiæ, quando dolosè se absentant, vel occultant, cap. Ex tuæ, de Cler. non resident. A

Decimò, quidam vti filij Belial timorem incutientes alijs, inducunt etiam timorem in Prælatis, ne pręceptis grauentur, vel ne impleant ordinata.

Vndecimò. Alij timore seruili, potius quam amore obediũt, hi meritum obedientiæ amittunt, quia timor non est in charitate, cap. Qui ex timore, de Reg. iur.

Duodecimò obediunt quidam, vt temporale præmium consequantur, de quibus ait Gregor. Cum opere certo laus transitoria, aut præmium quæritur, æterna retributione res digna vili precio venditur; ex eod. Pelag. lib. 2. cap. 70.

Debent autem subditi (dum præcipiuntur aspera, vel difficilia) humiliter, & rationabilibus causis, remissionem petere, ea tamen conditione, quod si aliter fieri non poterit paratus sit obedire; ex eod. Pelag. Vide Caiet. in dicta 2. 2. quæst. 189. & Basil. in Const. Monast. cap. 23. Robert. de tuend. Cęlib. tomo 2. Laurent. Iustin. de discipl. mona. cap. 7. B

De voto Paupertatis qualiter necessariũ sit ad Religionem.

Sequitur postmodum terribile votum Paupertatis, quod necessarium iudicatur in Religione: nam diuitiæ (quas animus noster vti bonum insectatur) retrahunt mentem à Diuinis, sed his tantum vtimur, quantum natura sustentatur; Ideo Apostolus 1. Timoth. Habentes alimenta, & quibus tegimur, contenti sumus; Et Petrus dixit Domino 19. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Origen. ibi. Audierat Petrus Dominum dicentem: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes. Ideo dixit: Ecce & nos reliquimus omnia, & in Homel. Chrysost. dicit Petro, Qualia omnia, ò Petre? Arundinem, Rete, Nauigium, omnia quidam hæc dicis: non propter munificentiam, sed vt propter integritatem hanc, inopẽ inducat plebem; quare uoluit Dominus, quod discipuli omnia relinquerent, quia habentes pecuniam, difficile Regnũ Dei possidebunt. Matt. 19. Marci 10. Chrysostom. ait: Dixit autem Dominus hoc discipulis Pauperibus, & nihil possidentibus, instruens eos, inopia non erubescere. Vnde non impossibile est, sed difficile, quia diuitiæ difficulter contemnuntur; Ideo Beda in Marc. Aliud est pecunias habere, quam amare. Multi amant, sed non habent, multi habent, sed non amant; Alij habent, & C

amant,

A amant; alij, nec habere, nec amare se gaudent, qui quidem tutio res cum Apostolo dicere possunt ad Galat. 6. Mihi mundus cru cifixus est, & ego mundo.

Gregor. lib. 1. Moral. loquens de Iob, dixit: Consideremus cuius sanctitatis uir iste fuerit, qui ad tam sedula Dei obsequia, sic occupatus uacauit, necdum præcepti uirtus emicuerat, qui omnia relinqui præceperat.

Religiosi ergo, qui uitam perfectam ducere quærunt, secundum legem Euangelicam sine proprio uiuere profitentur, ut exemplis Sanctorum Patrum hortantur, & uerbis Gregor. in cap. Ex auctoritate, 16. quæst. 1. Pelag. in lib. 2. cap. 54. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 1.

Paupertatis diuisio.

Paupertatem uouere Deo summè placet, Matth. 5. Beati pau B peres spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Cælorum, sic paupertas consideratur tribus modis, uel dicuntur pauperes affectu, Psalm. 24. Vnicus & pauper sum ego, uel pauperes idest hu miles Isai. ult. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & con tritum, & timentem sermones meos; Vel sumitur pro illis, qui diuites non sunt, aut actu sunt pauperes, non affectu; aut affectu, sed non actu; aut actu simul, & affectu.

Inde Beati dicuntur illi, qui propter Deum spontaneam eligunt paupertatem, humilitatemque, secundum Ambros. cap. 6. Lucæ. Beda in 5. Matth. Ideò uouemus, quod Deo scimus esse gratum. De paupertate dicitur Matth. 19. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis Thesauros in Cælo, & ibidem. Ecce nos reliquimus om- C nia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? quem locum August. in Epist. 89. quæst. 4. & in Psalm. 103. Conc. 3. refert ad uitam Monachalem.

Paupertatis laudes.

Bernardus in Declamationibus in hoc Euang. dicit: Hæc sunt uerba, quæ contemptum mundi in uniuerso mundo, & uo luntariam persuadent paupertatem; Hęc sunt, quę Monachis Claustra replent, deserta Anachoritis. De his uide Bellar. in d. cap. 20. lib. 2. de Monach.

Augustinus dolens de perdita uita Communi Clericorum in serm. 52. qui est ad fratres in Eremo, dicit his uerbis: O dolor illius societatis, ò fructus natus non de arbore, quam plantauit Dominus (sed Ecclesiam scripsit hæredem): Nolo numerare ista: non amo amaritudinis fructum, ego illum Deo quęrebam,

Deo societatem professus erat, hanc teneret, hanc exhiberet, ni A hil haberet, testamentum nõ faceret, habeat aliquid, non se nostrum socium quasi Dei pauperem fingeret?

Hieronym. in epist. 22. ad Eustochium: Quia non licet dicere cuiquam tunicam, & sagum, textaque iuncis strata non habeo, ita illa uniuersa moderetur, ut nemo quid postulet, nemo non habeat.

Augustinus in Psalm. 25. Alius uouet relinquere omnia, & ire in communem uitam, in societatem sanctorum, magnum uotum uouit.

Cassianus lib. 4. de Instit. renunciant. capit. 13. Illam ueritatem inter cæteras eorum institutiones, uel commemorare superfluum puto, quod scilicet nulli Cistellam, nulli peculiarem sportellam liceat possidere, nec tale aliquid, (quod uelit pro- B prium retinere) suo debeat communiri signaculo.

Et in cap. 35. ait: Sicut immensa gloria fideliter seruientibus Deo, ac secundum Regulæ institutionem ei adhærentibus repromittitur in futurum, ita pœnæ grauissimæ præparantur his, qui tepidè eam negligenterque fuerint exequuti, & secundum hoc, quod professi sunt, uel quod ab hominibus esse creduntur, fructus etiam cõgruos sanctitatis eidem exhibere neglexerint, melius est enim secundum scripturæ sententiam non uouere, quam uouere, & non reddere.

Inde legitur, quod in Monasterio Nitriæ fuit in morte repertus Monachus habens pecuniam; Inde Macharius, & Isidorus, & alij Sancti ibi congregati, decreuerunt cum mortuo sepeliendas esse suas pecunias, exclamantes: pecunia tua tecum C sit in perditione. Idem legitur quod fecit Gregor. in lib. 4. Dialog. cap. 55. Hieron. ad Heliod. Basil. in Serm. de exercit. monach. cap. 35. Cartusian. de Reformat. monial. art. 9.

Quod uotum paupertatis etiam pauperes uouere possunt, ut legitur de Apostolis. Inde August. in epist. 89. quæst. 4. dicit, neque mihi minus imputabitur, quia diues non fui, nam, nec Apostoli, qui primi hoc fecerunt diuites fuerant, sed totum mundum dimittit, qui, & quod habet, & quod optat habere, dimittit.

Modi uiuendi in paupertate.

Quatuor sunt modi uiuendi in paupertate; Primus est, habere bona immobilia in communi, quorum fructibus omnes insimul uiuant, & talia bona non minuunt perfectionem, quia cura ne-

A ra negociorum poteſt per vnum, vel plures exerceri, & ſic alij remanēt ſine ſolicitudine rerum temporalium, & poſſunt commodè ſeruire Deo in eorum contemplationibus, nam fructus paupertatis ſunt, tollere curas mundanas, & diſcordias, & tantum ſibi neceſſaria retinere D. Thom. in Summa cont. Gent. capit. 123. Pelag. in d. cap. 54. & 55. & Florent. in dicto cap. 1. tit. 16.

Secundus eſt illorum, qui, nec in communi aliquid poſſidēt, ſed viuunt tantummodo de laboribus manuum ſuarum, ſicut dixit Apoſtolus ad Theſſalonicenſ. 2. cap. 3. Quoniam cum eſſemus apud vos, hoc ipſum denunciauimus vobis: nam ſi quis non valet operari, nec manducet.

Hoc idem Patres illi in Eremis ſeruauerunt; & Angelus do-B cuit Antonium poſt Paulum primum Eremitam, qui illum erudiuit, quomodo oraret, deinde operaretur manibus ſuis, patet etiam hoc exemplo Macharij, & Arſenij, qui de palmis faciebant funiculos, & vaſcula lignea, & iuncea; & legitur etiam de Ioſepho viro ſanctiſſimo, vt in Matth. 13. Marc. 6. Luc. 4. Io. 6. Ita refert Io. Caſſian. in lib. qui dicitur Paradiſus, & in lib. 12. de Accid. & in lib. 2. Inſt. Monach. & de Apoſtolis in Matth. legitur, quod erant Piſcatores, qui ex laboribus proprijs nutriebātur; Tales erant digni fieri primi diſcipuli, & talis modus eſt, maioris ſolicitudinis, quamuis natura modicā ſolicitudinem quærat, quia paucis dicitur contenta. Hieronym. ait: Labor eſt exercendus, ſed ſolicitudo mundana tollenda.

Tertius modus erat eorum, qui precio rerum venditarum ſci-C licet poſſeſſionum, communiter viuebant, quemadmodum ſeruauerunt Apoſtoli in primitiua Eccleſia, licet poſtmodum, & poſſeſſiones fuerint conſeruatæ, vnde venerunt Beneficia, vt ſupra dictum eſt de Benef. & Flor. in dicto loco, Sylueſt. in verbo, Religio, 6. num. 7.

Quartus modus eſt illorum, qui in voluntaria paupertate viuunt, tales ſunt, qui bona eorum vendunt, & pecuniam conuertunt in eleemoſinas pauperum, hunc modum ſeruauit D. N. Ieſus Chriſtus cum Apoſtolis, Luc. 8. Mulieres quædam ſequebantur eos miniſtrantes de facultatibus ſuis, ex quibus in communi loculos habebant, & ex illis cibaria pro neceſſario victu emebant; & Ioan. 4. refert, quod diſcipuli abierunt in Ciuitatem, vt cibos emerent, & in cap. 13. Dominus in Cœna di-

xit Iudæ, quod facis fac citius; hinc quidamputarunt (cum Iudas loculos haberet) quod vel Iesus dixisset, eme quæ sunt nobis necessaria ad diem festum, vel egenis aliquid elargire: dicit ibi Augustinus. Habebat Dominus loculos & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. **A**

Tandem ille dicitur perfectior modus viuendi, qui cum minori solicitudine rerum mundanarum uictum ducit, ex Pelag. & Flor. in præcitatis locis.

Perfectio Euangelicę paupertatis quæ.

Perfectio Euangelicæ paupertatis præcipuè consistit in animo, ideò dixit Dominus Matth. 5. Beati pauperes spiritu; & Psalm. 61. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere; Hãc paupertatem laudauit Dominus, & Apostolis reliquit, quæ est dispositio animi & priuatio rerum omnium temporalium; Apostolus 1. ad Corinth. Qui emunt tanquam non possidentes; & Nicolaus Papa III. in cap. Exijt, lib. 6. de verb. signific. Notandum quod paupertas Euangelica non excludit proprietatem, & Dominium rerum vsu consumptibilium, immò & hoc Apostoli habuerunt, capit. 2. in 12. quæst. 1. Habuerunt Apostoli illa in communitate credentium, non in speciali, quia Dominus prohibuit Matth. 10. Nolite possidere aurum, nec argentum, hoc est in particulari, sed sic in communi, Luc. 10. & 22. **B**

Habere aliquid intelligitur duplici modo, iure scilicet directi dominij, vel quasi per modum dominij, & proprietatis, Regularibus non conceditur aliquid possidere, ex lege Euangelica nisi ad vsum tantum; Inde repelluntur dicentes Christum nihil habuisse, nec in communi, sicuti dicebant Fraticelli, vt dictum est. Pelag. in d. lib. 2. cap. 20. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 1. § 3. A quibus etiam recipitur, quod perfectio non consistit in paupertate, sed dicitur instrumentum ad perfectionem: Nam paupertas tollit temporalem solicitudinem tam circa amorem, & delectationem nummorum, quam ambitionis, quia diuitiæ subuertunt animos hominum, ut ibi, in § 3. **C**

Paupertatis gradus.

Tres sunt gradus paupertatis; Primus est renunciare animo non verbo omnibus bonis immobilibus, & mobilibus, & in particulari Archid. cap. Certe ego, 12. quæst. 1.

Alter modus contrarius huic, & est renunciare cum effectu tam bonis mobilibus, quam immobilibus, tam in particulari, quam in communi, sed solummodo retinere utensilia necessaria pro

ria pro

A ria pro victu per paucos dies, ut in Clement. Exiui, de verbor. signific.

Tertius modus, qui vtramque viam secutus est, veluti habere aliquid in communi moderatè ad victum, & vestitum, pro honesto tempore, vt viuunt fratres Prædicatores, de qua in capit. Dilectissimis, 12.q.1. Io. Andr. in Nouell. super cap. Sanè, de Reg. & ita etiam refert Flor. in d. §.3.

Habere aliquid in communi quotuplex sit.

Habere aliquid in communi contingit quadrupliciter; Primo modo ex vniuersali dominio, sicut omnia bona existentia in Regno dicuntur communia cum Rege. Ita dixit Abner ad Dauid 2. Reg. 3. Cuius erunt quæque bona Israel, cuius est & terra, & sic Reges dicuntur Domini quo ad defensionem, & gubernationem, non quo ad dominium proprietatis, l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript. & ibi Doct. & cap. grande, de

B supplen. negl. prælat. lib. 6. & §. Ecce, 23. quæst. 8.

Secundo modo particulari possessione, sicut legitur de Saul 2. Reg. 9. qui vltra Regnum habebat possessiones, quas reddidit Dauid & alijs.

Tertio modo dicitur habere per fidelem distributionem, ut in 4. Reg. 12. Ioiada Pontifex distribuebat pecuniam operarijs Domus Domini, quam populus habebat. Ita dicitur quod omnia sunt communia tempore necessitatis.

Quarto modo, per usum necessarium; sicut in 2. Machab. 3. conseruabat Onias deposita, quæ erant victualia viduarum, & Pupillorum. Ita facere possunt Religiosi. Vide etiam Pelag. lib. 2. cap. 63.

C Religiosi ergo habere aliquid possunt ad usum necessarium earum rerum, quæ seruando seruari non possunt, sicuti sunt cibi, uestimenta, & similia. Abusus est illicitus usus, ueluti dispensare illud, quod dispensari non potest, ex eod. Pelag. lib. 2. cap. 56. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 1.

Notandum ad meliorem declarationem, quod in rebus temporalibus consideratur proprietas, possessio, & vsus fructus, atque ius vtendi simpliciter, de hoc vltimo agitur inter Religiosos paupertatem promittentes, ex Glos. & Doctor. in Clem. Exiui, de verb. signific.

Propriũ habere quid sit.

Proprium habere contingit tripliciter, Primò pro dominio iustè Acquisito. Secundò pro dominio vsurpato, & ita peccare possunt Religiosi, vt cum Monachus celat aliquid suo Præla-

to, nam tenetur omnia donata, vel quouis modo acquisita, Prælato dare, vel ab eo vsum de his accipere, qui & sit paratus dispensare, prout placuerit ipsi superiori, Archid. & Ioan. And. in cap. cum ad Monasterium, de statu Monach. & Florent. in §. 2. A

Tertio alio modo sumitur pro effectu iusti dominij, veluti si quis vteretur re, non solum ad proprium vsum, & necessitatem, sed ad libitum, sic Monachus nihil retinet sub suo dominio absoluto, & in hoc, nec Prælatus suus dispensare potest; Conceditur dispensatio ad vsum proprium ex causa, vt tantum scilicet percipiatur, quantum necessitas exigit, licet fuerint bona paterna, & qui receperit damnatur ad restitutionem, Doct. in d. cap. Monasterium, & ca. Non dicatis, 12. q. 1. Flor. in d. §. 2. Syluest. in verbo, Religio, 6.

Religiosus an habeat solũ vsum.

Vnde Religiosus dicitur simplex vsuarius, non vsufructuarius, nam vsufructuarius potest illud, quod superest erogare ad libitum suum, usus est utendi, non fruendi, Glo. in cap. Cum esset de pigno. & inst. de Vsufr. §. 1. B

Vsus autem duplex est, certus, & incertus, certus usus dicitur ille, qui auferri non potest, nec dispensari, & semper uoluntas religiosi debet esse subdita Prælato ad restituẽdum etiam quod concessum est. Incertus usus est ille, qui dependet ex uoluntate alterius, dare scilicet & auferre ex causa. Causæ concedendi usum sunt, Vtilitas, & Necessitas, Vtilitas duplex, priuata, & communis, priuata Vtilitas, dum conceditur alicuius rei usus priuato Religioso pro salute Animæ suæ, sicut si concederetur usus certi libri communis, si talis concessio fieret non tantum ad utilitatem illius, uerũ etiam ut illius usu alios docere posset, & eadem ratio est de necessario usu, sicut de utili, de his latè Flor. in d. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 2. C

Causæ cõcedendi vsũ quę.

Quapropter Regularis de concessis retento necessario usu, quod superest Conuentui reddere tenetur, & non potest illud quouis modo, nec donare, aut in uim recognitionis beneficiorum acceptorum, uel sub Eleemosinæ nomine, aut quouis alio modo dispensare sub nomine suo, eo quod ea omnia sunt Monasterij, non autem illius particularis Regularis, cap. Non dicatis, 12. quæst. 1. Flor. in d. §. 2. & Const. Clem. VIII. de largitione munerum, incipit: Religiosè. Vbi conceditur sub nomine conuentus tantummodo dare parua munuscula, ut esculenta, & poculenta; Nec inter cosmet Religiosos talia munera conceduntur,

A duntur, & dantes efficiuntur infames, recipientes uerò tenentur ad restitutionem, & in foro conscientię hoc idem ordinauit Nicolaus III. Fratribus Minoribus.

Procuratores Monasteriorum, seu Custodes, Cellerarij, Librarij, Vestiarij, & similes, debent semper conditionem meliorem facere, non deteriorem, undè illis non permittitur uendere, donare, commutare, uel dispensare, absque superioris permissione uel licentia.

Et id fiat cum Monasterij utilitate, & ad commodum commune omnium Religiosorum illius Monasterij; qui pro similibus laboribus salaria non recipiunt, ex eod. Flor. in d. cap. 2. & ex d. Const. Clem. VIII.

Ex dispensatione Apostolica fuit concessum, ut Mendicantes B possint retinere bona stabilia, idque in communi usu, ut ab Honorio III. Anno 1216. Augustinianis, Carmelitis, Prædicatoribus, & similibus, & hoc nō dicitur fieri contra uotū paupertatis, quia fuit habita ratio ad charitatem diminutam, ad augumentum Religiosorum, & ad commoditatem officij Prædicationis, ut eo commodius possent illi intendere, & talis modus habendi in communi, dicitur perfectus, perfectissimus autem est ille, quem Dominus Noster Iesus Christus inuenit, & seruari iussit in sua lege Euangelica, quam amplexus Beatus Franciscus de Assisio, prohibuit, quod nec etiam in communi liceret retinere bona stabilia; sed mendicando uictum tantum necessa C rium in usu communi quærere permisit, pecuniam, & alia extra usum uictus non concessit accipere, nec super his Apostolicæ dispensationes sunt petendæ, ut Lex Euangelica non mutetur; Ex hoc quidam Fraticelli nuncupati in errorem inducti, prædicabant Christum adeò pauperem cum Collegio Apostolorum fuisse, quod nec usum rerum necessariarum ad uictum in communi habuerint, quam ob rem talis error fuit reprobatus. in Clem. Exiui, de uerb. sign. Ioan. XXII. in Extrauag. quorum caput fuerat Magister quidam Michelinus de Cesena, Minister Ordinis Minorum Luguduni, ut supra aliàs tetigimus.

Perfect⁹ & Perfectissimus modus retinēdi bona in religione.

Tales mendicantes S. Francisci, habent tantum simplicem usum facti, & sic nil aliud habent, nec in communi, nec in particulari. Dominium uerò cæterarum rerum, est Ecclesiæ Romanæ. Et hi quidem dicuntur profiteri altissimam paupertatem, qua nulla datur maior inter Religiosos. De his uide latè ac dif-

fusè apud Pelag. in lib. 2. cap. 52. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 2. Syl A ueſt. in uerbo, Religio, 6. in tractatu de Fundam. Trium ord. in 3. p. de paupert. Trull. de Religion. cap. 20.

A Regularib⁹ obſeruāda, eſt vita cōmunis.

Concluditur in omnibus, quod Regulares omnes ad hanc communem uitam ſunt arctandi, & hoc eorum Prælati curare tenentur, ut in conſcientia tuti exiſtant, alioquin deſtruunt, uel Religionis deſtructioni conſentiunt. Quapropter ſubditi, ad communem uitam, ne in ſtatu damnationis uiuant, abſolutè ſunt cogendi. cap. Relatum, de Regim. cap. Dilectiſſimis, capit. Neceſſaria, cap. Non dicatis, capit. Expedit, cap. Scimus, cap. Nolo, 12. q. 1. Concil. Trid. Seſſ. 25. cap. 1. & 2. de Reg. & hoc idem referunt Pelag. in lib. 2. cap. 64. & Flor. in d. cap. 1. §. 2.

Poſſunt hodie tamen omnes ferè Regulares nomine Conuentus retinere bona ſtabilia in communi, exceptis Fratribus B de Minori Obſeruantia, necnon & Cappucinis nuncupatis D. Franciſci, & quibuſdā alijs, qui ut dictum eſt, non retinēt bona ſtabilia in cōi, ſed promittūt paupertatem Euangelicam, & humilitatem. Extrauag. Io. XXII. Quia quorundam. Clem. Exiui, de uerb. ſign. Gloſ. in d. cap. In uerbo, proinde, & ca. Nimis, de exceſſ. Prę l. Sarnen. in Apolog. ad pag. 10. nu. 2. & tandem hoc etiam fuit determinatum in Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 2. de Reg.

Si quid cuiquā Monacho, uel ex alijs Regularibus elargitū fuerit, uel legatum ad uſum, ex quo uideatur contra Regulam fieri, tunc Abbas, illiuſue ſuperior, poterit illud applicare Monaſterio, quamuis appoſita foret pœna priuationis, quia impoſitio pœnæ in facto impoſſibili de Iure, uel de facto, non obligat. Auth. Ingreſſ. C. de Sacroſanct. Eccl. cap. 1. de ſtatu Mo- C nach. Gloſ. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebellian. & ibi Bart. Bald. Paul. de Caſt. Imola in l. Si alienam, ff. de ord. inſt. Gloſ. in d. Clem. Exiui. de uerb. ſignif.

Paupertatis Votū, à Regularib⁹, quot modis uiolari contingat.

Poſſunt uerò Regulares multis modis paupertatis Votum offendere, ut refert Pelag. lib. 2. cap. 64. Primo namque paupertatis Votum offenditur, ſi Religioſi quærant ea, quæ omninò ſuperflua eſſe uidentur, cum ſuperfluitas, & abundantia, penitus ſint contraria Voto paupertatis, de quibus Bernard. in Matth. 5. Sunt qui pauperes eſſe uolunt, eo tamen pacto, ut nihil eis deſit, & ſic diligunt paupertatem, ut nullam patiantur inopiam, nec uilificari, ſed glorificari appetunt.

Secundo. Paupertatis Votum offenditur, ubi à Religioſo

(quoquo

A (quoquo modo id fiat)procurãtur bona absq; necessitate, quia vt inquit Ambros. Qui accipit, & non indiget, rapit. Quodque superflua nec expetenda, nec procuranda sint, aut specie muneris expostulanda, audi in primis Apost. 1. ad Timoth. cap. 6. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Deinde Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt, & Esaias. Batus qui excutit manus suas ab omni munere. Nam tales secundum Basil. non sunt, nec laici, nec Regulares dum dicit. Et Senatorem perdidisti, & Monachum non fecisti. Vide cap. 2. §. qui verò, de statu Monach. ex determinatione Concil. Lateranensis, vt in cap. Ad Monasterium, §. fin. eod. tit. & ibi Doct. Et licet hoc pauci faciant, hi tamen in conscientia non sunt tuti, quia vt August. ait: Non pro-B pterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt, vt in capit. Multi, 2. quæst. 1. in fine.

Tertio autem Paupertatis votum offendunt illi, qui auctoritate propria emunt, vendunt, & donant, contra d. cap. Non dicatis, 12. quæst. 1. Et etiam qui mutuant sibi inuicem pecunias. Pelag. in d. cap. 64. lib. 2.

Quarto denique offenditur Paupertatis votum, si Religiosi solo etiam affectu indicent hoc meum est, vel tuum, quia sic nũquam tuta viuerent, uel quieta conscientia, ad cuius rei proposi tum, non inconcinnè dixit Seneca. Quietissimam vitam ducerẽt homines, si hæc duo tollerentur de medio, MEVM, & TVVM. Hoc etenim proprietatis affectu sublato, Religiosi libentius ad illa loca proficiscerentur ad quę superiores eos destinãt, quem-C admodum dixit D. Hieronym. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Et in cap. Valet, distinct. 81. Isidor. lib. sent. de Summo Bono, lib. 2. cap. 10. inquit: Valet interdum cõuersis, pro Animæ salute, mutatio loci: Plerumque enim dum mutatur locus, mutatur, & mentis affectus.

Votum Paupertatis seruent Religiosi in victu, & vestitu.

Seruare quoque debent Religiosi paupertatem ut in cibo, sic & in habitu, & uestimentis; Nam uestimenta fratrum S. Frãcisci uilia esse debent, simplicia absque aliquo ornamento, ac mortificati coloris: Et unica tantum quilibet tunica, uel duabus ad summum contentus existat, habito semper respectu ad Regulam, & ad necessitatem personæ. Vide super his Glos. & Doct. in d. Clem. Exiui, de uerb. sign. in uerbo, Præterea.

Monachi quoque, non debent uti sindone pro ipsorum suf-

fultura

fultura uestium: Caputium etiam portare debent absque ornamento sericeo (iuxta formam Regulæ) omnibus rescissis uanitatibus. In colore autem seruatur singulæ Congreg. & Relig. institutum, ut Regulares uel Monachi sint ab inuicem differentes, tam in habitu, quam etiam in colore, forma, & scissura, semper autem in omnibus & per omnia ab ijsdem tam Monachis, quam alijs Regularibus Votum Paupertatis obseruetur. Abb. in cap. Ne in Agro, & cap. Eos qui, de statu Monach. in Clem. A

In uictu pariter, parsimoniam seruare decet Religiosos, tam in delectu ciborum, quam in apparatu Mensæ instruendæ subseruienti: Et quibus carnis usus non conceditur, nec illa uesci licet, ni infirmi fuerint, quia tunc temporis concessiones iuxta Regulam, sunt obseruandæ. In omnibus ergo spontanea Paupertas est amplectenda, ex Pelag. in d. lib. 2. cap. 51. & 64. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 2. Syluest. in uerbo, Religio, & ex Fundam. Trium Ord. in 3. p. B

Mendicantes, qui scilicet bona stabilia non possident, uel si possident, non tamen eis sufficiunt, uiuunt eleemosinis, nam mēdicare ijs accidit ob necessitatem, quę tunc necessitas iudicatur, quando aliter à Religiosis uictus haberi non potest, uel acquiri, nec manuum labore, nec ex fructibus Possessionum (in illis qui stabilia possident bona, licet non sufficienter) aut qui ferè semper sint diuinis officijs, orationibus ac seruitijs occupati. Quapropter mendicare Eleemosinas non conceditur Religiosis non indigentibus; isti namque mendicando, illicita perpetrant, cap. 1. distinct. 81. & l. 1. C. de mendicant. ualid. lib. 10. & D. August. in Regula ad Erem. inquit: Nullo modo decet, ut in ea uita, ubi senatores fiunt laboriosi, fiant opifices otiosi. Et B. Hieronym. Damaso Papæ scribens ait: Qui opibus parentum, & bonis sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profectò committunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant, & bibunt. C

Ideo Apostoli (quamuis haberent potestatem de Euangelio uiuere) laborabant tamen manibus suis, ne quem grauarēt, imo & alijs tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia, ut in cap. Nunquam, de Consecr. dist. 5. D. Thom. in 2. 2. quæst. 187. Artic. 4. Pelag. in d. lib. 2. cap. 51. Flor. in d. §. 2. Abb. in cap. Tuarum, de Priuileg. Franc. in cap. Religiosi, de sepult. lib. 6.

A Hic animaduertẽdum est, quod in materia Paupertatis Votũ concernente, irrepsere aliqui quorundam errores, non solum contemnendi, uerumetiam detestandi, qui tanquam hæresim sapientes manifestam & fugiendi sunt, & execrandi, qui omnẽ stabilium bonorum possessionem, cũctis tam Regularibus, quã etiam secularibus Clericis, tollendam prorsus autumarunt; quamuis enim perfectissimus quidem sit Euangelicæ Paupertatis sectandæ status, nulla scilicet omnino stabilia possidere bona, ex hoc tamen non sequitur, quod Ecclesiasticæ personæ tam Monachi quam Regulares alij, necnõ, & Clerici seculares, non possint retinere bona stabilia; Nam talis opinio (ut modò tetigimus) error est maximus, & hæresis. Ita definitum est in Concil. Calcedon. & in Concil. Constantiensi Sess. 8. & in 12. quæst. 1. B & in toto titulo, De rebus Ecclesię non alienandis: Idem refert etiam Sebast. Med. in Summa, in uerbo, Ecclesia, hęresi 4. Et in uerbo, Paupertas, cap. 22.

Detestatur error autumantium Regulares non posse bona stabilia possidere.

Qui dicunt quod Religiosi Pauperes, non debent docere, nec prædicare, nec audire confessiones, nec possunt esse de Collegio Magistrorum secularium, sed solummodo tenentur intendere uitæ contemplatiuæ, & manibus suis laborare, nec illis liceat bona sua Religioni relinquere, nec Eleemosinis uiuere, aut pro salute Animarum discurrere per diuersa loca, tales equidem maximo sunt in errore, maximeque detestandi ab Ecclesia Dei, cum omnia illis liceant, quæ ad salutem Animarum expediunt. in Clem. Dudum. de sepult. D. Thom. in Opúsc. cap. 9. cum sequentibus, usque ad 19. & in 2. 2. quæst. 187. Art. 3. Hoc C idem tenent Viguer. in uersic. 17. & 18. Bellarm. Tomo 2. lib. 2. de Monachis. Idem etiam Trull. de Reg. cap. 20. & hæc de Paupertatis uoto dicta sufficiant.

Aliud autem uotum quod Religiosi profitentur est uotum continentiæ, quod statutum fuit à Domino Nostro dum dixit Matth. 19. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter Regnum Dei, quod de uoto continentię intelligitur secundum Epiphan. hęresi 58. Vide Hieron. in comment. huius loci. August. de Virginit. cap. 30. Fulgent. de fide ad Petrum, cap. 3. Vidẽdus etiam ad hoc propositum Chrysost. qui ita scribit: Cum autem dicit, qui se castrauerunt, nõ membrorum dicit abscissionem, sed malarum cogitationum interemptionem: Maledictioni est obnoxius, qui membrum abscidit, abscindere enim membrum Dę-

moniacæ

moniacæ tentationis est, nec ita abscissio membri comprimit tẽ- A
tationes, & tranquillitatem facit, vt cogitationis frænum. Hieronym. ibidem dicit. Vnusquisque consideret acies suas, vtrum possit virginalia, & pudicitiæ implere præcepta. Per se enim Castitas blanda est, & quemlibet ad se alliciens, sed considerandæ sunt vires, vt qui potest capere, capiat. Voluit itaque Dominus dicere, quod qui volunt sanctam Religionem profiteri, se castrant propter Regnum Cælorum, quia ad eorum statum requiritur continentia, nam per eam homo Deo totaliter inseruit: nam delectatio attrahit mirum in modum hominem, & eius frequentia augetur concupiscentia, secundum Philos. 3. Ethic. & inducit varias solicitudines in Regimine rerum temporaliũ; ideo Apostolus 1. Corinth. 7. Qui sine vxore est, solicitus est quę sunt Domini, quomodo placeat Deo. Quapropter Vigilan- B
tius, qui adæquabat diuitias paupertati, & Iouinianus qui adæquabat matrimonium virginitati, fuerunt damnati; Sic continentia differt à statu aliorum, D. Thom. in 2.2. q. 186. Art. 4. & Viguer. in Inst. cap. 17. vers. 19.

Non solum in Religione prohibetur coniugium, sed omnis illicitus concubitus, cap. Ad Monasterium, de Reg. D. Thom. in 2.2. quæst. 154. Art. 10. Inducitur etiam continentiæ votum ex uerbis Virginis dicentis ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco, quę uerba denotant impedimẽtum uoti, ac si fuissent prohibitæ nuptiæ ex uoto castitatis, ex Gregor. Nissen. in oratione de Natiuitate Domini. August. de Sancta Virginitate, cap. 4. Beda in cap. 1. Lucæ. Anselm. de excellent. Virg. cap. 4. Bernard. Serm. 4. in Missus est angelus. C

Inducitur etiam uotum continentiæ ex uerbis Apostoli ad Timoth. cap. 5. Adolescentiores uiduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint, Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Ista prima fides intelligitur de uoto continentiæ, quod colligitur ex mente Conciliorum, ut ex Conc. Carthag. 4. Can. 104. & ex Toletano 4. cap. 55. & idem dixerunt Clemens lib. 3. Const. cap. 1. & 2. Innoc. I. in epist. 2. cap. 13. Tertullianus in lib. de Monogamia. Basilius in lib. de Virgin. Hieron. lib. 1. in Iouinianum, cap. 44. & plura de his recenset Bellar. lib. 2. de Monach. cap. 24.

Ignatius in Epistola ad Trallen. & Antiochen. ait: Virgines agnoscant cui se consecrarunt.

Tertullia-

A Tertullianus in lib. de uelandis uirginibus ait: O sacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum detrahere potuerunt, quid peius aliquis persequutor fecisset, si hoc à Virgine electum cognouisset.

In fine dicit: Nupsisti Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam.

Vt talia commodius Regulares adimplere possint, remoti in eorum Monasterijs sedeant, & ab omni mundana conuersatione se abstineant, hoc est à mulierum, & malorum hominum familiaritatibus, nam mulierum aspectus, confabulationes, & similia, sæpè mentem pudicam turbant, & uarias Diaboli tentationes inducunt, secundum August. in lib. de singularitate Clericorum. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 10.

B Bernardus in sermone de Castit. ait: Hæc sola est in hoc mortali loco, quodammodo statum immortalis gloriæ repræsentans.

Ambros. super cap. 7. Apostoli ad Corinth. Epist. 1. inquit: Supergreditur Virginitas conditionem humanæ Naturæ, per quam homines Angelis assimilantur & maior est uictoria Virginum, quam Angelorum; Angeli sine carne uiuunt, homines Virgines in carne triumphant.

De laudibus virginitatis.

Hieronym. In carne præter carnem uiuere, non terrena uita est, sed cælestis.

Ideò refert D. Bernardus quod Angelus renuit à Ioanne Virgine adorari; Vita Virginum, uita Regia est, & Virgines spōsæ sunt Summi Dei, & repræsentant figuram Ecclesiæ triumphan

C tis; Ad se in hoc sancto proposito conseruandum potissimum remedium est, ut Regulares nunquam sint otiosi, ut in Prouerb. capit. 21. Desideria occidunt pigrum; noluerunt enim quicquam manus eius operari; tota die concupiscit, & desiderat.

Hieronym. in cap. Nunquam, de Consecrat. dist. 5. Semper aliquid facito, ut te Diabolus inueniat occupatum; Ratio est: quia animus semper aliquid, quo delectari possit appetit, si ad uirtutes se non inclinat, ad uitia se recipit, quia aliquid operari quærit ut inquit Philosophus in 4. Ethic. & sic ad terrena flectitur, quia eis delectatur, ut Greg. refert; & Poeta etiam hoc confirmauit dum dixit:

Otia si tollas periere cupidinis arcus.

Ad euitandum otium hoc singulare est Antitodum, exercere se,

Otium vitandũ ad conseruãdam virginitatẽ.

re se, præsertim circa studia scripturarum; ideo dicitur: Ama studia scripturarum, & uitia carnis peribunt. Hieronym. ad Rusticum Monachum de uiuendi forma dicit: Nunquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber, nec uacet mens tua uarijs perturbationibus, quæ si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum; Facite aliquid operis, ut semper te Diabolus inueniat occupatum (& infra) Ægyptiorũ Monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque operis labore suscipiant: non tam propter uictus necessitatem, quam propter Animæ salutem. Vide in capit. Nunquam, de Consecrat. distinct. 5.

Aliud remedium est, exercere se circa laborem corporalem, ita plura exempla describuntur à Pelag. lib. 2. cap. 51.

Notandum quod in tali occupatione tria sunt seruanda, ut B exercitium sit bonum.

Bonum exercitiũ quale.

Primo quod talis occupatio sit circa bonos actus, secundum D. Bernardum. Non tantummodo agendum est, ut cum aliqua delectatione uel sine grandi nausea dies transigatur, sed ut etiã de peracta dicta ad profectum mentis semper aliquid in conscientia resideat, aliquid in Thesaurum cordis quotidie congerat.

Seneca dicit, circa occupationes bonarum artium occupandi sumus, quoties male habet inertia impatiens sui.

Secundo quod talis magis se occupet circa spiritualia, quam corporalia, secundum eundem Beatum Bernardum, quia meliora sunt exercitia spiritualia, quam corporalia.

Tertio inter corporalia magis attendendum est, quod adhæret C spiritualitati.

Bona societas cõtra incontinentiã.

Secundum remedium ad fugiendas tẽtationes carnis, est bona societas; Ambros. in lib. 2. de Offic. ait: Pulchra est societas seniorum, & adolescentium, alij testimonio, alij solatio sunt, alij magisterio, alij delectatione, ut de Moyse, & de Iosue; de Abraam, & Lot; de Elia, & Elisæo; de Dauid, & Ionatha; Ideo Psal. Cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerteris; & in Ecclesiast. cap. 13. Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea, & Salomon ait: Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, si dixerint: Veni sortem mittere nobiscum, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum, pedes enim illorum in malum currunt, & nisi caueas, inuoluent te. De hac locutus est Do-

A est Dominus, dum dixit; Si oculus tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Matth. 5. & ibi Glos. dicit: Non solum peccata vitanda sunt, sed & occasiones peccatorum tollendæ.

Hieronymus ait: In dextero ergo oculo, & dextera manu, & fratrum, & vxoris, & liberorum, atque affinium, & propinquorum innuitur affectus, quem si ad contemplandam veram lucem nobis impedimento cernimus, debemus truncare huiusmodi portiones.

Augustinus ait: Debemus autem intelligere per oculum, amicum consiliarium, quia oculus iter demonstrat, quicquid illud est, quod ita diligis, vt pro dextero oculo habeas, si scandalizat te, idest si impedimento est tibi ad veram beatitudinem, eijce eum, & proijce abs te.

B Aliud impedimentum contra votum castitatis est turpiloquium. Vnde Apostolus 1. Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et ad Ephes. 5. dicit: Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quę ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio.

Turpiloquium fugiendum ne lædatur castitas.

Alia causa est fugere ea, quæ Animum inducunt ad mollitiem, & delectationem peccati, sicuti aspectus, colloquia, & munera mulierum, de quibus latissimè apud Pelag. in lib. 2. capit. 51. & 73. Flor. in 4. p. tit. 4. cap. 6. §. 2.

Optimum lubricitatis vitandæ remedium est, abstinentia in cibo & potu. D. Thom. in 2. 2. quæst. 188. Art. 6. ad 3. & ibi Caietan. cap. peruenit, 18. quæst. 2. Sot. lib. 7. de iust. & iure, quæst. 5. C Art. 3. & Conc. Altisiodoren. cap. 26.

Virtus Castitatis Religioni maximè conuenit; Ideo dicitur in Exod. cap. 12. Renes vestros accingetis. Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum charitate. Thren. 4. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, & Lucæ capit. 12. Sint lumbi vestri præcincti. Gregor. in Hom. ait: Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Ratio est: quia Religiosi debent Deo placere, sed qui in carne sunt, Deo placere nō possunt, vt inquit Apostolus ad Rom. 8. c.

Secundo quia Religiosi Dei locum tenent, ideo spiritualiter viuere debent. Ioan. 4. Apoc. 1. Vidit Ioannes similem filio hominis præcinctum ad mamillas zona aurea, quod de Sacerdotio intelligitur.

Tertiò

Tertiò quia Angelicum officium gerunt, Malach.2. Angelus Domini exercituum est. Et Exodi, cap.19. Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum sanctificentur, ne percutiat eos.

Quartò, quia semper circa Sancta versantur 1. Reg.2. Non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctum. & Leuit.21. Incensum Domini, & panes Dei sui offerunt. Ideo sancti erunt, & 1.Paralip.15. Sanctificati sunt Sacerdotes Leuitæ, vt portarent Arcam Domini.

Quia alios mundare debent. Eccles.34. Ab immundo quid mundabitur. Et in Primo Mach. cap.4. Elegit Iudas Sacerdotes sine macula, habentes voluntatem in lege Dei, & mundaue runt Sancta.

Quintò, quia Ministri sunt Altissimi, quos decet sanctitudo. Hæc & similia refert Gulielm. Beroald. in Summa Vitiorum, & Virtut. Tomo 1. de temp. cap.14. Basil. in Constit. Monast. cap.4.

De clausura per custodia Virginitatis.

Ideo statutum est, vt etiam Regulares teneãtur seruare Clausuram, ad effectum fugiendi occasiones violandi votum castitatis, hoc est, quod mulieribus non liceat ingredi septa cuiusuis Monasterij virorum, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, Sanctissimo Papæ reseruatæ. Conc. Trid. Sess.25. cap.3. de Reg. & cap.14. & Sess.6. ca.3. & ex Const. Pauli IIII. num.29. Pij V. num.91. & Gregor. XIII.

Notandum tamen, quod Bulla Pij V. fuit declarata in Sacra Congregatione Conc. Trid. quod non habet locum in primis Claustris Regularium, vbi fuissent Reliquiæ, & Indulgentiæ concessæ visitantibus illas, sic in locis contiguis dictis Monasterijs, vbi non adest clausura, aditus nõ vetatur; Licebit etiam mulieribus ingredi prima Claustra Monasteriorum, quando contigerit processionaliter ire per ea ad Ecclesiam, vel ibi celebraretur Missa, eo quod tunc eo etiam homines, & mulieres ingrediuntur, ex Declarat. dictæ Sacræ Congr. Conc. in cap.5. Cõc. Trid. Sess.25. de Reg. in verbo, Ingredi autem.

Intra Claustra Monasteriorum Cartusiensium, uel Camaldulensium, & similium existentium in Eremis deuotionis, vel alterius causa Religionis, nec dictis mulieribus ingredi conceditur sine licentia superiorum, vt in d. Congregatione, vbi Clausura seruetur.

Ad loca verò Eremitarum existentium in montibus, nec cre

derem

A derem esse concedendum mulieribus solis, ut accedant & introeant talium Eremitarum habitationem sine licentia Ordinarij loci, licet ibi non seruaretur Clausura, quoniam ne mentes illorum turbentur, abstinendũ à tali accessu, esse honestum videtur, etiam honestis Matronis; Mulieribus autem malæ, & inhonestæ vitæ, vel de incontinentia suspectis, nunquam talis licentia esset concedenda, sed nobilibus, deuotis, & honestis, comitatis ab eorum viris, fratribus, & similibus cõcedi posset. Ita uidi seruari à deuotis Prælatis in eorum Diœcesi, ubi tales degunt Eremitæ.

Ex superius deductis crederem in quacumque congregatione virorum (licet clausura non fuerit indicta) mulierum commercia omnino esse vitanda, Argumento eorum quæ habentur B in Conc. Moguntino, cap. 1. de cohabit. Cler. & mulier. cap. Interdicimus, dist. 32. cap. Omnibus, dist. 81. & in Conc. Trident. Sess. 14. in procem. de Reformat. & cap. 1. Sess. 22. ideo dicitur Ecclesiast. 7. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus est uenatorum, sagena cor eius, uincula sunt manus eius, qui placet Deo effugiet eam, qui autem peccator est, capietur ab ea.

Curent igitur continentiam seruare Religiosi, non solũ actu, sed etiam ab omnibus se abstineant, quæ mentem, quæque sensum ad lubrica cogitanda inducerent, cum sint Christo desponsati, capit. Impudicas, 27. quæst. 1. D. Thom. in 2. 2. quæst. 186. Art. 7. ad 4. Pelag. lib. 2. cap. 73. & 74. Florent. in dicta 3. parte, tit. 16. cap. 1. §. 12. Viguer. cap. 17. §. 1. uers. 21.

C Regulares itaque ultra præmissa & nonnulla alia, quæ ad eorum statum Regularem pertinent, seruare tenentur, sicuti præcepta Regulę, dummodo nimiam seueritatem non contineant, cap. Relatum, ne Cler. uel Monachi, cap. Non est, de Reg. Concil. Trid. Sess. 25. de Reg. cap. 1.

Nec licet Regularibus se subijcere obsequio alicuius Prælati, Principis, uel Vniuersitatis, aut alterius cuiuscumque personæ, seu loci, sine suorum superiorum licentia, nec eis aliquod priuilegium, aut facultas ab alijs super his obtenta, suffragari debent.

Contrafacientes arbitrio superioris puniuntur. Concil. Trident. Sess. 25. de Reg. cap. 4. & cap. Quanto, de offic. Ordin. Clement. Ne in agro, §. quia uerò, de statu Monach.

Item, nec licet Regularibus à suis Conuentibus recedere, A etiam prætextu accedendi ad Superiores suos, nisi fuerint uocati, aut missi, & constet de mandato in scriptis, in d. Conc. cap. 4. Sess. 25.

Item, nullo modo Prælati Regularium permittant, ut sibi subditi à Regularibus institutis discedant, sed omnis cura, & diligentia adhibeatur, tam in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, quam in eorum Visitationibus, suis temporibus faciendis, ne quæ ad substantiam Regularis uitæ pertinent, relaxentur, cap. Cum ad Monasterium, in fine, de statu Monach. cap. Cum Paulus, 1. quæst. 1. Concil. Trid. Sess. 25. de Reg. ubi passim plura leguntur.

Quæ Regularib. sint prohibita.

Regulares non debent audire Leges Ciuiles, uel Physicam, & qui audierint, & post monitionem intra duos menses non di- B miserint, incidunt in excommunicationem. In Clem. Ne in agro, ne Cler. uel Monachi. Exeuntes hac de causa extra Monasterium, incidunt in eandem excommunicationem, ex d. Clement. & ibi Abbas.

Abbates, Monachi, & alij Regulares, non possunt esse compatres, si tamen aliquem infantulum leuauerint, tenet actus, cap. non licet, el primo, de Consecr. dist. 4. cap. placuit, el secundo, 16. quæst. 1.

Conuersantes cum Mulieribus, quas commatres appellant, sunt deponendi, cap. Monachi, de consecr. dist. 4. & cap. non licet, & cap. peruenit, 18. quæst. 2.

Possunt proprijs manibus exercere Agriculturam. Franc. in cap. 1. §. cæterum, de uerb. signific. lib. 6. de quo multa exempla C refert Pelag. lib. 2. cap. 51.

Conspirans Regularis contra Abbatem, deponitur; Similiter, si post monitionem exercuerit aliquid indebitum, cap. Nullus, 18. quæst. 1. & ibidem cap. Ecce, & cap. Quando, 7. quæst. 1.

Deponitur Monachus conuersans cum Monialibus, & qui uagatur extra Monasterium sine licentia, cap. Monasteria puellarum, cap. In decima, cap. Diffinimus, 18. quæst. 2. & cap. Quidam. 16. quæst. 1. cap. Quanto, de off. Ord. & ibi Doctor.

Item non possunt esse, nec Aduocati, nec Procuratores, neq; etiam in Iudicio Clericorum, cap. Ex parte, de postul. nec comparere in causis ciuilibus in Iudicio laico sine licentia Abbatis, cap. Cum nuncius, de test. Syluest. in uerbo, Testis, num. 1.

A In causis criminalibus nullo modo possunt comparere in Iudicio laico, præsertim ad testificandum, sed quando delictum esset atrox, & veritas aliter haberi non posset, tunc petenda est licentia à Papa, aliàs efficerentur irregulares. Clar. in §. fina. quæst. 14. & quæst. 24. super de vit. & honest. Cleric.

Item in Claustris non debent retinere seculares, cap. Iusta, ne Cler. vel Monachi, obseruare debent Constitutiones Summorum Pontificium, vt Leonis X. Ite & vos. Clementis VII. Cupientes, num. 10.

Exercitia Regulariūque.

Exercitia eorum sint talia, vt illis omnis concupiscentia extinguatur, & deuotio augeatur. Ita refert Hieronym. in capit. Nunquam, de Consecr. dist. 5. his verbis: Vel fiscellam texe iunco, vel canistrum lentis plecte viminibus; sarriatur humus; a-B reolæ, æquo limite diuidantur, in quibus cum olerum iacta fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ, inserantur infructuosæ arbores, vel gemmis, vel surculis, vt paruo post tēpore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare Aluearia, ad quas te mittūt Salomonis Prouerbia, & Monasteriorum ordinem, ac regiam disciplinam in paruis disce corporibus: Texantur, & lina capiendis piscibus, Scribantur libri, vt & Manus operetur cibum, & Animus lectione saturetur, & similia.

Legitur, & de quodam Abbate Sysor, qui dicebat: Corporalis labor dux est humilitatis. Et Abbas Archillas Abbati Amō dicebat: Ego hac nocte viginti duas vlnas funiculi operatus sum, & in veritate non indigeo, sed propterea laboro ex omni C uirtute mea, ut ab opere ad operationem, tanquam ad requiem ueniam. Alter Senex dicebat: Labor, & humilitas, & oratio, sine cessatione possident Christum: nam requies, & iustificatio propria, & uoluntas, impedimenta sunt, ita, ut omnes penè per ea perierunt; Ideò Patres illi Sancti in Ægypto laborabant, & operas suas ad menses locabant, ut eorum labore subsidio essent sibi, & pauperibus, ac animarum saluti, & corporum incolumitati prodessent, de his omnibus apud Pelag. in d. lib. 2. cap. 51. D. Thom. in 2.2. quæst. 187. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 1. & Hier. in d. cap. Nunquam, de Cons. distinct. 5.

Religiosorum disciplina.

Disciplina Religiosorum talis describitur à Florent. in 3. p. tit. 16. cap. 8.

In statu Prælationis, Regularis sit solicitus, in statu subiectionis, sit

nis, sit humilis, in sanctitate laboriosus, in infirmitate consolator, in statu iuniori discat, in seniori doceat, in honoribus humilis, in oneribus constans, Maioribus obedire debet, Minores paterna dilectione diligere; cum officialibus sit illi tranquillitas, cum discolis pax, cum pauperibus affabilitas, cum diuitibus sagacitas, cum domesticis spiritualitas, & cum aduersarijs patientia; Et deinde refert dicta Gregor. in Pastor. dum ait: Religiosus in stando teneat oculos remissos, sedendo quietus sit, incedendo honestus; In diuinis officijs reuerentia, in docendo non sit iactantia, in corrigendo adsit modestia, in iudicando misericordia, in disputando non litigiosus, in consulendo compositus, inter illos commoretur qui sunt illum facturi meliorem, & magis in locis sanctis, quam in profanis, in habitu honestas, & têperantia, non superfluum, non uanum, non secularem gerat habitum; in gestu modestè, in Altari reuerenter, in uultu hilaris, rarus ad uerba, in Cella utiliter, in Refectorio religiosè, in Dormitorio quietè, in Hospitio letè, in Cameris uerecundè, in locutorio utilia dicat, in horto meditatiuè, cum Iuuẽculis non commoretur solus, sciat tacere, & benè loqui. Ideò Pytagoras quinquennio tacere docuerat suos discipulos. Et in Thren. 3. dicitur: Erit solitarius, & tacebit, & leuabit se super se. Hæc ex Florent. cap. 8.

Visitantur isti Regulares, tam à Delegatis à Summo Pontifice, quam à suis Superioribus, necnon ab Episcopis circa clausuram, & alia, ut in Conc. Trid. Sess. 25. cap. 8. & cap. 19. & capit. 20. de Regul. & Sess. 24. cap. 10. Constit. Pij V. num. 139. Exposcit.

Visitant etiam Ordinarij commendata Monasteria Præpositorum, Abbatias, & Prioratus, in quibus non uiget Regularis obseruantia, necnon Beneficia Regularia curata. Concil. Trid. Sess. 21. cap. 8. Sess. 7. cap. 8. Sess. 24. cap. 9. & Sess. 25. cap. fin. de Regul.

Ordinarijs etiam parere debent Regulares.

Prouidere debent Ordinarij, & Regularium Prælati, vt inter eos Regularis obseruantia seruetur, ac institutio debita, & clausura, aliàs si moniti non paruerint, tanquam incorrigibiles ab Episcopis etiam corriguntur. Conc. Trid. Sess. 21. cap. 8. de Regul.

Monasteria, quæ subiacent immediatè Sedi Apostolicæ, & non habent alios superiores mediatos, tenentur facere Congregatio-

A gregationes, seu Capitula Generalia, uel Prouincialia, & ibi certas Regulares personas deputare, quæ de modo & ordine de prædictis Congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent, & statuant. Concil. Trident. Sess. 25. cap. 8. de Regul.

In electionibus faciendis suorum Prælatorum, seruentur Concilia; & Pontificum Constitutiones; Ideo hodie in Capitulis Generalibus creantur Generales Superiores, & Prouinciales, licet isti, & in Prouincialibus Capitulis creari possint, & ibi pariter Prælati certorum locorum ordinantur; in qua electione sublata esse debet omnis fraus, & tollendus omnis dolus, ut secundum traditiones Regulares fiat electio. Glos. in Clem. Exiuij, de uerb. sign. ideo terminatum est in Concil. Trid. quod per B uota secreta fiant tales electiones, Sess. 25. cap. 6. de Reg. Et ex Const. Pij V. Romani, num. 135. Gregor. XIII. Tanta, nu. 15. ubi forma circa præmissa traditur in Reg. S. Francisci.

Secreta vota quo modo dētur.

Vota secreta intelliguntur, ut nomina singulorum eligentium non publicentur, scilicet cui uota dederint, & licet interuenerint in tali electione plures, cum Prelato ad accipienda uota sicuti Cancellarius, alijque assistentes, tamen electio dicitur secreta. Conc. Trid. Sess. 25. de Reg. cap. 6. & ibi declaratio Cõgreg. ut quatuor, uel quinque secundum statuta Religionis, ut in cap. Quia, de elect.

Vota absentium non possunt suppleri per præsentes, nec liC cet constituere Abbates prouinciales, seu alios titulares, ad effectum electionis faciendæ, Conc. in d. cap. 6.

Si fuerint tres tantum uocales, quorum alter non potest eligi indiscretum, unus illorum duorum, qui supersunt est eligendus, & ex hoc uota non erunt secreta, ex declarat. Congreg. Conc. in d. cap. 6. & in hoc seruanda sunt Statuta Religionis.

Vnde notandum, quod si uota non fuerint secreta, electio erit nulla, nec Episcopus poterit dispensare; hoc idem dicendum, si nomina eligentium post electionem publicarentur, ex d. decreto Congr. Conc. in d. cap. 6. in uerbo, Nomina.

Conceditur ex eodem decreto Congreg. in d. loco, quod si fuerint controuersiæ inter eligentes in electione alicuius in Abbatem, uel Priorem, quod poterit eligi aliquis extra Monasterium degens.

Seruanda sunt ergo, ut electio ualeat, Decreta d. Conc. Tri-

dent. & cōstitutiones Religionis, & Summorum Pontificum, A aliter declarantur electiones nullæ, & electus non seruata dicta forma, ex quo taliter se creari permiserit, inhabilis efficitur ad obtinenda quæcumque officia in Religione, & omnes gratiæ contra hoc decretum editæ, declarantur nullę, ex d. Conc. Sess. 25. de Reg. cap. 6.

De habitu & tonsura Regulariū.

Conuenit itaque Regularibus, & habitus, & Tonsura. Ita Dionys. in cap. 6. de Ecclesiast. Hierarch. Sacerdos signo Crucis eum consignatum tondet, omnique veste detracta eum alia induit.

Ambros. lib. 6. Epist. 36. de Paulino dixit: Et cum ipsis capita, & supercilia sua radant, si quando suscipiunt sacra: si fortè Christianus vir attentior sacrosanctæ Religionis vestem mutauerit, indignum facinus appellant. B

Hieronym. in Epist. 4. ad Rusticum: Vidi quosdam, qui postquam renunciauere seculo, vestimentis duntaxat, & vocis professione, non rebus, nihil de conuersatione pristina mutauerunt.

Item in Epist. 13. Tunicam mutas cum animo. & alibi. Tunicam fusciorem indutus, se repente Domino consecrauit.

Athanasius in lib. de Virginitate docet: Monialem induendam esse veste vili & fusca.

Basilius in Epist. 1. ad Greg. de habitu Monachi multa dicit. Chrysost. in Homel. 69. in Matth. dicit Monachos imitari habitu Heliam, & Ioannem, & vno tantum amictu instituto suo conformi vti solere.

Palladius in Historia Lausiaca cap. 41. Testatur suo tempore virgines sanctimoniales cucullis vti consueuisse, latè de his apud Greg. lib. 2. Dialog. cap. 1. lib. 3. cap. 14. & Cassian. in lib. 1. de Instit. Cœnob. C

In Conc. Gangrensi can. 12. & Carthag. 4. can. 104. distinguitur habitus Laicalis à Religioso; De habitu Clericorum loquitur Chrysost. in Homil. 83. Matth. Hieronym. in lib. 1. cont. Pelag.

Mutationis habitus causa.

Mutat Monachus dum ingreditur Religionem, habitum, ad significandum, & vitæ in melius mutationem faciendam esse, secundum Dionys. in cap. 6. de Ecclesiast. Hierarch. & Basil. in quæst. 22. & ad significandam propriam professionem; & ad designandum se, cuius seruitio fuerit ascriptus. Cucullis vtuntur, vt

A tur, ut demonſtrent innocentiam, & ſimplicitatem puerilem, nam pueri uelis quibuſdam teguntur in capite ex Caſſan. Vtuntur ſaccis in ſignum pœnitentiæ, & Mundi contemptus.

Tonſura ſimiliter, quæ antiqua eſt, ſecundum Dionyſ. cap. 6. de Eccleſiaſt. Hierarch.

Athanaſius in lib. de Virginit. & Auguſt. de oper. Monach. cap. ult. repræhendit Monachos crinitos.

Iſidorus lib. 2. de offic. Diuin. cap. 4. & Bed. in lib. 5. Hiſtor. cap. 22. dicunt Petrum fuiſſe primum, qui geſtauerit Coronam, capillorum uice, uerè Capite detonſo, ad cuius imitationem Clerici, & Monachi tonſurantur, In Auth. Collat. 7. tit. 5. capit. 2. & 3. diſtinguuntur Tonſuræ Nouitiorum, & aliorum.

B Conc. Carthag. 4. can. 44. prohibetur Clericis uel Religioſis nutrire comam, aut barbam. Tolet. 4. can. 40. Clerici tonſo capite ſolum circulum capillorum ſuper aures gerere.

De Tonſura Monachorũ & habitu.

De ratione iſtius Tonſurę plura refert Bellarm. in cap. 40. ad tit. de Monachis, in Tomo 2. ad deſignandum ſublata eſſe ueteris legis myſteria, & decreta; Secundò, Vt ſpeciali ſigno ornentur Clerici, & Monachi; Tertiò & quartò ad tollendas ſuperfluas huiuſmodi curas in his qui Deo parati ſint ſeruire; Quintò, ad uitæ puritatem ſignificandam; Sextò, In ſignum Pœnitentiæ & conuerſionis.

Ex Clemente Alexandrino lib. 3. Pædago. cap. 2. ſed pili ton dendi ſunt, non nouaculis ſed tonſorum forficibus.

Habitum deferant ſecundum debitam formam, cum capu-C tio; fugiant pluralitatem ueſtium, & ornamenta, ſed in eo ſeruetur ſimplicitas, & deuotio. Clem. Ne in agro, & cap. Ad Monaſterium, de ſtatu Monach. Io. Andr. Archid. Abb. Zabarella, & Anchar. in cap. Quæ, de ſtatu Monachor.

Secundò, omni menſe non celebrantes, debent confiteri peccata, & ſumere Sacramentum Euchariſtiæ, Anch. in d. Clem. Ne in agro.

Tertiò, non debent uti carniſijs, ſecundum Abb. in dicta Clement. Ne in agro, & capit. Cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachor.

Quartò, declaretur Regula, quam ſæpiſſimè à perito Monacho; Abb. in d. Clem. Ne in agro, & Sylueſt. in uerbo, Religio, 7. num. 10.

Quintò, tenentur seruare silentium certis horis, & locis, ut in Oratorio, Dormitorio, Refectorio, & Claustro, in cap. Cum ad Monasterium, de statu Monach. & Syluest. in d. loco.

Sextò faciant Capitulum Generale quolibet triennio, cap. In singulis, de statu Monachor.

Septimò, interdicitur eis uenatio, & aucupium, ideò non licet eis tenere Canes, nec Aues ad uenandum uel aucupium. Anchar. in d. Clem. Ne in agro, & ibi Zabarell. in §. porrò, & §. quia uerò.

Octauò, nõ licet Monachis accedere ad Curias Principum, & si quid ageret Monachus contra Monasterium, incideret in excommunicationem. Abb. Anch. & Zabarell. in d. Clem. Ne in agro, §. quia uerò, Syluest. in d. uerbo, Religio, 7. num. 15.

Nonò, nec conceditur tenere arma in Monasterio sine licentia Abbatis, nec extra deferre, ex eod. Zabarell. in Clem. 1. §. præfatæ, de statu Monach.

Decimò, non possunt commedere carnes, sed austeriorem uitam in alijs cibarijs quærere debent, quia sicut ait Hieronym. Venter mero æstuans cito dispumat ad libidinem; Ideo dicitur: Sit moderata refectio. Zabarell. in d. Clem. 1. §. præmissa, de statu Monachor.

Vndecimò, Nec possunt habere proprietatem rei etiam exiguæ, Zabarell. in d. §. præmissæ, & supra dictum est, si relinquitur aliquid Monacho, quod conuertatur in usum pauperum, licitum erit legatum; poterit etiam legari Monacho usus uestimentorum, librorum, & similium, & concedi ab Abbate, cap. 2. de testamentis lib. 6. & ibi Io. Andr. Franc. & alij.

Ideo dicitur, quod Abbas poterit auferre à suo Monacho usumfructum alicuius rei legatum, ueluti si noluerit approbare legatum, uel similia, & tunc legatum remanebit apud grauatum cap. 2. de statu Monach. & ibi Doctor. & in l. unica, C. de cad. tollend.

Duodecimò debent seruare ea omnia, quæ in eorum Regula continentur. D. Thom. in Quodlib. 9.

Necesse est, ut in quolibet Monasterio adsint carceres, ut delinquentes coarceantur tam ad pœnam quam ad custodiam, & talis correctio pertinet ad Abbatem. Zabarell. in Clem. 1. §. Sanè, de Statu Monach. Abb. in cap. Monachi de sententia excõmunic. & cap. Quæ, de statu Monachor.

A Congregatio nũcupata Societatis Iesu, instituta, (ut dictum est) à R.P. Ignatio Loiola, alium modum corrigendi suos delinquentes obseruat, incorrigibiles scilicet à Religione penitus eliminando, ante vota solennia, quos Pontifex Summus Gregorius XIII. absoluit ab omni vinculo Religionis, ita, quod illis liceat redire ad seculum, etiam si emiserint vota substantialia simpliciter Religionis; Adeò quod Religio illa nullum patitur incorrigibilem, vnde accidit, vt eorum vita illustretur sanctis moribus, & omni genere scientiarum polleat, vide Morig.

Congreg. societatis Iesu quomodo corrigat delinquentes.

Notandum tandem, ne Regulares Constitutiones, discordent à Saluatoris D. N. Iesu Christi præceptis, & ordinationibus, vt Religiosi in charitate maneant, & virtutibus omnibus decorentur, & iuxta humanam possibilitatem cuncta exequantur, vt ex superius scriptis facilè colligitur.

B Victum Religiosi pauperes eorũ manibus quærere possunt, sicuti seculares. D. Thom. in Opusc. 19. & in 2.2. quæst. 187.

Ex quibus liceat Regularibus quærere victum.

Quibus etiam licet viuere de bonis patrimonialibus, quæ tamen applicantur Monasterio, vt inquit August. epist. 109. ad Sãctimoniales, quę aliquid habebant in seculo quando ingressę sunt Monasterium, libenter velint illud esse commune.

Bernardus in vita Sancti Placidi, bona quæ fuerant Monachorum suorum non sinebat alio deriuari quam ad sua Monasteria, vt inde multos seruos Dei alere posset.

Ideo bona ingredientium Monasteria sunt Monasterij, Authent. Coll. 1. const. 8. §. Illud quoque, Coll. 9. const. 15. §. si qua mulier.

C Licet etiam uiuere de rebus spontè oblatis, August. in Psalm. 103. contione 3. Hieronym. in Epist. 27. ad Eustochium de obitu Pauli Greg. lib.... cap. 5. & 6.

Clarum est quoque licitum esse uiuere mendicatione, autoritate Saluatoris Nostri. Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & Matth. 18. Nolite possidere aurum; Quæ quidem latissimè probat Bellarmin. in dicto Tomo 2. libro secundo, de Monach. cap. 45.

A

DE REGVLARIBVS Monialibus.

De earum institutione; Conditionibus, Oneribus, & Officio. Cap. IIII.

Institutio Monachalis qualis fuerit.

INSTITVTIONEM Monachorum virorum fuisse antiquam, suprà in primo capitulo declaratum fuit, & Hosius tradit in cap. 89. de cæremon. & in lib. 4. de Tradit. refert uerba D. August. De Moribus Ecclesiæ, cap. 35. docentis, qua de causa inuentæ sint Religiones, his uerbis: Charitate uirtus, charitate sermo, charitate habitus, charitate cultus, (Addimus nos uerò) charitate cœlibatus aptatur; Coitur in unam, conspiraturque charitatem, & similia. B

Bernard. idem dixit: Monastica instituta non ad alium usum fuisse inuenta, quam ad lucrum, & custodiam charitatis.

Pari pondere, & Virginum Mulierum consecratio, & Deo facta dedicatio, antiqua fuit, & originem à tempore Apostolorum traxit, ut refert Abdias; in lib. 5. Instit. Apost. qui fuit tempore Apostolorum, ut refert Hosius in d. lib. 4. tradit, quod consecrauit Iphigeniam filiam Regis Ætiopiæ defuncti, & ei sacrum uelamen dedit Matthæus Apostolus, & Euangelista, & illa erat præposita amplius quam ducentis Virginibus.

Necnon Martialis Lemouicensis Episcopus, unus & ipse ex 72. Christi discipulis, scribens ad Tholosanos, dixit: Virgo Valeria sponsa Regis terrestris, sed melius sponsa Regis Cælestis, quæ per meam prædicationem Virginitatem mentis, & corporis deuouerat; ut in eius cap. 8. C

Philo Hebræus de Vita contemplatiua scribens, dixit, quod grandeuæ Virgines Sponsę, amore Dei continentiam Castitatis uouerunt.

Ignatius à Petro tertius Episcopus Antiochensis, hortatur Virgines, ut agnoscant, cui se consecrarint, ut in Epistolis.

In Actis Apostolorum ca. 21. fit mentio quatuor Virginum Philippi filiarum, quarum, duas in Virginitate consenuisse narrat apud Eusebium in lib. 3. cap. 31. Policrates Ephesi Episcopus. Vnde concludit Hosius; Vides iam, quod etiam Apostolorum

rum

A rum temporibus non defuerunt Virgines, quæ Deo Virginitatem suam uouerint.

Immò tale institutum fuisse etiam Gentilium Romanorum, qui & Deæ Vestæ sic nuncupatæ, castitatem tribuerunt, cui Virgines dedicabant, ut sacrificarent, & eorum sacra peragerent, & quæ uirginitatem uiolassent graui pœna multabantur, ex Gell. id habetur in lib. 2. Noct. Atticar. cap. 2.

Non solum de Virginibus talia fuisse seruata narrat Hosius, sed etiam de Viduis quæ continentiam pariter uouerunt; & ut dicit Apostolus Paulus 1. Timoth. 5. quod Viduæ tradebant sese ministerio pauperum Ecclesiæ, & ea fide, & promissione, qua solent ancillę se tradere ministerio dominarum; ideo subdit Hosius: licet certum non sit, quod tale genus uouendæ Virginita-B tis, aut Viduitatis fuerit temporibus Apostolorum usitatum, quale nunc est Monasticum, tamen usus receptus tot seculis in Ecclesia ostendit ad seruãdas institutiones Apostolicas, de Virginitate Monialium, seu Cęnobitarum, uirorum scilicet & mulierum, ad quem finem, instituta, & ædificata uidentur Monasteria. Quapropter reprobatur error, dicentium Monialium institutum esse iniquum, ut refert Paul. Grisal. in uerbo, Moniales; & fuit sublatus in Conc. Parisien. 4. cap. Aurelian. capit. 5. Hispalen. 2. cap. 2. & Monasteria inuenta sunt, ut eo commodius Virginitas earum (quæ summè grata est Deo) custodiretur. D. Thom. in 2. 2. quæst. 152. Art. 1. & seq. & Theolog. in 4. Sententiarum, distinct. 23. & ita uidetur à Sancta Sede Apostolica confirmatum, & ex Concilijs ut in VII. Synod. cap. 20. de C quo in cap. Diffinimus, & in Agath. cap. Monasteria puellarũ, & in Hispal. cap. In decima, 18. quæst. 2. & ibi per totum, ut in Decret. legitur de Relig. domib. & De Statu Monach. & sic de singulis, & in Conc. Trid. Sess. 25. de Reg. plura de simili confirmatione leguntur.

Quare sint inuẽta Monasteria.

Ideo ordinatum fuit, ne quis audeat suo libitu erigere nouũ Monasterium sine licentia Sanctissimi Domini Papæ, & Episcopi Ordinarij sub pœna Excommunicationis, cap. Vnico, §. confirmatos, §. sanè, de Relig. dom. lib. 6. & cap. Vnico, de excess. Prælat. lib. 6. & terminatum fuit in Concil. Agathen. cap. 18. cap. de Monachis, & 18. quęst. 2. & in Calced. Conc. 4. Concil. Trid. Sess. 25. cap. 3. de Reg.

Noua Monasteria sine Papæ uel Episcopi licẽtia nõ conceduntur, nec nouæ Regulæ edũtur.

Necnon prohibitum est, ne quis suo libitu audeat Regulas

componere

componere pro Religiosis similibus, nisi, tales à Sancta Sede A Apostolica fuerint approbatæ; ideò fuerunt reprobatæ Regulæ Beguinorum, & Fraticellorum, tanquam Sectæ, & non Religiones, ex Clement. 1. de Relig. domib. à Clemente V. in Concil. Viennen. & Hostiens. in Summa, de Relig. domib. cap. Ne nimia, dicit in constituendis nouis collegijs, & Religionibus attendenda est utilitas uniuersalis Ecclesiæ, nam nimia Religionum diuersitas nō auget cultum diuinum in Ecclesia, cum possit quilibet accipere unam de approbatis, uolens uitam Religiosam amplecti: unde nulla Regula erit probanda, quæ non habeat tria uota solennia, scilicet Paupertatem, obedientiam, Castitatem, & Clausuram. Zabarella in Clem. Attendentes, §. illis, de statu & ex Constitutionibus Summorum Pōtificum, de quibus infrà dicetur. B

Congregationes autem, in habitu decenti, & ad Religionē aptè erigere licet, dummodo uitam timoratam egerint, & à Papa confirmentur, aliàs illicitæ sunt, ut in d. cap. unico, de Relig. domib. lib. 6.

Vnde requiritur renunciatio bonorum & emissio uotorum ad ueram Religionem, ut in cap. Indemnitatem, de elect. lib. 6. vbi etiam dicitur, quod mulieres Canonicæ seculares, in secularibus Ecclesijs non approbantur.

Mulierū Cōgregatio quando sit Religio.

Itaque hoc erit notandum, quod Mulierum Cōgregationes, ut efficiantur personæ Ecclesiasticæ, authoritas Sedis Apostolicæ requiritur; sed si Congregatio potius deuotionis causa fuerit inducta, quam nouæ Religionis, licet etiam simul in eadem domo mulieres habitent, tamen remanent purè laicæ, & priuilegio Ecclesiæ non fruuntur. Abb. in cons. 55. lib. 1. num. 1. per d. cap. fin. de Relig. domib. C

At si sub uelamine Religionis uellent mendicare, id illis non conceditur: quia publica mendicitas à iure reprobatur, sine euidenti necessitate, cum eleemosinis uiuere concessum sit pauperibus indigentibus, qui sibiipsis uictum manibus quærere non possunt. Abb. in d. cons. 55. lib. 1. nu. 2. per l. unicam, C. de mendicant. ualid. lib. 11. §. 1. cum Glos. in dist. 72.

Requisita ad Religionē.

Considerandum est in hoc, quod aliud est constituere Religionem, aliud Congregationem: nam ad hoc, ut dicatur Religio, requiritur professio trium uotorum, & Clausura, ut dictum est, ideo Tertiariæ Sancti Francisci, Sorores de Pœnitentia nun-

cupatæ,

A cupatæ, & mantellatæ, seu Cinturatæ, veræ Religiosæ nō sunt, sed faciunt congregationem, etsi viuant in claustris, & in congregatione insimul, eo quod vota Religionis non emittunt, nec Clausuram seruant, ita dixerunt Doct. in d. Clem. 1. de Relig. dom. & Clem. Ad nostram, de Sententia excomm. & in capit. Cum ex eo, de excess. prælator. lib. 6.

Subiacent hodie Moniales Curę Episcoporum cuiusuis sint Religionis, præter illas, quæ reguntur à Regularibus deputatis in eorum capitulis generalibus, vel Prouincialibus.

Moniales subiacent Curæ Episcoporū.

Ita vidi seruari in his Regionibus in Monialibus Canonicorum Regularium Sancti Augustini, Sancti Dominici, & Minorum Obseruantium Sancti Francisci, & similium, ex Concil. Trid. Sess. 25. cap. 1. de Reg. & cap. Cognouimus, 18. quæst. 2.

B licet Abb. in cōs. 8. lib. 1. asserat in vers. ex quibus verbis, quod Monachi fuerunt deputati ad regendum, gubernandum, & reformandum Monasteria Monialium, tamen legitur in Concil. Arelatensi, his verbis: Monasteria, vel Monachorum disciplina, ad eum pertineant Episcopum, in cuius sunt territorio constituta.

De istis Monialibus consideranda sunt quædam ante ingressum, quædam in ingressu, quædam alia post, ut eorum status sit perfectus in vera Religione Christiana.

Antequam puella introducatur in Monasterium, considerāda sunt quædam ex parte Monialium, quædam ex parte puellę; Moniales dum voluerint propositam puellam acceptare in eorum Monasterio,

C Primo considerent, an numerus Monialium sit completus: quoniam in quolibet Monasterio constituendus est certus numerus Monialium, iuxta facultatem Monasterij, & capacitatem illius, cap. 1. §. sanè, de statu Relig. lib. 6. licet ibidem de nō mendicantium ordine loquatur; At in Conc. Trid. Sess. 25. cap. 3. de Reg. determinatur his verbis: In prædictis autem Monasterijs, & domibus tam Virorum, quam Mulierum, bona immobilia possidentibus, uel non possidentibus, is tantum constituatur numerus, & in posterum conseruetur, qui, uel ex redditibus proprijs Monasteriorum, uel ex consuetis Eleemosinis, commodè possit sustentari; Idem ordinauit Pius V. num. 9.

Numerus Monialiū sit determinatus in quolibet Monasterio.

Hoc pariter fuerat antea ordinatum in Conc. Arelaten. cap. 8. Conc. Magden. cap. 19. cap. 1. & cap. Quoniam, de vit. & honest.

nest. Cleric. Si secus fuerit actum, omne illud erit irritum, & A inane, iuxta illum §. Sanè.

Acceptationes puellarũ qualiter fiant.

Secundò, quod talis acceptatio fiat intuitu pietatis, ut lucrũ faciant Animarum, ad honorem, & gloriam Saluatoris nostri, non autem lucri causa, ita ut ditiores euadant, undè interdicitur accipere aliquid pro huiusmodi actu, quia esset simoniam committere, sicuti est accipere intuitu d. ingressus, uel pacisci.

Munera prohibētur dari pro acceptatione, & quando liceat illa recipere.

Ita præcepit Vrbanus V. in Extrauag. Sanè, de Simon. his verbis, videlicet: Tenore præsentium autoritate Apostolica districtius inhibemus, ne tam à maribus, quam à mulieribus volentibus ingredi eorum Religionem, Ecclesias, Monasteria, Prioratus, domos, uel loca in earundem personarum receptione, aut ante, uel post illam, quoscumque pastus, prandia, seu cœnas, pecunias, iocalia, aut res alias, & ad vsum Ecclesiasticum seu quē- B uis pium vsum deputata, uel deputanda directè, uel indirectè, petere, uel exigere, quoquomodo præsumant, sed eas potius cũ omnimoda pietate recipiant, ac in uictu, & uestitu, sicut alias personas suarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Domorum, seu locorum, syncera charitate pertractent, illa duntaxat, quæ personæ ipsæ ingredientes, purè, & spontè, & plena libertate, omniq; pactione cessante, dare, uel offerre Ecclesijs, Monasterijs, Domibus, & locis huiusmodi uoluerint, cum gratiarum actione licitè receptari. Nos enim, qui secus egerint, si sint Regulares personæ, tam dantes, quam accipientes huiusmodi, excommunicationis, si Capitulum, uel Cõuentus fuerit, Suspensionis Sententia eo ipso decernimus subiacere; & similia, ut ibi Felin. in cap. de Simoniacè, extra de Simon. refert in num. 6. se C audiuisse à fide dignis, quod Vrbanus V. in d. Extrauagante, Sanè, de Simon. non intendebat comprehendere Moniales pauperes, quæ consueuerunt aliquid recipere uigore consuetudinis pro uictu, idem refert Glos. in d. Extrauag. Sanè. Florent. in 3. parte, titul. 24. capit. 70. Syluest. in uerbo, Excommunicatio, 7. num. 81. Casu 44. Nauarr. in Manuali, in cap. 27. num. 106. qui refert, quod uirtute talis consuetudinis excusentur à peccato mortali, per Glos. sing. in cap. Cum uenerabilis, de Cõsuet. cap. Denique, dist. 4. & quod Clemens VII. concessit, ut Moniales nullam labem Simoniæ incurrant propter pacta dotalia, quę dantur pro uictu. Vnde concluditur, quod non licet pacisci circa similia munera, neç aliquid dare pro ipsa acceptatione,

aliàs

A aliàs committeretur Simonia, sed tãtum licebit recipere, quod sponte offertur Eleemosinę & charitatis intuitu, non tamen extra sustentationem Monialis, & ex pacto licebit petere Alimenta Monialis in Monasterio paupere, quod præ inopia illam alere non poterit, ex Nauar. in Apolog. de Redd. Benef. quæst. 1. mon. fin. num. 3. per Diuum Thomam in 2.2. quæst. 100. art. 8. ad 4. & ibi Caiet.

Quo ad illud, quod dandum erit pro expensis in actu Monachationis, vel sumptionis veli, debet taxari ab Ordinario, ita declarauit Congregatio Concilij in Declarat. 458.

Quando liceat pacisci de dote certa danda.

At dubium est circa Eleemosinas Dotales, an liceat pacisci in acceptatione de dotis quantitate recipienda? & meo iudicio colligendo diuersas Scribentium opiniones, videtur, quod quo B tiescunque Moniales sunt pauperes, possunt recipere eleemosinam dotalem pro victu ingredientis secũdum qualitatem temporum, personarum, & locorum, & ita seruatur de consuetudine. Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 106. per D. Thom. in 2.2. quęst. 100. Art. 3. Caiet. in Summa, in verbo, excommunicatio, cap. 27. Syluest. in verbo, Simonia, num. 15. Guid. Pap. in quęst. 20. Ang. in Summa, in verbo, Simonia, 4. de mente Sancti Thomæ, in dicta quæst. 100. quod pro ingressu nil licebit recipere à Monialibus, sed pro victu licebit petere, hoc scilicet modo, libenter te recipimus in Monialem pro salute Animæ tuæ, iuxta charitatem Christianam, sed quia pauperes sumus, te nostris opibus alere non possumus, ideo porta tecum uictum, & uestitũ. At secundum Iac. Vng. in add. ad Ang. in dicto loco, illa uerba C porta tecum uictum, nõ essent proferenda, sed sat erit, quod dicant, illam prouentibus Monasterij alere non posse, ad tollendum pacta, seu exactionem, sed quod solũ liceat recipere quod necesse fuerit ad sustentationem, dummodo in pactum non sit deductum. Refert etiam Zanch. in add. ad Abb. in capit. Quoniam, de Simon. per Diuum Thomam in 4. dist. 5. quæst. 2. Art. 2. Vide etiam Ant. But. in cap. Non satis, de Simon. num. 6. Ita etiam declarauit Sacra Congreg. Conc. num. 216. his verbis: De dotibus autem nil certi cum eis statuendum erit, sed ut qualitas personarum, & temporum postulabit, est faciendum, nec quod datur Moniali ingredienti Monasteriũ dotis nomine vocari debet, sed dicendum est id quod tribuitur, esse pro alimentis ingressæ Monasterium.

Sed diffi-

Sed difficultas maior erit, quod si Monasterium potuerit il- **A**
lam alere, uel quia acceptatur intra numerum, quas Monaste-
rium alere potest, an pactum intercedere possit inter prælatam
& ingressuram? & concluditur quod non; sed tantum licebit re
cipere id, quod datur pro Eleemosina ob deuotionem Religio-
nis, cap. Veniens, de Simon. cap. Quam pio, 1. quæst. 2. Glos. &
Doctor. in d. capit. Quoniam, in verbo, paupertatis, & Glos. in
cap. Nō satis, in verbo, requiritur, & in add. ad Hostiens. in Sū-
ma, de Simon. declarat, quare nō liceat pacisci, ne propter com
modum temporale Puella recipiatur in Monasterium; Vnde
intentio videtur corrupta, & mala, propterea non est tole-
randa.

Sed cum consuetudo uideatur in contrarium, quod certę do
tes soluantur indistinctè, immò uidi quod pauperiores Monia- **B**
les minorem eleemosinam, quam ditiores petunt, & recipiunt,
ideò dubitatur, an talis consuetudo excuset illas à peccato, &
quando consuetudo non est contra legem Dei, tunc ualet, &
seruanda est, Glos. in cap. Venerabilis, de consuet. Ludouic. Ro
man. in Sing. 19. Hippol. in Sing. 177. Alciat. de præsumption.
lib. 1. tit. de Reg. 2. Abb. in d. cap. Venerabilis, & fuerit nota su-
perioribus, & tolerata, tunc uidentur excusatæ.

Quapropter, cum in simili casu aliquando fuisset recursum
àd Sac. Congr. respondit, consulendum esse cum Summo Pon-
tifice, & cum hucusque nil repertum fuerit determinatum,
ita nec ausus sum aliud in hac sententia adducere; sed unusquis
que sua conscientia teste, poterit cautius negotiari, ne in hanc
difficultatem incidat. **C**

Simoniacus etiam dicitur ille, qui licet pura intentione, (ut
credit) offerat bona sua Monasterio, principaliter tamen inten-
dit, ut per temporalia quæ offert, ualeat spiritualia adipisci, ex
addit. ad Hostien. in d. tit. de Simo. in num. 2.

Quapropter concludendum erit, quod quotiescumque ali-
quid datur, uel recipitur, principaliter pro spirituali, & ea inten
tione spiritualia ministrantur, puta pro utilitate, commoditate,
uel simili temporali, Simonia committitur; & hæc est Regula
infallibilis, & per omnes Doctor. in Rubr. de Simon. Host. &
Goffr. eod. tit. undè si Moniales acceptant puellam pro com-
moditate commodi temporalis, puta dotium, munerum, & si-
milium, necnon, si ea quæ ingreditur Monasterium principali-
ter bo-

A ter bona sua donat Monasterio, ut inter Moniales recipiatur, Simonia committitur, quia intentio est contra legem, ex eisdem Doct. & Summistis, de Simon. Vndè non licebit maiorem dotem dare ut recipiatur in numerum Monialium, ad euitandam labem Simoniæ.

Intẽtio autem Monialium, esse debet in recipiendis nouitijs ut Deo animarum lucrum faciãt, & à peccatis huius seculi animas ad salutem inducant, ingrediẽtis uerò, ut solummodo Dei obsequio adscribatur.

Pœnæ cõtra Simoniacos quænam statutæ sint.

Quæ ergo Simoniacè receptæ sunt, debent sine exceptione purè, ac simpliciter renunciare, siue subditę, siue Prælatę sint; & post Concil. Generale Innoc. IIII. Sine spe restitutionis à suo Monasterio sunt repellendæ, & ad agendum perpetuam pœni- B tentiam, in locum arctioris Regulę detrudendę, ita etiam refert Mart. in add. ad Summ. Hostiens. in d. tit. de Simon. num. 2.

Vnde Sac. Congreg. Concil. Trid. declarauit, quod si Puella Monasterium ingressa animo Monachandi, sed paupertate oppressa, dotem promissam soluere non poterit, non esse expellendam, eo quia dotem in conditionem necessariam ponere non debemus; sed in futurum caueant Moniales similia, quod intelligitur quatenus Monasterium illas alere non possit.

Quando eleemosinæ dotales recipiẽdę sint à Monialibus.

Alia etiam conditio seruanda est à Monialibus, ne tales eleemosinæ dotales recipiantur ante professionem, interim tamen puella in ipso probationis anno, sumptibus suis erit alimentanda; sic ordinatum fuit in Concil. Trid. Sess. 25. cap. 16. de Reg. his uerbis: Sed neque ante professionem excepto uictu, & uesti C tu, nouitij, uel nouitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocumque prætextu à parentibus uel propinquis, aut curatoribus eius Monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat quod totam, uel maiorem partem substantiæ suæ Monasterium possideat, nec facilè si discesserit id recuperare possit. Quin potius præcipit Sancta Synodus sub Anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat, & ut abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant, quod ut rectè fiat, Episcopus, etiam per Censuras Ecclesiasticas (si opus fuerit) compellat.

Sed dos deponenda erit, dum suscipitur habitus Religionis, quæ facta professione Monialibus consignanda erit ex Declar. Congreg. in Sess. 25. cap. 16. de Regularibus.

At non incongruè considerandum esset, si quid Regula, aut A aliæ similes Constitutiones in simili casu ordinassent, quod absque dote puella reciperetur, tūc coactę essent nō pacisci, nec accipere dotem ex quo prohibent Regula, & Constitutiones Monasterij, quæ moniales seruare tenentur.

Requisita in persona puellæ volentis ingredi Religionem.

His legitimè seruatis, tunc puella suscipere poterit habitum si habuerit debita requisita; Inter cætera; Primò considerandum erit, quod talis mulier non sit Hęretica, Excommunicata, Schismatica, vel aliter facinorosa, ne sicut ait Apostolus, 1. Corinth. cap. 5. Modicum fermentum, totam massam corrumpat. Hoc idem dicit Basil. in lib. de Inst. Monach. Nam tales de iure inhabiles sunt ad omnes dignitates, & officia Ecclesiastica.

Secundò, attenditur bonitas vitæ, nam mulier scandalosa, ebria, petulans, valdè iracunda, vel alijs notata vitijs, non est B digna inter sanctas Virgines cōgregari, Auth. Quomodo oporteat Episcopos, §. Quanta; Indè notata non adscribantur in numero Virginum, sed separatum debent habere Monasterium. Franc. in cap. 1. de relig. dom. lib. 6.

Tertiò, repellendæ sunt pariter contagiosæ, habentes morbos incurabiles, vt Furiosæ, Dæmoniacæ, Lunaticæ, vel alio simili morbo laborantes, necnon Stolidæ, Rudes, & sic Surdæ, Visu carentes, & Claudicantes, vt quæ deformitatem ostendant, Mutæ præterea, Gibbosæ, vel similia impedimenta habentes, & quæ impediant, ne possint exercere officium debitum iuxta Regulam, vel Regulares Constitutiones, aut scandalum pariant earum deformitates, aut quia induceretur malum exemplum; in his casibus cauendum esset, ne tales reciperentur, arg. C quæ supra dicta sunt de ordin. Eccles. & cap. 1. de Statu Reg. libro 6.

Quartò, requiritur in Moniale nouitia quod habeat ætatem debitam, quæ erit, vt compleuerit duodecimum annum. Conc. Trid. Sess. 25. de Reg. cap. 17.

Quintò, interrogāda est puella Religionis ingresū cogitās, pręuiè per Episcopū diligēter uel eius Vicariū spōtè, ne, vel coactè ingrediatur Religionē, & hæc sunt uerba Conc. c. 17. de Regular. circa ea, quæ Episcopus inquirere debet, videlicet: Vt si puella, quæ habitum Regularem suscipere voluerit, maior duodecim annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea ipsa, uel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus, vel eo ab

sente,

A ſente, vel impedito eius Vicarius aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, Virginis voluntatem diligenter, an coacta, an ſeducta ſit, an ſcit quid agat, & ſi voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requiſitas iuxta Monaſterij illius, & ordinis Regulam, necnon Monaſterium fuerit idoneum, liberè ei profiteri liceat, & ſimilia; Et in cap. 18. dicitur: Anathemati Sancta Synodus ſubijcit, omnes, & ſingulas perſonas, cuiuſcunque qualitatis, uel conditionis fuerint, tam Clericos quam laicos, Seculares vel Regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, ſi quomodocunque coegerint aliquam Virginem, vel Viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, preterquam in caſibus à iure expreſſis, ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque Re-B ligionis, vel ad emittendam profeſſionem, quique conſilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique ſcientes eam non ſponte ingredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquomodo eidem actui, uel præſentiam, uel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint. &c.

Idem quoque terminatum fuit in Conc. Toletano, 3. Can. 10. cap. Puella, 20. quęſt. 2. cap. Hoc Sanctum, 32. quęſt. 2. quod ante duodecimum annum ingreſſam poſſunt eius parentes remouere, & declarare illud ab ea factum irritum eſſe & inane.

Aetas debita quæ.

Quapropter Prælatus, qui puellam aggregaturus eſt numero Monialium, in examine faciendo conſideret, num intuitu tantum Religionis, & vt Deo ſeruiat ingrediatur, vel ſeducta ſit à patre, aut fratribus, vel à quouis alio ut habitum ſuſcipiat, C nam ſi intentio à principio non fuerit bona, ita nec finis erit bonus, quod & Moniales ante ſuſceptionem obſeruare tenentur, vt in lege Domini proficiant.

Idcirco omnis affectio mundana, tam commodi, quam utilitatis, penitus erit remouenda; Tertiò, quod Prælatus his tãtum rationibus motus conſenſum præſtet, legitur in Epiſt. 206. Cyrilli ad Auguſtum, quod quædam Moniales præfatum inſtitutum ſequentes, cum noluiſſent cuidam Moniali deuotæ parere, cui à Deo reuelatum fuerat, vt illas à ſimili ſacrilegio remoueret, & indebita receptione ſe recuperarent, Dominus funditus Monaſterium ſubmerſit, legitur etiam in vita Beatæ Claræ de Cruce, Terræ Montis Falconis; quod cum orationibus in die Paraſceues intenderet, illi Dominus manifeſtauit ſuas Monia-

les reiecisse pauperem puellam indotatam, & suscepisse aliam A benemerentem de Monásterio, & dotem congruam gerentem; Vnde Beata non passa est tale sacrilegium committi, sed ostendit Monialibus, qualem Dominus pœnam illis parauerat, ut condignè punirentur; Hæc & similia, quæ innumera sunt, quisque recti consilij cognoscat, ut fructum afferat in Ecclesia Dei. Franc. in cap. 1. de Relig. dom. lib. 6. & argumento eorum quæ leguntur in Conc. Trid. Sess. 25. cap. 17. 18. & 19. de Reg. Bonifacius Papa scribens omnibus Caralitanæ Ecclesiæ Cœnobitis, ut in cap. Quam pio, 1. quæst. 2. dicit; Nusquam enim legimus, Domini discipulos, uel eorum ministerio cõuersos, quem piam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocasse; nisi fortè de pauperum alimento quis inconcinnè proponat, quorum nulli, cuiuscumque professionis esset, uictualia negabantur. B Scimus equidem, quod omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum, à quo bonæ voluntatis donum accipit, qui sancto deliberationis arbitrio gratis Deo seruire disposuit. Cauete ergo fratres, quã sit ambiguum quod petistis consilium, quod quidem secũdum uestræ uoluntatis propositum nulla inuenimus ratione confirmatum. Veruntamen, si vestræ necessitati adeò est oportunus, quem reperistis, dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset conuentio, nullaque vestra Ecclesiæ fiat distractio, accedat, gratis Deo seruire incipiat, suique regiminis deuotè gestet obsequium, & postmodum uos quasi subsidij gratia, aliqua suæ Ecclesiæ munera largiri fratrum solatio Romana permittit Ecclesia. Idem dixit Vrbanus Papa in cap. Nullus Abbas, 1. quæst. C 2. & in Moguntinensi Concil. cap. 23. legitur, ut in cap. fin. 20. quæst. 3.

Sit diligens Inquisitor Episcopus ad cognoscendum, & explorandum uoluntatem puellæ, ut legitur in Conc. Trid. Sess. 25. capit. 17. Quia, vt dicit Nicolaus Papa in cap. præsens, 20. quæst. 3. possunt se excusare, postea quam Monasticam obseruantiæ Regulam non intellexerunt, & illam susceperunt, quod enim quis non eligit, nec optat, profecto non diligit, quod autem non diligit, facilè contemnit. Nullum quippè bonum, nisi voluntarium.

Modus exploran di volun

Vnde ad explorandam eius voluntatem tria sunt requirenda, primo quod cognoscat illud quod agit, hoc est quod ingressus Re-

A sus Religionis sit melius bonum, quam esse in mundo, & facilius seruire quis potest Deo, & similia, & ideo tanquam ad salutem, & ad seruiendum Deo accedit.

tatē puellæ ingredi cupientis septa Monasterij.

Secundo, quod sciat vires suas, an illa sit sufficiens ad austeritatem Regulæ, ne incipiat, & non possit perficere, & licet magis sit confidendum diuinæ misericordiæ, quam suis viribus, tamen eo modo, qui expedit hoc considerandum erit. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 2. in princip.

Tertiò vt sciat quare magis in hanc, quam in aliam Religionem ingreditur: nam talis deliberatio debet habere suam honestam causam, ne semen mortuum suscitet Christo, sed sibi, vt in cap. olim, 8. quæst. 1. & ignorantiæ postea illam peniteat; sic quilibet debet reputare votum Religionis, vt sit proportionatum

B suę infirmitati. Ricard. in 4. dist. 39. Art. 6. quęst. 1. & Ang. refert in Summa, in verbo, Religionis, num. 18.

Si cōtingeret quod filia ista esset inducta ad Religionem ad suggestionem alterius, in hoc considera tres casus, quos pariter refert Flor. in d. p. 3. tit. 16. cap. 2.

Primò, Si violenter inducta fuerit, iam hoc prohibetur in d. cap. præsens, 20. quæst. 3. & Diuus Hieronymus in cap. quicquid, de consecr. dist. 5. quia ut dictum est, requiritur voluntas libera, ex Concil. Trid. Sess. 25. cap. 17. & 18. & cap. Puella, 20. quæst. 2. cap. fina. 32. quæst. 2. sunt tales excommunicati excommunicatione Papali, & omnes fautores, & auxiliatores, vt in d. Conc. Sess. 25. cap. 18. de Reg. excipiuntur Conuertitæ quæ tenentur seruare eorum Constitutiones.

C Secundò, si traheretur muneribus, vel simoniacè, pariter hoc prohibetur, cap. Quam pio, in d. 1. q. 2.

Tertiò, Si mēdacijs fuerit inducta (vt Augustinus prohibuit in 22. quæst. 2. cap. Primum.) ne postea errore circumstantiæ non proficiat in Religione & pœniteat, ita, vt videatur seducta, contra ea, quæ dicuntur in Concil. Trident. in d. cap. 17. Sess. 25. de Reg.

Alia conditio est ne talis puella sit per matrimonium alicui copulata, præsertim si Matrimonium fuit cōsummatum, Ang. in Summa, in verbo, Matrimonium, 4. & Religionis, num. 14. cum similibus, ibi plures casus distinguuntur, vbi etiam ponit casum de eo, qui iurauerit aliquam ducere in vxorem, quæ poterit ingredi Religionem, cap. peruenit, el 2. de iureiuran. capit.

Coniugata non ingreditur.

commissum, de spons. & ex hoc non videtur actum contra iuramentum. Ricard. in 4. dist. 38. Art. 7. quæst. 2. A

Cætera de conditionibus volentium ingredi Religionem habentur suprà in cap. 2. ex quibus omnibus sequuntur corelaria, quod non licet cum Monialibus pro huiusmodi receptione procurare suffragia, nec inter Moniales ipsas, nec odio aliqua est repellenda, aut mundana affectione aliam recipere, decet tãdem nihil quod sit extra intentionem seruiendi Deo offeratur, recipiatur, aut tractetur, sed ut moriatur mundo, & Sponsa fiat Domino Nostro Iesu Christo, vt in 12. quæst. 1. cap. 2.

Puella à quo habitum Religionis suscipere debeat.

His omnibus concurrentibus, puella suscipit habitum Religionis de manu Prælati, & ab Abbatissa, & Monialibus. Spec. in tit. de statu Monach. §. 1. vers. 20. Lap. in Alleg. 22. Doct. in cap. fina. de Reg. iur. lib. 6. Archidiac. in capit. fina. 16. quæst. 7. B Abb. in cap. Noscitur, in 1. colum. de his quæ fiunt à Prælat. Oldrad. in Cons. 97. Felin. in cap. Quoniam, de Simon. num. 1. 2. & 3. nisi aliter Regula, vel consuetudo disponerent.

Habitus monachalis qualitas.

Habitus sit secundum Regulæ institutionem simplex, non ornatus serico, vel simili ornamento, sed sicut mundo renunciarunt, & pompis suis, ita, & habitu, quod verbis promiserunt ostendant. Clem. 2. §. 1. de statu Monach. & ibi Cardinal.

Quid agere debeat Abbatissa pro puella quæ suscepit habitum.

Abbatissa suscipit illam, & in Sanctam Religionem incorporat, quæ cum sit Deo oblata, ita diligenter illam ab huiusmodi inquinamentis custodiat, quam postea tradit magistræ nouitiarum, ut instituta Regularia, & præsertim doctrinam Christianam; laudabiles consuetudines Monasterij discat, eam in victu cibi, & potus, quam in vigilijs, orationibus, disciplinis, Pœnitentijs, alijsque spiritualibus exercitijs, ita, ut miles strenuus C in Religione Christi euadat, & victoriam consequi possit, & quid vota uelint, exemplis, & uerbis, declaratum fuit, de nouitijs, ut tradit etiam Flor. 3. p. tit. 16. cap. 2. §. 2. & seq.

Requisita ante professionem.

Cum uenerit tempus profitendi, tunc talia erunt requirenda; Præfecta Monasterij, Episcopum per mensem ante certiorem faciat, quatenus ad professionem nouitia sit admittenda; quod si Præfecta Episcopum certiorem non fecerit, quamdiu Episcopo uidebitur ab officio suspensa remaneat, ex Conc. Trident. Sess. 25. cap. 17. de Reg.

Tunc Episcopus, uel eius Vicarius Generalis denuò diligenter explorabit uoluntatem Nouitiæ, an fuerit coacta, uel seducta, &

A cta, & sciat quid agat, & an uoluntas eius sit pia, & religiosa, & habuerit conditiones requisitas, iuxta Monasterij Regulam, ut profiteri ualeat, ex d. Conc. Trid. Sess. 25. cap. 17.

At si de seductione, seu metu suspicaretur Ordinarius, in eius examine unà cum Notario & testibus, si opus fuerit, iterum diligenter de uoluntate eius sciscitetur, & illius depositio sine fraude conseruetur in scriptis redacta, ita legitur fuisse aliàs declaratum à Sac. Congr. Conc. Declarat. 272.

Requisita in puella iã profitente.

Secundò talis professio fieri non debet, nisi expleto integro Anno probationis, & 16. suæ ætatis anno completo, & anno pariter probationis expleto, & talis anni computatio fit à die, quo fuit habitus susceptus, usque ad ultimum diem, undè si una dies defuerit, professio dicitur nulla, & computatio fieri debet B de die in diem, Glos. in cap. fina. de Reg. in uerbo, per Annum, Syluest. in uerbo, Religio, 3. num. 19. & ita declarauit Sac. Congreg. Conc. in d. cap. 15. Sess. 25. de Reg. ubi Concil. ita determinat, his uerbis: In quacũque Religione, tam uirorum, quam mulierum, professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec quæ minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur; Professio autem antea facta sit nulla, nullãque inducat obligationem ad alicuius Regulæ, uel Religionis, uel ordinis obseruationem, aut ad aliquos quoscunque effectus. Hęc ille. At Pius V. declarauit, & si Nouitiæ essent in articulo mortis, tamen ante annum expletum possent profiteri.

Tertiò, ad professionem faciendam in futura sanctimoniali C requiritur quod sit in ætate debita sexdecim annorum, ut in d. Concil. Sess. 25. cap. 1. ut dictum est.

Quartò, quod fuerit reperta apta ad obseruantiam Regulæ, & uota Religionis, ut dicitur in dicto cap. 17. Sess. 25. dum dicitur: Habueritque conditiones requisitas iuxta Monasterij illius, & Ordinis Regulam.

Quintò, quod Monasterium habeat locum uacuum ad recipiendum ad professionem, & inter numerum Monialium, ut in d. cap. 17. Conc. Trid. Sess. 25.

Sextò, quod Moniales, & Abbatissa consentiant in eius professionem, sicut consenserunt ad susceptionem habitus, ut supra dictum est, & sicut Regula postulat, Card. in Clem. 2. §. ipsius, de statu Reg.

Septimò, quod sciat legere, ut possit recitare Diuinum officium, ad quod quælibet Monialis professa obligatur de præcepto. Flor. 3. p. tit. 13. cap. 4. Syluest. in uerbo, Hora, Nauar. in cap. 25. num. 96. A

Octauò, si fuerit reperta ornata bonis moribus, & apta ad Religionem, animo deuoto seruiendi Deo, cap. Vinolentum, 35. dist. Glos. in cap. Carnem, de Consecr. dist. 5.

Nonò, quod fuerit in Nouitiatu obediens, patiens, humilis, deuota, & didicerit quæ ad Regularem institutionem pertinet, ut supra dictum fuit.

His conditionibus existentibus, tunc admittitur ad professionem solẽnem Religionis, quæ debet fieri expresse, & palam seruata forma debita. Glos. in Clem. fina. de Reg. in fine, Couuar. in cap. 2. de testament. Syluest. in uerbo, Religio, 3. per totum, & in §. 19. Quæ professio si facta fuerit non seruata forma Regulæ, dummodo prolata fuerint uerba substantialia, ligat in foro conscientiæ. Abb. in cap. Quia in insulis, de Reg. num. 4. Boer. in Decis. 1. Dinus in Reg. Iuris, cap. 1. num. 52. B

Substantialia verba professionis quæ.

Substantialia uerba professionis sunt, Voueo, Profiteor, Promitto, & similia; sed hoc erit substantiale, Voueo, & exprimantur Tria uota, Obedientiæ scilicet, Paupertatis, & Castitatis, coram Superiore, qui possit monialem profitentem incorporare Religioni; Dicuntur autem substantialia solennia, ut sit genuflexa, & proferat talia uerba, & similia, de quibus cumulatè supra dictum fuit.

Quapropter cum gesta à Moniali professa sint maioris meriti, quam non professæ, ideo cum primum uenerit ad ætatem debitam, & habuerit præmissa requisita, erit talis ad professionem quamprimum admittenda, ut eo maiori bono non priuetur; D. Thom. in 2. 2. q. 88. Art. 6. Glos. in Clem. 1. de Reliquijs, & uener. sanct. Sot. in 4. dist. 19. quæst. 1. Art. 1. C

Velarum sanctimonialiũ species multiplex.

Talibus professis postmodum dantur uela; & notandum est, quod pluribus uelis ornantur Moniales iuxta earum Regulę institutionem, uide Glos. in cap. Illud, 20. quæst. 1. Palud. in 4. dist. 38. Syluest. in uerbo, consecratio Virginum, & Tabien. eodem uerbo, Sot. 4. dist. 27. quæst. 1. Art. 1.

Primum Velum dicitur professionis, quod datur puellis, dũ profitentur uota Religionis, & hoc conceditur tam Viduis, quàm Virginibus, cap. Puella, 20. quæst. 1. & datur à Prælato,

A non ab Abbatissa, cap. Statuimus, 20.quæst.2.

Secundum velum dicitur Consecrationis, quod detur Virginibus professis, habentibus propositum seruandæ Virginitatis, cap. Placuit, cap. Iuuenculas, 20.quæst.1. & cap. Placuit, dist. 77. Glos. in d. cap. Illud, in verbo, velamen.

Nõ datur tale velum, nisi illis, quæ veræ Virgines sunt, quia corruptæ non consecrantur, nec Viduæ, etiamsi violenter fuissent corruptæ. Ita dixit Leo Papa, in cap. Illæ autem famulæ, 32.quæst.5. his verbis: Ille autem famulæ Dei, quæ integritatẽ pudoris oppressione Barbarica perdiderunt, laudabiliores erũt in humilitate, ac verecundia, si se incontaminatis non audeant comparare Virginibus, & similia, vt ibi; & in cap. Acutius, 26. dist. cap. Deuotis, cap. Iuuenculas, 20.quæst.1.

Corruptę non consecrantur.

B At si talis violatio solum Prælato nota fuerit, tunc si sine scãdalo poterit Consecratio omitti, esset omittenda, at, si secus cõtigerit, tunc secundum vnam sententiam, Pręlatus in actu Consecrationis posset mutare substantialia, quibus inducitur Consecratio, secundum ea, quæ refert Syluest. in Sum. in verbo, Cõsecratio Virginum, num.2. licet ipse contrarium teneat, quod talis fictio non sit permittenda, quia Prælatus non tenetur exhíbere signa secundum opinionem videntium, sed poterit dispensare, vt corrupta habita communi opinione pro Virgine, gerat velum Consecrationis, sed deberet illam priuare actibus, & officijs Virginalibus. At, ista opinio Syluest. non videtur consona rationi, quod si fuerit consecrata, postmodum priuetur officio Virginum, quia hoc esset scandalum, & palam facere alijs vitium sui corporis; Vndè hoc casu ita distinguẽdum arbitror;

C quia aut corruptio fuit violenta, vel spontanea, si violenta, & animus non consensit, tunc esset Consecranda, ne pœna videatur imposita innocenti, licet Ecclesia non iudicet de occultis, ex quo meretur Aureolam; At, si consensit ad euitandum scandalum, quod esset maioris damni, quam consecratio, non consecraretur, si puella ex hoc nulla infamia notaretur, vnde consulendum est honori, & Sacramento; ita innuit Ang. in Summa, in verbo, Consecratio Virginum, ex opinione Theologorum, num.3. licet ipse Ang. in dicto loco dicat, quod permittatur illa fictio, de qua supra, per cap. Vtilem, 22.quæst.2. sed profectò inconueniens videretur, quod inter Virgines corrupta habeatur, & officia Virginum gerat, dum consecratio simulatur: nam fi-

ctio

ctio tunc permittitur ad tempus, non pro semper, quando ob suam, & aliorum salutem inducitur, cum & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem peccatricis carnis assumpserit, & similia quę habentur in d. cap. Vtilem. Vnde contraria sententia laudabilior videtur, quod si maius esset damnum propalare infamiam illius, quam non, esset bonum accipere uelum consecrationis, quia apud Deum nil simulatum esse potest, & Ecclesia non iudicat de occultis, quod esset absque alia dubitatione consecranda, & hoc pluribus rationibus sustineri potest. Flor. in 3. p. tit. 2. cap. 2. in principio, inquit nullam admittendam esse consecrationis fictionem, quia maius est mutare Sacramentum, quam Scãdalum, per D. Tho. in 4. d. 38. q. 1. art. 5. in fine. A

Quapropter dicendum quòd cautela est, ut ueritas anteponatur fictioni, ut concluditur ibi, in §. 2. B

A quod detur velum Consecrationis et modus seruandus.

Solus Episcopus dat uelum Consecrationis, & alteri, ab Episcopo talis potestas huiusmodi uelum Consecrationis conferendi non potest demãdari, cap. deuotis, 20. quæst. 1. cap. Aqua, de Consecrat. Ecclesiæ, licet talis sacratio non sit Sacramentũ, nec per eam caracter inprimatur, est enim solum quoddam Sacramentale, per quod confertur gratia, & remissio uenialium. Flo. 3. p. tit. 2. cap. 2. per D. Tho. in 3. dist. 38. quæst. 1. Art. 1. ad tertium, ubi datur ratio quare fiat ab Episcopo, quia scilicet significatur spirituale matrimonium, quo Christo desponsatur sanctimonialis.

Episcop⁹ tria confert consecrãdę Moniali.

Tria dat Episcopus Virginibus consecrandis in actu Consecrationis, Velum scilicet, Annulum, quia desponsatur Christo, ideò denuò promittit Virginitatem, & coronam in præmium Virginalis excellentiæ; Hæc ex Pontific. Rom. de Consecrat. Virg. C

Qualiter cõsideretur Virginitas in Consecratione ista Monialium.

Notandum in hoc, quod triplici modo potest Virgo appellari, secundum Flor. in d. 3. p. tit. 2. cap. 2. §. 1. Primo modo dicitur Virgo materialiter tantum, quæ non sit experta uirum, sed habeat in mente experiri, aut quia non habuit vsum rationis, adhuc de similibus non deliberauit. Huic non datur uelum Consecrationis, nisi firmiter proponat Virginitatem seruare, uouendo, & promittendo, & grauiter dolendo, quod illam uiolare cogitauerit, tunc licebit accipere Velum Consecrationis, & alia ad consecrationem apta.

Secundò

A Secundò modo dicitur Virgo formaliter, quæ ſcilicet uiolenter fuit corrupta, quæ licet non amiſerit Aureolam, tamen non debet conſecrari, per cap. Illæ autem, 32. quæſt. 5. & ſecundum Albertum; Quia raro in tali actu accidit, quin delectatio non eliciat aliquem conſenſum; Vnde cum de pleno aſſenſu Eccleſiæ non conſtet, non eſt conſecranda.

Tertiò quædam dicitur Virgo materialiter, & formaliter, quæ nec actum Venereum fuerit experta, nec propoſitum habuerit uiolandi Virginitatem, & iſta ſi fuerit ſolenniter profeſſa in Religione probata, meretur conſecrari, ex Flor. in d. 3. p. tit. 2. cap. 2. §. 1.

Quo tempore fiat monialiũ Conſecratio et quę ſint requiſita.

In ſtatutis à iure temporibus tales Conſecrationes ſunt celebrãdæ, ut in die Epiphaniæ Domini, in tota hebdomada Reſurrectionis, in feſtiuitatibus Apoſtolorum, & in Dominicis diebus, ſed exiſtente in uirgine cauſa infirmitatis, tunc poterit qualibet die conſecrari, c. Velamen, 20. quæſt. 1. & cap. ſeq. & cap. Deuotis, eod. Sylueſt. & Ang. in uerbo, Conſecratio Virginũ. Gloſ. & Innoc. in cap. 1. de temp. ordin. dicunt etiam in omnibus ſolennibus feſtiuitatibus fieri poſſe talem Conſecrationẽ. B

Requiritur etiam quod tales Virgines conſecrandę compleuerint 25. annum, cap. Placuit, 20. quæſt. 1. & ex Conc. Africano 4. cap. 4. & ex Conc. Carthagin. 3. Pius Papa in cap. Virgines, 20. quæſt. 1. ait: Virgines nõ uelentur ante uigeſimumquintum annum, niſi fortè neceſſitate periclitantis pudicitiæ Virginalis, & non ſunt conſecrandæ, niſi in Epiphania Domini, & Sabbatho Paſchæ, & in Apoſtolorum Natalitijs, niſi mortis cauſa urgente. C

Tertium uelũ dicitur ordinationis, quod datur in anno quadrageſimo, ut patet ex Conc. Carthag. 3. ubi dicitur his uerbis: Sanctæ Moniales ante annum quadrageſimum non ordinentur. & in cap. Sanctæ Moniales, 20. quæſt. 1. & ca. Diaconiſſam, 27. quæſt. 1.

Et in talium monialium Conſecrationis actu fiunt quædam benedictiones, quibus conceduntur facultates inchoandi Diuinum Officium in Choro, legendi Homelias, & ab Epiſcopo in Miſſa illis porrigitur Breuiarium, ut illud tangant in ipſo actu Conſecrationis. ex Conc. Calcedonen. cap. 15. quod uelum hodie non eſt in uſu, eo quod in actu conſecrationis datur Breuiarium, & poteſtas legendi Homelias, ut habetur in Pontificali

Romano,

Romano, & dicitur, quod post consecrationem ordinatur, & non datur aliud uelum, nec expectatur illud tempus 40. annorum, & tales dicuntur Diaconissæ, non ex eo, quod sint ordinatæ ad ordinē Diaconatus, quia mulieres incapaces sunt sacrorum Ordinum, sed quia datur illa potestas inchoandi Diuinum Officium, & legendi in Choro Homelias, ut modo dictum est, cap. Diaconissam, 27. quæst. 1. & ibi Glos. & ex Flor. in d. cap. 2. §. 2. tit. 2. p. 3.

De Velo prælationis.

Quartum Velum dicitur Prælationis, quod dabatur Abbatissis in eorum Anno 40. ut in cap. Iuuenculas, 20. quęst. 1. & hodie non datur Velum, sed traditur potestas, & ideo fiunt quædam benedictiones, cap. Indemnitatibus, uers. Sanè, de elect. lib. 6. & nullum aliud uelum datur secundum Pontificale, & idem dicit Flor. in d. cap. 2. §. 2.

De Velo Continentiæ.

Quintum Velum dicitur continentiæ, quod datur tantum Viduis ex dispensatione Episcopi, cap. Viduæ, 37. quæst. 1. sic duo uelamina habere possunt uiduæ, professionis, & continentiæ, & istud dari potest ab Episcopo, & Sacerdote, Glos. in cap. Vidua, 20. quæst. 1. facta professione solenni coram suo Prælato, ex eod. Flor. in d. 3. p. tit. 2. cap. 2. §. 2.

Velū probationis.

Additur Sextum Velum, quod licet sit positum in ultimo loco, tamen confertur ante omnia uelamina, dicitur Velum probationis, quod est Album, & cōceditur in susceptione habitus, alia uelamina sunt nigra, ex eodem Flor. in d. §. 2.

His peractis, Monialis cognoscere quærat, ad cuius seruitiū sit adscripta, & quid uelint Vota emissa, quiduè sit Consecratio, & qualis sit eius status, ad quę declaranda, conuertemus sermonem.

Primo itaque Monialis promittit Obedientiam, quæ discere debet, quod nil aliud est obedire, quam exequi quicquid fuerit utiliter ad salutem suam imperatum, ex Greg. in cap. fin. 23. q. 1. Docendæ pariter sunt Moniales, quanta sit Religionis excellentia, ut supra dictum fuit, & quantum Deo sint gratæ, dum ueræ fuerint Religiosæ.

De obedientia.

Talis obedientia ponitur in primo loco, quia est tāquam fundamentum ad obseruantiam aliorum Votorum, & Regulæ. Habet obedientia suos gradus; Primo itaque Deo est obediendum, ita August. in lib. Confess. cap. 8. dicit his uerbis: Cum autem Deus aliquid contra morem, uel contra pactum, quorumlibet iu-

A bet iubet fieri, & si nunquam factum est, tamen faciendum est, & si omissum est, restaurandum est, & si statutum non erat, instituendum est. Post Deum obediendum erit Ecclesiæ Præceptis. Gregor. Papa in cap. præceptis, dist. 12. Præceptis Apostolicis, non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quæ à Sancta Romana Ecclesia, & Apostolica auctoritate iussa sunt, saluti ferè impleantur, si eiusdem Sanctæ Dei Ecclesiæ (quæ est caput nostrum) communionem habere desideratis; & similia; Deinde obediendum est Prælatis suis, ex Conc. Aurelianen. cap. 21. Monachi autem Abbatibus omni obedientia, & deuotione subiaceant, quod si quis per cõtumaciam extiterit indeuotus, &c. vt in cap. Abbatis, 18. quæst. 2. multo magis Episcopis, quibus subsunt, vt in d. cap. Abbates, in princ. & seq.

B Quando plures superiores fuerint, tunc primum obediendum erit maiori, ita refert Syluest. in verbo, Obedientia, numero 10.

Vnde, Obedientia, vt habeat meritum, requiritur, quod non sit circa desiderata, sed contra voluntatem, Gregor. in Moralib. cap. 13. lib. 3. & cap. 42. Iob ita dicit: Sciendum summoperè est, quod Obedientia aliquando, si de suo aliquid habuerit, nulla est; aliquando autem si de suo aliquid non habuerit, minima. Nam cum huius mundi successus præcipitur, cum locus superior imperatur, is, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem euacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat; Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad accipienda huius vitæ prospera libidini propriæ ambitionis seruit. Rursus C cum mundi despectus percipitur, cum probra adipisci, & contumeliæ iubentur; nisi ex seipso animus hæc appetat, obedientia sibi meritum minuit, quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt inuitus, nolensque descendit. Et paulo superius; Obedientia quippe victimis iure præponitur, quia per victimas aliena Caro, per obedientiam uerò propria uoluntas mactatur: Quod contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, vt quanta sit virtus obedientiæ demonstretur. Cap. Sciendum, 8. quæst. 1.

Idem Gregor. in cap. 12. lib. 35. in Iob. Sciendum tamen est, numquam per Obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur intermitti: neque enim in paradiso arbor mala extitit, quam Deus homini, ne contingeret interdixit: sed ut melius per obedientiæ meritum homo

bene

bene conditus cresceret, dignum fuerat, ut etiam à bono prohi- A
beretur, quatenus tanto uerius hoc, quod ageret virtus esset, quanto, & à bono cessans autori suo se subditum, & humilem exhiberet.

Ad hanc Obedientiam tenentur etiam, qui alijs præsunt, suis maioribus, ex Conc. Toletano 11. Qui se scit aliquibus esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse Prælatum, sed Obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat; & similia, ut in cap. Quamquam, dist. 23. & cap. Qui scit, 2. quæst. 6.

Conditiones Mandatorũ superiorũ.

Mandata superiorum sunt exequenda, quotiescumque sunt possibilia, rationabilia, honesta, & non sunt contra legem Dei. Ita dixit Isidor. in cap. Si is, qui præest, 11. quæst. 3. Si quis prohibet vobis, quod à Domino pręceptum est, uel rursus imperat fieri, quod Dominus prohibet, execrabilis sit omnibus, qui dili- B
gunt Deum, & similia; ut ibi, & cap. Non semper, 11. quæst. 3. & Glos. in cap. Quærelam, cap. Breui, de iureiuran. Abb. in cap. Magna, de Vot. cap. Cum ad Monasterium, de Statu Monach. Ang. in verbo, Obedientia, per totum.

Conditiones veræ obedientiæ.

De conditionibus ueræ Obedientiæ supra dictum fuit in capit. 3. de Regularibus, & ulterius notandum est, quod propriè Obedientia non est circa præcepta negatiua, dum quis illa non uiolat, non obedit. Bald. in l. liberti, C. de oper. libert. Innoc. in cap. Olim, el 3. de rest. spoliat. Nec uersatur Obedientia circa ea, quæ mandat Superior extra officium, & potestatem suam, l. prohibitum, C. de Iure fisci, & Dec. in cons. 72. Sed circa ea, quæ supra declarata sunt.

De Voto Paupertatis.

Aliud uotum est seruare paupertatem, & nil proprij reti- C
nere penes se, nec mobilia bona, nec immobilia, seu stabilia bona, nec proprietatem eorum, nec usumfructum, eo quod administratio spectet ad Monasterium, Mobilia conceduntur, quo ad usum tantum necessarium, & necessitas erit duplex priuata, & publica; Priuata est, quando Monasterij opes sunt adeò tenues, quod non suppetunt ad uictum, & uestitum Monialium, eo casu conceditur aliquid ad illarum usum, hac tamen lege, ut semper sint paratæ ad omne mandatum superioris, illud quod fuerit concessum restituere, ordine tamen seruato à superioris Statuto.

Publica necessitas est quando officiales Monasterij, quæ habent administrationem sub nomine Monasterij dispensant pro

uentus

A uentus pro necessitatibus, & utilitatibus Monialium, prouidẽdo, de his quæ expediunt pro uictu, & uestitu, undè tales officiales caueant, ne in alios usus tales prouentus expendant, quam deputatos, ut præter necessitatem, & utilitatem Monasterij, uel in proprios usus conuertant. Flor. 3. par. tit. 16. §. 2. Concil. Trid. Sess. 25. cap. 1. de Reg.

Si quid fuerit donatum, uel legatum alicui Moniali, uel suo labore, aut industria licitè acquisitũ, Monasterio, non Moniali acquiritur, sed Abbatissa poterit Moniali illi cuius causa legatum, uel acquisitio facta fuerit prouidere illus necessitati, Reliquũ erit conuertendũ ad usum Monasterij, ex declarat. Congr. Concil. Trident. in Sess. 25. cap. 2. de Reg. Vnde ea omnia superiori consignanda sunt, & ab illa dispensanda, habita ratione B ad necessitatem, & utilitatem illius, cuius contemplatione facta est acquisitio, si Monasterium illi non prouiderit.

Moniales nõ poßũt retinere propriũ.

Quapropter prohibitum est Moniali retinere penes se agros ad annuos census, seu redditus, etiam in casibus necessarijs ad vtilitatem priuatam alicuius Monialis, sed Abbatissa curabit, uel officiales Monasterij, illos cõseruare, & expendere ad usum præfatum, ex Declarat. Sac. Congr. Conc. in d. cap. 2. Sess. 25. & quæ retinuerit superflua, & bona similia, non excusari à culpa, & pœna inflicta contra proprietarios officiales bonorum Monasterij; Administratores autem eligũtur ab Episcopis, uel Superioribus Monialium, qui ad eorum uotum amouẽdi sunt, & possunt prouentus Monasterij colligere, & conseruare extra clausuram, si hoc magis expedire uidebitur, & ad Monasterij C tantum commodum expendere, ex dicta Sac. Congr. in d. cap. 2. Conc. Trident.

Possunt omnes Moniales exceptis Cappucinis, retinere bona stabilia nomine conuentus, & labores manuum suarum pro victu earum sibi retinere ex causa prædicta, de licentia Superiorum, dummodo communiter uiuant, & laborent, Felin. in cap. cum M. de Const. nu. 44. ex Conc. Trid. Sess. 25. cap. 2. de Reg. & declar. Congreg.

Famulæ ad mendicandum.

At cum Monialium numerus fuerit auctus ultra uires Monasterij, ante Sac. Conc. Trid. Constitutiones, ac temporum inæqualitate, penuria fuerint omnes ad indigentiam necessariarum inductæ, tunc cum inopia laborare cœperint, & pauperes adeo effectæ sint, ut nec necessarius Panis quibusdam in locis

sufficienter

sufficiēter illis suppeditetur, ne Religio aliqua in parte deficiat, A sed in dies magis in deuotione crescat, fuit prouisum, illis licere retinere conuersas, quæ mendicando quærant panem, ætatis maturæ, 40. scilicet annorum, quæ habitent extra Clausuram, sed in loco Monasterio contiguo, ex Const. Pij V.

Postmodum nouis superuenientibus causis, tales conuersæ fuerunt sublatæ, & ordinati laici deuoti, qui illarum officium in hac parte gererent, ex Const. Greg. XIII. Deo sacris; At indies frigescente charitate, cum tales Eleemosinæ non sufficerent, prouisum fuit, ut Ordinarij locorū vbi tales Moniales pauperes degunt, prouideant prouentibus Hospitalium, & Societatum, quæ haberent prouentus pingues, ita, ut relicta prius debita portione pro hospitalitate seruanda, vel exequenda in officio, & onere prædictorum locorum, quod superesset ad vsum Monialium pauperum expenderetur, ex d. Const. Greg. XIII. Deo sacris Virginibus. B

Quapropter posteà habita debita diligētia: fuit in dictis Monasterijs denuò iuxta eorū facultates determinatus numerus, & si quis extra ipsum voluisset suscipere habitum, duplicata Eleemosina reciperetur. Ita plures uidi litteras Sac. Cong. Regularium, & ex Const. Pij V.

Paupertatis voluntariæ laudes.

Glorientur autem Moniales in earum paupertate, nec vilescant, quoniam paupertas uoluntaria laudabilis est, & non contemnēda, eo quia Christus Saluator noster, eam amplexus fuit, vt in cap. Gloria Episcopi 12. q. 2. Nam ille dicitur Pauper, qui se amore paupertatis in numero pauperum constituit, & ibi tanquam pauper voluntarius uiuit, in c. Sacerdos, 1. q. 2. talis enim C paupertas cum laude est, nam cui portio Deus est, diues est, qui omnium rerum Dominus est, sic eorum diuitiæ sunt Deum amplecti, cap. Cui portio, cap. Clericus, 12. q. 1. quam tantum diligit Deus, vt filij sui ea patientia coronentur, & diuites cælestis gloriæ euadant, cap. Sicut hi, dist. 47. qui verò oneratus erit auro in terra, Christum pauperem sequi non poterit, ut in §. Orantes, 12. q. 2.

Vnde meritum paupertatis est gerere personam Christi, ex quo pauperes illius sunt participes uitę, qui igitur paupertatem quærit propter Christum, quod perfectius est, quam bona pauperibus distribuenda seruare, ut in cap. expedit, 12. q. 1. De his supra satis dictum fuit in lib. 3. de Regularibus.

Aliud

A Aliud votum dicitur Castitatis, & notandum ultra ea, quæ supra dicta sunt, quod Virginitas, prout est virtus, importat propositum habituale Voto firmatum integritatis carnis perpetuò seruandæ, & nunquam aliquem actum turpitudinis experiendi.

De Voto Castitatis.

In hoc autem Voto duo sunt consideranda, propositum scilicet materiale, & formale; materiale est illud, quod denotat integritatem Carnis, formale est propositum Voto firmatum, sicque inuoluntariè uiolatur, quamuis delectationem senserit, tamen si uoluntas non consenserit non corrumpitur Virginitas mentis, ubi ipsa uirtus magis residet, quàm in ipso actu, ideò Lucia Virgo dicebat: Si me inuitum feceris uiolari, castitas mihi duplicabitur ad coronã. Vnde August. dicit lib. 1. de Ciui. Dei: B Obstetrix, etiam manu, Virginis integritatem uiolat, explorat, dum inspicit pudicitiam; Ideò non opinor quemque tam stultè sapere, ut hinc perijsse aliquid existimet, etiam de ipsius corporis sanctitate, quamuis membri illius integritas iam perdita sit.

Hieronymus ad Eustochium dicit: Audacter credã, cum omnia Deus possit, suscitare tamen Virginem non potest post ruinam. Intelligens de uoluntaria uiolatione. Vide etiam D. Tho. in 2.2.q.152. & 32.q.5.cap. Sicut. Flor. in 3.p.tit.16.ca.1.& c. 7.§.3. Pelag. lib. 2. cap. 82.

Virgines autem, quæ ueræ Virgines sunt, verecũdantur non solũ facere sed cogitare, quæ turpia sunt, & animam maculant. Ita dicit Hier. in cap. Si quis non iratus, 15.q.1.& D. Thom. in 2.2.q.151. Art. 4.

C Hinc notandum est, quod Virginitas multis modis dicitur. Primò pro integritate Carnis. August. contra Iulianum, Pudicitia est res mentis Virginitas corporis.

Virginitatis multiplex acceptio.

Secundò pro pudicitia mentis cum integritate carnis, vt de Virgine Lucia dictum est. 32. quæst. 5. §. 1. & ibid. cap. Reuera.

Tertiò pro pudicitia mentis cum integritate carnis in proposito & actu voluntario; Apostolus 1. ad Corinth. cap. 7. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu, & istę desponsantur Christo Domino, & dabitur eis Aureola in gloria, cap. Ille, 32. quæst. 5.

Sex autem sunt, quæ Virgines Dei metuere debent, & ab illis summopere cauere, vt meritum Virginitatis consequantur. Primum est, vt cum Virginitate non dominetur Superbia, sed humi-

Virginitati intuita quæ & quot.

ſed humilitas. Auguſt. in lib. de Virginit. ait: Non ſolum prædicanda eſt Virginitas, vt ametur, verum monenda, ne infletur. A

Bernard. dicit: Sine humilitate audeo dicere, nec Mariæ Virginitas Deo placuiſſet.

Secundò euitare debent charitatis defectus, quoniam ſecundùm Bernard. in Epiſtolis: Caſtitas ſine charitate, Lampas eſt ſine Oleo, ſubtrahe oleum, lampas nō lucet; Tolle charitatem, caſtitas Deo non placebit.

Chryſoſtom. in Matth. 25. Oleum hic vocat charitatem, & eleemoſinam. Inde Virgines, quæ oleum non ſumpſerunt ſecū, ſponſum non meruerunt recipere.

Auguſt. in de verbis Domini dicit: Si quis igitur habet animam Virginalem & Amator eſt pudicitię, non debet mediocriter eſſe contentus ijs, quę cito exareſcunt; ſed perfectas virtutes ſequatur, vt lumen habeat ſempiternum. B

Tertiò euitare etiam debēt tepiditatem in Dei ſeruitio, quia in Alba veſte macula eſt turpior. Auguſt. de Virginibus dixit: Toto nobis figatur in corde, qui pro nobis fixus eſt in cruce.

Quarto ſint perſeuerantes in bonis operationibus, ideò D. Bernardus dixit: Stude perſeuerantiæ, quæ ſola coronatur; Alibi etiam dixit: Scias Diabolum ſoli ſemper perſeuerantiæ inſidiari, quia nouit ſolam virtutem coronari; Gregor. Nec Caſtitas magna eſt ſine bono opere, nec bonum opus ſine caſtitate.

Quintò maculam peccati timeant, vt ait Salomon: Tāquam à facie colubri fuge peccatum. Hieronym. Nil prodeſt Virginitas corporis, vbi operatur corruptio mentis. cap. Si Paulus, cap. tolerabilius, cap. magis timemus, 32. quæſt. 5. C

Sextò, vt ſæpe confiteantur peccata ſua; quæ autem fugiunt, Virginitatem maculant, vt in Cantica; Oſtende mihi faciem tuam, & Pſalm. Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius, ne quærant Virgines placere magis hominibus, quā Deo, quia in Eccleſiaſt. 2. dicitur: Væ duplici corde.

Bernardus dicit: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Et Gregorius ait: Nemo poteſt in vna eademque re omnipotenti Deo, atque eius hominibus gratus eſſe, nam Dei amicum ſe denegat, qui eius placet inimicis.

Signa autem complacendi hominibus ſunt, quando Virgo delectatur appoſitè ornari, & conuerſari cum illis, vt in cap. Fucare, de conſ. diſt. 5. ideo Pſalmiſta dicit: Omnis gloria filię Regis ab

A gis ab intus. Et D. Hieronym. dicit: Decor, qui in veste requiritur, induitur, & cum veste deponitur, Vestis proculdubio est, non vestiri.

Cognoscat Virgo quæ eius uoluntatem turbare possint, & mentem maculare; Inter cætera sunt ista; Primò ne petulantiæ carnis cedat, sed orationibus, & ieiunijs illas superet; Secundò, ne mens uoluntarijs cogitationibus immoretur; Tertiò, ne delectetur aspectu lasciuo; Quartò, motiones concupiscentiæ uincat; Quintò, ne uanis sermonibus se immisceat; Sextò, ne illecebris & phantasmatibus illudatur, ex Pelag. lib. 2. cap. 82. & 83. Vt talia monialis vincat, audiat, quæ dixit Eugen. Papa, ut in cap. placuit, 16. quæst. 1. Sit claustro suo contentus, quia sicut Piscis sine aqua caret uita, ita sine Monasterio Monachus; B sedeat itaq; solitarius, & taceat, quia mundo mortuus est, Deo autem uiuit.

Quæ virginitatem maculēt.

Hieronymus ad Rusticum Monachum de uiuendi forma in Tomo 1. ita dixit: Nunquam de manu tua, uel oculis tuis liber Psalterij discedat, dicatur ad uerbum oratio, sine intermissione; Vigil sensus sit, nec uagis cogitationibus patens. Corpus pariter & animus tendatur ad Dominum. Iram uince patientia, Ama scientiam scripturarum, & carnis uitia non amabis; Nec uacet mens tua uarijs perturbationibus; quæ, si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum; Facito aliquid operis, ut semper te Diabolus inueniat occupatum. ex cap. nunquam, de cons. dist. 5.

Quæ virginitatem moueant.

Quapropter duo sunt remedia ad conseruandam Virginita C tem, ultra præposita, quod fugiant mundanas conuersationes, & orationibus, ac sanctis operationibus uacent, Vnde principaliter cum Oculi sint nuncij Cordis, & per ipsos sæpè Mors ingressa sit in animam nostram; ideo dicit Gregor. in cap. 3. lib. Genes. Non licet intueri, quod non licet concupisci, & alibi: Pensandum est quantum uisum debeamus restringere, qui mortaliter uiuimus, si mater uiuentium per oculos ad mortem uenit. Item alibi: Reprimendi sunt oculi à lasciuia suæ uoluptatis, quasi quidam raptores ad culpam, non enim Eua lignum contigisset, nisi prius incautè respexisset.

Remedia ad virginitatē cōseruādā.

Glos. in Matth. 7. Quid autem uides festucam? Oculus, qui à Paradiso post culpam est resecatus, uidet unde proficiat, sed unde deterius cadat, non uidet.

Glos. super illud Iob 31. Pepigi fœdus cum oculis meis ait: A Fœdus cum oculis pepigit, ne prius incautè aspiciat, quod postea inuitus amaret.

Hieronymus ait: Ne doleas, si hoc non habes, quod Formicæ, Muscæ, & Serpentes habent, carnis oculos, sed illum oculũ te habere lætare, de quo in Canticis: Vulnerasti Cor meum, Soror mea, Sponsa mea, in uno oculorum tuorum.

Ideo legitur in Genes. 34. quod Sichem filius Emor, ex quo uidit Dinam, adamauit, & rapuit illam, & mulier illa uxor Phutipharis tentauit Ioseph, Genes. 39. & Dauid adulterium commisit, quia uidit Bersabeam. in 2. Reg. 11.

Ad euitandos similes actus, Moniales honesto habitu indui debent, uelando caput, & ferè totam faciem, oculis demissis, & Virginali modestia si quid agendum fuerit, agere; Ita enim B Beata Clara Oppidi Montis Falchi docere solebat suas Moniales; Virginum uita ab hominum oculis remota esse debet, nam solitudo optima est Virginitatis custos; Vnde si accidisset quod Medicus, aut Confessarius intra illius Monasterij septa esset recipiendus, omnino amicta pallio, uultu demisso, aut præcedebat, aut sequebatur, & Monialibus suis mandauerat, ut ita circumspectè se gererent, quo ne eorum quidem nomina Confessarijs, nec alijs esse possent aperta, idque ut mutua beneuolentiæ tolleretur occasio; Quapropter in his elaborandum esse dicebat, ut Moniales tanquam speculum Sanctarum Virginum, uitam, & actiones intuerentur.

Laudes taciturnitatis & silentij.

Aliud impedimentum turbans Virginitatem, est colloquiũ cum hominibus, nam Apostolus ait 1. Corinth. 15. Corrum- C punt bonos mores colloquia mala; Et in Ecclesiast. 9. Cum saltatrice ne sis assiduus, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius; & dum mulier colloquitur cum uiro, est sicut ignis accendens illum.

Ioan. Climacus dicebat: Multiloquium est uanæ gloriæ cathedra; insipientiæ argumentum; detractionis porta; Mendacij minister; compunctionis resolutio; conditor uanitatis; intellectus dispersio; Silentium uero est materia orationis; à cupiditate reuocatio; ignis custodia, luctus collectio; amicitia lachrymarum; memoriæ mortis operator; pœnæ æternæ pictor, Iudicij æterni diligens inquisitor; cognoscens delicta tenuit linguam; qui uero multiloquus est, non cognoscit se; silentij amicus ap-

A cus appropinquat Deo, & latenter colloquens à Deo illuminatur.

In Prouerb. legitur: In multiloquio non deest peccatum. Ecclesi.20. Qui multis vtitur verbis, odit animam suam, & in 5. Pauci sint sermones tui.

Hieronymus solebat dicere, prius sermo ueniat ad limam, quam ad linguam. Fugiant verba præsertim vana; Seneca dixit. A verbis turpibus abstineto, quia licentia eorum impudicitiam nutrit.

Hieronymus ait: Sit sermo Virginis prudens, modestus, rarus, nec tam eloquentia preciosa, quam pudore. Item alibi: Solent Virgines, quæ veræ Virgines sunt semper pauidæ, nunquam securæ esse, ita vt caueant timenda, & secura pertime-B scant.

In Ecclesiastico cap.9. legitur: Vir non sedeat cum muliere, quia vincula sunt manus eius.

Custodia Virginalis quæ.

Hæc fugienda sunt; sed & curent seruare ea, quę ad continentiam inuitant, custodiant sensus, quia Dina vagans, fuit corrupta, vt in cap.1. de pœnit. dist.5. elongent se ab omni occasione peccandi, vt legitur de Ioseph in Genes.9. occupent se circa studia Virginalia, meditando passiones Domini Nostri Iesu Christi; Orationibus, & studijs uacent, confabulationes fugiant, Ita dixit Hieronymus ad Demetriadem: Considerans propter Psalmorum, & orationis ordinem, quod tibi hora Tertia, Sexta, & Nona, ad Vesperum, media nocte, & mane semper est exercendum. Statue quot horis sanctam scripturam ediscere de-C beas: quanto tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem, & instructionem Animæ. Cumque hæc finieris spacia, & frequenter te ad figenda genua solicitudo animæ suscitauerit, habeto lanã semper in manibus, uel staminis pollice fila deducito, uel ad torquenda subtegmina in alueolis fusa uertantur, aliarumque neta; aut in globum collige, aut texenda compone. Quæ texta sunt respice, quæ errata reprehende, quæ facienda constitue; Si tantis operum uarietatibus fueris occupata, nunquam tibi dies longi erunt, sed quamuis æstiuis tendantur Solibus, breues uidebuntur.

Idem Hieronymus dicit de Virginum modestia. Imitare sponsum tuum Christum, qui parentibus fuit abiectus, & similia, & in 1. ad Thessalonicens.5. ait: Quamuis Apostolus sem-

per nos orare iubeat, & sanctis etiam ipsis somnus oratio sit, tamen diuersas orandi debemus habere horas, Tertiam, Sextam, & Nonam; Cibi non sumantur, nisi oratione præmissa; nec à mensa surgẽdum, nisi gratia referatur creatori; Egredientes de hospitio armet oratio, regrediẽtibus occurat priusquam sessio; ad omnem incessum manus pingant crucem, & ipsam conside rans, noli in alterius ruina gloriari, sed in tuo opere præpone tibi Mariam, ad quam cum Gabriel in uiri specie descendisset, perterrita, sedari non potuit. Nunquam enim fuerat à uiro salutata; Hæc quæ diximus dura uidentur ei, qui non amat Christum; Amemus, & nos Christum semper, & eius quæramus amplexus, & facilè uidebitur omne difficile.

Item Hieron. dicit in epistola ad matrem, & filiam in Gallia scribens: Si Virgo es inquit, quid times diligentem custodiam? quid tibi necesse est in ea domo uersari, in qua necesse habeas, aut quotidie perire, aut uincere. Quis unquam iuxta uiperam securus dormit? quæ, etsi non percutit, saltem solicitat, securius est perire non posse, quam iuxta periculum non perire. Vnde Moniales, quæ custodiam habent, securæ sunt non perire, nisi se spontè periculo subiecerint.

Arma ad honestatem seruandam, sunt orationes, & alia, quę supra exposita sunt, sed ne dimittamus oportunius remedium, quod est ieiunium, audi quę dixit Hieronym. ad Demetriadem: Ieiuniorum tibi sunt arma sumenda, & canendum cum Dauid: Humiliaui in Ieiunio animam meam, & cinerem tamquam panem manducabam. Eua per cibum eiecta est de Paradiso; Helias quadraginta dierum Ieiunio exercitatus, igneo Curru rapitur in Cælum. Moyses ieiunans quadraginta diebus, ac noctibus, familiaritate, & semone Dei pascitur.

Basilius pariter nonnulla de Virginum custodia detexit, & omissis alijs, illud assumam, in quo docentur, qua honestate, & negocia Monasterij, & actus necessarios mulierum agere debeant, in lib. de uera integritate Virginis his uerbis: Item Reuereatur omnis mulier, sed uirgo inprimis, Angelos etiam cum domi sola nullis uiris arbitris sedet; & cum corpus necessariò curandum erit, & capitis uittas, & sigillatim cætera cõstringẽs, id opus celeriter exigat, & quantũ fieri potest contegat mẽbra, non solũ suos Angelorumq; oculos uerẽs, uerũ se, & quę in suæ exercitationis domicilio, sũt ad uerecũdiã studiosè s ꝑ exercẽs.

Quod

A Quod si neque cũ sola est, nudari sine occasione nõ permittitur, quanto minus fratribus in Christo præsentibus: & pudore igitur, & tunica se ipsam pudicè, ac verecundè componet, nec solum nihil membrorum, quę operta sunt nudari vlla ratione permittat, verum summa, & secura obseruatione circumtegat, vt non solum illa illæsa, atque illibata permaneat, sed & qui intuẽtur nullam ex eius aspectu læsionis materiam capiant, sufficit quippe, vel modicè nudata pulchritudo Dei, quam filios ad voluptatem emollire. Hæc Basil. & plura in simili, quæ pariter trãscripsit Flor. in 3.p.tit.2. cap.2. §.5.

De clausuræ institutionẽ.

Ad Custodiam Sanctæ Virginitatis reperta sunt Monasteria, vbi in solitudine, & huius mundi desolatione viuant; Inde Hieronymus ad Eustochium dixit: Obtestor te coram Deo, & B Christo Iesu, & electis Angelis eius, ne vasa templi Domini, quę solis Sacerdotibus videre cõcessum est facilè in publicum proferas, ne sacrarium Dei quisque profanus aspiciat; Ozas Arcam quã non licebat attingẽs, morte subita prostratus est; Nũc veritas est. Sponsa Christi, Arca est testamenti intrinsecus, & extrinsecus deaurata, custos legis Domini; Super hoc propitiatorium, quasi super Cherubin sedere vult Dominus. Curis te secularibus soluas, ut paleas, & lateres Ægypti derelinquẽs Moysen sequaris in Eremo, & terram promissionis introeas. Nemo sit qui prohibeat, non mater, non soror, non germanus, non cognata, Dominus te necessariam habet. Vbi in pectore Virginali amor secularium negociorũ æstuet, statim uelum templi scindetur; Sponsus consurget iratus, & dicet: Relinquetur vobis C domus vestra deserta; Semper te cubiculi tui secreta custodiãt, semper tecum sponsus ille ludat intrinsecus; Orans loqueris ad sponsum, cum legis tibi loquitur, Hortus conclusus soror mea, fons signatus, caue, ne domum exeas, & uelis uidere filias Regionis alienæ, quamuis fratres habeas Patriarchas, & Israel parente læteris; Nolo te sponsum quærere per plateas, nolo te circuire angulos Ciuitatis, sponsus in plateis non potest inueniri; Zelotipus est Christus, non uult ab alijs uideri faciem tuam. Foris uagentur Virgines stultæ, tu intrinsecus esto cum sponso tuo, quia (si ostium clauseris, & secundum Euangelij præceptũ in occulto oraueris patrem tuum) ueniet, pulsabit, & dicet: Ecce ego sto ante ianuam & pulso. Daniel fenestras apertas ad Ierusalem habuit, & tu habeto fenestras apertas, sed unde lu-

men introeat, unde uideas Ciuitatem Dei; Ne aperias illas, de A quibus dicitur: Intrauit Mors per fenestras nostras.

Idem dixit, dans normam uiuendi. Tu simplex loqueris, & ignotos quosque blanda non despicis, sed aliter impudici uident oculi, non norunt Animæ plenitudinem cogitare, sed corporum; Nec declines Aurem tuã in uerba malitiæ. Sæpe enim indecens aliquid loquentes, tentat mentis arbitrium. Si libenter audias Virgo quod dicitur; si ad ridiculũ casu labaris, quicquid dixeris, laudant, quicquid negaueris, negant, castam uocant, & sanctam, & in qua nullus sit dolus.

Cœnobia itaque reperta sunt, ut solitariè uiuant Moniales, mundum deserentes, & Christo adhærentes; nam difficilius esset cum mundo conuersari, & de eo non cogitare, quam mortuos suscitare, secundum Bernard. Ideò de mundo se segregãt, B quando intra claustra Monasterij se recipiunt. Quapropter necessarium fuit ad benè, sanctèq; uiuendum in Religione Monasteria ordinare, & in illis uiuere, & exindè non exire. Inde Spiritu Sancto dictante Bonifacius VIII. in cap. periculoso, de statu Reg. lib. 6. hoc de clausura decreuit: Periculoso, & detestabili quarundam Monialium statui (quæ honestatis laxatis habenis, & Monachali modestia sexusque uerecundia impudenter abiectis, extra sua Monasteria nonnunquam per habitacula secularium personarum discurrunt, & frequenter intra eadem Monasteria personas suspectas admittunt, in illius cui suam integritatem uoluntate spontanea deuouerunt, grauem offensam, in Religionis opprobrium, & scandalum plurimorum) prouidere salubriter cupientes, præsenti Constitutione perpetuo ir- C refragabiliter ualitura sancimus, uniuersas, & singulas Moniales præsentes, atque futuras, cuiuscumque Religionis sint, uel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis Monasterijs debere de cætero permanere Clausura, ita quod nulli earum Religionem tacitè, uel expresè professæ, sit, uel esse ualeat quacunque ratione, uel causa (nisi fortè tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs absque graui periculo, seu scandalo commorari) Monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas, nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit speciali licentia) ingressus, uel accessus pateat ad easdem,

ut sic

A ut sic à publicis, & mundanis conspectibus separatæ, omnino seruire Deo ualeant liberius & (lasciuiendi oportunitate sublata) eidem Corda sua, & Corpora in omni sanctimonia diligentius custodire.

Pœna cõtra uiolãtes Clausuram.

Hoc idem fuit innouatum in Conc. Trid. Sess. 25. cap. 5. de Regul. addens pro tali Clausura seruanda, pœnam excommunicationis, his uerbis: Bonifacij VIII. Constitutionem, quæ incipit: Periculoso, renouans Sancta Synodus, uniuersis Episcopis sub obtestatione diuini Iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus Monasterijs sibi subiectis, ordinaria, in alijs uerò Sedis Apostolicæ autoritate clausuram sanctimonialium, ubi uiolata fuerit, diligenter restitui; & ubi inuiolata est, conseruari maximè procurent; Inobedientes, B atque contradictores per Censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas (quacumque appellatione postposita) compescentes, inuocato etiã ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Quod auxilium, ut præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur Sancta Synodus sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, omnibus Magistratibus secularibus iniungit. Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire è Monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, Indultis quibuscumque, & Priuilegijs non obstantibus.

Ingressus in Monasteriũ prohibit⁹ est.

Ingredi autẽ intra septa Monasterij nemini liceat cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, uel ætatis fuerint, sine Episcopi, uel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommuni- C nicationis pœna, ipso facto incurrenda; Dare autem tantum Episcopus, uel superior licentiam debet in casibus necessarijs, neque alius ullo modo possit etiam vigore cuiuscumque facultatis, uel indulti hactenus concessi, uel in posterum concedendi. Et quia Monasteria Sanctimonialium extra mœnia Vrbis, uel Oppidi constituta, malorum hominum prædæ, & alijs facinoribus sine ulla sæpè custodia sunt exposita, curent Episcopi, & alij superiores, (si ita uidebitur expedire) ut Sanctimoniales, ex ijs ad noua, uel antiqua Monasteria intra Vrbes, uel Oppida frequentia reducantur, inuocato etiam auxilio si opus fuerit brachij secularis, impedientes uerò, uel non obedientes, per censuras Ecclesiasticas parere compellant.

Similia ordinata sunt à Pio IIII. de statu Reg. Pij V. nu. 100.

Decori,

Decori, & à Gregor. XIII. Deo Sacris, casu tantum existente A necessitatis, Ordinarij poterunt alijs concedere licētiam ingrediendi intra septa Monasterij in scriptis, & nec ipsi, extra tamen ipsam causam Ordinarij poterunt eorum arbitrio ingredi intus Monasteria, vt ex Const. Gregor. XIII.

Causæ ingrediendi intra clausuram.

Licet Moniales dum viuunt nulla ex causa, nisi a S. D. N. cognita, vel sacra Congregatione Regularium, exceptis expressis à iure, extra dicta Claustra Monasterij exire possint, quin non incurrant in præmissam pœnam, tamen cadauera Monialium defunctarum sunt sepelienda in Ecclesia extra Clausuram, ex Declarat. d. Sac. Congr. Conc. Sess. 25. de Reg. cap. 5.

Interdicitur etiam, quod non licet Sacerdotibus ingredi ad effectum celebrandi Anniuersarium mortuorum, quia in eo casu in Ecclesia exteriori celebrabitur; necnon declaratum fuit B non licere intra septa Monasterij Monialium celebrare missas ex d. declaratione Sacræ Congr. in Conc. Trid.

Viduæ (honestatis causa) & vxores ad euitandam seuitiam virorum, pauperes destitutæ, quæ, nec dotem habent, aliquando de licentia ingredi poterant, at hodie absque licentia Sacr. Congregationis nullo modo possunt ex dictis causis ingredi; & Monialibus committendæ non sunt, ex Declar. d. Sac. Congreg. in d. cap. 5.

Procuratores Monasterij, Proxenetę, negociatores, factores, seu administratores pro utilitate Monasterij cum licentia ingredi poterunt, modo sint personæ maturæ ætatis, & honestorum morum, ex eadem declaratione Congregat.

Istæ, & aliæ similes à Sac. Congr. fuerunt declaratæ, tāquam C causæ concessibiles; nonnullæ aliæ explicantur in edicto Illustrissimi D. Cardinalis Vic. in Alma Vrbe S. D. N. Papæ.

Vnde necessariæ arbitrari poterunt causæ, veluti si Medici, vel Confessores fuerint ex causa infirmitatis introducti Gregor. IX. Artium quarumlibet artifices, quando negotium erit necessarium, & res extra Monasterium deduci non potest, sic licet exire ex causa Incendij, infirmitatis, lepræ, aut Epidimiæ ex Const. Pij V. Decreti, quæ indicantur necessariæ ex l. impensa, ff. de verb. signif.

Vnde meo quidem iudicio salua semper meliori declaratione dominorum superiorum, crederem licere ex omni causa necessaria, ut ex iuribus superi⁹ allegatis, & vtili pro Monasterio,

non ad

A non ad particulare commodum tantum, & ex declaratione, uel simili, & quia casus explicare perdifficile esset, ideo sub Regula legis essent remittendi, in d.l.impensa, ff. de uerb.signif. ubi impensa necessaria illa dicitur, quę si facta non fuerit, res, aut peritura, aut deterior futura sit, utiles impensas esse Fulcinus ait, quæ meliorem dotem faciant, & deteriorem esse non sinant; uoluntariæ sunt, quæ spem duntaxat ornant, non etiam fructum augent; Istis Regulis cognoscere quis poterit, quandò licentia sit concedenda, dum quod necessarium, quod utile, uel quod uoluntarium sit, apparet; & respicienda erit mens Papæ, quæ præcipuè erit seruanda, & non extendenda, ut in omnibus honestas Religionis seruetur.

Duplici modo custoditur clausura, uno, de quo dictum est, B quo ad ingressum, & exitum, intus, & extra septa Monasterij, aliud in conseruando parietes, & similia claudentia ipsam clausuram.

Quis teneatur ad reparationem Clausuræ.

Primò itaque considerandum erit, quod Mœnia clausuræ tutæ, & altę sint, confractę uerò, fidelium Eleemosinis, si sunt pauperes restaurandæ sunt, aut ad id consanguinei Monialium cogendi, tum quia adhuc restat consanguinitatis uinculum, & remanet obligatio illas in debita honestate conseruandi, ut in Gangrensi Concil. cap. 16. de quo in cap. si quis reliquerit, cap. sicut alij, §. necesse, dist.47. & Abb. in cap. Licet, de Voto, in principio.

Tum etiam quia gloria patris est, ut filius sit sapiens, & Deo seruiat, cap. Esto, dist.65. in fine.

C At si tales fuerint inopes, tunc spectabit ad illum, cuius auctoritate fuit Monasterium erectum; quia tunc ad ista incommoda futura cogitare debebat, cap. quidam, 18.q.2.& cap.4.cū seq.eod.cap. de Xenodochijs, de Relig.domib.

Forma Clausuræ.

Forma clausuræ tradita fuit, omissis alijs, à S.D.N. Clemente VIII. ut in eius Constitutione de reformatione Monasteriorum Monialium, & talis describitur; Præmittitur quod Clausura circumsepta sit, & munita altis mœnijs, ut accessus per eas impossibilis fiat, aut sit euidenti periculo possibilis; Claudaturque una tantum, si fieri potest, porta, quę duplices habeat fores, munita claue, & ferro, ut aditus nec scelestissimis pateat. Pontifex itaque Clemens VIII. ista ordinat, uidelicet.

Primo itaque loco legitur in d. Constitutione, ut Ostia Monasterij

nasterij exeuntia ad Ecclesias extra clausuram, cemento, & lapidibus claudantur, ut in Const. Greg. XIII. num. 15. A

Secundò in quolibet Monasterio unam, uel duo Clathra ferrea permittuntur ad colloquendum, quæ sint extra Ecclesiam earum, & in qualibet ferrata sint duæ cratæ ferreæ distantes secundum latitudinem parietis; & ab extra ponantur spilli ferrei, foramina sint parua, ut digitos non capiant. Vidi seruari in nõ nullis Monasterijs, ut inter Clathra ferrea intermediarentur laminę ferreę paruis foraminibus perforatę quoniam sic commoditas aspectus, & tactus tolluntur.

In fenestellis Confessionalium figantur laminę ferreę cum minutis foraminibus, ut ex illis non possit cognosci quæ sit illa Monialis.

Fenestella ubi recipitur Sanctissimum Sacramentũ Eucharistiæ sit alta dimidiato palmo, & longa integro, quę claudatur ab omni latere; Vidi seruari illam ornari ueste serica, ut cognoscatur ad cuius usum sit destinata, & ob reuerentiam tanti Sacramenti. B

Fores Monasterij sint binis foribus munitę, per quas nunquã Moniales spectent, uel alloquantur.

Fenestræ Monasterij respicientes extra clausuram claudendæ sunt, uel si necessitas fuerit, tales permittantur, quod solummodo lumen reddatur, sed ex eis nullus fiat aspectus.

Colloquutoriã fiãt extra clausuram pro secularibus, ibi nulla fenestra, nisi modo prædicto fiat.

Arbores præeminentes existentes in hortis, tollantur, & Męniæ altæ sint, ut prospectus uicinarum domorum omnino impediant. Hæc, quo ad clausuram ordinata fuere à Sac. Congregatione Reformationis de ordine S. D. N. Papæ Clementis VIII. Sunt ibidem, & nonnulla alia ordinata tam respicientia clausuram, quam modum uiuendi, à Monialibus seruanda, & sunt ista, uidelicet. C

Obseruanda à Monialib. de ordine S. D. N. Papæ Clemẽtis VIII.

Munera, quæ erant solita dari in susceptione habitus, uel ingressus, prohibenda sunt, & quod spontè offertur à consanguineis in communi seruetur, nec fiant conuiuia inter ipsas, & multo minus cum secularibus.

Eligatur Magistra Nouitiarum, quarum curam gerat, & illas instruat circa uitam Regularem, & doctrinam Christianam.

Ad col-

A Ad colloquendum nulla accedat ſine licentia, & benedictio ne Abbatiſſæ, & cum Auſcultatrice præſente, quæ ſit de Senioribus, & probatioris vitæ.

Literæ, ſeu Epiſtolæ nullo modo à Monialibus ſcribantur ſine licentia ſuperiorum, nec recipiãtur, niſi prius fuerint ab Abbatiſſa lectæ.

Confeſſoribus, & Cappellanis datur ſalarium de ære publico Monaſterij, & munera nulla interuenire debent inter Cappellanos ſeu Confeſſores, & Moniales.

Prohibeant pariter Prælati, ne Munera fiant à Monialibus alijs ſecularibus, niſi, quæ charitatis cauſa iudicauerit Abbatiſſa opportuna, de bonis communibus, nomine, & de licẽtia Cõuentus; Mellaria penitus abolenda, tantummodo eſculenta, &

B poculenta parua munuſcula concedantur, eo modo, & forma quo ſupra. vide d. Conſt. Clementis VIII.

Nulla Monialis, vel Conuerſa audeat accipere aliquid de communi ſine licentia, nec officiales poſſint aliquid expendere de bonis communibus ſine d. licentia.

Nulla Monialis poſſit diſpenſare aliquid de bonis ſuis, & ſi quæ diſpenſationes factæ fuerint, nullæ intelligantur, & applicentur Monaſterijs.

Fiat Infirmaria, vel deputetur certus locus, vbi infirmæ viſitentur à Medicis, & ibi percipiant Sacramenta; eligantur infirmariæ Moniales, quæ curam cum charitate de infirmis gerant, & Conuerſę dentur in ſubſidium ſi opus fuerit, & nulla Monialis ponatur in infirmaria, niſi de iuſſu Medici, qui fidem præ-

C beant de ægritudine.

Prohibeantur cantus figurati, & inſtrumenta omnia, vt Teſtudo quæ vulgariter dicitur Leuto, Cittara, Grauicembali, & ſimilia. Organa in Eccleſia extra clauſuram permittuntur; & Sanctimoniales per ſeipſas dicere debent diuinum officium.

Nulla Monialis, vel alia perſona ſecularis audeat celebrare facere in Eccleſijs Monialium priuatas Miſſas, præter eas, quæ à Cappellanis deputatis celebrari ſolent, ſine licentia Ordinarij.

Nulla Monialis peractabit negocia cum aliquo, præterquã, cum deputatis de Monaſterio, ſine licentia Præfectæ.

Vectores vini non ingrediantur niſi de die, ſic intelligitur de omnibus alijs, qui in tali caſu conceſſo, poſſunt ingredi, ſer-

uari etiam vidimus vt locus vbi prælo præmuntur vuæ sit ex- A
tra clausuram; ne homines ea occasione ad illas premendas ingrediantur: mustum autem, quod ex illis fluit labatur in cellam vinariam Monasterij, vbi postmodum vinum custoditur.

Ad conficiendum panem, nullus Monast. ingrediatur; Canes omnes, seu Catelli in Monasterio non alantur, nec alliciantur.

Ianitrices, Auscultatrices, & Sacristæ sint annorum 40. vel de Senioribus Monasterij, sic Seniores comitentur ingredientes Monasterium.

Conceditur, quod Moniales possint accipere Confessorem extraordinarium ter in Anno, secundum Conc. Trid. Sess. 25. cap. 11.

Nec accipiant aliquid commodato pro ornamento Eccle- B
siæ, nec ipsæ de bonis eorum aliquid alijs præstare possint.

Nulla Monialis possit retinere Conuersas particulares penes se, & numerus Conuersarum sit paruus, vt non excedat tertiam partem Monialium.

Famulæ secularium personarum pro seruitijs particularium Monialium non permittantur.

Vnaqueque Monialis sola dormiat; & tot Cellæ fiant, quot erunt numero Moniales; supernumerarijs Monialibus in Regno Neapolitano dantur pro victu vnicuique Moniali quinquaginta Ducati in quolibet anno; In alijs locis in arbitrio est Ordinarij tales impensas taxare.

Nulla puella recipiatur, nisi prius factum fuerit actuale depositum de integra Eleemosina soluenda pro sua dote; qua fa- C
cta professione, emantur prædia, vel annui redditus, & in anno probationis alimentetur puella à suis consanguineis; Vnde ex hac Constitutione videtur concessum ius ad Moniales petendi Dotes.

Puellæ intromissæ in educationem ante septennium, uel post 25. annum egrediantur foras. Et Monasteria, quæ recipiunt, sint solita tales recipere, alioquin non permittatur.

Hæc ex dicta Constitutione Clementis VIII. Sunt etiam quædam aliæ ordinationes Congregationis Regularium circa istas puellas ad educationem recipiendas, & quædam aliæ ex Sac. Congreg. Conc. Tridentini.

Puellæ ad educandũ intra Monasteria Monialium non sunt

recipien-

A recipiendæ, nisi talia interuenerint ordinata à Sacra Congregatione Regularium: Talis receptio laudabilis est, ad imbuẽdam puellam cultu diuino, sed intuendum, ne maioris sit scandalidum ex hoc secreta Religiosarum Monialium manifestaretur secularibus mulieribus, quam vtilitatis puellę instruendę; Conditiones à Sac. Congr. determinatæ sunt istæ, videlicet.

Ordinationes Sacr. Cong. Reg. & Cõc. Trident.

Primò, quod tales puellæ non recipiantur, vbi talis consuetudo non viget, & determinetur numerus.

Secundò, non admittantur, nisi prius constiterit de uoluntate Monialium.

Tertiò, tales sint nobilis, & honestæ familiæ, uel orbatæ parentibus; adeo vt tutę in earum domibus viuere non possint, uel non honestè, aut vt instruantur in lege Domini, & alijs de causis, arbitrio superiorum recipiantur; nec licebit illas retinere vltra quinquennium.

B

Quartò, concurrat principaliter consensus superiorum in scriptis.

Quintò, Puella ante septennium non admittatur, nec post 25. Annum.

Sextò, Viuere debent in Monasterijs absque ancillis, indutæ modesto habitu, sine aliquo ornamento, in victu, conuersationibus, & clausura seruabunt Regulares obseruantias, non autem in austeritate Regulæ.

Septimò, Alimententur eorum sumptibus, anticipatis solutionibus, de semestri in semestre.

Octauò, Egressæ semel, denuò ingredi non possint, sine Congregationis licentia.

C

Nonò, à Monialibus habere debent locum separatum in Monasterio, ubi dormient, & educentur, & cum Monialibus dormire non debent.

Decimò, Viduæ ad educandum non recipiuntur, sed sic ad monachandum tantum.

Mulieres, quæ Conuertitæ dicuntur, ingredi in Monasteria Virginum non possunt, sed debent sibi Monasterium separatum constituere, & à se uiuant secũdum aliquam probatam Regulam. Franc. in cap. 1. §. sanè, de statu Reg. lib. 6. Conc. Trid. Sess. 25. cap. 18. in fine, de Regul.

De cõuertitis.

Mulier nupta hodie non introducitur in Monasterium ob dissentionem ortam inter eam & maritum ob uel seuitiam eiusdem;

Mulier nuptaquo caju tra-

datur in Monasterium ad tempus.

eiusdẽ; sed si immineret periculum vitæ, & alibi tuta non esset, tam quo ad vitam, quam quo ad honestatem, tunc durante tali causa, de licentia superiorum permittitur ingredi, accedente consensu Abbatissæ, & Monialium, & alẽda est suis sumptibus, ac modestia in omnibus seruãda; ex d. Sac. Congr. Declaratione. Sunt, & alia seruanda à Monialibus vltra prædicta, quę breuiter sunt hic collecta.

A

Ad quæ teneãtur Moniales.

Primo tenentur confiteri sua peccata, & Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ sumere semel in mense, & in omnibus festiuitatibus, & confessor earum sit maturæ ætatis, & probatæ vitæ. Conc. Trid. Sess. 25. de Reg. cap. 10. Flor. in 3. p. tit. 16. capit. 7. §. 2.

Secundò, vt dictum est, fugiant omnes conuersationes, & familiaritates secularium, cap. 1. de statu Relig. & Franc. in d. cap. 1. eod. tit. lib. 6.

B

Audiant Missam semper, & recitent diuinum officium. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 7. §. 2.

Vita earum sit remota ab omni conuersatione mundana, nec alloqui possint, nisi associatæ, vt dictum est, & habetur in cap. Diffinimus, 18. quæst. 2. cap. Periculosum, de Reg. lib. 6.

Non vtantur crinibus, sed tonsuratę viuant, cap. Si quis, cap. Clericis, de vita & honest. Cleric. Abb. in cap. Vxoratus, de Conuers. Coniug. & in Clem. Attendentes, de statu Monach. & ibi Zabarella.

Non debent habere particularia domicilia, capit. Perniciosum, 18. quæst. 2. Monasteria Mulierum sint remota à Monasterijs virorum, cap. Diffinimus, cum seq. 18. quæst. 2.

C

Monialis non loquatur cum Monacho, vel alio viro sine bono testimonio, ita nec cum illis cantare debet, in dicto c. Diffinimus, cap. In decimæ, 18. q. 2. & in d. cap. Perniciosum.

Abbatissa non alloquatur aliquem sola, sed ab alia vetula sit associata, in d. cap. Diffinimus.

Regimen Monialium fiat per viros spirituales, & honestos, non autem per laicos, qui notitiam Regulæ non habent, cap. in decima, 18. q. 2. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 7. §. 2.

Visitantur singulis annis ab Ordinarijs locorum, & possunt compelli ad obseruantiam, & statuta ipsius Ordinarij, prætérquam in exemptis; sed in illis visitatur clausura, vt in Conc. Trident. Sess. 25. cap. 2. de Reg. Vide etiam Abb. in Clem. Attendentes,

A dentes, de Reg. & Zabarella, in d.loco, cap. Cognoſcimus, 18. q.2. & cap. Qui Religioſis, ibid.

Monialis percutiens aliam Monialem, incidit in Canonem, & eſt ab Epiſcopo abſoluenda, cap. de Monialibus, de ſentẽtia excom. & abſoluitur etiam ab Epiſcopo, à quolibet exceſſu, ſecundum Abb. in d.loco.

Abbatiſſa habeat frequenter Capitulum ad minus ſemel in hebdomada, in quo Moniales exhortetur ad obſeruantiam Regulæ, & inobedientes pęnitentijs coerceantur, & corrigantur Flor. in d.3.p.tit.16.cap.7.§.2.

Pena Monialis corruptæ.

Monialis incidens in vitium carnis, (quod Deus auertat) traditur carceribus in Monaſterio exiſtentibus, & communione priuatur, vſque ad mortem, quod tunc, ſi benè fuerit diſpoſita, B pro uiatico ei traditur, cap. Impudicas, 27.q.1. Et cognoſcens carnaliter Monialem, tria ſcelera committit, Adulterium ſcilicet Sacrilegium, & Inceſtum, ſeu Stuprum, & ideo grauiter puniendus eſt. Legitur in lege Imperiali, Si quis rapuerit, uel ſolicitauerit, uel corruperit Aſſiſteriam, Diaconiſſam, uel Monacham, uel aliam mulierem religioſam uitam, uel habitum habentem, bona ipſius, uel eorum, qui huiuſmodi ſceleris communione contaminati ſunt, à Religioſo loco uendicetur, in quo talis mulier habitat pro Religioſos Epiſcopus, & Oeconomos, & Præſides prouinciarum, & officiales earum, ipſi autem capitali periculo ſubijciantur; Mulier autem ubique inueſtigetur, & cum ſuis rebus Monaſterio cautiori tradatur. Abb. in capit. Cum delicijs, de purg. Canon. capit. At ſi Clerici, de Iud. C cap. Monaſterium, de uita, & honeſtat. Cleric. & ſunt excommunicati, cap. Si quæ Virgo, cap. Eos, 27.quæſt.1.cap. Si quis rapuerit, 27.q.1. Hodie puniuntur pœna ultimi ſupplicij, ut refert Clar. in praxi Crim. §. Sacrilegium, uerſ. ſed quæro, & ibidem de Communi teſtatur.

Abbatiſſę electio quæ.

Eligitur ad Regimen earum ab ipſis Monialibus Abbatiſſa; & ſecundum antiquam conſuetudinem ſcrutinio eligebatur, & electa erat à ſuperiore confirmanda, non ſtatim, ſed paucis diebus elapſis, & tunc Epiſcopus interrogabat Moniales habentes ſcilicet uocẽ eligendi, an placeret publicari Abbatiſſam electam, & illam confirmari, & ſi omnes conſentirent, tunc publicatur, & confirmatur, ſi habuerit requiſita debita, ut in cap. fin. de elect. lib.6. ſed hodie tradita eſt forma in Conc. Trident.

Sess. 25. cap. 6. & 7. de Regul. quæ est, quod Prælatus, uel qui **A** electioni præest Episcopus, seu alius Superior, Claustra Monasterij, non ingrediatur, sed ante Cancellorum fenestellam uota singularum audiat, uel accipiat in reliquis seruentur singulorum ordinum, uel Monasteriorum constitutiones, & per uota secreta fiat, & eligentium nomina nunquam publicentur, nec liceat alicui supplere absentium uota; & quæ plura uota habuerit, confirmatur, dummodo habuerit debita requisita secundum antiquam eorum consuetudinem quæ pariter in viridi obseruantia existat, & si mos esset vt Abbatissæ benedicerentur, tunc illis benedictionibus solitis poterit benedici, secundum ritum ab Ecclesia probatum, & qualibet die poterit benedici. Abb. in Clement. Attendentes, de statu Monach. nu. 14.

Conditiones Abbatissæ tales erunt secundum Concil. Tri- **B** dent. in d. Sess. 25. cap. 7. de Reg. & capit. Sanctimonialis, 20. quæst. 1.

Primò sit in ætate legitima 40. Annorum, vel ad minus 30. et fuerit ad minus per octo annos professa, & benè, ac semper laudabiliter uixerit in Monasterio.

Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem Monasterio ex alio eiusdem Monasterij ordinis eligi possit, cap. indemnitatibus, de elect. lib. 6.

Secundò sit nata de legitimo Matrimonio, Glos. in cap. Indemnitatibus de elect. lib. 6. in verbo, Canonum, & ibi. Ioan. Andr. Domin. & Franc. & Felin. in Margar. in verbo, (Abbatissa,) & non potest per Episcopum dispensari. Card. in d. Clement. Attendens, §. Statuimus, Felin. in cap. Meminimus, **C** de Accusat. num. 6. licet Archidiac. in cap. Quam sit, 18. quæst. 2. teneat, quod non possit dispensare. Hodie extat Constitutio Sixti V. qua cauetur, quod nullo modo tales eligantur, sed Greg. XIIII. reduxit ad uiam Iuris, & Congr. Reg. solet in similibus hodie dispensare.

Quolibet triennio noua eligitur in Italia, ex Constit. Gregor. XIII. Exposcit, numero 34. & ex Nicolao V. Vidimus etiam seruari, ut in quolibet anno nouiter uota exposcantur, secundum Regulæ ordinem. Corrupta non est eligenda, nec Episcopus potest dispensare, capit. Iuuenculas, 28. quæstione 1. capit. Virginibus, cum Glos. 27. quæstione quinta, Felin. in capit. Vt si Clerici, §. Adulterium, de Iud. Cardin.

ind.

A in d.Clem.Attendentes, §.Statuimus, Pelag.lib.2.cap.83.tenet, quod debeat esse Virgo, cum Virginibus præesse debeat, & ad Virginitatem hortari alias teneatur. Viduæ solent eligi in Abbatissas, sed non consecrantur, ut dictum est, cap.Tuam, de ætate & qualita. Archid.in d.cap.Iuuenculas, Hugo in c.Acutius, dist.26.Flor.3.p.tit.2.cap.2.

Nulla pro duobus Monasterijs in Abbatissam, Priorissam, vel quoquo nomine Præfectam eligatur. Et licet Monasteria fuerint contigua, & ad inuicē conuersentur, tamen fieri non debet, immo prohibenda est talis conuersatio ad euitanda scandala cap.diffinimus, 18.q.2.ex Conc.Trid.Sess.25.c.7.de Reg.ex Const.Greg.XIII.Exposcit, num.34.

Ex Conc.Trident.Sess.25.cap.6.ita dicitur: In electione Su-B periorum quorumcunque, Abbatum temporalium, & aliorum officialium, ac Generalium, & Abbatissarum, atque aliarum Præpositarum, quo omnia rectè, & sine ulla fraude fiant, inprimis Sancta Synodus districtè præcipit, omnes supradictos eligi debere per uota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.

In cap.7.ita dicitur: Abbatissa, & Priorissa, uel quocunque alio nomine Præfecta, uel Præposita appelletur, eligatur non minor Annis quadraginta, & quæ octo Annis post expressam professionem laudabiliter uixerit. Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem Monasterio, ex alio eiusdem ordinis eligi possit; Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præest, uideatur, ex ijs, quæ in eodem Monasterio annum trige-C simum excesserint, & quinque saltem annis post professionem rectè uixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiente eligatur; Duobus uerò Monasterijs nulla præficiatur; & si qua duo, uel plura quocunque modo obtinet, cogatur, uno excepto, intra sex menses cætera resignare; Post id verò tempus, nisi resignauerit, omnia ipso iure uacent; Is verò, qui electioni præest Episcopus, siue alius Superior, Claustra Monasterij non ingrediatur, sed ante Cancellarum fenestellam uota singularum audiat, uel accipiat; in reliquis seruentur singulorum Ordinum, uel Monasteriorum Constitutiones.

Necnon sit bonorum morum, ac bonæ uitæ, vndè non eligitur inobseruans suæ Regulæ: nam, quę ipsa despicit, alias docere non potest, cap. Si quis Abbas, 18.q.2.

Quæ etiam uel superba, uel incauta, uel non casta, uel immisericors, uel indiscreta est, uel ebriosa, talis non eligatur: nam cuncta hæc summopere detestanda sunt uitia ut in d. ca. Si quis Abbas. A

Illa ergo, quę tales conditiones habuerit, seruato modo præmisso, electa confirmatur, & accipit per talem confirmationem præeminentiam, & dignitatem super omnibus alijs Monialibus, cap. Indemnitatibus, Felin. in cap. Meminimus, de accusat. num. 7.

Tale officium Abbatissatus, non habet Claues, nec ordinis, nec potestatis; sed tantum potest corrigere Moniales sibi subditas delinquentes, per correctionem salutarem: ad pœnam autem infligendam progredi non potest, nisi habuerit id ex priuilegij concessione vel consuetudine, ita etiam nec excommunicare, nec absoluere potest; præcipere tamen potest sub dictis pœnis. Abb. & Felin. in cap. Dilecta, de maior. & obedient. D. Thom. in 4. distinct. 19. Artic. quarto, distinct. 25. quæst. 2. Artic. 15. B

In Matutinis habet facultatem legendi Euangelium, at non in Missa, nec prædicare publicè, nec docere, sed potest suas Moniales hortari, monere, & corrigere, sed sola cum aliquo loqui non debet, nec potest mittere Moniales, ut solæ loquantur, cap. diffinimus, 18. quæst. 2. Florent. 3. par. titulo 16. cap. 7. §. 2.

Conceduntur Monialibus vtensilia ad vsum communem accomodata. Abb. in cap. Cum dilecta, cum glos. de Rescript.

Colligitur à Flor. in d. tit. 16. cap. 7. §. 7. Quod Abbatissa regulariter nil potest de his quæ ad ordinem pertinent, veluti benedicere aquam, aut alia paramēta, & similia, nec confessiones audire, Pœnitentias Sacramentales imponere, aut aliquem actum Sacramentalem exercere, ut in cap. Noua, de pœnit. & similia, ut ibi. C

Abbatissæ officiū. Vndè eius officium erit, curare omni suo conatu, ut Clausura seruetur, & quod ostium, diu, noctuque clausum sit & Claues soli ipsi sub custodia tradantur, eo quod sub harum custodia Thesaurus cęlestis conseruetur, quas si alicui contigerit Moniali per eam committi, non nisi fideli ac Deum timenti committantur.

Prouideat, ut omnis negotiatio, omnisque tractatus & com-

A mertia Monialium cũ ſecularibus, ac alijs quibuſuis perſonis; arceantur. Faciat (quantum in ſe eſt) ut Conſtitutiones Superiorum, ac Regulares obſeruantiæ, uota ipſa, & cætera, quæ ad earum officium, honeſtatem, ac ſalutem ſpectant, obſeruentur.

Quęlibet Abbatiſſa ſemel ad minus in hebdomoda omnium Monialium audiat culpas in Capitulo & illas tunc hortetur ad ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Prouideat pariter, ut Nouitiæ inſtruantur in lege Domini, & vt iiſdem Magiſtra tradatur idonea. Curet tandem, ut ſeruetur omnia quæ iam declarata ſunt, & perpendat, quod Dominus de eius manibus exquiret ſalutem ſuarum Monialium, quas ipſa regere, docere, & in viam Domini dirigere debet. Hæc ex B Flor. in d. loco, & ſimilia.

De Conditionibus Abbatiſſarum. Vide Gloſ. & Doct. in d. Clem. Attendentes.

Vtuntur illis ueſtibus Abbatiſſæ quibus, & aliæ Moniales, ut non differant in habitu, cap. Quia ingredientibus, de teſt. Et hæc de Regularibus dixiſſe ſat ſit.

DE SOCIETATIBVS.

Societates quæ permittantur; & qualiter erigantur; & quibus legibus regi debeant. Cap. V.

C IN vltima parte huius primi libri, aliquid de Cõfratribus tractandum fuit, ne diminutum opus appareat, licet extra omnem operis diuiſionem in ultima parte huius primi libri collocetur.

Societates, ſeu Cõfraternitates ſunt quædam Congregationes plurium perſonarum ad cultum Diuinum ordinatæ, idque auctoritate Superiorum; unde non eriguntur tales congregationes ſine licentia Superiorum, & ex cauſa, ueluti ad ſeruiendum Deo, & ſubueniendũ pauperibus, Gloſ. in cap. Si qui Clerici, 2. q. 1. c. Si quis deſpiceret, d. 42.

Qualiter ordinentur et permittãtur Societates.

Ad ſtatum eorum iſta requiruntur.

Requiſita ut Societates ſint legitimæ.

Primò quod talis Societas ſit erecta à Superiore habente facultatem ordinariam, uel delegatam, quia Conuentus perſona

rum est prohibitus, c. 1. de Relig. dom. lib. 6. Felin. in cap. Acce- A dentes, de præscript. Abb. consf. 55. lib. 1. Bart. l. 1. ff. de Colleg. illicit.

Indè reprobatæ fuerunt Societates inhumatorum, qui non sunt Religiosi, nec de Societate probata. Abb. cons. 55. lib. 1.

Puri laici, qui ad inuicem se congregant sicuti faciebāt Christiani in primitiua Ecclesia, possunt priuata Collegia, & domos constituere sine auctoritate Episcopi, & sine Ecclesia, sed non possunt retinere oratoria priuata, uerum si publicè illa habere desiderant, & congregare, & celebrare, tunc requiritur auctoritas Episcopi, secundum Abb. in cap. fin. de Relig. dom. & ibi Felin. in cap. Accedētes, de prescript. Abb. in cons. 55. lib. 1.

Secundò, quod causa ob quam fit talis Congregatio, sit honesta, & rationabilis, ut pro exercitio Christiano, pro alendis B pauperibus, & ad alias pias operationes. Archid. in cap. Non exemplo, 26. quæst. 2. Felin. & Abb. in d. cap. Accedentes.

Tertiò dum recipitur aliquis in eorum Cōgregationem fiat intuitu pietatis, remoto quouis pacto lucri, uel interesse huius mundi. Illud conceditur accipere, quod pro eleemosina datur ad opus pium expendendum, & ad vsum pauperum, de licentia superiorum, Archid. in cap. Non exemplo, 26. q. 2.

Quartò quod eorum statuta sint honesta, & pia, confirmata à Superiore. Bartol. l. sub prætextu, ff. de extraord. crimin. Flor. 3. p. tit. 20. cap. 6. Syluest. in uerbo, Collegium.

Quintò si habuerint bona stabilia, uel mobilia, de illorū administratione, tenentur singulis annis reddere rationem administrationis Episcopo loci, quamuis tales Societates sint pri- C uilegiatæ; Sic Episcopi cognoscere debent, an ea omnia ad cultum diuinum instituta sint, & ad animarum salutem, & ad pauperes sustentandos, iuxta Sacrorum Canonum instituta & illa exequantur. Flor. 3. part. tit. 20. cap. 6. Conc. Trid. Sess. 22. cap. 8. & 9.

Sextò in similibus Congregationibus tollendæ sunt omnes commessationes, & confabulationes, quia vt dictum est, institutæ sunt ad cultum Diuinum augendum ad beneficium pauperum, & ad pia opera, & Concil. Trid. Sess. 22. cap. 8. modicam refectionem panis, & vini, Sacra Congr. Regularium concessit illis, qui in aliqua sancta operatione pro ea die laborauerint.

A Nec mendicare permittitur, nisi pro sustentatione pauperũ, sic quæstores omnes sunt remouendi, ex Conc. Triden. Sess. 21. cap. 9. de Reform.

Si tales Societates tollerentur, tunc bona eorum Superiori applicentur tamquam uacantia.

Ita fuit seruatum in extinctione Collegij, Templariorum. Felin. in cap. Cum dilecta, de Rescript. & in Marg. in verbo, Collegium, Abb. cap. Recolentes, de statu Monachor.

DE HOSPITALARIIS.

B *Qui dicantur Hospitalarij; eorum conditiones, & officium. Cap. VI.*

Hospitalarij in duplici sunt differentia, quidam promittunt obedientiam, & castè uiuere cum vxoribus, & illa mortua aliam non ducere, & proprium non habere, tales Religiosæ personæ appellantur largo modo, sed propriæ Religiosę non sunt, nisi habuerint aliquam Regulam approbatam, cap. Nulla, dist. 94. & Flor. 3. par. tit. 16. cap. 2. §. 4.

Alij sunt, qui hospitalia regunt, sine vlla promissione certi modi uiuendi, & tales Religiosi nullo modo nũcupantur. Flor. in d. cap. 2. §. 4. tit. 16.

C Qui ad Diuinum officium non tenentur, nisi hospitale habuerint in titulum beneficij, ex eod. Flor. in 3. p. tit. 2. cap. §. 7.

Tales Hospitalarij in distributionibus de eleemosinis faciendis seruent laudabiles Consuetudines, & eorum Cõstitutiones dispensandi, ita, ut Charitas Dei, non suiipsius commodi seruetur, inde modus in loco, tempore, & qualitate seruanda, est ex eod. Flor. tit. 11. cap. 2. §. 8.

Conditiones Hospitalarij. Ad tale officium non eligantur, nisi viri in charitate perfecti, patientes, benigni, mites, misericordes, & ætate maturi, & ante omnia timentes Deum. quia Domui Dei, & eius pauperibus pręsunt; penes se nullam mulierem retineant, nisi vxorem bonæ conditionis, ac bonæ, & honestæ uitæ, ne Domus Dei fiat malorum hominum prostibulum, ex eod. Flor. 3. p. tit. 11. cap. 1. §. 1.

Circa Infirmorum cuſtodiam tria obſeruare debent: Primũ ut debita ſacramenta Eccleſiæ illis miniſtrentur; Secundũ ut neceſſaria ad uictum ſuppetant; & quæ à medicis ordinata fuerint diligenter exhibeantur; Tertiũ vt hortẽtur ſæpè infirmos ad patientiam; dicentes illis cum Ambroſio, de pęnit. diſt. 1. quod nocet corpori iuuat ſpiritum, & ægritudo carnis peccatum expellit, & patienter debent cum eis condolere, ex Flor. cap. 2. tit. 2.

Circa pauperes ita uigilent, ut debitum obſequium in victu & potu quotidie præſtetur, & paruulis lac à nutricibus præbeatur; & ſecundum hoſpitalitatis inſtitutũ ita quilibet ſuo fungatur officio, vt dictum eſt à Saluatore noſtro: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis; ex eod. Flor. in d. 3. par. tit. 2. cap. 2. §. 7. & §. 1. diſt. 42.

Vnde Epiſcopi quibus cura hoſpitalium eſt commiſſa, ut in cap. Quidam, 18. q. 2. omni diligentia curẽt, vt hoſpitalarij cogitẽt ſe huic officio tanquã in obſequio Monaſterij eſſe aſcriptos. Ita vt fideliter, deuotè, & charitatis zelo cuncta peragant.

Hoſpites & peregrini ſeruent pręceptũ domini ut comedãt, & bibant quę illis præbentur, ſed nõ iuſſit eis ut dominos de domibus ſuis eijcerent, & bonis ſuis ſpoliarent; non facili inuenietis, qui tales hoſpites libenter ſuſcipiant, Mus in pera, ignis in ſinu, ſerpens in gremio male ſuum remunerant hoſpitem: Tales inueniatis uobis hoſpites quales vobis eſſe vultis. Hęc ex cap. 1. §. Ad hæc. 13. q. 1.

Sint ergo Hoſpitalarij ad omnes abſque diſtinctione, pij inquirẽtes quomodo Abraham hoſpitalem ſe circa omnes oſtendebat: uide in cap. Quieſcamus, diſt. 42.

Finis primi Libri.

A # DE MAIESTATE MILITANTIS ECCLESIAE

Liber Secundus.

De Bono Regimine Temporali. *Cap. I.*

MAIESTATEM ac excellentię magnitudinē militātis Ecclesię Catholicę, illam esse fatemur, quę personarum differētias, officiorū atque ordinum gradus, prudentissimè sapientissimeque dispositos demonstrat.

Maiestas Ecclesiæ quæ.

B Plures enim sunt actiones ad finē salutis ordinatæ quæ vt eo expeditius, ac diligentius perficerentur, eo ordine, taliq; forma cunctæ erant dirigendæ. Quod quidem tantum Reipublicę Christianæ expedit, ut eo ordine omisso, quid magis saluti conueniat, quidve præstantius in hoc seculo sit, ignoretur. Propterea Regina Saba Salomonis sapientiam admirata fuit, vt in 3. Reg. 10. eo quòd innumeros personarum gradus, quibus ille in suo regno vtebatur iuxta singulorum officium, & ordinem exactissimè dispositos undique perspexisset. Ideò, quæ Dei sunt ministeria, eo maiori erant ordinanda successu; Nam in Ecclesia consulendum erat humanæ imbecillitati, cui, non vnius tātum ministerio, sed plurium erat subueniendum: Inde Dominus mādauit Moysi Num. 2. vt acciperet in eius adiutorium septuaginta seniores populi, quorū auxilio, quæ ab eo erant ordinata complerentur. Hoc idem postulat ratio, ut plures quoq; sint in præceptis Domini cooperatores, ut uia salutis accedētibus pateat; & diuinus cultus augeatur; Apost. 1. Corint. 12. idem confirmat (dum dicit) quod Dominus diuisiones gratiarū fecit, ita vt in vno spiritu alijs, & alijs diuersæ sint concessæ gratiæ; uelu ti interpetrationum, sapientię, uirtutum, miraculorumque, & similium. Ex hoc itaque ordine iam pręmisso, Pulchritudo, Maiestas, & excellentia ipsius Ecclesiæ demonstratur, dum varia varijs

Plures grad⁹ personarū Institutos esse ī Ecclesia Militanti.

C

rijs

rijs ascribuntur officia, vt sic vnus altero sit excellentior, & diuersa virtutum illargita præmia merentibus constituantur in ea. De his gradibus legitur in Homil.15. Gregor.super Ezech. dum dicit: Cum sanctam Ecclesiam Dominus suscepit, in gradibus eius dignoscitur, quia illius gloria per eius incrementa declaratur quantum enim Sācta Ecclesia ascendendo profuit, tantum Dominus hominibus ex eius virtutibus innotescit. De his quoque gradibus Beatus Iob loquitur dicens: Per singulos gradus meos pronunciabo illum; Omnipotentem quippe Dominum per singulos gradus suos pronunciat, qui per incrementa virtutum quæ cępit, ei semper laudem suæ pietatis reddit; Si quidem gradus in cordis ascensione non essent; Psalmista non diceret; Ambulabant de uirtute in virtutem; nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, quando vnaquęque virtus qua si quibusdam gradibus agitur, & sic per incremēta meritorum ad summum perducitur. Hæc ille. Vnde dicitur quod Deus tanto largiora munera tribuit, quanto per ea religionis suæ dignitatem uiderit ampliari. Ampliatur enim Ecclesia dum plures personarū differentię, officiorūq; gradus in ea constituuntur, eo quod ad finem salutis non vnico medio cōducimur omnes. At Resp. Christiana Ecclesia nempè militans, plurium hominum, diuersarumq; potestatum continet statum, Clericorū scilicet & Laicorum, nō secus ac duo latera unius corporis uel quasi duas substātiales hominis partes, Animę scilicet & corporis, spiritualis, & terreni actus; Ideo quæ spiritualis vitæ sunt, Clericorum, ac Religiosorum officia, & ordines designant, de quorum statu in superiori libro diximus: Temporalis autē potestas laicis fuit demandata; Hæc figuratiuè leguntur in 3.Reg.7.quod Salomō duas aureas statuit columnas in porticu templi, ad designandū duas huius sęculi potestates, spiritualem vtiq; ac tēporalem, quibus Christiana Resp. fulciretur, & regeretur; Hinc exordium habuere tum Pontificia cū ēt Regalis potestas. Licet aūt huius mundi regimen diuersimodè varijs in tēporibus fuerit, Diuino Numine permittente, dispositum, tñ, vt cuncta suo ordine exarentur, ab illo exordiemur principio, quo ipsemet Deus legem dedit Adam, & illum delinquentem eadem lege puniuit. Tunc enim vsq; ad Noe formale regnum non viguit, nā populus, & sic personarum gradus (qui ad verum regnum requiruntur Prouerb.14. in multitudine populi dignitas regis) decrant; Hæc, &

Ecclesia continet plures hominū status.

Temporalis potestatis prīcipium.

A B C

cætera

A cætera quæ formale postulant regnum, aderant, ut ex Turrecr. lib. 1. c. 34. Tamen inficiandum non erit, quin Adam fuerit Imperator, & Rex, cum illi a Domino dictum fuerit: dominamini piscibus maris, & volatilibus Cæli; Hoc idẽ autumãdũ est & de Cain, qui primus cœpit ædificare, & inuentor fuit ponderum, ac mensurarum, & sic de alijs, de quibus Epiph. in Pana. latè disserit. Post diluuium uero Noe Patriarchis, & Sacerdotibus populi regimen commisit; licet Mart. Laud. in tract. de Princ. in principio asserat, quod ante diluuium Dominus Deus suo, non hoīs alterius ue regis ministerio iustitiam ministrauerit, nec uoluerit, aut permiserit alterũ dominari, his uerbis: Principes sunt ministri Dei in terris, & omnis Iurisdictio translata est in Papã; cap. Licet, de foro comp. ubi Innoc. Hostiens. & Io. Andr. nota B biliter tenent, quod Deus creauit in principio Cælum, & terrã, & omnia quæ in eis sunt; Angelicam & Humanam naturam, spiritualia, & temporalia ipsa, per seipsum rexit, sicuti factor solet suam rem gubernare; Præcepta dedit, & transgredienti pœnam imposuit per seipsum, scilicet Adę, & Euæ. Puniuitq; cum Cain, & alios quosdam recto modo usq; ad Noe. Hæc ille. Idẽ dixerunt Michael Volcur de Reg. mundi, & Ant. Corsett. de Pot. Reg. q. 1. Cum sacræ scripturę ueritati standum sit semper, eo magis in quibus aliunde illorum temporum ueritas sumi non potest, ideo ab eius sensu nullo modo recedẽdum erit; Vnũ illud fatendum cum Apostolo ad Rom. 13. Nõ est potestas nisi à Deo, vel ipso speciali modo instituente, aut tradente, vel permittente; Legitur aũt ꝙ potestas Regia semper cum Sacerdotio C coniuncta fuit, tam tempore Legis Naturæ, quam Legis Scriptæ, & Legis Euangelicę, vt in 1. Reg. 8. Constitue nobis Regẽ, vt iudicet nos; sicuti vniuersæ habẽt Nationes. Propterea in d. tempore Legis Naturę Melchisedech fuerat Rex, & Sacerdos. Apost. ad Hebr. 7. Iob fuit ẽt Rex, vt ipse de se dixit, cap. 29. Cũ que sederem quasi Rex circumstante exercitu eram tamen, &c. qui fuit ẽt & Sacerdos, quia sanctificabat filios suos, & offerebat holocausta pro illis ut c. 1. Tpe uerò Legis Scriptæ, Samuel Iudex fuit & Sacerdos ut 1. Reg. 7. Tpe aũt gratiæ solus summus Pontifex. Inde concluditur, ꝙ Principatus, & Sacerdotiũ origine coniuncta antiquitus uiguerunt, eo modo, quo Sacerdotium tunc uigebat. Isidor. lib. 7. Etymolog. dixit: Maiorum consuetudo hæc erat, ut Rex esset, & Sacerdos. Inde Romani Prin

Sacerdotiũ et Imperiũ quo modo fuerint insimul.

cipes Sacerdotes dicebantur, modo & in Prelatis Ecclesię eadē A institutio seruatur, qui, & ordinis, ac iurisdictionis potestatem habent, sicut in 1. lib. diximus; & quamuis Ecclesia temporale dominium modo distinctum à spirituali in exercitio habeat, vnicum tamen est caput, Papa scilicet, à quo cætera dominia dependēt. Ita Gelasius Anastasio Imperatori rescripsit. Duo sunt quippe Imperator Auguste, quibus principaliter hic mūdus regitur; auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. In quibus tanto grauius est pondus Sacerdotum, quanto ēt pro ipsis Regibus hominum in diuino sunt reddituri examine rationē. Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi posse voluntatem. Talibus igitur institutis talibusq; fulti autoritatibus pleriq; Pōtificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicarunt, ex cap. Duo sunt, d. *96.* Io. Papa B dicit: Si Imperator Catholicus est (quod salua pace ipsius dixerimus) Filius est, non Præsul Ecclesiæ. Quod ad Religionem cōpetit, discere ei conuenit, non docere; habet priuilegia suæ potestatis, quæ administrandis legibus publicis diuinitus cōsecutus est, vt eius beneficijs nō ingratus contra dispositionem cælestis ordinis nil vsurpet. ex cap. Si Imperator, dist. *96.*

Papa caput spiritualis & temporalis potestatis.

Hoc ita dispositum fuit, quia dominia quęcunq; ab Ecclesia dependent, & à Pontifice tāquam ab ipsius Ecclesię capite. Propterea Bernar. ad Eug. lib. 4. scripsit his uerbis: Quid tu demum usurpare gladium tentas? quem semel iussus es reponere in uaginam, tuus ergo, & ipse forsitan tuo nutu? etsi non tua manu euaginandus, alioquin si nullo modo ad te pertineret, & is, dicentibus Apostolis, Ecce gladij duo hic, non respōdisset Dominus, C satis est, sed meus est uterque, ergo Ecclesię, & spiritualis est gladius & materialis, sed is quodāmodo pro Ecclesia, ille uerò ab Ecclesia exercēdus, ille Sacerdotis, is militis manu sed sanè ad nutum Sacerdotis, & iussu Imperatoris. Hæc ille. Quapropter exercitium gladij tēporalis, Ecclesia laicis committit, inde nō imputatur ad peccatum, quod delinquēs ad mortem puniatur, iustitia sic iubente; ut in §. Hinc apparet, cap. De occidendis, ca. Miles, & cap. Cum minister, 23. quæst. 5.

Dominia cūcta ab Ecclesia depēdēt.

Ecclesia vtitur Iurisdictione tēporali etiā vsque ad pęnam mortis.

Nec est inconueniēs, dicere Principatum esse penes impios, ut in Ecclesiast. 10. Regnum à gente in gentem transferetur pp iniustitias, & iniurias, & cōtumelias, & diuersos dolos. August. in lib. 5. de Ciuit. Dei, c. 21. ait: Quę cum ita sint, non tribuamus

dandi

A dandi Regni, atque Imperij potestatem, nisi Deo uero, qui dat fœlicitatem in Regno cælorum solis pijs, in regnum uerò terrarum, & pijs, & impijs, sicuti ei placet, cui nihil iniustè, (& infrà) Qui dedit Mario, ipse & Cæsari, qui Augusto, ipse & Neroni, qui Vespesiano, uel patri, uel filio, suauissimis Imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo; & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino, ipse & Apostotæ Iuliano. Hæc ille.

Dum itaque Ecclesia, & spiritualem, & temporalem potestatem habet, & sic animæ, & corporis regimen sumpsit, non fuit incongruũ, ut spiritualibus, & tpalibus. Legibus, uniuersus populus regeretur; Quapp Magistratui Christiano politicas Leges ad effectum conseruandi pacē, puniendi delinquentes, unitatemque animorum inducendi, licuit cōdere, & retinere; Ideò B in Prouerb. 8. legitur. Per me Reges regnant, & Legum conditores iusta decernunt. Esai. 33. Dñs Rex noster, Legifer noster, Iudex noster, August. de Ciuit. Dei lib. 19. cap. 17. Hæc ergo cælestis Ciuitas, dum peregrinatur in terra, ex omnib. gentibus ciues euocat, atque in omnibus linguis peregrinam colligit societatem, nō curans quicquid in moribus, legibus, institutisque diuersum est, quibus pax terrena, uel conquiritur uel tenetur, nihil eorum rescindens, uel destruens, immò, & seruans, & sequens. Itaque sicuti, & Leges condere ad finem honesti, & boni, conuenit, ita, & licere in Religione Christiana pro bono publicæ, pacis, criminosos debita pęna punire; Cyrillus ait lib. 2. in Ioan. cap. 35. & Apostolus ad Roman. 13. Si male egeris, time, nō enim sine causa gladium portat, minister enim Dei est. C Hieron. in cap. 22. Hieremiæ. Homicidas ait, & sacrilegos, & uenenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 21. Nequaquam contra hoc præceptum fecerunt quo dictum est: Non occides, qui personā gerentes publicæ potestatis, sceleratos morte punierunt.

Iudicium temporale nō iudicat de Religione.

Tandem politica disciplina non discrepat à spirituali, in hoc tm̃ differunt, quod temporale iudicium de Religione non iudicat; immò Magistratus secularius sacris Constitutionibus subiacet, ut inquit Chrysost. in Homel. 33. Si dux quispiam si Consul ipse, si is, qui diademate ornantur, indignè adeat, cohibe, & coerce, maiorem tu illo habes potestatem.

Gelas. in epistola ad Anastasium ait: Nosti fili clemētissime, quod licet præsideas humano generi dignitate rerum tpalium,

tamen

tamen præsulibus diuinarum, deuotus colla submittis, atq; ab A eis causas tuæ salutis expectas. Nosti itaq; inter hæc ex illorũ te pendere iudicio non illos ad tuam redigere posse voluntatem. Hæc ille. Quin immò ad secularem potestatẽ pertinet Ecclesiasticam libertatem, & immunitatẽ conseruare, & defendere, qua de causa felicitatẽ & exaltationem Christianorũ Principũ illis solummodo Religio Christiana concessit. Ideo Romanũ Imperiũ dũ erat ea fide imbutum, per totum orbem fuit diffusum. Ita legitur in Cõc. Calced. in 6. Synodo Agath. & in Act. 4. in fine, & 7. Cõc. generali ad Cõstant. & Io. Papa Imperatori, in Cõc. Rom. Martini I. pręsidente ad Imperat. Cõstant. leg. his verbis: Solet enim vna cum orthodoxæ fidei statu Resp. florere, ac vestra potestate merito subiugabit. & in Conc. Tolet. Imperatore Theodosio Papa dicit: Multa terrarũ regna cælestia iracundiæ B ira permutauit, vt per impietatem fidei, meum & alterum ab altero solueretur in Conc. Aquisgran. tpe Ludouici Imp. Magis Christianum regitur ac propagatur Imperium, dum Ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quarũ in parte quacũq; terrarum pro temporali pugnatur. Ex quibus perpendimus, politicũ regimẽ bonũ, & licitũ esse in Christiana Religione, & dũ spirituali principatui subiacet, & cũcta in unitate animorũ & in pace diuina quiescunt, & talis dr̃ pręcipuus regendi modus, qui in Monarchia residet; Plures aũt sunt regendi modi, ſm Ægid. Rom. & D. Tho. de Reg. Princ. quoddam vocatur ſm Arist. in Polit. Policraticũ, seu Politicũ, & hoc est, dũ finis regiminis respicit cõe, & uniuersale bonũ, & ideo sunt distincta dominia, ut cõe bonũ conseruetur. Cõtrariũ huic est illud, quod respicit tm̃ C particulariũ personarũ commodũ, ut si iuxta meritum præmia & honores, non darentur, tale regimen nuncuparetur Democraticum, quod detestabile est, adeò, ꝙ finis boni regiminis est cõe, & uniuersale bonũ, ad hoc enim perficiendũ, inuestigandũ erit quod magis Reip. uniuersitati fidelium expediat, an à populo, uel Rege gubernari; dum antiquum Romanorũ regimen intuemur, ſm diuersitatẽ temporũ, ita & diuersi fuerunt seruati regendi modi, si tpa post exactos Reges cõsideremus, ad populũ spectabat Imperiũ; deinde crescẽti populi numero, cũ perdifficile esset oĩa ad populũ deferre negotia, ad Senatores fuit delata potestas, uiros. s. prudẽtia, & sapiẽtia pręditos, & tale ab Aristotele Magnatũ regimẽ nuncupatur, quasi bonorũ uirorũ principatus,

Felicitas secularium potestatũ est tueri Religionem Christianam.

Plures modi regendi.

Democraticum regimen.

Quomodo magis Expediat populum regi.

A cipatus, qui si non debito fine perspecto iudicauerint, oligarchicum uocatur quasi malorum hoīum regimē, ut in l. illicitas, §. potētiores, ff. de off. pręsid. 3. qñ Cæsar Dictator occupauit Imperium tunc ad unius tm̄ potestatem omissis alijs, fuit delatum dominium, ut in l. 1. §. nouiss. ff. de leg. Aristoteli Regnū appellatur, dum imperans fine debito utitur, si secùs autem, tyrannicum, ideo primus modus dr̄ bonus, secundus melior, tertius optimus, qui Monarchicus appellatur ac excellentior, uidetur, & præstantior alijs; Vnde Philo. in lib. de confusione linguarum, inquit: Multis imperitare malum est, Rex unicus esto, nō ad Ciuitates, & homines pertinet magis, quam ad mundū & Deum.

Oligarchicum quale.

Monarchia optima.

B. Iustinus in oratione exhortatatoria ad Gentes ait: Vnus enim principatus à bellis dissidijsq; solutus ac liber esse solet.

B Athanas. in oratione aduersus idola: Multitudo Deorū nullitas est Deorum; ita quoque necesse est, multiudinem Principum id efficere, vt nullus esse Princeps videatur, vbi autē Princeps non est, ibi prorsus disturbatio nascitur.

Hieron. in epist. ad Rusticum: Vnus Imperator, Iudex vnius prouincię Romanę, condita est simul hr̄e duos reges nō posuit.

Hoc idem Plato confitetur in Politicis, dum dicit: Vnius dominatio bonis instructa legibus, lex illarum omniū optima est, gubernationem verò eam in qua non multi imperant mediam censere debemus, cæterum multorum administrationem videlicet in nobis debilem atque infirmam.

Arist. in li. 8. Eth. c. 10. ista adiecit verba, postquā numerauit tres formas regiminis subiungens dixit loquēs de Monarchia;

C Harum optima Regnum Resp. est. Seneca lib. 2. de Benef. Cum optimus Ciuitatis status sub Rege iusto sit. Plutarch. in Moral. opusc. Si optio eligēdi cōsona fuerit, nō aliud eligas quā unius potestatem. Idem dicit in Solone una aūt superesse ratio uidebatur ad salutem, & quietem, si res delata ad dominū esset. Colligitur ēt per allegata à Bellarmino in tomo 1. de Rom. Pontifici à c. 1. usq; ad caput 9. ꝙ etiam ex Dei obseruatione Monarchia regendus est populus, nam Principes Hebræorum fuerūt Patriarchæ, Abrahā scilicet Iacob, Iudas, & alij, deinde Duces, ut Moyses, Iosue, Iudices, ut Samuel; sic de alijs Regibus ut de Saul, Dauide, Salomone, & similibus Abraham gessit bellum aduersus quatuor Reges Gen. 14. Iudas adiudicauit igni nurum suam ex stupro commisso, Gen. 38. de Moyse plura leguntur in

Exod.

Exod. 32. sic populus Dei vnico ab eo dato Rege gubernabatur. Adducit etiam rationes q Monarchia præfertur alijs, & primo ratione ordinis, nam ordo est; vt inter homines seruetur ordo, ita vt non oẽs pares sint, sed vnus alio sit maior, & subijciatur alteri. Secũdo, rõne finis, nã pax facilius conseruatur Regno vnito quã diuiso: quia sub vnitate viget. Tertiò efficitur fortius regnum, eo quod virtus vnita magis operatur. Quartò, ratione stabilitatis, & durationis, omne enim Regnum in seipsum diuisum, desolabitur, Matth. 12. ideo Monarchia Assyrorum durauit vltra 300. annos, & ita per plura discurrit exempla. Attamẽ inficiando non erit, quin, & regimen quod temperatum dicitur sit laudabile, quod non spectat ad populum nec ad Regem absolutè, sed inter electos Senatores aliquis Princeps constituitur, qui omnibus imperet, & nulli Senatorum subijciatur; ita Dominus populum suum gubernare ordinauit. Exod. 18. Electis viris strenuis de cuncto Israel constituit eos Principes populi, Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios & Decanos, qui iudicabant plebem omni tempore. De his etiam uide D. Tho. 1. 1. q. 103. Art. 3. & lib. 4. cont. Gent. cap. 76. & de Regim. Princ. & etiam Ægid. Bart. autem in tract. de regim. nu. 15. ita videtur conciliare contraria, diuidit enim, ciuitates in tres gradus magnitudinis; Primus gradus magnitudinis est, q. a expedit gubernari à populo, qui difficile posset suis sumptibus sustinere Regẽ, & talis modus videtur ẽt aptior ad sedandas seditiones si quæ inter ipsos orirentur, dummodo certi homines, nõ tñ potentes ad regimen assumerentur; in Secundo verò gradu laudat temperatum dominiũ, quo in Italia utuntur Veneti, de quo Barbat. in cons. 46. lib. 1. Tertius aũt gradus designatur, dũ plures Ciuitates, & populorum maxima frequentia monarchico regimine quid magis expedit gubernatur & hoc in Ecclesia Dei seruatur, ex quo à Summo Pontifice Monarcha in toto orbe regnante, illa regitur & gubernatur, sic non penes populum, nõ Principes seculares, nec potissimũ penes Principes Ecclesiasticos, s. Episcopos regimẽ residet, sed penes ipsũ Summũ Põtificẽ Romanum, ita exactissimè inter nouissimos prędictus Illustr. Bellarminus in d. l. 1. de Rom. Pont. in c. 8. & 9. & seq. cõ cõcludit aũt hac differẽdi facultate, qualis sit melior horũ & excellẽtior modus regẽdi, & ita cõcludẽdũ erit qđ (nemine cõtradicẽte) ille qui pręcipuus sit ad debitũ finẽ cõsequẽdũ & aptior. Ita ut

Temperatũ regnũ quale.

Monarcha oĩum Principũ Papa.

Quale regimen sit melius.

A Ita vt commune bonum, veluti præmia, honores, & bona merentibus & delinquentibus pęnæ (nulla personarũ qualitate inspecta) distribuantur, & cõseruentur, ille inquã omnibus alijs præstat, & excellit; Ita dicit August. in epistola 10. ad Maced. dum ait: Non frustra sunt instituta potestas Regis, & cognitoris Ius, vngulæ carnificis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiam boni patris; habent omnia ista modos suos, causas, rationes, vtilitates, hæc cum timentur & mali coercentur, & quietius inter malos viuunt boni, 23.q.5.

Idem Augu. Bonif. Comiti epist. 50. Quomodo ergo Reges domino seruiunt in timore, nisi ea quæ cõtra iussa Domini fiũt, religiosa seueritate prohibendo atque plectẽdo, aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiam & Rex est, quia homo est, ei B seruit viuendo fideliter, quia verò etiam Rex est, seruet leges iustè præcipientes, & contraria prohibentes, & conuenienti vigore faciendo, ex c. Si Ecclesia, 23. q.4. in fine.

Hieronym. super Hierem. ad cap. 22. ait: Regum officium est proprium, facere iudicium, & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos; & peregrino, pupilloque & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Et vt curam eis pręceptorum Dei maiorem inijceret, intulit (Noli te contristare) ut non solum non eripiatis, sed ne patiamini quidem per uestram conniuentiam ab alijs contristari (& sanguinem innocentem non effundatis in loco isto) Homicidas enim sacrilegos, &c. (& post pauca) Si inquit hæc feceritis ò Reges Iuda, tenebitis pristinam potestatem 23. quęst. 5. cap. Regum of C ficium; Quapropter satis perpendimus quale sit regis officium, iusta scilicet præcipere, & illicita prohibere, de quibus latius infra de Imperatore dicemus. Quibus uerò insignitus esse debeat qualitatibus qui regnaturus est, audi Gregorium in ca. Petrus, dist. 39. ita dicentem: Petrus Diaconus quem à uobis electum asseritis, omnino (ut dicitur) simplex est, & nostis, quia talis hoc tempore in regiminis arce debet constitui, qui non solum de salute animarum, uerum etiam de extrinseca subiectorum utilitate, ac cautela sciat esse solicitus. Sunt autẽ talium Principum nomina diuersa, & sicuti differunt in noĩe, ita & in officio, Iurisdictione, & dignitate; quapropter factum est, ut unus alio maior sit, potentior, & præstantior ne fato, uel casu uideantur potestates inductæ, sed Dei summa prouidẽtia, in cuius manu sunt om

Inter Príncipes gradus.

nia iura Regnorum August.lib.4.& 5.de Ciuit.Dei. A

Bonifacius II.in Epistola ad Eulalium, & Gregor.I.ad Episcopos Galliarum lib.4.cap.52.de quo in c.Ad hoc, dist.89.dicit his uerbis: Ad hoc dispensationis diuinæ prouisio, gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos, ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent,& potiores minoribus dilectionem impenderent, uera concordia fieret; & ex diuersitate contextio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim uniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus causam differentiæ ordo seruaret; Quia uerò quæque creatura in una eademque qualitate gubernari, uel uiuere non potest, cælestium militiarum exemplar nos instruit,quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli,liquet,quia non sunt æquales,sed in potestate,& ordine(sicut nostis) differt alter ab altero. B

Temporale dominium præstat obsequium Sacerdotio.

Talis itaque ordo, in temporalia etiam distributus est iudicia: Nam loco Patriarcharum positi sunt Reges, Archiepiscoporum duces, Episcoporum inferiores ueluti Marchiones, uel Comites,ut supra de Episcopis dictum fuit; Et quamuis in Ecclesiasticis personis sit potestas Iurisdictionis,& Ordinis,ita ut superuacaneè temporale dominium uideatur inductum: tamē temporalis etiam potestas reputatur necessaria ad regimen vniuersalis Ecclesiæ,quia obsequium præstat Sacerdotio. Gregor. X.ad Hermannum Episcopum,lib.7. Epist.2.dicit: Quis dubitet Sacerdotes Christi Regum, & Principum omniumque fidelium patres,& magistros censeri; Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur,si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere, à quo credit non solum in terra, sed etiam in cælis se ligari posse, & solui? dist.96. Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imperatorem, de qua in cap. Cum ad verum, dist.96. declarat his verbis: Cum ad verum ventum est, vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vsurpauit, quoniam idem mediator Dei,& hominum homo Christus Iesus sic actibus proprijs, & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, nō humana superbia,rursus in Infernum demergi,vt & Christiani Imperatores pro ęterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu tempo C

ralium

A ralium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterentur, quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus, & ideo militans Deo, minime se negocijs sæcularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negocijs sæcularibus implicatus.

Isidorus in lib. 3. Sentent. de Summo bono, cap. 13. dixit: Principes seculi nunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eamdem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant; Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt, quod non præualet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat, per disciplinæ terrorem; Sæpè per regnum terrenum, cęleste regnum proficit, vt qui intra Ecclesiam positi, contra fidem, & disciplinam Ec-B clesiæ agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ humilitas exercere non præualet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat, & vt, venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscant principes sæculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiã, quam à Christo tuendam suscipiunt; Nam siue augeatur pax, & disciplina Ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit. 23. quæst. 5. cap. Principes.

Ecce, quomodo spiritualis, & temporalis potestas conueniunt, cum temporalis in obsequium spiritualis sit ordinata. August. super Ioan. tract. 2. ad cap. 3. Intendat charitas vestra, quid dicam: quia hoc pertinet ad Reges seculi Christianos, ut C temporibus suis pacatam uelint matrem suam Ecclesiam habere, unde spiritualiter nati sunt.

Iustum Regnum ab Ecclesia dependet.

Qui extra Ecclesiam dominium occupant, ueri Principes non sunt, nam ubi fides Christi deficit, ibi iustum regnum non est, olim enim ante Saluatoris aduentum, iustum erat regnum, ipso Deo specialiter ordinante, ut de Melchisedech, de Israel, & similibus, postmodum uerò semper iniustum est Regnum, quod ab Ecclesia non probatur; sic Ecclesia dicitur Regnum, & in ea sunt Regnorum Iura, & ab ea iusta Regna dependent, & talis potestas à Deo instituta fuit, permissione, approbatione finali, & effectiuè, tam ex Veteri, quam ex Nouo Testamento, ex Turrecrem. lib. 2. cap. 87. & colligitur ex ipsa scriptura, Exodi 17. & in Glossa ad dictum Apostoli ad Rom. 13. Omnis ani-

ma potestatibus sublimioribus bonis, uel malis scilicet Regibus, Principibus, Tribunis, Centurionibus, & similibus, subdita sit; Necnon ex D. Petri Apostoli, 1. Epist. cap. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis; &c. & cap. Constituimus, distinct. 96. & ibi cap. Si Imperator, cap. Displicet, 23. quæst. 4.

Cyprianus idem dicit, quòd summa à Deo nobis concessa sunt dona Sacerdotium, & Imperium, de quibus Abb. in capit. Per uenerabilem, qui filij sint legit. Oldrad. cons. 69. August. de Anc. in quæst. 36. Art. 1. & quæst. 3. art. 1. & 2. Glos. in cap. primo, de supplen. neglig. Prælat. Laudensis in tractatu de principibus. Pelag. lib. 1. cap. 36. & sequen. Inno. in cap. Licet, de foro competenti. Abb. in cõs. 282. lib. 2. Doct. in cap. Nouit, de Iud. & in d. cap. Per uenerabilem. Viuius Opinione 369. In uera autem Monarchia requiruntur tria, Diuinus cultus, sapientia, & potentia, secundum Laud. in d. tractatu de Principib. Et secundum eundem uerus Princeps magis consulet Reip. & Vniuersitati, quam priuatis personis, quia est imago Diuinæ maiestatis, propterea non debet seuire in subditos, per Alber. in d. l. decernimus. Et hæc de regimine temporali sufficiant.

Requisita in vera Monarchia.

DE IMPERATORE, REGIBVS, & Principibus.

De Imperatoris, Regum, & aliorum Principum maiestate, & statu; Deque eorum requisitis, & officio. Cap. II.

ILLA præcipua est differentia omnium Principum, quod non omnes eadem dignitate eademque Iurisdictione decorãtur, sed unus altero potestate & excellentia præstat, ut Monarchicus ordo in regimine uniuersalis orbis seruetur; Itaque ab uno dependere Rege expedit Reipub. Christianæ, ut supra demonstratum fuit, & Hieronym. ad Rusticum Monachum in epist. 4. ait: In apibus princeps unus est,

Bonum regimen est Monarchicus ordo.

Grues

A Grues unam ſequuntur ordine literario, Imperator unus, Iudex unus prouinciæ; Roma, ut condita eſt, duos fratres ſimul habere Reges non potuit; & paricidio dedicatur; In Rebeccæ utero Eſau, & Iacob bella geſſerunt, ſinguli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipresbyteri, ſinguli Archidiaconi, & omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. Hoc idem Antiquorum exemplis docemur: Adam unus in regimine fuit in paradiſo: Noe in arca unus; Moyſes unus ad ducendum populum Iſrael, unus Dauid, unus Salomon à Deo ad regimen populi ſunt deputati; eandemque regiminis unitatem, & ipſa natura ſequitur inter animalia, & in ipſa eorumdem corporum diſpoſitione; Quę latè declarant D. Tho. in opuſc. 2. quęſt. 2. de Regim. Princip. Turrecrem. in d. cap. In Apibus, Art. 4. Arnal. Alberti. B in Repetit. in Rubr. de Hæretic.

Duo autem aliquando fuerunt, ſed unus in adminiſtratione, alter in dignitate; Concluditur itaque: in una Ciuitate unus Iudex, in una prouincia unus Dux, unus Rex, & unus Dominus, ita & in uniuerſo orbe unus qui Imperator nuncupatur exiſtit; quod Michael Vlcur in tract. de Regim. mundi, in 2. parte, nu. 17. cõfirmat tribus rationibus: Primò, quia exordium omnium rerum ab vnitate proficiſcitur, ſecundum Cyprianum in tract. de Vnitate Eccleſię; Hoc idem Dominus demonſtrauit in creatione hominis; qui hominem vnum, & mulierem vnam creauit; Secundò, ratione impoſſibilitatis congregationis multitudinis, & ſocietatis humanæ, ut in §. Senatuſcõſultum, Inſtit. de Iure, nat. ideo Romani tranſtulerunt Imperium in vnum; Ter- C tiò, ut populus melius gubernetur; Addo & alias rationes, quod vnus eſt Dominus omnium inſtituendus, quod vna eſt Eccleſia, vna fides Catholica, quam tueri debemus: necnon vt eo vnitatis vinculo pax in toto orbe conſeruetur. vt Ezech. dixit cap. 37. Faciam eos in gentem vnam, & erit unus Rex omnibus imperans, & non erunt ultra duę gentes, nec diuidentur amplius in duo Regna. Idcirco Saluator noſter fuit Sacerdos, & Imperator, & illius Vicarius Summus Pontifex unus in toto mundo, unus etiam conſtitutus eſt Protector uniuerſalis Eccleſiæ filius, & Aduocatus qui Imperator nuncupatur, Docto. in cap. Omnes, diſt. 22. & l. 1. ff. de Conſtit. & l. 1. ff. de Pręfect. Prętor. Pelag. lib. 1. cap. 61. Reſtaur. de Imperat. quęſt. 4. & in quęſt. 1. concludit, quod Imperij nomen conuenit Eccleſiæ, per

Vnus dãdus eſt Rex ĩ Regno.

Vnus Imperator ĩ mundo.

Isidorum Mediolanens. de Imperio militant. Ecclesię; & Corrad. lib. 1. cap. 1. §. 1. A

Imperatoris nomen unde venerit.

Si antiquorũ monumẽta lustrẽtur, Imperatoris nomen ante Cęsaris tempora pro uniuersali Domino non erat in usu, secundum Michael. Vlcur. de Regim. mundi; sed Regum uigebat nomen, & licet differẽtia esset tantum in nomine, ita ut Rex diceretur à regendo, cap. Duo, 12. quæst. 1. cap. Regula, distinct. 3. Imperator ab imperandi uerbo, Glos. in Rubr. Procem. Digestor. tamen non eodem nomine Regum eadem potestas Imperij hodie designatur; Sumpsit autem Imperatoris nomen initium ab Augusto, quatenus uniuersalem declararet dominum; Apud Romanos sub Imperatoris nomine diuersa officia erant ordinata, ille namque sub cuius expeditione in bello decem millia hominum interijssent dicebatur Imperator, ex Appiano B Alexandrino, de bello Ciuili, lib. 12. & Cicerone in oratione de lege Manilia; Alter etiam, cui non exercitus tantum, sed uniuersi orbis erat dominium demandatum, Imperator fuit appellatus sicuti de Augusto in eius uita apud Suetonium Tranquil. legitur. Qua de re quærendum erit unde originem duxerit Imperium; secundum Bald. in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript. num. 8. principium fuit ab ense permissione diuina; nam Deus permisit à populo Romano totum orbem subiugari, qui & Imperatorem cõstituit, & in eum omnem potestatem transtulit, eundemque Saluator noster non reiecit sed potius tributum reddi mandauit, dum dixit: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, dum enim pro Cæsare Imperator designatur, hoc pariter Imperium Ecclesia confirmauit; & talis dominij succes C sio Imperium instituit, & ad Romanos Dei dispensatione illiusque populi ministerio peruenit; Glos. in Auth. Quomodo oportet Episcopos; Permissiuè propter bonum uniuersale sub ratione finis, §. quia igitur, in Auth. de instit. & ibi Bald. Hodie approbatione, quum ab Ecclesia confirmetur; sic mediatè à Deo uenit Imperium. August. de Anco. de pot. Pap. quæst. 7. Art. 2. Potestatem inquit Iurisdictionis temporalis, & spiritualis, triplicem esse, Immediatam, & deriuatam, & in ministerium; Immediatè Papæ fuit concessa potestas à Deo; Deriuatiuè Episcopis; Ministerio Imperatoribus, & Regibus.

Imperij origo.

Romæ quare sit da tus prĩcip atus.

Si de vnaquaque re (ut opus sit perfectum) differendum erit, non erit inutile inquirere, quare principatus Romę sit traditus?

Augustin.

A Auguſtin. autem in lib. 5. de Ciuit Dei, cap. 12. & 13. Tres (vt conſpicitur) aſſerit cauſas, eo quòd Romani tribus præcipuis uirtutibus pro publico cōmodo claruerunt, Amore ſcilicet ſyncero pro patria, ſanctiſſima legum traditione, & morum beneuolentia; Duo ſunt præcepta quibus Reipub. prodeſſe poſſumus, ſecundum Platonem & Cicero. in lib. 1. Officior. vnum eſt, quòd ſingularium perſonarum utilitatem reſpicit, & hoc eo ordine diſpenſatur, ut illorum commodo commune bonum amplietur, tanquam ſi omnes ſui eſſent commodi obliti; Alterum uerò quod ad totum uniuerſorum commodum pertinet, quæ quidem apud Romanos præcipua extiterunt, ut illorum hiſtoriæ declarant; Legibus pariter eorum & modo Eccleſia Catholica utitur, quibus mundus regitur, & iuſtitia adminiſtra-
B tur; Si morum beneuolentiam inſpicere cupis, audi Auguſt. de Ciuit. Dei, lib. 1. cap. 6. parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Bernard. ad Eugen. lib. 4. de præſtantia Romanorum ita ſcripſit: Quid de populo loquar? Populus Romanus eſt, nec breuius potui, nec expreſſius aperire, de tuis parochianis quod ſentio, quid tam notũ ſeculis? & ſimilia; Verum ne ab inſtituto diſcedam, omiſſis alijs ad Imperatorem conuertatur ſermo. Plura itaque tribuuntur nomina quæ illius dignitatem & excellentiam demonſtrant, ſecundum Bal. in Prooem. Digeſtor. nu. 21. l. 1. in fin. ff. de orig. iur. Reſtaur. Peruſ. de Imper. q. 2. Imperator eſt unus Princeps, maximus, optimus, religioſiſſimus, ſereniſſimus, ſacratiſſimus, inclitus, & felix. Sic quaſi primum caput familiæ principalis, & autor, cuius reſpectu alij ſunt poteſtatis
C temporalis participes, ipſe inter omnes Principes locum primum tenet, & Rex eſt, qui alios regit, Lex animata dicitur in terris, & pater legis, l. fin. C. de leg. Bart. l. 2. §. hanc actionem, ff. de Rei uend. Sot. de Iuſt. & iure, lib. 4. quæſt. 4. Art. 2.

Synonima tributa Imperatori.

Appellatur etiam miniſter Dei, & uindex eius, & ideo dantur ei arma in uindictam malefactorum, præmium uero bonorum, & Pontifici dantur claues ad excluſionem excommunicatorum, & reconciliationem pœnitentium. Laud. in tract. de Princip. q. 99. Idem legitur in ca. Nos, 2. q. 7. Necnon filius uniuerſalis Eccleſiæ, & illius defenſor, & aduocatus dicitur, ut in cap. Hadrianus, diſt. 63. Hadrianus Papa Romam uenire Carolum Regem ad defendendas res Eccleſiæ poſtulauit. Et in l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam de iactu, dicit Imperator: Ego

quidem mundi Dominus. Ambros. in cap. Conuenior, 23. q. 8. ait, Imperatorem iure suo iussisse tradi debere, utpote quod in eius potestate essent omnia; Glos. in cap. Venerabilem, de elect. cap. Hadrianus, dist. 63. Doct. in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript. Bart. in l. 1. §. per hanc, ff. de rei vend. l. hostes, ff. de capt. & postlim. reuers. A

Vocatur etiam filius Ecclesiæ & Papæ, capit. Si Imperator, dist. 96. Minister Dei, Aduocatus Ecclesiæ, & illius conseruator, defensor, & director; Inde, totus mundus illius subiacet potestati, quoad defensionem fidei, & Ecclesię Catholicæ. Innoc. in cap. 1. qui filij sint legit. Abb. in d. cap. Venerabilem, Spec. de appell. §. 3. num. 3. Bal. in d. l. bene à Zenone. Anton. Ross. de Pot. Imper. Bald. in Auth. Habita, C. ne fil. pro patre, & plura etiam à dicto Restaur. Perus. cumulantur de similibus, in dicta quæstione 2. B

Requisita ad nouam creationẽ Imperatoris.

Talis itaque verus & legitimus Imperator, non sorte, nec casu instituitur, sed modus à iure statutus seruatur; Inde Guliel. de Monte, in Clem. Pastoralis, de sententia & re iudic. num. 31. plura proponit requisita ad designandum modum acquirendi Imperium, & illius statum; Primò enim requiritur electio personæ, legitimè facta; Secundò, quod talis electio præsentetur Papæ; Tertiò, quod examinetur electio; Quartò, quod approbetur, vnguatur & consecretur; Quintò, quod ab eo iuramenta præstentur; Idem dicit Capra, in Repetit. dictæ Clem. Romani num. 31.

Electione creatur Imperator.

Qua de re ne ordo puertatur: Io. Bud. in 3. Politicorũ Arist. quæst. 23. quatuor medijs probat quod potius electione, quam successione assumendus sit Princeps ad Imperium. C

Georgius Merula in lib. 1. referens verba Gregor. V. inquit: Restitutus in Sacerdotium Gregorius V. legem pontificia autoritate de Imperatore eligendo atque creando sanxit, & quod ad nostra usque tempora per quadringentos & amplius annos seruatum est, nec Imperium prout hæreditarium filij à parentibus accipiant, aut qui operibus & armis plus possit illud vsurpet, sed paucorum procerum suffragijs de singulis authore Pontifice iustus & legitimus Imperator præsideat; Bart. in tract. de Regim. confirmat magis diuinum esse, vt electione creetur Imperator quam successione: quia in rebus Ecclesiæ successio detestanda est, cap. extirpanda, cap. Ex transmissa, de

filijs

A filijs presbyt. Bald. in cap. Venerabilem, num. 16. idem tenet, quod uniuersale dominium nõ successione, sed electione sit tradendum, & cum eo Doct. in cap. ad Apostolicæ, de sententia & re iudic. Laud. in quæst. 5. & 78. de Princ. Imperator enim cum sit vniuersalis aduocatus, & defensor Ecclesiæ, & propterea temporale dominium ad defensionem fidei illi sit ab Ecclesia concessum, meritò melior in toto orbe esset inquirendus, & præficiendus, quod nisi maturo peritorum consilio ageretur, difficulter talis reperiretur qui suo ualeret consilio iniquorum delicta corrigere & punire, & uniuersali statui Ecclesiæ consulere, quæ absque tali electione nemo perficiet, atque nullus (nisi diuinitus nasceretur) ea solummodo successione concessa dignus ad Imperium assumeretur; Ideo statutum fuit à Summo Pontifice, (ad quem talis institutio pertinet) ut electione, non successione crearentur Imperatores, cap. Venerabilem, de elect. Clem. Romani, de iureiuran. cap. ad Apostolicam, de re iudic. lib. 6. & ibi Doct. & hoc Carolus Imper. IIII. in suis litteris ordinauit sanxiuit. Restaur. Perus. in suo Tract. de Imper. q. 8. plures in hanc sententiam adducit Doctores, & firmat etiam hac ratione. Antequam ab Ecclesia Imperialis Maiestas dependeret, ab exercitu Imperatores eligebantur, inde consuetudine quadam fuit inducta electio, at postquam Ecclesiæ subditum fuit Imperium, forma à Summo Pontefice tradita fuit; unde cõcluditur, quòd usu etiam Ecclesiasticis traditionibus electio uidetur inducta, quæ ut legitimè seruetur, hæc à scriptoribus tradita sunt quæ sequuntur.

Ad quos electio pertineat

C Primo etenim loco quærendum erit, ad quos talis electio pertineat, quibus pontificali autoritate fuerit commissa. Dum antiquorum monimenta leguntur, non unico tantum modo a quibusdam semper fuerunt Imperatores electi; Propterea quandoque à populo, quandoque à Senatu, aliquando uerò ab exercitu usque ad tempora Caroli Magni talis electio fuit seruata, ex Glos. & Doct. in d. cap. Ad Apostolicæ, & cap. Legimus, dist. 63. Laud. de Princ. quæst. 18. Pelag. lib. 1. cap. 41. Corrad. lib. 1. cap. 1. §. 2.

Papa hodie (omissis antiquorum institutis) transfert Imperium de gente in gentem, eligit, confirmat, reprobat, coronat, inungit, & consecrat, ex d. cap. Venerabilẽ, Clem. Romani, cap. Ad apostolicæ, & ibi Glos. & Doct. Oldrad. in consil. 69. & 72.

& 180.

& 180. Abb. in consil. 82. lib. 1. Alex. consil. 24. in fine, libri 5. A
D. Thom. de Regim. Princip. lib. 3. cap. 18. & 19. Pelag. lib. 1.
cap. 41. Transfert Papa Imperiũ, ut de pluribus trãslationibus legitur tempore Constantini Magni, qui primus ad Catholicã fidem accessit, & à Papa Syluestro fuit baptizatus: Hic post baptismum dimissa Vrbe Pontifici, Bizantium se contulit, eoque transtulit Imperium; & ista fuit prima Imperialis Sedis translatio, cap. Constantinus, dist. 96. de alijs translationibus in tempore Scriptores ad inuicem non fuerunt concordes, secundum Glos. in d. cap. per venerabilem; Secunda fuit facta à Stephano Papa: nam anno 2. sui Pontificatus Austulphus Longobardorum Rex, conabatur efficere sibi tributarios Romanos, & ex manibus Pontificis eripere Imperium, qua de causa Pontifex auxilium à Constantino Imperatore tunc Cõstantinopoli residente, & imperante, fuit petere coactus. At Constantinus (vt Eusebius ait) omni scelere maculatus, non solum auxilium postulatum denegauit, sed, vti sacrilegus, Christianos persequi, sanctorum imagines deijci, prosterni & aboleri mandauit; Hac de causa Papa ad subsidium, auxiliumque Pipini Gallorũ Regis se recepit, qui zelo Christianæ Religionis accensus, arma ad defensionem Ecclesiæ cõtra Austulphum sumpsit, illumque Papiæ obsedit, & Pontificem illęsum, Romamque liberam ab illius armis & infestatione reddidit, & tunc Stephanus Papa Constantinum priuauit Imperio, & illud ex Constantinopoli in Galliam transtulit, Imperialesque titulos & honores Regibus Francorum cõcessit, & Pipinum vna cum suis ac de ipsius stirpe descendentes, successores in Regno, confirmauit, & Bonifacius Moguntinus Episcopus Apostolica autoritate Legatus, illum in Imperatorem vnxit, & consecrauit. Hic est ille Pipinus, qui pater fuit Caroli Magni, & Gallorum Rex à Zacharia Pontifice in locum Ludouici Regis depositi, fuit subrogatus, regnauit autem secundum Eusebium, annis 17. de anno 750. secundum Sabell. Ænead. 8. lib. 8. Mortuo Constantino Imperatore, sedente Hadriano I. qui quatuor & viginti annis minus duobus mensibus summum Pontificatum administrauit, successit Leo III. cui vbi infida Imperatorum Constantinopolitanorum Ecclesiæ Romanæ desertio nunciata esset, uidens se Caroli strenuitate restitutum in sedem Apostolicam; Imperium quasi imperante destitutũ, in Carolũ acclamante populo transtulit.

Papa transfert Imperiũ.

B

D

Io. Feral.

A Io.Feral.in tract.de Iurib.& Priuileg.Reg. Franc.aliter sentit de translationibus Imperij, dum dicit, quòd prima translatio fuit à Græcis in Francos facta tempore Leonis, Secunda à Francis in Italos, & quod primus illorum fuit Berengarius tẽpore Sergij Papæ, Tertia ab Italis ad Germanos; D.Thom. in suo Tractatu de Reg.Princip.per Papam Adrianum inquit fuit trãslatum Imperium in Germanos, tẽpore Arnulfi Regis Francorum; Quapropter uarij varia senserunt; At secundum Sigonium in suis Hist.Italicis ita conciliantur tempora; Austulphus Longobardorum Rex, de anno 750. renouauit fędus cum Zacharia Pontifice; de anno autem 752. tentauit rumpere fędus, & Pontificem efficere sibi tributarium, & anno 755. à Pipino Pontifex liberatur; Desiderius Rex deinde tempore Stephani

B II.Romam pergens, ut limina Apostolorum visitaret, hac fallacia Pontificis comitia turbauit, & fraudem molitus edictũ contra Hadrianum Pontificem pronunciauit, qui ad Carolum magnum confugiens, eius beneficio statim liberatur, iamque Longobardorum Regum prosapia deficiente ob mortem Desiderij, tunc Pipinus Caroli filius, ab Hadriano Italiæ Rex fuit institutus; cui successit Leo III. Pontifex, qui cum à Romanis læderetur, auxilio eiusdẽ Caroli liberatus, coronauit Carolum magnum in Imperatorem, Anno 801. Tempore autem Greg. V. fuit translatum ex Gallia in Germaniam Imperium & Primus fuit Otho Saxonum Dux, hinc Papa occasione desumpta, (cum Ecclesia oppugnaretur à Berengario Tyranno) auxilium petijt ab Arnulpho Rege Francorum, qui cum recusasset

C subsidio Othonis Ecclesia liberatur, ex Plat.in vitis eorum. Ita dicitur quod Imperium Primò fuit translatum in Græciam; Secundò in Galliam; Tertò in Italiam; Vltimò in Germaniã; propterea Sigonius dicit quod Regnum Italiæ à Longobardis fuit institutum, à Francis auctum, à Germanis legibus ad libertatẽ reductum. Inde primus Germanorum Imperator fuit Otho coronatus à Valpereto Archiepiscopo Mediolanensi tpe Io.XII. anno 962. Illustr. Bellar. in Tomo 2. de Translat. Imp. idem affirmat, quod Imperium Romanum à Græcis ad Francos Summi Pontificis auctoritate fuit translatum deinde in lib. 2. declarat, Imperium à Familia Caroli magni, & gente Francorum ad familiam Othonis, & gentem Saxonum eadem Summi Pontificis auctoritate transisse, qui à Io.XII. fuit coronatus Imperator.

Ibique

Ibique reijciuntur errores, quod iure belli, aut successione, aut A auctoritate Senatus Populiue Romani sit translatum Imperiũ; & confirmatur ueritas hęc, quod Pōtifex iure suo trāsfert Imperium & pariter confirmat Imperatorem. Inde Caroli magni successionem explicat, & veritatem aperit, quæ singula cum omnibus Catholicis pateāt, sermo ad Electorum institutionem explicandam conuertetur; de quorum origine licet aliqua inter scriptores differentia sit, nunc temporis tamen (secundum relata à Bellarmino) tribus potētatibus adscribitur Greg. V. videlicet, Greg. X. & Othoni III. Imperatori, mea tamen intentio est non de ipsis electoribus nunc, sed solummodo de Electionis forma, ab Ecclesia instituta, pertractare. Prætermissis itaque ambagibus, cum diuturnitas temporum, obscuritatem particularium negociorum pariat, illud tantum intuendum, quod B Pontificia auctoritate Electores Germanicæ solũ Nationi sunt concessi, quorum tres Ecclesiastica dignitate fulgent, alij uerò seculari; Inter Ecclesiæ prælatos Archiepiscopus Moguntinus; Primum tenet locum, Secundum Coloniensis, Tertium Treuerensis; Laici autem Principes sunt Palatinus, Comes Rheni; Dux Saxoniæ; Marchio Brandemburgensis, & Rex nunc Bohœmiæ, olim autem Dux, qui de facto potius, quam de iure, in casu dissentionis accedit ad tollēdā uotorũ paritatē; Ex Alemania aũt potius q̃ ex alijs nationibus Electores selecti fuerũt, eo quia de Ecclesia bene meriti fuerint, ideo illorũ deuotionē versus Principes Apostolorũ Petri, & Pauli Ecclesia quoq; prospexit; Et hoc ēt quia sic placuit Greg. V. Sũmo Pōtifici Teuthonico, Imperatoris Othonis cōsāguineo, ex quo Pōtifice talis depē C det potestas; qui in his & formā statuit, votum suum pręstat, modum ordinat, & cætera mandat quæ pro bono pacis iudicauerit oportuna; Glos. & Doct. cum tex. in dd. cap. Venerabilem, Clem. Romani, cap. Ad Apostolicæ, lib. 6. August. de Anco. de Pot. Papæ q. 30. Art. 2. 3. 6. & 7. Pelag. lib. 1. cap. 41. Anch. in Clem. Pastoralis, de iud. Oldrad. in cons. 68. Doct. in l. bene a Zenone, Inn. in cap. Cum M. extra de Const. Restaur. de Imperat. q. 8. Corrad. lib. 1. cap. 1. §. 2. num. 2. Bellar. in d. lib. 3. Tomo 2. de translat. Imper. & penè innumeri sunt scriptores de ea re tractantes; extat etiam Bulla Caroli IIII. Imperatoris, qua forma seruanda docetur, & talis traditur modus; Archiepiscopus Moguntinus cum primum de morte Imperatoris certior fuerit effe-

Electores Imperij.

Forma seruanda ab Electoribus ĩ electione Impera

A rit effectus, omnibus Electoribus illius obitum infra mensem nunciare curabit, & ad electionem futuram, certo die ac termino præfexo trium mensium ad Ciuitatem Francfortensem Electores conuocabit; Dum itaque de præmissis nuncium receperint, iter per deputata loca assument, vt in loco designato acciti debito termino reperiantur; Domini autem locorum itineris, proficiscentibus necessaria ad uictum communi precio subministrare pœna sub feudorum priuatione tenentur; Coadunati itaque Electores in Ciuitate præmissa, accedunt ad Ecclesiam Sancti Bartholomęi ibique diuinum implorantes suffragium, Missam Spiritus Sancti cantant, postmodum iuramentum à singulis præstatur in manibus Archiepiscopi Moguntinensis, tangentibus Euangelium Sancti Ioannis Euangelistæ, quod incipit (In principio erat Verbum) formula autem iuramenti à d. B Domino Archiepiscopo Moguntino datur: & quod pręcipuè in illum consenserint quem secundum ueram discretionem iudicauerint idoneum, quolibet pacto, precio, promissione, ac stipēdio postpositis. Inde suffragijs à d. Archiepiscopo postulatis singuli pręstant; at si vltra mensem electionem distulerint, pane, & aqua tantum mandat ibi Carolus cibandos esse Electores, ita ut tædio affecti, quanto citius se expediant: & si contumaces diutius fuerint, & monitis Apostolicis non paruerint intra determinatum tempus, tunc ipse Papa eliget unum ex illis; Idem dicit Glos. final. in d. cap. Ad Apostolicæ lib. 6.

toris facienda.

Dum Electores impediti fuerint, impedimenta denunciant, & alium sui vices gerentem subrogant, quod si neglexerint, vo C to tunc electionis priuantur. Hoc idē Carolus determinat contra recedentes ante electionem completam. Concorditer itaq; facienda est electio, si non plenè, & nemine penitus discrepante, saltem semiplenè, ut si unus tantum contradiceret, tunc dicetur electio concorditer facta, quæ si non penitus adimplerentur, tamen ille in quem duæ partes consenserint, dicetur legitimè electus; Persona autem electa non computatur in numero, ex eadem Bulla Caroli IIII. & Restaur. q. 11. Art. 12.

Conditiones boni Electoris, sunt eędē quę boni Cōsiliarij, de quibus infra, & ex d. Constitutione Caroli requiritur ætas annorum 18. ad minus. Inuestigēt electores quem iudicauerint meliorem moribus, scientia, & peritia regiminis.

Conditiones boni Electoris quenā esse deant.

Idcirco non astringuntur ad determinatas personas, quilibet

Chri-

De qua gente sit eligẽdus.

Christianus eligi potest, & de quouis genere personarum secũ dum communem sententiam Canonistarum, l.fin. C.de quadrien.præscript.§.quæ omnia, Abb.in d.cap. Venerabilẽ,& Aluar.lib.1.cap.42.& etiam de externis Regibus legitur,sicuti de Traiano apud Alex. ab Alex.lib.4. cap.10. at Regulariter existentibus Germanis idoneis, de illis facienda erit electio, qui tanquam ad hoc regimen experti assumerentur. Doct. in d.l. fin. C. de quadr. præscript. licet apud Deum non sit acceptio personarum, quia operatur iustitiam in omni gente quæ timet eum. Act. 10.

Intuentur virtutes tantum, & merita, vt verus catholicus creetur Imperator, secundum Bart.in l.Barbarius,ff. de off.Praetor.tamen sacræ litteræ testantur, quod aliquando Deus ex eadem natione voluit, vt eligeretur princeps, vt in Deut.27.Constitues eum regem, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum,ac si Dominus dixisset: nec poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus, Clem.1.de elect. cap.Deus, de vita & honest. Cleric. Legitur etiam in cap.Moyses,8.quæst. 1.contra etiam legitur,quod Dominus extraneis non successoribus Moysi mandauit, ut traderetur regnũ: quæ quidem si rectè perpendimus,duo Dominus ordinauit exequenda,duo pariter denegauit; vnũ est, quod eligẽdus sit de numero fratrũ; Alterum, vt sit a Domino electus; Dominus in electione eligit digniores virtutum meritis excellentes,& tales sunt de numero fratrum,hoc est de Christianis, non alterius Nationis externæ, sicuti de Idolatris,& Deum uerum nescientibus; Quando autem extraneis Regnum demandauit,successionem prohibuit, affectionem, ne Regna iure successionis,& sanguinis traderentur;& ita Dominus legem eligẽdi Regem his rationibus docuit; De his etiam legitur in capit. Moysi,11.quæst.1.& in Psalm. Suscitans de terra inopem,& de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum Principibus populi sui; & Dauid licet Pastor esset,ac priuatus homo,tamen à Domino electus fuit Rex; & de his plura leguntur exempla in sacris & profanis literis.

Hoc ex debito necessitatis; sed honestatis, si de eligentium numero aderit idoneus,prçferendus erit alijs;post ipsos de Germanorum natione,cum Imperij sedes sit ipsis à Sede Apostolica concessa,& in his militat eadem ratio, de qua supra in lib. 1. de ele-

A de electione Papę faciēda de Cardinalium numero, uide etiam Bal. in l. planè, ff. quod cuiusque uniuer.

Denegatur autem, ne quis se ipsum eligat, ut in cap. per uestras, de iure patron. nec eligere scienter indignum, nam tunc electione priuarentur. Zanch. in Add. ab Abb. in d. cap. Venerabilem, & Restaur. quæst. 15.

Dum antiquorum recensemus instituta, illud prætermittendum non erit, quod Imperatores cum primum erant electi, ante se plures marmoreos lapides deferri iubebant, ut ex illis habito delectu sepulchra construerentur, quibus in nouissimo die illorum corpora recluderentur; Tale quoq; institutum fuerat Thebanorum, quibus non erat concessum ędificare domum ante sepulchrum, quod Christianis moribus non aduersatur;
B Id autem ea de causa institutum fuerat, ne Imperator suæ celsitudinis maiestate elatus in uanam gloriam incidat, sed ad humilitatis uirtutem se reciperet, nam dum memoramus nouissima nostra, à peccatis recedimus, quia morte uersante ab oculos, deterremur, & cuncta huius mundi gaudia tamquam uanitatem uanitatum reputamus.

Electus ante consecrationem Rex Romanorum nūcupatur, sic electio est de Rege, & fit uiuente Imperatore, quod etiam de consensu Papæ fieri potest, quem & licentiam eligendi successorem concedere posse non ambigitur, ut tenent Glos. & Doct. in d. cap. Venerabilem, Clem. Romani, §. Nos Abbas, in cap. nihil, de elect. Felin. in cap. Tanto, de Rescript. Franc. in add. ad Abb. in d. Clem. Vnica, Spec. lib. 2. de Rescript. §. 9. num. 8. Au
C gust. de Anco. quæst. 39. Art. 3. Oldrad. in cons. 69. & Corrad. lib. 1. cap. 1. quæst. 2. Facta per electores electione, illa Summo Pontifici per nuncios denunciatur, & petitur à Sancta Sede huiusmodi electionis confirmatio; Tunc Pontifex ante approbationem mandat inquiri per delegatos à Sede Apostolica, de statu electi, & conditione electionis; Ita Gregorius IX. in d. cap. Venerabilem, rescripsit, dum inter Philippum fratrem Hērici, & Othonem de electione certabatur, his uerbis: Quod ius & autoritas examinandi personam electam in Regem promouendum ad Imperium ad nos spectat, qui eum inungimus, consecramus, & coronamus, est enim generaliter, & regulariter obseruandum, ut ad eum examinatio persona pertineat, ad quem impositio manus spectat, nunquid enim si Princeps non solum

in di-

in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quenquam, vel excommunicatum in Regem, tyrãnum, vel fatuum, hęreticum elegerit aut paganum, non inungere, consecrare, & coronare hominem huiusmodi deberemus; absit omnino, & similia. A

Vnde ad quem pertinet cõsecrare, & ad eum examinare spectat; Doct. in d. cap. Venerabilem, August. de Anco. de Pot. Papæ q. 38. Art. 1. & 2. cum sequentibus & q. 41. art. 1. 2. & 3.

Conditiones Imperatoris cõfirmandi. Prima cõditio est ut sit fidelis.

Prima autem principalis cõditio est, quod Imperator eligendus sit fidelis, vt in d. cap. Venerabilem; inde reijciuntur infideles, ueluti Iudæi, Pagani, & Sarraceni, qui infideles appellãtur; Doctores in cap. omnis, de pœnit. & Andr. ab Exea in cap. Canonum, de Const. nu. 22. Hostiens. in Sum. de Sarracen. & lib. 1. & 2. C. de Paganis.

Ratio est: quia regnum suũ Dominus genti facienti fructum, mandat, non illis qui eius oues mactant, & perdunt; Ideo legitur in Eccl. 10. c. Regnum à gente in gẽtem transfertur propter iniustitias, & in Matth. 21. Auferetur à uobis Regnum, & dabitur genti facienti fructus, & nulla maior inuenitur impietas, quam infidelitas, ut ex epistola prima Clementis ad Iacobum 32. q. 7. dum dicitur: Quid in omnibus peccatis adulterio grauius? secundum namque in pœnis obtinet locum quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant à Deo; Et ut de singulis hoc uerum appareat, à Iudæis exordiemur, qui inhabiles sunt ad omnia Ecclesiæ commoda, & cum ob eorum duritiam fuerit eis sublatum Regnum, extra Patrios lares expulsi, sicuti Dominus pluries monens illos, testatus est, ideo non videtur quo iure possint ad Principatum assumi in regimine Populi Dei. In de August. contra litteras Petiliani cap. 43. inquit: Alioquin, & primo populo Dei possent illi obijcere alienæ rei concupiscentiam, qui diuina potestate ab eorũ facie, quia ea terra male vtebantur, expulsi sunt & ipsi Iudæi, à quibus ablatum est regnum (secundum verba Domini) & datum est genti faciẽti iustitiam, possent obijcere alienæ rei concupiscẽtiam, quia Ecclesia Christi possidet, ubi persecutores Christi regnabant. Ideo in Conc. Toletano 4. cap. 14. & cap. 67. fuit ordinatum, ut Iudæis nulla officia publica traderentur, nec illis qui ex Iudæis sunt; si quis autem inquit iudicum hoc permiserit, ueluti in sacrilegum excommunicatio proferatur, & is qui surrepserit publicis cędibus deputetur, & Doct. in Tit. de Iudæis & Tex. Clem. Romani, de iure-

B

C

A iureiuran.& ibi Capr.in Repet.num.6. Pet.de monte, in tract. de Monarch. q. 2. per Tex. & Glos.in l.spadonem, §.Cum autem, ff.de excusat. tut.

Imperium vt dictum est Ecclesię principatus & Christianorum est, qui à Saluatore nostro vero Principe & Rege Regum dependet; & ille Petro, & successoribus suis demandauit, & à Iudæis subripuit; Quapropter & illi tradendus qui Christi vestigia sequitur, cap. 1.de hæret. lib. 6. Vnde, non solum diuina, & humana lege cauetur, ne infideles vllo modo fidelibus dominentur, sed etiam naturali iure monemur, ut Principes ini qui nō dominētur. Sap. 1. Parabola dicitur. Regnātibus impijs ruinæ hominū. Et Plato scripsit. Quales inquit in Repub. Principes, tales reliquos solere esse ciues. Cic.lib.3.de legibus. Vt B vitijs (ait) Principum infici solet tota Ciuitas, sic emendari, & corrigi, continentia. (& infra) Nec enim tantum mali est peccare Principes (quanquam & hoc magnum per se ipsum malum) quantum illud quod permulti imitatores principum existant. ego autem nobilium vita, victuque mutato, mores mutari Ciuitatum puto: quo perniciosius de Repub. merentur principes, quod non solum vitia concupiunt ipsi, sed ea effundunt in Ciuitatem; nec solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod ipsi corrumpunt, plusquam exemplo quam peccato nocent. Hęc ille; Propterea turbato Herode, turbata est tota Ciuitas. Apud Schitas vt Herodot. in Melpomene refert, ea fuit seruata lex: quod Regem illi suum occiderunt, quia externis vteretur viuereque ritibus.

C Quodque tā Iudæis quam alijs infidelibus veluti Paganis, & Sarracenis dictum fuisse confirmatur: cum Christum non solū nō sequantur, sed illius potius aduersentur præceptis, & uerum Deū Patrē nostrum non colant, ut ex lib. 1. & 2. cū seq. C.de Paganis, vt extra de Sarracenis, & ibi cap. Cum sit, et cap.pen. nec ea est prætermittenda ratio, cum Imperium ad hoc sit institutum, ut infideles turbantes Ecclesiam ab eā arceantur, & protector, & aduocatus, ac defensor Ecclesiæ sit Imperator, quo modo infidelibus hostibus committenda erit Ecclesia Dei, profecto hoc non fieret, nisi ad illius destructionem.

Idcirco terminauit Ecclesia Catholica quod non solum infideles ad regnum sunt inhabiles, sed etiam hęretici, etsi impropriè hæretici sint, ut in d.cap. Venerabilem, Greg. II. Clem. Ro

mani, Clem. V. Ad Apostolicę, Bonifacius VIII. & cap. Ad abolendam, de hæret. lib. 6. A

Immò, tunc liberantur subditi à iuramento fidelitatis, cap. fin. de hæretic. & ibi Doctor. & Brun. lib. 4. de hęret. cap. 14. & si in dignitate existentes in hoc crimen inciderint, priuantur ipso iure, et grauius puniuntur. Ita Gelasius Papa egit contra Anastasium Imperatorem, Greg. contra Henricum, Honorius III. contra Federicum II. Et sic legitur quod summus Pontifex etiã multos de regno submouit Reges non Catholicos, sicuti referunt Niceph. in sua Hist. Ecclesiastica, lib. 24. cap. 31. & Brun. lib. 3. de hęret. cap. 8. Quapropter, plures etiam Constitutiones ediderunt Pontifices contra hæreticos, vt cap. Ad abolendam, §. pen. de hæret. cap. Excommunicamus, §. Moueantur, eodem tit. & in Auth. Si uerò, C. de hæret. & Constit. Statuimus, de B Episcopali audient. Immò non solum ipsi hæretici ab officijs Ecclesiasticis repelluntur, uerum etiam & eorum filij usque ad secundam lineam paternam, ad primam uerò maternam, si patres ante mortem ab Ecclesia intra illius gremium non fuerint recepti, cap. Statutum, de hæret. lib. 6. & hoc non videtur contra Domini dictum, quod filius nõ portabit iniquitatem patris, nam sicut filij peccatorum dicuntur filij abominationum, ut in Ecclesiast. sic etiam illorum hæreditas peribit, Dionysius ait, filios peccatorũ intelligendos esse illos, qui nati sunt ex iniquis parentibus, & eorum vitia sequuntur; Chrysost. in Matth. Homel. 75. & in Ioan. Homel. 55. declarat quomodo peccata parẽtum noceant filijs, scilicet non quod alieni peccati quisquã supplicia luat, sed quoniam qui multos propter peccata sua uexatos esse non ignorat, neque idcirco factus est melior, sed eadem comittens, non curat, illorum quoque pęnas iustè sustinebit. C Greg. in lib. 4. ad cap. 4. in Lucam. Vides inquit quia facto autoris, successio damnatur hæredis, inexpiabilis est enim uenditi culpa mysterij, & gratiæ uindicta cęlestis transit ad posteros; denique Moabitæ & cęteri, non intrabunt Ecclesiam vsque ad tertiam & quartam generationem, tam diu videlicet, donec culpam autorum multiplicis successio generationis abderet, & similia. Et in Moral. lib. 26. cap. 8. & Iob 35. Homini qui similis tui est nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua; Humana impietas ei nocet, quem peruertendo inquinat, & rursus eum adiuuat nostra iustitia, quem a prauis actionibus

Quando filij hæreticorũ repellãtur.

A nibus mutat. Hæc ille: Vnde Dominus tunc ad filios transfert pœnam patris, quando illius vestigia sequuntur; Sed ad externum pertinet iudicium distinguere tempora, ut Bonifacij Constitutio locũ habeat; filij enim nati ante hæresim patris, à d. Decretali excluduntur, ut æquitas naturalis seruetur, sic Simanc. in tit. 29. de hæret. nu. 34. intelligit de filijs genitis post hæresim patris, qui submersus in errore, decessit hæreticus; Hoc factum est sicut dicit August. de filijs Sodomitarum qui cum eorum patribus succensi sunt; hoc enim prouisum est illis, ne diu viuẽtes exempla sequantur patrum: & sicut bonis parentum læti sunt filij eorum, & lucri participes sunt, sic in damno erunt obnoxij, filius est res patris, repręsentãs illius personam; dum itaque pater punitur in filio, & in sua persona pœnam luit, l. 3. & l. fin.
B C. de pat. pot. l. fin. C. de Impub. & alijs substit. Inde olim ratione potestatis, liberi à parentibus uendebantur, uel creditoribus tradebantur, & id ẽt vt maior sit pęna parentũ, Cicer. in Epistola ad Brutũ ait: Nec verò me fugit, quam sit acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui. Ambros. in lib. de Noe, & Arca, cap. 32. D. Thom. in 2. 2. q. 26. Art. 9. Felin. in cap. Afferre, de præsumpt. & plura de similibus refert Simanch. in d. tit. 29. de hæreticis.

Relapsi nõ admittuntur.

Qui post admonitionem vel abiurationem in hæresim relapsus fuerit, secundum D. Thom. in 2. 2. q. 2. Art. 4. non admittitur nisi ad pœnitentiam salutarem, & priuatur dignitate, officio, & honore, & regulariter ad ista non restituitur. Io. Andr. in cap. Excommunicamus itaque, de Hæreticis. Archid. in cap. vt
C commissa, eodem tit. cap. super, eodem tit. de hæret. lib. 6. & ca. Ad abolendam.

Daretur ista limitatio secundum Diuum August. li. 2. cont. epistolam Parmeniani cap. 13. concurrentibus scilicet tribus; Primò, si uera emendatio præcesserit; Secundò, si pax & tranquillitas Ecclesiæ Catholicæ inde resultauerit; Tertiò si exaltatio illius Regis in regno sequuta fuerit; Ita dicit Augu. Nam si quando ex ipsa parte uenientes, etiam Præpositi pro bono pacis, correcto schismatis errore suscepti sunt; & si uisum est opus esse, ut eadem officia gererent quæ gerebant, non sunt rursus ordinandi. 1. q. 1. cap. Quod quidam.

Adest ratio euidens: Nam Deo magis placet, quod communiter utile est, quam quòd priuatum, eo magis, si animæ salus sequatur:

quatur: signa autem conuersionis difficilia sunt, eo quod solus Deus cognitor est, & scrutator cordium: sed si iurium dispositioni adhæremus, Regula uulgaris est; Quod semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali; cum non de facili fiat mutatio uitæ de continuato malo in bonum, nisi per triẽnium saltem abstinuerit, tunc enim præsumitur emendatio, Doct. in d. Regula; Ant. Butr. Barbatia in cap. testimonium, de testamentis, in fine. Corsett. in sing. in verbo, præsumptio. Roman. in Cons. 236. Felin. in c. Cum de præsenti, de Iud. Itaq; relapsus, si tẽpore arbitrio Summi Pont. cõstituto pęnitẽtiam egerit, & correctus fuerit, concurrentibus alijs, illius etiam Pontificis erit ad dignitatem admissam illum restituere, sic Sanctæ Sedis erit de istis iudicare, cuius etiam iudicio me libentissimè submitto.

Schismatici reijciuntur. Reijcitur etiam ab Imperio Schismaticus, vt in d. cap. Venerabilem. Sunt autem Schismatici, qui ab unitate, uel uniuersitate Ecclesiæ discesserunt. Differt Schisma ab Hæresi; nam Hæresis significat errorẽ, Schisma diuisionẽ; Schismatici ab Ecclesię obediẽtia discordant, absq; alio errore, & tales ad unitatem Ecclesiæ non admittuntur, nisi abiurato errore. Abb. in cap. Quia diligentia, de elect. Goffred. de Schismate, num. 1. & ibi etiam Hostiens. Rober. in ord. Iud. in uerbo, Schisma, Pelag. lib. 1. ca. 39. & 65.

Sacrilegi reijciuntur ab Imperio. Sacrilegi pariter a Principatu remouentur, eo quod Sacrilegium magnum est crimen; Pro sacrilego intelligitur qui personas Ecclesiasticas, bona sacra, & immunitatem Ecclesię uiolat, ut subripiendo, persequendo, uel grauamen eisdem inferendo, contra libertatem, immunitatem & priuilegia aliquid moliendo, & iura Ecclesiæ. l. sacrilegij capite, ff. ad leg. Iul. pecul. & in tit. C. de Crim. sacrileg. & in 17. quæst. 4. & cap. Quisquis, cap. Si quis suadente, in dist. 94. Griland. de pœnis, quæst. 1. Bart. in d. l. sacrilegij, Bal. in l. 3. C. eod. Diaz in praxi Canon. de Sacrilegio, Alciat. de præsumpt. Reg. 3. Præsumpt. 19.

Excommunicatio reijcit eligẽdũ in Imperatorẽ. Excommunicatio publica impedit pariter Electionem, & Confirmationem, quod intelligitur, si gladium hunc Ecclesiæ non timet, & in illa insorduerit, & talis Sacrilegus etiam appellari potest. Abb. in d. cap. Venerabilem. Arelaten. in tract. de hęret. not. 41. Abb. & Felin. in cap. Si quem, de sententia excom. Corrad. in lib. 1. c. 1. §. 2. intelligitur aũt de publica excõmuni-

cation e

A catione maiori, ſecundum Gloſ.ibi, licet electio de quocunque excommunicato etiam occulto, ſit nulla, ut in cap. Dilectus, de Conſuet. cap. Cum inter, de elect. & ibi Abb. tamen ad repellẽdum eum iudicialiter, requiritur declaratio facti, ſi notorium non fuerit, Doct. in d. cap. Ad probandum, de ſententia & re iu dic. & in cap. Veritatis, de dolo, & contumac. Felin. in cap. Rodulphus, de Reſcript.

Tyranni reijciuntur.

Repellitur etiam Tyrannus, quia eius regimen non ordinatur ad bonum commune, ſed tantum ad ipſius regentis commodum, ſecundum Philoſ. in 8. Ethicor. & 3. Politicor. Greg. in lib. 11. Moralium. Bart. in tract. de Tyran. in principio.

Tyrãnus quis dicatur.

Qui Regnum vel Imperium iniuſtè vel per uim et violẽtiam occupat, necnon qui legitimè non fuit electus, aut reprobatus, B & tamen Regnum vſurpat, Tyrannus nũcupatur, ut legitur in lib. 1. Reg. cap. 13. vbi Samuel ad Saul Regem ita loquebatur: Stulte egiſti, & non cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi; Quod ſi non feciſſes, iam nunc pręparaſſet Dominus regnum tuum, ſuper Iſrael in ſempiternum; Hæc ibi. Vnde tenens Regnum contra formam iuris, & mentem Papæ, dicitur Tyrannus. Bart. in tract. de Tyran. tit. 5. num. 3. Abb. in conſil. 51. & in cap. 1. de off. deleg. cap. Olim, de reſt. ſpoliat. Io. de Anna. in cap. 1. de Schiſmate. D. Thom. in 2.2. quæſt. 2. Art. 2. ad 3. & de Regim. Princ. cap. 6. Pelag. lib. 1. cap. 62. Bald. l. Ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure, nu. 2. Sunt autem plures ſpecies Tyrannorum quædam generales, aliæ ſpeciales, vel particulares alicuius prouinciæ, alij ſunt certi loci, ut alicuius Ciuitatis, do- C mus, vel etiam ſuiipſius. Bart. in d. Tract. num. 5. de Tyranno.

Tyrannorũ actus qui.

Iſtorum autem quidam manifeſti, quidam verò taciti ſunt, qui uiolenter regnum occupant, inſidioſeque ad electionem aſcendunt, uel poſt electionem tyrannicos actus exercent, publici nuncupantur Tyranni. Tyrannorum autem actus ſunt homines excellentes ſine cauſa perimere, ſapienteſque ac ſcientiarum ſtudia de Regno remouere, Societates aut Congregationes ad ſanctè honeſtèque viuendum tollere, exploratorum vt populi negotia ipſis pateant nutrire, inter ſubditos non pacem, ſed diuiſionem procurare, ſummopereque moliri vt ex diuitibus pauperes efficiantur; & tandem populum omni dolore, & cruciatu affligere, nullamque iuſti aut honeſti rationem habere, D. Thom. in dicto Tractat. de Regim. Princip. Plutarch. in

eodem tract. Bart. in dicto loco, num. 28. Doct. in cap. Nouit, A de Iudic.

Tacitus Tyrãnus quis.

Tacitus autem ille erit, qui sub eius officij cura aut iustitiæ zelo, eadem perpetrat; veluti dum noua vectigalia, nouasque exactiones his velaminibus tecta, exigit, unde quicquid à Principe contra ius Diuinum, Naturale, Ciuile, & Gentium determinatur, Tyrannicum dicitur; Pelag. lib. 1. cap. 62. & Bart. ibi nu. 38. Doct. in d. cap. nouit.

Tales itaque Tyranni priuantur Imperio, ut ad l. Iul. maiest. & ad l. Iul. de repub. Qua de re licet eadem pœna digni sint qui illos eligunt, multo maiori eorum fautores, & coadiutores in Regno digni iudicantur: nam secundum Senecam, gratissima res est Deo, mactare Regem iniquum; Lucas de Penna, in l. unica, C. ut armor. usus, lib. 10. propterea tolerandi non sunt. Boer. B Decis. 304. Menoch. de Remed. Recup. 4. num. 38.

Deus enim Tyrannos odit, quos diutius regnare non patitur, propterea Cain ut in Genes. 4. Nembrot de genere Cham ibidem cap. 10. à quo Belial seu Belus, Babiloniæ Rex, & ab eo Ninus Niniue, & Assyriorum Rex, Zoroastes, Pharao, & similes qui mala omnes interierunt morte, Datan, & Abiron à terra absorpti, ut Num. lib. cap. 16. Senacharib a filijs iugulatus, 4. Reg. cap. 10. Antiochus à uermibus consumptus, 2. Machab. cap. 9. Alexander Macedo ueneno interijt; Gualterus tabefactus; & Romanorum Principes, ex quo Tyrannicè regnabant, turpi pariter interierunt morte; August. lib. 15. de Ciuit. Dei ca. 20. Veget. in suis Hist. lib. 1. Plutarch. in uita Alex. Pompon. Trogus in suis Hist. Pelag. in d. lib. 1. cap. 41. C

Permittuntur aliquando Tyrannorum imperia à Deo in uindictam malefactorum, præmium uerò bonorum, Ambros. lib. 4. de Cain, & Abel, cap. 4. & August. contra Manichæ. exponens uerba Apostoli ad Rom. 15. Non est potestas nisi à Deo, iubente uel permittente, & ideo Saluator noster dixit Pilato Ioan. 19. Non haberes in me potestatem, nisi tibi datum esset desuper.

Idem August. Qui ex timore inquit peccare desinit, uoluntatem peccandi habet, uiuit ergo in eo, peccandi uoluntas, quæ tunc apparet in opere si sequatur impunitas, sed peccare nõ uult charitas etsi sequatur impunitas.

Idem in Iob 34. Deus regnare facit hominem Hypocritam propter

A ptopter peccata populi, tollenda est ergo culpa ut cesset Tyrannorum plaga, Pelag.lib. 1. cap.62.

Quod & autoritate scripturæ Isaiæ 10. legitur: Assur uirga furoris mei,& baculus ipse est,in manu eorum indignatio mea; ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponam illum in conculcationem, quasi lutum platearum, ipse autem non sic arbitrabitur,& cor eius non ita existimabit.

Quando Deus per mittat Populū à Tyrannis guberna-ri.

Idem uidetur in Isaia 45. Hierem. 27. & Ezech. 29. Augustin.in lib.de Grat. & lib.arbit.cap.20. & 21. & lib.5.de Ciuit. Dei cap.12. & cap.15. quibus in locis cognoscimus, qua ratione Deus Tyrannos permiserit: tunc enim quando Dominus non impendit officium debitum subditis, isti non tenentur ei B obedire, Bald.in procem. Digestor.nu.57.Belar.tomo 2.lib.2. de Laic. cap.6.

Periuri repellun tur.

Aliud impedimentum est periurij exceptio, vt in d. cap. Venerabilem, eo quod periurus efficitur infamis, & propterea à quolibet honore repellitur, cap.Querelam, de iureiuran. Doct. post Glos.in d. cap. Venerabilem, eo magis hoc cauendum est in Principe, qui absque iuramento non debet à suo dicto recedere, Doct.in cap. Ad Apostolicę, de re iudic.lib.6. Bald.in d.cap. Venerabilem, Mart. Laudens. de Principe, q.258.

Quæ delicta repellāt cō firmādū.

Sunt, & alia delicta quæ talem electionem impediunt, uelutiambitio, ut si pro Imperio pecunia soluatur; Glos. & Doctor.in cap. Venerabilem, & Bal.ibi,& refert etiam Corrad.in lib.1.cap.1.§.2.vers. Ambitionis exceptio.

C Crimina etiam publica, quæ infamiam irrogant, & depositionem inducunt, ueluti pacis violatio, aliaque delicta quæ pœnam mortis irrogant, ab Imperio quemlibet arcent atque reijciunt, si pertinaces & incorrigibiles fuerint, ut colligit Corrad. in d.lib.1.cap.1.§.2.vers.ultra omnia, q.6.ulterius etiam, fatui, mente capti, furiosi, & inutiles, (iuxta dictum Philosophi lib. 10. Ethicor.cap.10. Rex non est, nisi sit ex se sufficiens,& bonis omnibus cæteros antecellat) & ex d. cap. Venerabilem, repelluntur.

Virtutibus sint ornati Princi pes eligē di.

Requiritur ergo quod Princeps ad Imperium non solum eligendus omnibus vitijs penitus careat sed in Sancta Religione Christiana confirmatus, sapientia Dei, ac prudentia gubernandi cęteris pręstet,& virtutibus, ut in d.cap. Venerabilem. Clem.

Romani, cap. Ad Apostolicæ & ibi Glos. & Doct. Zabar. in d. Clem. nu. 2. Clem. vnica, de Iudęis, & Sarracenis. Menoch. de Arbitr. q. 2. num. 27. Cons. 338. num. 7. Corrad. in d. lib. 1. c. 5. per totum. Pelag. lib. 1. cap. 41. & seq.

Religio Christiana ī Principe consideranda.

Præcipuum fundamentum in Imperatoris electione & conueniens est ipsa Religio Christiana, quæ impedimentis infidelitatis, & omnibus criminibus opponitur; Quapropter temporalium honorum ac laudum præmio ornati fuerunt qui de Religione Christiana bene meruerunt; Hieron. in Epitaphio Nepotiani, dicit: nostris peccatis Barbari fortes sunt, nostris uitijs Romanus superatur exercitus, infelices nos, qui tam displicemus Deo, ut per manus Barbarorum illius in nos ira deseuiat.

August. lib. 5. cap. 25. de Ciuit. Dei. Constantinum Imperatorem felicissimum appellat, quod Christianam coluit Religionem, his uerbis: Bonus Deus, ne homines, qui eum crederent, propter æternam uitã colendum, has sublimitates, & regna terrena existimarent posse neminem consequi, nisi Dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus in talibus multum valerent. Constantinum Imperatorem non supplicantem Dęmonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta, optare nullus auderet. Cui etiam condere Ciuitatem Romano Imperio sociam, velut ipsius Romæ filiam, sed sine aliquo Dæmonum templo simulachroque concessit. Diu imperauit, vniuersum orbem Romanum vnus Augustus tenuit, & defendit; in administrandis, & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in Tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est; Grandæuus ægritudine, & senectute defunctus est, filios imperantes reliquit.

Gregor. Theodorico Francorum Regi dicit: Studete esse solliciti ut per hoc quod Dei nostri inimicos fideliter repurgatis, & hic fæliciter ipsius protectione regatis.

Ambros. in cap. 31. apud Valentinianum, testatur Imperium Romanum auctum fuisse, propter fidei constantiã, quam Martyres habuerunt, his uerbis: Nunquam nobis amplius contulerunt gentiles, quam, cum uerberari Christianos, atque præscribi, ac necari iuberent, præmium fecit Religio, quod perfidia putabat esse supplicium. Inde sequitur: Hæc est charitas expetenda hæc est charitas maior Imperio, si fides tuta sit quæ seruat Imperium.

Athanas.

A Athanaſ.in Apolog.ad Imperat.Conſtant.Veritas inquit in Conc.adſit, quæ Regum, & Principum Chriſtianorum tutela eſt,& per ea uos regna adminiſtrare tutiſſimum,cum dicat ſcriptura: Miſericordia,& veritas Regi pro cuſtodia eſt.

Idem dicit ad Iouinianum Imperatorem: Decet Deo amabilem Principem diſcendi habere uoluntatem, deſideriumque cęleſtium;Sic enim verè,& cor habens in manu Dei & Imperium cum pace multis annorum circulis gubernabis.

Ioannes Epiſcopus vrbis Romæ Iuſtiniano Auguſto,de quo in l.inter claras, C.de Sum.Trinit. Inter claras inquit ſapientiæ ac manſuetudinis noſtræ laudes,Criſtianiſſimorum Principum puriori luce tanquam aliquod ſydus irradiauit, quòd amore fidei,quod charitatis ſtudio, edoctæ Eccleſiaſticis diſciplinis,Ro-B manę Sedis reuerentiam conſeruetis, & ei cuncta ſubijcitis, & ad eius ducitis unitatem, ad cuius autorem hoc eſt Apoſtolorum primum, Domino loquente pręceptũ eſt, paſce oues meas. (& infra) Nihil eſt enim quod lumine clariore præfulgeat,quã recta fides in Principe,nihil eſt quod ita nequeat occaſui ſubiacere quam uera Religio. Nam cum autorem vitæ uel luminis utraque reſpiciunt,rectè,& tenebras deſpiciunt,& neſciunt ſubiacere defectui. Quamobrem glorioſiſſime Principum, uotis omnibus exorabitur diuina potentia, ut pietatem ueſtrã in hoc ardore fidei, in hac deuotione mentis, in hoc integro Religionis ſtudio, ſine defectu ſui in longiora tempora conſeruet, hoc enim & ſanctis credimus Eccleſijs expedire. (& infra) Nã pax Eccleſiæ,Religionis unitas,autorẽ facti in ſublime prouectum, C grata ſibi tranquillitate cuſtodit. & ſimilia.

In tomo Conciliorum legitur in vnctione Regis Hiſpalenſium; O quam beata eſt uita Regum iuſtorum,quæ & hic temporalibus rebus fulta niteſcit, & in æternum cum Angelis immortaliter requieſcit. Hic terrenis nutritur,illic choris concitatur Angelicis,hic hominum multitudine lętatur,illuc cum Angelorum choro gratulatur.

Scientia pariter requiritur in Principe, & magis in Imperatore,ita legitur in 3.Reg.10.de Salomone,Conſtitui te Regem vt faceres iudicium,& iuſtitiam,Pſal.98. Honor Regis iudiciũ diligit,& in lib.Sapient. Audite Reges, intelligite,diſcite iudices finis terræ.Ideo ſcientia dicitur neceſſaria,quia ab ea ueniũt Leges,correptiones,pœnę delictorum,præmia bonorum,mo-

Scientia requiritur.

nitiones,

nitiones & consilia, ad dirigendum populum in viam Dei, ex A Boet. in lib. 1. de Consolat. qui de sentẽtia Platonis asserit, Beatas esse Respublicas, quæ studijs sapientum reguntur, aut quarũ Rectores sapientiæ studere contigisset: Cuius uerba refert Valerius Max. in capit. de sapienter dictis vel factis, his uerbis: Iam Platonis uerbis adstricta, sed sensu prævalens sententia: qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicauit, cum aut sapientes regnare, aut Reges sapere cœpissent. Idem dicit Seneca, in epist. 92. Policrat. lib. 4.

Sozomenus lib. 1. c. 1. in historia tripartita ait: Aiũt te per diẽ exerceri armis, & corpore, subiectorumque negocia disceptare, iudicare simul, & agere, modo seorsum, & modo publicè, aliter quam communiter, quæ sunt agenda considerare; noctibus uerò libris intendere; Et non solum in humanis literis, sed B diuinis erit Rex sapiens. Deut. 17. Postquam Rex sederit in solio Regni sui, scribet sibi Deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ Tribus, & habeat secum, legetq. illud omnibus diebus uitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire uerba & cæremonias eius quæ in lege scripta sunt,

De ætate requisita.

Considerandum etiam (licet iure cautum non sit) qua ætate quis ad Imperium sit assumendus; In iure plura sunt designata tempora, secundum qualitatem actionum & officiorum; inde, minor 14. ad iuramentum non admittitur, nisi malitia suppleret ætatem, vt est communis Canonistarum sententia, secũdum Restaur. in q. 13. nu. 30. de Imperat. & habemus leges, vt l. qui iurasse, ff. de Iureiuran. cap. paruuli, 23. q. 5. Auth. Sacramenta C puberum, C. Si aduersus uend. & ibi Doct. de magis Communi, quod nunquam Minores 14. admittuntur ad iuramentum; At Imperator iurare debet fidelitatem in regimine totius orbis, ut in Clem. Vnica, de Iureiur. & latius infrà dicetur, merito in eo maior postulatur ætas, cum & omnium sit Imperator præstantior.

Si consideratur ætas requisita ad honores acquirendos, habetur in l. non tantũ, §. 1. ff. de Decur. l. ad Rempubl. ff. de muner. & honor. quod honores publici non dantur minoribus 25. annorum; At Imperatori committitur cura totius Orbis, merito in minori ætate non esset postulandus, qui assumitur ad regimẽ aliorum per electionem, quam ætatis 35. annorum, ut in cap.

Cum

A Cum in cunctis, de elect. de iure autem ciuili, maior requiritur ætas 35. annorum, Authent. presbyterum, C. de Episcop. & cler.

Vnde si Imperatoris officium consideretur, matura requiritur ætas, legitur in Eccles. 10. Væ terræ, cuius Rex puer est, cuius Principes mane comedunt; Sapientia & prudentia regiminis in canicie consistunt, vnde minor 25. Annorum ætas nõ uidetur tanto muneri conueniens, arg. l. non tantum, §. 1. ff. de Decur. l. ad rem, ff. ad municip. licet aliquando etiam in minori ætate fuerint electi, ueluti Carolus Magnus, & Carolus V. qui 18. annum non excesserant, tamen nõ datur ex his Lex, nec aliquid determinatur. nam illa ætas quæ non numero annorum, sed moribus computata est, desideratur: Sap. 4. Qua de re standum erit iudcio Summi Pontificis, ad quem pertinet confirmatio.

B

Modus pro Cõfirmatione seruandus.

His itaque diligẽter examinatis, Imperator examen electionis de se factum per suos Oratores Summo Pontifici nunciat, cui ẽt decretum electionis ijdẽ ostendunt, ut in d. Clem. 1. & in solen. Cærimon. lib. 1. sect. 5. cap. 1. in princ. olim eodem tempore & imago electi Imperatoris Pontifici (in signum reuerentię) deferebatur, secundum Sigonium lib. 1. de bello Italię, eademque mittebatur alijs principibus, ut illum dominum recognoscerent. Tunc Papa electionem approbat, & vtitur his verbis.

Verba Cõfirmationis.

Nos eodem mandato & decreto electionis eius Henrici ex parte Principum tam Ecclesiasticorum, quam Secularium, qui eundem elegerant, nobis per dictos nuncios præsentatis, plena cum eisdem fratribus deliberatione discussis, factaque nobis de electione huiusmodi concordi, & legitima, plena fide, examinata quoque persona ipsius Henrici, prout absentia patiebatur eiusdem, & de ipsius fide, probitate, & alijs, quæ in persona Imperatoris sunt merito requirẽda, cum pluribus prælatis, & alijs magnę auctoritatis viris, qui eiusdem Henrici mores, conditionem, & statum plenius nouerant, inquisito, eiusque persona, cuius etiam nos, & fratres nostri aliqualem prius notitiam habebamus, propter quod facilius transiuimus in examinationem huiusmodi, idonea reputata, ipsum denominauimus, denuntiauimus, & declarauimus Regem Romanorum, ipsius approbãtes personam, eumque sufficientem, & habilem declarantes ad suscipiendam Imperialis celsitudinis dignitatem, & decernentes

C

tes vnctionem, consecrationem, Imperijque Romani coronam A sibi per manus nostras debere concedi.

Ita legitur in Clem. 1. de iureiuran. Aug. de Anc. q. 38. Artic. 4. q. 39. Art. 1. & 2. & in d. Cæremoniali, & hanc approbationē facit etiam Papa, (prout sibi libuerit) per Legatum suū, ut in c. Venerabilem, in princip. §. obiectioni, & ibi dicitur: Legatus noster approbans Regem, & in d. Clem. 1. ante medium.

Approbatio quid sit.

Talis approbatio dicitur Confirmatio, secundum uerum sēsum Doct. in d. cap. Venerabilem, quem etiā sequitur Restaur. de Imp. q. 17. vnde non dicitur electus Imperator ante approbationem, sed nominatus, Hostiens. in cap. Licet, de elect. Iacob. Conc. lib. 4. Art. 4.

Vngitur etiam Imperator & quo modo.

Facta approbatione (vt ordinem præmissum sequamur) Imperator vngitur. De hac vnctione plura considerantur; Institu- B tio vngendi fuit à Deo, vt legitur in veteri testamento 3. Reg. 19. vbi Dominus ad Eliam dixit: Vnges Hazael in Regem super Syriam; & Iehu filium Namsi vnges Regem super Israel, &c. Ita Aaron à Moyse fuit vnctus Leuitic. 8. Dauid à Samuele 2. Reg. 2. Salomon vnxit Regem in Israel Sadoch sacerdos, & Nathan Propheta, 3. Reg. 1. & in Ps. 88. Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo unxi eum; & alibi; Propterea unxit te Deus Deus tuus, oleo lętitiæ vt in Psal. 44. Et in 1. Reg. cap. 9. Cras mittam uirum ad te de terra Beniamin, & unges eum Ducem super populum meum Israel. Et plures sunt in sacris literis à Domino institutæ unctionis: Ideo Saluator noster Christus dicitur, quasi unctus spiritu sancto, art. 10. & cap. 1. §. unde, extra, de sacr. unct. C

Eusebius Cæsariensis in lib. de Demonstr. Euang. lib. 4. cap. 15. refert Moysem iussu Domini imposuisse nomen Christi ijs qui unguntur in Regem; Idque unctionis genus non solum Pōtificibus, sed ēt Prophetis, Regibus, & Sacerdotibus fuisse cōcessum. Hoc factū est nō sine mysterio, ut scilicet uulgus credat, corpora illorum bene olere oportere, & fragrantia quadā opus esse, quandoquidem quælibet scelestę actiones male oleant, vnde fragrantiam bonorum operum amet Imperator, qui corporis odore oleat; Datur etiam uirtus contra inimicos Ecclesiæ, ad illos expugnandos propter fidem; Quæ unctio exorcizatio appellatur in Cærem. 4. & Euseb. in d. lib. 1. cap. 5. Io. Vgo in lib. quadri. Ecclesiæ, caus. 51. §. vlterius. Oleum quo Pontifices

veteris

A veteris testamenti ungebantur, apud Hebræos Nazer uocabatur, & ab eius deriuatione Nazaræi dicuntur, ex eodem Euseb. lib. 7.

Talis vnctio fit in anno, et in brachijs, qua in his principatus designatur, Esaiæ cap. 9. Factus est principatus super humerum eius; Sic vnctio translata est à capite ad brachia, caput est sacerdotium, sicut Papa. Samuel fecit poni armum ante Saul cui dederat locum in capite ante eos qui fuerant inuitati, ut in 1. Reg. 9. Verum est quod Saul fuit unctus in capite à Samuele, qui & deosculatus est eum, dicens: Ecce unxit te Dñus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populum suum; Hodie autem Imperatores vnguntur in brachijs, ut in d. §. vnde, in fine, ad imitandum antiquorum militum morem, qui notabantur B stigmate in brachijs, l. pœnæ, ff. ex quibus causis maior. l. 3. C. de fabricen. De quo brachio, precipuè sit intelligẽdũ inquiritur à multis, & regula est, de dextro, quia dextera manus dr̃ fortior sinistra, et maior in ea inest fortitudo, & dignior reputatur; in Genesi legitur ca. 48. Pone dexterã tuam super caput meum; & in Psalm. 44. Deducet te mirabiliter dextera tua. Inde Moyses iussu Domini de sanguine Arietis tetigit extremum auriculæ dexteræ Aaron, & pollicẽ manus eius dexteræ; & alibi in Psal. Saluauit sibi dextera eius; Item: Saluum me fecit dextera tua, & ita seruatur, ut legitur in Cęremon. in 4. col. ad finem.

Talis unctio modo facienda est signando signo crucis, licet in ueteri testamento nullum esset determinatum signum, sed tã tum effundebatur oleum super caput, ut in 1. Reg. 10. ubi legi- C tur: Effudit super caput eius lenticulam olei. Quid simile ẽt legitur in Leuit. cap. 21. de Pontifice Maximo. Verum est, quod super frontes dolentium, & gementium Dominus mandauit fieri signum thau, Ezech. 9. Et in cap. Ecclesiasticorum, dist. 19. quod figurauit signum crucis, ut refert Restaur. de Imperat. q. 18. cum seq. per Brazz. in serm. de Natiu. Domini 14. tract. par. 2. Hodie cum signo crucis salui facti simus, in eo signo uincimus, dum eo signamur, cap. Postea signatur, de Conse. dist. 4. in princ. & cap. Nunquid, de Consecr. dist. 5.

Talis unctio fit ad altare sancti Mauritij Romæ in Ecclesia S. Petri, nõ ad altare sancti Petri, quia apud illud solus Papa ungitur & consecratur; Card. in Clem. unica, de iureiuran. §. illorum, & in Cæremon. sect. 5. cap. 3. & cap. 2. fuit autem dictum

altare

altare electum ad hanc unctionem, & consecrationem Impera A toris, quia sicut S. martyr Mauritius fuit gloriosus & strenuus miles, ac triumphator, pro fide Christi cum socijs suis, cuius officium pro fide sumit Imperator, ita illius exemplo, & suffragio pariter contra hæreses, & infideles pro Ecclesia Sancta Dei uictor, & triumphator existat.

Vngitur regulariter à Cardinali Hostiensi, à quo & Papa cõsecratur, licet Doct. dicant, quod Papa si fuerit presens ipse ungat, ut dicitur in d. cap. Venerabilem, & in Clem. unica, etiam dicitur, per manus nostras; & hoc idem firmat ibi Glos. fin. in d. Clemen. Romani; August. de Ancona, de potest. Papæ, q. 38. Art. 2.

Differentię vnctionum. Notandum tamen est, quod talis vnctio non est consecrationis, sicuti vnctio Pontificis, & aliorum Prælatorum Ecclesiæ, B nam tales in Ecclesia vnguntur in capite, & consecrantur, ad designandum quod caput Ecclesiæ est Papa; Imperatores verò vnguntur in brachijs, quia dati sunt in adiutorium Capitis; Differunt etiam in liquore: nam Põtificalis unctio est ex balsamo, & ex chrismate: Imperialis uerò, & Regalis tantum cõstat oleo sancto; quæ quidem differentia, Auctoritatis discrimen, & Potestatis ostendit: in Papa enim consideratur Auctoritas, in Imperatore autem & in Rege Potestas; Inde potestas dependet ab auctoritate; Quapropter Imperatores, & Reges non suscipiunt Ordines, nec Subdiaconatum, nec Diaconatum, vt vulgaris est opinio, sed verum est quod fruuntur priuilegio Diaconorum in officio, & habitu, in actu celebrationis ministerij Missarum, & diuinorum officiorum; Abb. in cap. unico, de sacra unct. Zaba- C rell. in d. Clem. Romani, num. 8. & 9. Franc. in cap. Ad Apostolicæ, §. sed licet, de sententia & re iudic. num. 7. & Glos. communiter recepta, in d. cap. Venerabilem, sic recipit excutionem ordinis, non ordinem; & impropriè dicitur Consecratio; efficitur tunc Canonicus Basilicarum Sancti Petri, & Sancti Ioannis Lateranensis. ut per Restaur. in quæst. 29. & accipit excutionem ordinis Diaconatus. Felin. in capit. Cum non liceat, & Abb. in cap. nouit, de Iud. Hodie seruatur forma Pontificalis Romani.

De Coronatione. Coronatur deinde Imperator, tum, quia ita de stylo est, tũ ẽt qa antiquitus sic obseruatũ fuit, ut in Can. 3. Egredimini filiæ Sion, & uidete Regẽ Salomonẽ in diademate, quo coronauit

eum

A eũ mater sua. Bal. in cons. 359. lib. 1. Duplici aũt corona, inuisibili scilicet diuina, & uisibili, idest mundiali, Imperator ornatur; quæ ideo uidetur illi data, quasi in præmium laboris, & meriti; ut olim solebant Romani, qui secũdum qualitatem meritorum diuersas militibus concedebant coronas, quibusdam enim dabant muralem, alteri Ciuicam, & cæteras huiusmodi, quæ contextæ erant uel ex Quercu, uel ex Gramine, uel etiam ex Auro, cap. Christi nomine, de pace Constant. de usib. feud. cap. Imperatores, 11. quæst. 3. l. 2. C. de quibus men. Vnde ad significandum quod Imperator est strenuus miles, & uictoriosissimus, ac triumphator; ut in Rubr. C. & Inst. qui omnes coronas merebatur olim unica tantum corona aurea decorabatur. Ferream Regina Theodolinda instituit, ex auro scilicet, circulo tamen fer B reo in interiori parte contextam, quæ Moedetiæ in templo Sancti Ioannis Baptistæ ædificato à dicta Regina Theodolinda imponebatur, quo loci etiam coronabantur Reges instituto Caroli Magni, qui prima vice usus fuit ea corona Moedetiæ, deinde Mediolani, instituto Othonis magni, postea utrobiq; instituto Corradi; Inde Mediolanenses inuidia moti contra Moedetios appellant illam coronam Palearem: ex Sigonio in Historia sua de Regno Italiæ.

Aurea datur à Papa, si Imperator accesserit ad Vrbem, & licet Syluester Papa fuerit à Constantino magno coronatus, non tamen tamquam Dominus eum coronauit, sed ut obsequeretur Syluestro: tanquam minister obsequens, cap. Constantinus, dist. 93. Triplici igitur corona coronatur Imperator, Fer-

Triplici coronarũ specie Imperator ornatur.

C rea, Argentea, & Aurea; Prima Ferrea scilicet, significat fortitudinem, qua rebelles Ecclesiæ uicit, & illam accipit Aquisgrani ab Archiepiscopo Coloniensi; Secundam Argenteam suscipit Mediolani in Ecclesia Sancti Ambrosij, ab Archiepiscopo Mediolanensi, ad signandum qualiter Ecclesiam protegere debeat in fide, & charitate, absque fallacia & dolo, & sic ut in munditia & charitate imperet; Tertiam Romæ in Ecclesia Sancti Petri, & ad altare Sancti Mauritij à Summo Pontifice recipit; ista significat excellentiam & supereminentiam super omnes alios Reges & Principes, Inde Versus. Ferrea Romani gestant diademata Reges; estq; argẽtea post hæc his oblata corona; Hinc aurũ capiti fuluum datur Imperiali; Sic tanquã Athleta triplici corona coronabitur, l. unica, C. de Athletis, lib. 10. Federicus I.

ab Adria-

ab Adriano IIII. plures coronas aureas recepit, ut pro Imperio, & Regnis eidem subiectis; ex Glos. in d. Clem. Romani, & ibi Abbas, & Doctor. Restaur. Perus. quæst. 24. Differt corona Imperialis ab alijs, ut in forma & ornamẽtis, sic excellit omnes alias coronas, & dicitur secundum Restaur. quæst. 33. Semel coronatus, iterum non coronatur, ut ibi in quæst. 27. A

Dies autem celebrandi has coronationes in iure non est determinata, itaque in hoc standum erit iudicio Papæ; At in lib. Cæremon. cap. 3. Sect. 5. lib. 1. & 2. vbi asseritur, quod dies Dominica Lætare est congrua dies; & in Spec. diuin. off. idem habetur, quod ita seruauit Nicolaus V. in coronatione Friderici; habet enim talis diei institutio aliquam rationem contemplationis, vt eo etiam illam coronam cælestem meditetur, vt perpetuo lætari in Domino possit, licet in Leuit. 8. sit scriptum, quod in vnctione Aaron, & filiorum, septem diebus ceremonijs vacaret populus. At iure nostro vnico contextu cuncta expedienda sunt; Restaur. in d. quæst. 32. B

Dum itaq; Imperator recipiebat à Papa coronã auream pro incolumitate Imperij, pecuniæ inter populum distribuebantur, secundum Sigon. in lib. de Hist. Italiæ.

Imperator accedit personaliter ad Vrbem, ut coronam à Papa recipiat: quod intelligitur, si aliter Pontifex non ordinauerit, quia potest huic consuetudini derogare, licet in loco nobili, & augusto hæc Imperatoris cornatio esset exequenda, vt legitur de coronatione Caroli V. quæ à Clemente VII. fuit Bononiæ celebrata. Ias. in Repet. l. Si is qui, ff. de vsucap. Berous, in cap. de causis, extra de off. deleg. nu. 39. Pelag. in d. cap. 58. Restaur. in quęst. 35. & 48. C

Potest Papa committere talem actum inaugurandi Imperatorem vel Coronandi, Cardinali Legato, qui eum vngere, consecrare, atque coronare nomine Summi Pontificis possit, & regulariter etiam coronatio fit à Cardinali Hostiense, cui ex priuilegio Apostolico competit. Abb. & Zabarell. in Clem. 1. de iureiuran. quanuis Doctor. ibi, & in d. cap. Venerabilem, teneant, talem coronationem faciendam esse per Papam, vt supra de vnctione dictum fuit.

Inde firmiter dicendum est cum Sigonio, in lib. 5. de Histor. Italiæ, quod virtute talis vnctionis & cõsecrationis, Imperium factum est beneficium Ecclesiæ; & refert Friderici sententiam;

Imperium

A Imperium olim Ecclesiam extulit, nunc Ecclesia deprimit Imperium; cæptum est à pictura, inde uentum est ad scripturam; nunc scripturæ autoritas comparatur, non patiar, immò ante coronam deponam, quam de Imperij autoritate detrahi ulla ratione permittam: pictura deleatur, scriptura reuocetur, ne inter Regnum & Sacerdotium, ęterna simultatum monumenta supersint; ex Sigonio in d. lib. 12.

Dum recipit Imperator coronam, triplici iuramento obedientiæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ submittitur. Quamuis regulariter iuramentum non præstet fidelitatis; ex quo neminem recognoscit Dominum nisi Papam Ecclesiæ caput, ex d. cap. Venerabilem, & Clem. 1. & ibi per Doct. hoc probatur, & Felin. in capit. Nouit, de iudic. Bald. in l. Non ambigitur, ff. de legat. B numero 3.

Primum Iuramentum præstandũ ab Imperatore.

Primum iuramẽtum quod Imper. præstat in susceptione coronę Ferreæ; tale in d. Clem. 1. describitur. Ego N. promitto (tactis scripturis Euangelicis) & iuramento firmo, quod eandem Ecclesiam, & fidem Catholicam, pura fide, totisque viribus conseruare reuerenter, defensare, omnemque Hæresim, Schisma; & hæreticos quoslibet, eorumque fautores, receptatores, & defensores ipsorum, exterminare pro posse: ac nunquam cum Sarraceno, Pagano, Schismatico, seu alio quolibet communionem Catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio prædictæ Ecclesiæ inimico, vel rebelli, seu eidem manifestè suspecto, vnionem quamlibet, seu parentelam, aut confęderationem inire, sed tam nostram, quam successorum nostrorum personas, ho- C norem, & statum manutenere, defendere, & conseruare contra omnes homines, cuiuscunque existerent præeminentiæ, dignitatis, uel status, & similia; Et ibi promittit pariter manutenere semper atque seruare Priuilegia omnia per prædecessores suos Imperatores Romanos, vel Reges prædictæ Romanæ Ecclesiæ, & alijs quibuslibet Ecclesijs, quocunque tempore concessa. Iuratque pariter non alienare bona Imperij, quia præpositus est administrator vniuersalis in regimine Imperiali, ut in dicta Clem. 1. de iureiuran.

Secundũ Iuramentum Imperatoris coronãdi

Aliud iuramentum pręstat in manibus Sum. Pontificis, dũ suscipit coronã Auream, talis tenoris: Ego N. Romanorum Rex, annuente Deo futurus Imperator, promitto, & spondeo, ac polliceor, atque iuro, coram Deo & Beato Petro, me de cętero pro

tectorem & defensorem fore Summi Pontificis, & huius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in omnibus necessitatibus, & vtilitatibus suis, custodiendo, & conseruando possessiones, honores, & iura eius, quanto diuino suffultus adiutorio fuero, secundum vires & posse meũ, recta & pura fide, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. ex d. Clem. vnica, de iureiuran. A

Imperialia ornamenta multiplicia.

Post hæc Imperator accipit Imperialia ornamenta, quæ multiplicia sunt; induitur Chlamide Militũ, Purpura Regum, Stola Sacerdotum, Toga Aduocatorũ, Habitu Rusticorum, Cucul la Monachorum, ex l. vnica, C. nulli licere, lib. 11. in Glos. 3. l. fina. C. qui nulli, lib. 12. sunt autem auro contexta uestimenta eius, ut in d. l. vnica, C. qui nulli.

Aristoteles admonebat Alexandrum magnum suum discipulum, vt legitur in lib. de secretis secretorũ, Regi cõuenire ornatè vestiri, & excellere in apparatu, & decore, ut dignitas decoretur, potentia non lædatur, debita reuerentia retribuatur; Et Seneca dicebat: Tibi dico Auguste, indue te preciosis, non propter te, sed propter honorem Imperij; Sunt autem illius specialia ornamenta quædam significantia dignitatem, & illi congruunt quędam propter excellentiam ordinis, & Sacramentum mysterij figurant: ideo datur Annulus, qui significat fidem. Ambros. in Luc. ca. 15. in illis uerbis: Date ei, annulum in manu eius, ait: Annulus est syncerę fidei signaculum, & expressio ueritatis. Et Beda ibidem ait de Annulo, ut propria fides clarescat, & per fidem, & opera confirmetur. August. de quæst. Euang. ait: Annulus scilicet in manu pignus est Spiritus Sancti propter gratiæ participationem quæ digito bene significatur. B

De annulo.

De Armilla.

Datur etiam Armilla ad significãdum bonam operationem, vt Ezech. 16. Armillas in manibus tuis, significat uirtutem bonæ operationis, quia Armilla est ornamentum manuum. C

De Gladio.

Sceptrum pariter ornamentum est Imperiale, quia significat iustitiam, ita dicit Hieron. super Hierem. cap. 22. Regum officium est proprium, facere iudicium, & iustitiam, liberare de manu calumniantium oppressos, cap. Regum, 23. q. 5. & cap. Constantinus, dist. 96. & gladium ad vindictam malefactorum datur Imperatori; Hieron. in Ioan. cap. 22. ait: Non solum homines ministri sunt & vltores Dei iræ in illos qui malum operantur, unde non sine causa gladium portat, sed ẽt contrariæ fortitudines, quę appellantur furor, & ira Dei, c. Non solũ, 23. q. 5.

Quintò

A Quintò datur & purpurea vestis, quæ Chlamis nuncupatur, ut in d. cap. Constantinus, dist. 96.

Purpura.

Sextò, & Nummus Aureus conceditur, ut in Pontificali, uide etiam Pelag. lib. 1. cap. 57.

Numus aureus.

His peractis, non mutatur nomen sicuti de Papa dictum est, ita ab antiquo fuit seruatũ, & ratio istius mutationis non adest, sicut in Petro; ex Restaur. q. 40. & tũc acclamatur ad honorem tantę Maiestatis, quod fit etiam, dum per Ciuitatẽ & loca transit, l. 1. C. de Decurion. lib. 12. in princip. ubi acclamatum fuit Auguste Constantine Deus te nobis seruet nostra salus; & in l. 3. C. de off. Rector. prouinc. dicitur: Iustissimos, & euigilantissimos Iudices, publicis acclamationibus collaudandi damus potestatem, ut honoris eius auctissimos proferamus processus, &

Quare non mutet sibi nomẽ Imperator coronatus.

B è cõtrario iniustos, & maleficos, quęrelatorum uocibus accusandi. Ideo ad honorem Dauid fuit acclamatum, dum cantabat populus Israel, Saul mille, Dauid decem millia, 1. Reg. 18. Ita præcepit Dauid, ut in electione Regis Salomonis, populus caneret, Viuat Rex Salomon. 3. Reg. 1.

De Regibus etiam aliquid dicendum erit, qui non tantum uotis uel suffragijs solum eliguntur, sed successione etiam fiũt, ut de successione Regum testatur Guliel. de monte, in suo tract. & Corsett. de Pot. Regia, nu. 79. quorum quidam eliguntur, alij successione ueniunt ad Regnum, vt per cap. Venerabilem, de elect. & cap. Licet, de uoto. Idem dicit Ioannes Redin, de Maiest. princ. num. 10. in verbo Imperatoriam Maiestatem. Ratio autem est quare Imperatores eligantur, & Reges fiant succes-

De Regũ successione.

C sione, quia Imperator est præpositus regimini uniuersi orbis, Reges autem sunt particularium locorum, & potius ex constitutione hominum fiunt: Necnon, quia dicitur periculosum habere Regem alterius nationis, ex Bart. in tract. de Regim. Ciuitat.

Nomen Regum antiquius est nomine Imperatoris, ut diximus, & plures sunt Reges in mundo, Tales enim in Prouincijs deputantur, & in loco ubi Patriarcha residet.

Reges antiquiores Imperatorib.

Non unguntur omnes Reges sed quidam sunt excepti, uelu ti Rex Galliæ, Ierosolymæ, Siciliæ, & Anglię, Martin. Laud. de Princip. q. 76. Restaur. q. 17. de Imperat. & alij ex priuilegio uel consuetudine.

Vnctio Regis qualis.

Rex Galliæ inungitur oleo de cælo misso in Monasterium

 A

Sancti Remigij quod in ampulla columba detulit, & illic Sanctus Remigius Regem Galliæ baptizauit & vnxit, ex Rastaur. in q. 19. de Imperat. & oleo sancto inunguntur, & quasi uasalli Ecclesiæ dicuntur; Lauden. de Princip. q. 18. per cap. Intelleximus, de iureiuran. Bald in cap. Pastoralis, extra de Rescript.

Fit etiam inquisitio de Regibus.

Talis etiam inquisitio de Regibus facienda est, qualis de Imperatore premissa fuit, vt in cap. Venerabilem, de elect. & cap. 1. de iureiuran. vtpote qui Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ utiles sint; Inde in coronatione fidelitatem in manibus Pontificis uel Patriarchæ, aut Metropolitani loci, his uerbis iurant: Ego N. annuente Deo futurus Rex. N. profiteor, & promitto coram Deo, & Angelis eius, deinceps legem, & iustitiam, & pacem Ecclesiæ Dei, populoque mihi subiecto, pro posse, & nosce, facere, atque seruare, saluo condigno misericordiæ Dei respectu, sicut in consilio fidelium meorum melius potero interuenire; Pontificibus quoque Ecclesiarum Dei, cōdignum, & canonicum honorem exhibere, atque ea quæ ab Imperatoribus, & Regibus Ecclesijs collata, & reddita sunt, inuiolabiliter obseruare; Abbatibus, Comitibus, Vasallis meis, congruum honorem secundum consilium meorum fidelium præstare, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia; ex Pontificali de Coronatione Regum.

Iurant fidelitatē. B

Inde etiam Reges, & alij Principes subiacent Ecclesiæ potestati, & Papæ correctioni, & non parentes, poterit Papa deponere, & alios Reges in locum depositorum instituere, ut supra dictum fuit & refert etiam August. de Anco. in d. q. 45. Art. 1. & 2. & q. 46. Art. 1. & 3. & est tex. cap. Alius, 15. q. 6. C

Sunt & alij Principes sicuti Duces, Marchiones, Comites, Barones, & similes, de quibus plura Corrad. in templo omnium iudic. lib. 1. cap. 4. & seq. vsque ad 6.

Differunt ad inuicem sicuti Patriarchæ ab Archiepiscopis, illi in locis Regum, isti Ducum resident, ut supra de Episcopis dictum est, lib. 1. par. 1.

Principes omnes fidelitatem iurant.

Tenentur omnes etiam Principes iuramētum fidelitatis præstare, de quo legitur in cap. Excommunicamus, §. moneantur, de hæret. vt ibi, & legitur his uerbis: Moneantur autem, & inducantur, & si necesse fuerit per Censuras Ecclesiæ compellantur, seculi potestates, quibuscunque fungantur officijs, ut sicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent

A stent publicè iuramentum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro uiribus exterminare studebunt. Itaque quandocunq; quis fuerit ad potestatem, siue perpetuã, siue tẽporalem adsumptus, hoc teneatur iuramento firmare, & obseruare; Si uerò Dominus temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesia, suam terram purgare neglexerit ab hęretica fœditate, per Metropolitanum, & cæteros comprouinciales Episcopos, excommunicationis uinculo innodetur, & si satisfacere contempserit, intra annum significetur hoc Summo Pontifici, ut ex tunc ipse uasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis absque ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo B iure dominij principalis, & similia, vt ibi.

Vide plura in hac materia apud Directorium Inquisitorum, 3.p.q.33.& q.34. & 35.& quid iurare, & promittere debeant.

Omnes Prīcipes sunt filij Ecclesię.

Concludendum tandem erit, quod Imperatores, & Reges, sunt filij Ecclesiæ Catholicæ, & illius sunt fautores, & coadiutores, cum tota eorum potestas ab Ecclesia dependeat, cap. Si Imperator, dist.95.cap. Conuenior, 23.q.8.cap. Ecclesia, dist. 97.cap. Domino, dist.50.cap. Valentinianus, dist.63.cap. Duo sunt, dist.95.

Propterea à Papa possunt cogi ad obseruandum iuramẽtum præstitum in eorum Coronatione & confirmatione, ex quo virtute talis iuramenti sunt effecti subditi Papæ, & cuilibet Sacerdoti, pro salute Animæ suę. Abb. in cap. 1. de noui oper. nunc. & C cap. Nouit, de Iud. Fel. in cap. 1. de Constit.

Principes subijciuntur correctioni & iudicio Ecclesiæ.

Ideo legitur, quod Innocentius in Conc. Constantinopolitano, Imperatorem correxit, ex eo, quod Patriarcham illius loci in scabello pedum suorum sedere fecerit. His uerbis: Vtrum autem Imperatoriam excellentiam ad bonum, & utile per litteras nostras duxerimus inuitandam, ut ueluti iusta suggesserimus, & honesta, tua solicitudo discernat. & similia.

Hoc idem dictum fuit Regi Francorum, qui periurium commiserat contra Regem Angliæ, dicens ad se spectare de peccato quocunque cognoscere, & corrigere Christianum, & pacis fœdus reformare. Inde monet, quod non debet super hoc Regia dignitas iniuriosum reputare, si super hoc Apostolico iudicio se submittat; Legitur de Valentiniano inclyto Imperatore,

Suffraganeis Mediolanensis Ecclesiæ dixisse: Talem in Pontificali constituite Sede, cui & nos, qui gubernamus Imperiũ, syncerè nostra capita submittamus, & eius monita (dum tanquam homines deliquerimus) necessario ueluti curantis medicamenta suscipiamus. Eo quod potestas Papæ à Deo est. A

Ibidem legitur his uerbis: Nullus, qui sit sanæ mentis ignorat, quòd ad officium nostrum spectat de quocunque peccato mortali corripere quemlibet Christianum, & si correptionem contempserit, per districtionem Ecclesiasticam coercere. Hæc rescripsit Gelasius Papa Anastasio Imperatori. Innocentius Põtifex Arcadium Imperatorem (quia consensit ut S. Ioan. Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicauit. Beatus etiam Ambrosius licet sanctus, non tamen uniuersalis Ecclesiæ Episcopus, pro culpa Theodosium magnum Imperatorem excommunicans, ab Ecclesia exclusit; Necnon Zacharias Pontifex Clodoricum Regem Francorum deposuit, eò quod nimis esset effœminatus. Idem legitur in lib. 3. Reg. cap. 12. quod Roboam regnum perdidit, quia noluit sapientes, & seniores audire, & plura similia exempla tradi possunt. cap. Solitę, de Maior. & Obed. cap. Nouit, de Iud. cap. Duo sunt, dist. 96. cap. Grande, de supplen. neglig. Prælat. Innoc. in cap. Per uenerabilem, qui filij sint legit. Abb. in cap. Venerabilem, de elect. Glos. in cap. Alius, 15. q. 6. Glos. in cap. Si Papa, dist. 40. Spec. de accusat. §. 1. & §. 3. num. 1. & 7. Doct. in d. Clem. 1. de iureiuran. Pelag. lib. 1. cap. 21. & cap. 59. Augustin. de Anco. de potest. Papæ, q. 40. Art. 1. & 4. & q. 45. Art. 1. & 2. & q. 46. Artic. 1. & 2. & hæc est communis sententia Canonistarum, quam refert etiam Viuius in Opin. 369. nu. 21. B C

Princi-pes adiũgunt sibi Consilia-rios.

Postmodum tales ueri Imperatores & Reges cum confirmati, coronati, & consecrati fuerint, iuxta Ecclesiæ præceptum, & ordinem, ad eorum officium se accingunt, quod tam circa ipsorum mores, & uitam, quam circa populi gubernationem uersari expedit, & peritos inde sibi consiliarios fideles, & sapientes adiungunt, sicuti de Salomone Eccles. cap. 32. legitur. Vnde Roboam, ex quo malos habuit consiliarios, Regnum amisit, 3. Reg. 12. & Iudas Machab. 1. cap. 9. ideo perijt, Holofernesque interijt, Iudith c. 6. quia cõsilium Achior despexit. & Nabuchodonosor, ex hominibus abiectus est, & fænum ut bos comedit, quia consilium Danielis spreuit. Daniel. 4. Ioas verò fuit bo-

nus,

A nus, quamdiu vſus fuit conſilio Ioiadæ Pontificis, ut Paralip-pom.lib.2.cap.24.& lib.4.Reg.cap.12.ex hoc fuerunt damnati Abſalom, ut 2.Reg.c.17.& Roboam lib.3.Reg.c.12.et ideo ſummis laudibus ab Ælio Lampridio Alexander Seuerus extollebatur, quod bonis uteretur Conſiliarijs.

Tales itaque conſiliarij eligantur, qui ſuo Principi apti ſint ſancta, & honeſta conſilia præbere, de quorum conditionibus latè dixit Laud.in tract.de Conſil.princip.quæſt.17.Matth.de Afflict. de conſt. Reg. à num.41.vſque ad 58. & in Rub.de ſeruan.indemn. Comiti, Baroni, Militi, de quibus infra ſuo loco dicetur.

Quibus virtutib⁹ ornati eſſe debeāt ī Regimine Principes.

Ornantur præcipuè Imperatores, & Reges prudentia, fortitudine, manſuetudine, temperantia, iuſtitia, & cōtinētia, alijsq; B virtutibus moralibus, tam ad Regimen pertinentibus, quam ad bonos, & ſanctos mores inducentibus, ſunt enim tales virtutes animi habitus, vt inquit Philoſophus, lib.1.Rhetor. cap.2. quæ omnibus communes eſſe debent, & etiā illis qui aliis ſubditi ſunt. Ariſt.in Rhetor. & in epiſt.ad Alex. Magn. Prudentia autē uirtus eſt præcipua principis, ut teſtatur Philoſophus lib. 3.Polit. cap.3. Ita etiam dicitur in cap. 1. diſt.36. ordinandum oportet eſſe prudentem, & prudentem Epiſcopum oportet intelligi, non ſolum literarum peritia, uerum etiam in ſeculariū negociorū adminiſtratione; & legitur in Procem.C.Iuſtinia.& in l.unum ex famlia, §.fin. in fine, ff.de legat.2. quod Imperator ſit prudentiſſimus, eo quod prudentia eſt neceſſaria ad benè uiuendum; nam bene uiuere conſiſtit in benè operari; ad be-C nè operandum requiritur electio recta, quæ uerſatur circa ea, quæ ſunt ad finem, ſic ad fortitudinem duo requiruntur, finis bonus, & medium, quo ducimur ad finem, & talis diſpoſitio fit per habitum rationis, & habitus eorum eſt prudentiæ, nam ea perficitur ratio, ut debitis medijs ueniat actus ad finem ſuum. D.Thom.in 1.2.q.57.Art.5.

De Prudentia.

Ita princeps conſtituitur prudens, vt populo neceſſaria pro tempore prouidere poſſit, ac euitare pericula, conſeruare pacē, & leges, ut obſeruentur curare; Ideo Dn̄s dixit Matth.24. Quis putas fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam; & legitur Geneſ.41. de Ioſeph, qui prouidentia cognoſcens futuram annonæ caritatem, populo neceſſaria ad uictum procurauit. Dicit Plutarch. ad Traianum

Imperatorem, ut refert Helinandus in suis historijs. Est Respublica, corpus quoddam, quod diuini muneris beneficio animatur, & nutu summæ æquitatis agitur, & regitur quodam moderamine rationis. Quæ enim ad religionem pertinent, Animę uicem habent. A

Princi-pes & eorũ Senatus corp⁹ mysticũ conficiũt.

Princeps caput est huius corporis, uni subiectus Deo, & his, qui uices Dei agunt in terris: cordis autem locum, Senatus obtinet, oculorum autem, & linguæ officium & aurium sibi uendicant Iudices, & Præsides Prouinciarum. Officiales, & milites manibus comparantur, qui semper assistunt Principi, Lateribus assimilantur Questores, & Commentarienses, non illi, qui Carceribus præsunt, sed Comites rerum priuatarum Vẽtris & intestinorum ferunt imaginem. Hæc ille. Ex quibus habetur, quod Princeps totam uniuersitatem repræsentat, & sic illam moderamine rationis conseruat. B

Prudentiæ Partes.

Ideo dicitur, quòd Prudentia habet annexas tres virtutes, ut docet Philosophus 6. Ethicor. Prima Gręco nomine nuncupatur Eubulia, quæ est bene consiliatiua, inquirendo de uarijs modis, & vijs, quibus peruenimus ad debitum finem; Secunda dicitur Sinesis, & est iudicatiua, & determinatiua, quo scilicet modo perueniamus ad debitum finem; Tertia Gnomin, hoc est, iudicium de agendis, secundum rationem naturalẽ, in his, in quibus deficit lex; Proprium prudentiæ est imperare, ut ad executionem ueniat, quod iudicatum, & consultum fuit; de Prudentia uide D. Thom. in 2.2.q.48. & 53. & concluditur, quod Prudentia est uirtutum moralium directiua, medij inuentiua, Boni Politici contemplatiua. C

Circa quę versetur Prudentia.

Prudentia præterea versatur circa quatuor principaliter, hoc est, vt Deo placeat, Populo prosit, Reipublicæ prouideat, Leges iustas, & possibiles condat. De primo legitur in Deut. 17. Postquam sederit in solio Regni sui, describet Deuteronomiũ legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominum Deum suum, & custodire uerba, & cæremonias eius quæ in lege præcepta sunt.

Ita scripsit Bonifacius Papa I. ad Honorium Imperatorem, his uerbis: Ipsa enim Ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imperator, meo quidem sermone, sed suo uenerabili appellat affectu, quam Christus Deus noster uestri fidus rector & gu-

bernator

A bernator Imperij uni desponsatam sibi & intactam uirginem seruat: ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempestatis insolitæ tumore turbari, gloriosissime, & tranquillissime Imperator Auguste. Ipsa ergo (quæ uni desponsata nostra tamen mater est) Ecclesia hac pietatem uestram legatione, quam suis Sacerdotibus com misit, appellat; præterita præsentiaque repetit; Vobis (inquit) religiosè Imperantibus creuit mens qui modò tuus est populus, tam fidus Deo, quã tibi qui es Princeps Christianus. Ecce enim inter mysteria, inter preces suas, quas pro uestri fęlicitate dependit Imperij teste (apud quem, & de cuius sede agitur) Sancto Petro solicitis pro religionis obseruantia uocibus clamat; et infra: Angeretur pluribus Princeps Christianissime mater Ec-
B clesia, nisi apud te suarum esset cura causarum, & nisi in oppres sionibus Idolorum, in hęreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio semper florente, uicisset; & si milia quæ sequuntur. de quo in cap. Ecclesiæ, dist. *97.* & in cap. Victor Honorius, ead. dist. latius, ubi Honorius respondit ad petitionem Bonifacij.

De similibus quãta scilicet religione Imperatores, & Reges tueri debeant Ecclesiam Catholicam, & illius iura, personas, & bona, lege in cap. Constantinus, el 2. dist. *96.* & per totam illam distinctionem, & cap. duo sunt, in d. dist. *96.* Leges contra Ecclesiæ libertatem non permittant, nec condant, nam tales es sent excommunicati, & priuati Regno, ut euenit Pisanis; Ita de terminauit Honorius III. Episcopo Bononiensi, ut in cap. No-
C uerit, de sententia excomm. his uerbis: Necnon, & qui de cæte ro seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra Ecclesię libertatem: nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri. Item excommunicamus statutarios, & scriptores statutorum ipsorum, necnon Potestates, Consules, Rectores, & Consiliarios locorum, ubi de cætero huiusmodi statuta, & con suetudines editæ fuerint, uel seruatæ, necnon, & illos, qui secun dum ea præsumpserint iudicare, uel in publicam formam scribere iudicata.

Principes tueri tenentur Ecclesiã Catholicam.

Hoc idem legitur contra officiales facientes Constitutiones contra libertatem Ecclesiasticam, in cap. Grauem, de sententia excom. & legitur in l. Item, cum seq. C. de Episc. & cler. & l. Inter cla-

Cõtra Ecclesiæ libertatem nil ordinandum

tER cla-

ter claras, l. seq. l. omni innouatione, C. de sacrosanct. Eccles. & A per totum, habetur, qualiter Imperatores, Reges, & Principes Christiani, subiacent dominio Sanctę Matris Ecclesię, & illius iura, bona, & personas tenentur inuiolabiliter custodire. Inde in libro Reg. 3. cap. 8. & 9. habetur, quod Salomon Rex ædificauit Domino templum, & ante altare stetit in conspectu Ecclesiæ Israel genuflexus, expansis manibus, oculis ad Cælum eleuatis fundens preces coram Deo pro salute sui populi. vnde populus exultauit, & gauisus fuit, quod talem haberet Regem; & in 4. lib. Regum cap. 22. & 23. Iosias Rex zelo diuino accensus populum sibi subditum ad uerum Dei cultum reduxit. Idē legitur de Constantino Imperatore, de quo in d. cap. Constantinus. Quapropter Imperator, & qui alijs imperat, religiosissimus esse debet & Deum timere, ut in Rubr. Procem. Iustinianæi Cod. & Simanch. de Hæret. titulo 23. B

Arist. lib. 5. Polit. cap. 11. Videri etiam oportet ipsum erga religionem Deorum affici vehementer, minus enim formidabūt populi, ne quid contra iustitiam fiat, si religioni deditum illum existimabunt, ac Deorum timorem habere; minusq; contra illum audebunt insurgere, quasi Deos habet propitios, & fauentes. Est gloriosa in Deum pietas Regijs honoribus immobile fundamentum, impij Reges miseri ac mali, male pereunt; contra uerò pietatis cultores sine labore uincere solent; Idem dicit Plutarch. in Polit. Cyrill. de Rat. fidei.

D. Thom. de Reg. princ. inquit: Omnes Reges qui ad diuinā reuerentiam fuerunt soliciti, feliciter suum cursum cōsummasse, qui uerò contra, infelicem consecuti sunt exitum. C

Idem in cap. 16. Pietate enim aduersus Deos sublata, fides, etiam & societas generis humani, & una excellentissima uirtus iustitia tollatur necesse est. Idem habetur ex Tullio de Nat. Deorum.

Dicuntur etiam Imperatores religiosissimi iuris, eo quod in eorum legibus Religionis cultus existit. Glos. in l. unum ex familia, §. & iurisperiti; Sacerdotes appellantur, l. 1. ff. de iust. & iure, & quia exhibent reuerentiam Sacerdotibus.

Legitur de Alexandro magno, qui in uisione uidit honorem deferendum esse Ioiadę Summo Pōtifici Iudæorum tamquam digniori, qui Alexandro occurrit habitu pontificio indutus; ac cedenti ut Iudæorum Ciuitates popularetur. Idem legitur de

Totila

A Totila Vandalorum Rege contra Leonem Papam, anno 402. Pōpeus, quia Ierosolomitanum templū deuastauit multis calamitatibus oppressus interijt. Inde Constantinus magnus tempore Syluestri Papę, Iustinianus qui Ecclesiam Sanctæ Sophię Constantinop. sacris legibus muniuit, ut in princip. C. & Instit. & Carolus magnus de quo in capit. Audiamus, dist. 43. tamquam religiosi, gloriosi & in pace conquieuerunt in regno, bonamq; senectutem consequuti fuerunt.

Prudētia gubernatiua quæ.

Alia prudentiæ gubernatiuæ pars est, ut populum suum sanctè regat, & circa illius curam animum dirigat, ita, ut iusta præcipiat, illicita prohibeat, malosque coerceat, & bonos tueatur, & inter subditos humiliter se gerat, ut legitur in Ecclesiast. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus B ex ipsis. Quòd vtique facile adipiscetur, si crebrò sacras literas lectitauerit, qui enim nunquam exercitium lectionis sacræ sciētiæ regendi prætermiserit, populo suo salutem acquiret; Ideo legitur de Theodosio Imperatore, qui in die armis se exercebat, ut negocia terminaret, in nocte uerò uigilijs sacrarum literarū uacabat. Vnde præcepit olim Regi Dominus, ut legem sibi describeret, & exemplar acciperet à Sacerdotibus, & illam legeret omnibus diebus uitæ suę: nam his lectionibus Rex acquiret intellectum, quomodo populum in lege Dei gubernare possit, hęc refert Pelag. lib. 1. cap. 57. & tangit Flor. 3. p. tit..... cap. 6. de prudentia regnatiua.

Lectiones sacræ scripturæ necessariæ Principibus.

Quæ detestanda sint principib.

Talis prudentia uersatur pariter circa ipsiusmet regiminis regulam, & ordinem, ueluti luxus magnos detestando, cupidi- C tatemq; dominandi, & diuitiarum affectum fugiendo, quiā his citò violatur iustitia. Ambros. in Serm. 6. ait: Sicut ij qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suę phantasias uident: ita etiam mens auari semel uinculis cupiditatis adstricta, semper aurum, semper argentum uidet, semper reditus computat, gratius aurum intuetur, quam Solem, cap. Sicut, dist. 47.

Tales itaque sint, ut facultas delinquēdi, etiam eorum exemplo tollatur, Ecclesia pacem adipiscatur, ut communis vtilitas seruetur, & tandem longa debet uitam suam probatione monstrare, cui gubernacula cōmittuntur. Apostolus ad Corinth. 2. cap. 13. Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit uobiscum. ex Pelag. lib. 1. cap. 42. & cap. 57.

Circa

Qualiter Princeps se gerere debeat erga populum.

Circa subditos, tales sint, ut non superbè imperent, nec à iustitia declinent, & nomen Regis intellectualiter retineant, & in subditis omnibus rectoris officium procurent; Pulchrè nec inconuenienter ad hæc scripsit Cyprianus in lib. 12. de Abusi. dicens: Iustitia ueri Regis est, neminem iniustè per potentiā opprimere, sine acceptatione personarum, inter uirum & proximum suum iustè iudicare; Aduenis, & pupillis, & uiduis defensorem esse, cohibere furta, adulteria, & omne delictum punire, iniquos non exaltare, impudicos, & histriones non nutrire, Ecclesias defendere, pauperes eleemosynis alere, iustos super Regni negotijs constituere, necnon senes, sapientes, & fideles consiliarios habere, Magorum, & Ariolorum ac Phitonissarum superstitionibus non intendere, iracundiam suam differe, patriam iustè, & fortiter contra aduersarios defendere, prosperitatibus animum non eleuare, cuncta aduersa patienter tolerare, fidem Catholicam in Deum habere filios suos non sinere impiè agere, certis horis orationi insistere; in Eccles. legitur cap. 10. Væ terræ, cuius Rex puer est, cuius Principes manè comedunt. Hæc & similia refert etiam August. lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 24.

Isidor. in lib. 3. de Summo bono ait: Qui rectè utitur Regis potestate, ita præstare omnibus debet, ut & quanto magis honoris celsitudine polleat, tanto semetipsum mente humiliet.

De mansuetudine.

Requiritur etiā in Principe Mansuetudinis uirtus, cuius proproprium est, nemini iniuriam inferre; Ecclesiastici 3. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris. Facilitate quadam, nil est homini melius atque clementia. Nil est tam peculiare Principis maiestati, quam humanitas, l. fin. in fine, C. de donat. inter vir. & vxor. l. fin. C. de testa. cap. Sunt namque, d. 45.

De fortitudine.

Alia uirtus requisita in Principe est fortitudo, de qua Salomon Prouerb. 6. Fortitudo, & decor indumētum eius. Ambros. lib. 1. de Offic. dicit: Non mediocris animi Virtus est fortitudo, quæ sola defendit ornamenta uirtutum omnibus quæ inexpiabili prælio aduersus omnia uitia decertat, inuitat ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus voluptates, auaritiam fugiat tanquam labem quandam, quæ virtutem effœminat.

Fortitudo est quę Primò firmat animum aduersus mundi aduersitates; Secundò firmat quo ad bonum commune contra patriæ hostilitates; Tertiò quo ad Deum contra errorum prauitates,

A tes, siue infidelium tyrannides.

August. lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 18. dicit: Si enim antiqui patres pro Republica terrena omnia contempserunt, & tot pericula sunt aggressi, horribilis mortis genera perpessi, quid magnũ pro ipsa æterna cælesti patria huius mundi cuncta blandimenta contemnere? Christo dicente: Nolite timere eos, qui occidũt corpus, animam autem nõ possunt occidere; Si ipsi antiqui hoc fecerunt amore patriæ, laudisque immensa cupiditate, quid magnum, si pro uera libertate, qua uerè liberantur filij Dei, talia, & maiora tormenta sint sustinenda?

Maximinus in sermone suo dicit: Qui occiditur pro mundo, uincitur cum occiditur, quia nisi uinceretur, non occideretur, qui autem occiditur pro Christo, victus non dicitur, quia cum

B occiditur, victor efficitur.

Ex quibus habetur, quod hoc particulariter, & præcipuè Principibus conuenit, qui, et se ipsos, & populũ tueri debent ab omni fortunæ incursu, & in Deum dirigere, ut uerum honorẽ Imperij, & Regni consequantur, eo quod fortitudo est uirtus, in animo dans firmitatem ad sustinendum, & repellendum difficile quoddã, secũdum quod ratio dictat. Philosophus 1. Ethi. inquit: Tenet fortitudo mediũ inter timorem & audaciam, eo quòd cohibet timorem, ne timendo retrahatur ab eo quod ratio dictat, & moderatur audaciam, ne quis aggrediatur, quod ratio vetat.

Partes & actus fortitudinis.

Actus autem fortitudinis sunt duo, aggredi scilicet & sustinere; Ad actum aggrediendi duo requiruntur: Fiducia, quæ est

C s͠m Tull. lib. Rhetor. per quã magnis & honestis rebus multum ipse animus in se fiduciæ cum spe collocauit. Secundò est magnificẽtia, quę est rerum magnarum, & excelsarũ cũ animi ampla quadam, & splendida propositione cognitio, atque administratio: Sic magnificentia, & magnanimitas uidentur quodam modo partes fortitudinis, eo quod fortitudo uersatur circa istas uirtutes, quia magnanimitas uidetur esse fiducia circa magnos honores; Arist. lib. 4. Ethicor.

Ad actum sustinendi, primo pertinet Patientia, quæ est secũdum Tull. in lib. Offic. honestatis animi uel utilitatis causa, rerum arduarum, aut difficilium uoluntaria, ac diuturna perpessio. Deinde requiritur perseuerantia, quæ est in ratione bene cõsiderata stabilis, & perpetua permansio: Ideo dicit Apostolus

ad Hebr.

ad Hebr. 12. Non fatigemini animis uestris deficientes. A

Ad ista quatuor reducuntur illa septem, quæ ponit Macrobius videlicet Magnanimitas, Fiducia, Seueritas, Magnificentia, Constantia, Tolerantia, & Firmitas; Magnanimitas est medium inter præsumptionem, & pusillanimitatem, & ista facit, quod homo se magis dignum ostendat secundum magnitudinem donorum, quæ possidet: sic magnanimus habet motũ non uelocem, sed tardum, uocem grauem, sermonem stabilem, & firmum, ex Arist. in 4. Ethicor.

De Magnanimitate.

Temperantia pariter requiritur in eo, qui alijs præesse quærit, quæ est secundũ Augustinum de libero arbitr. effectus coercens, & cohibens appetitum ab ijs rebus, quæ turpiter appetuntur; Tull. in 2. de Inuent. dicit: Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma, & moderata dominatio; Versatur temperantia circa uerecundiam, honestatem, castitatem, pudicitiam, abstinentiam, & sobrietatem. D. Thom. 2. 2. q. 144. Art. 1. in corpore quæstionis. Sic Temperantię est refręnare appetitum concupiscibilem, & irascibilem; Inde voluntas non patitur vinci, sed resistit, & talis resistentia nuncupatur continentia, & hoc non accidit sine humilitate; pars, quæ irascibilem motum coercet, dicitur mansuetudo, seu clementia; In moderando corporis actus, dicitur modestia, quæ circa tria uersatur, scilicet in discernendo quid sit faciendum, quid dimittendum, quid, quo ordine sit agendum, & in hac ordine virtus docet decentiam, & ornatum corporis, & modestiam, in colloquijs austeritatem, & in alijs actibus moderationem, ut sufficienter quærantur, quæ sunt expetenda. Tull. in sua Rhetor. ponit inter partes Temperantiæ continentiam, clemẽtiam, & modestiam: de quibus hic non est tractandum, sat enim est, quod Principes sciant his se virtutibus ornatos esse debere, ut Principatu digni existimentur.

De Temperantia.

B C

Alia virtus requisita in Principe est Iustitia, quæ uoluntatem rectificat, & in uoluntate, ac appetitu rationali consistit, cuius partes sunt, declinare à malo, & facere bonum, cui hæ Virtutes annexæ sunt, uidelicet Religio, Pietas, Obseruantia, & Obediẽtia, Gratitudo, Liberalitas, Affabilitas, seu Amicitia, ex Diuo Thoma, in 2. 2. q. 63. Flor. 3. par. tit. 5. cap. 1. 2. & seq.

De Iustitia.

Habet Iustitia triplex principium, secundum Flor. in d. loco, cap. 4. unum emanatiuum quod est Deus, origo omnium legũ,

A Auguſt.lib.1.de libero arbitr.ait: Summa ratio in Deo exiſtens eſt lex eius, quæ æterna dicitur.

Aliud dicitur imperatiuum, quatenus lex dependet à Principe; Ideò dicitur lex animata. Flor. in d. loco cap.4. §.2. ait his uerbis: Vnde conueniens eſt, quod ipſe omni uirtute legalis Iuſtitiæ polleat, maximè cum alijs habeat eam imperare. Præcipit enim opera fortitudinis, puta, quod nullus de acie fugiat; Similiter opera temperantię, ſcilicet, quod nullus adulterium cõmittat; opera manſuetudinis, ſcilicet, quod rixę non fiant in Ciuitate; & ſic de alijs.

Claudianus ad Theodoſium dixit: Facta valent plus quam iura regentis, ... nobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Virtutes Principis.

Principes ergo ſecundum eumdem Flor. ad tria ſe diſponere B debet; ad Sapientiam acquirendam, ad Auaritiam deteſtãdam, ad Luxuriam fugiendam.

Hæc, & eadem refert etiam Corradus lib.1.cap.1.§.3. de ornatu corporis. Propterea ab eo repelluntur, Imprudentia, ſeu Stultitia, Iracundia, ac Timiditas, Intemperantia, ac Incontinẽtia, Iniuſtitia, Auaritia, ac Puſillanimitas. Inde dicit Philoſophus lib.10. Ethic. cap.10. quod definit eſſe Rex, qui ex ſe ſufficiens non eſt ad regendum, & bonis omnibus, ac virtutibus nõ antecellat; Propterea eius electio diuina eſt, qualis ſpiritus ſancti opera inueniendus eſt.

Origen. Homil.22.ad cap.27.lib. Num. qualiter gubernatiò diuina electione præſtetur, inquit his uerbis uidelicet. Si ergo tantus ille ac talis Moyſes non permittit iudicio ſuo de eligen-C do populi principe, de conſtituendo ſucceſſore; quis erit, qui audeat, vel ex plebe, quæ ſæpè clamoribus, ad gratiam aut ad pretium fortaſſe excitatis, moueri ſolet: uel ex ipſis etiam ſacerdotibus quis erit, qui ſe idoneum ad hoc uidelicet, niſi ſi cui oranti, & petentià Domino reueletur? ſicut & Deus dicit ad Moyſen. Aſſume ad temetipſum Ieſum filium Naue, hominem qui habet ſpiritum Dei in ſemetipſo, et impones manus ſuper eum: & ſtatues eum coram Eleazaro Sacerdote, & præcepta ei dato in conſpectu totius Synagogæ, & præcipuè de ipſo, coram eis, & dabis claritatem tuam ſuper illum, ut audiant eum filij Iſrael. Audis euidenter ordinationem Principis populi tam manifeſtè deſcriptam, ut penè expoſitione non egeat? Nulla hic populi acclamatio, nulla conſanguinitatis ratio, nulla propin-

quitatis

quitatis habita contemplatio est; Propinquis agrorum, & prædiorum relinquatur hęreditas: Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit, homini scilicet tali, qui habet (sicut scriptum audistis) spiritum Dei in semetipso, & præcepta Dei in cõspectu eius sũt, & qui Moysi ualdè notus, et familiaris sit; idest, in quo sit claritas legis, & scientia, ut possint eum audire filij Israel. Ex cap. Si ergo, 8. q. 1. A

Officium Principis est Ecclesiã defendere.

Modo videndum qualiter Principes officium suum exercere debeant.

Primo itaque Romanam Ecclesiam debent defendere; ita legitur in Clem. vnica, de iureiuran. his verbis: Tactis sacrosanctis Euangelijs, iuramento firmauit, quod eãdem Ecclesiam, & fidem Catholicam pura fide, totisque viribus conseruaret reuerenter, & etiam defensaret, &c. quæ latius supra expressa sunt. B

Hieronym. in Comment. super Hierem. ad cap. 22. ait: Regum officium est proprium, facere iudicium, & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, & peregrino, pupilloque & viduę, qui facilius opprimuntur à potentibus, prę bere auxilium: Et vt curam eis præceptorum Dei maiorem inijceret, intulit: Nolite contristare, ut non solum non eripiatis, sed ne patiamini quidem, per uestram conniuentiam ab alijs contristari, & sanguinem innocentem non effundatis in loco isto. & post pauca: Si igitur, inquit, hoc feceritis ò Reges Iuda, tene bitis pristinam potestatem. Cap. Regum offitium, 23. quæst. 5.

Isidorus de quo in cap. Principes, 23. quæst. 5. Cęterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi, ut quòd non præualet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem; Sæpè per Regnum terrenum, cæleste Regnum proficit; ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur; ipsamq; disciplinam, quam Ecclesiæ humilitas exercere non præualet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat, & vt venerationem mereatur, uirtutem potestatis impertiat. C

Cognoscant Principes sæculi, Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt: Nam siue augeatur pax, & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit.

A Secundò iura Papæ non vſurpare; Nicolaus Papa vt in cap. Denique, & ſeq. diſt. 96. ita dixit: Denique hi, quibus tantum humanis rebus non diuinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur iudicare præſumant, penitus ignoramus.

Idem in cap. Cum ad verum, cap. Satis, & cap. In ſcripturis, & cap. Quis dubitet, ead. diſt. 96. & per totam diſtinct. 96. Ioannes Papa in cap. Si Imperator, ita dixit: Si Imperator Catholicus eſt (quod ſalua pace ipſius dixerimus) Filius eſt, non Præſul Eccleſiæ, quod ad religionem competit, diſcere ei conuenit, non docere: habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus conſecutus eſt, ut eius beneficijs non ingratus contra diſpoſitionem cæleſtis ordinis nil vſurpet.
B Ad Sacerdotes enim Deus voluit, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere, non ad ſæculi poteſtates, quas ſi fideles ſunt, Eccleſiæ ſuæ Sacerdotibus voluit eſſe ſubiectas: Non ſibi vendicet alienum ius, & miniſterium quod alteri deputatum eſt, ne contra eum tendat, abrumpi, à quo omnia conſtituta ſunt, & contra illius beneficia pugnare videatur, à quo propriam conſecutus eſt poteſtatem. Non à legibus publicis, non à poteſtatibus ſæculi, ſed à Pōtificibus, & Sacerdotibus omnipotēs Deus Chriſtianæ religionis Clericos, & Sacerdotes voluit ordinari, & diſcuti, recipique de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas Eccleſiaſticis Præſulibus non præferre. & reliqua.

Imperator nō reſidet Romæ.

Tertiò Imperator non poteſt reſidere in vrbe Romana, cap. C Conſtantinus, diſt. 96. his verbis: Conſtantinus Imperator coronam, & omnem Regiam dignitatem in Vrbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apoſtolico conceſſit; & ſimilia.

Principis actus circa quæ uerſentur.

Plenitudine ſuæ poteſtatis non vtatur in præiudicium ſubditorum, niſi ex cauſa, l. 1. §. cum autem, C. de cad. tollend. & ibi Bald. Abb. in cap. Ad hæc, de Reſcript.

Imperator pacificus ſit, et quando bella gerat.

Pacificus ſit Imperator, procurando pacem tamquam Chriſti hæres, ita enim nominatur in Prœm. Decretalium; Rex pacificus, & ibi Abb. Corſet. in tract. de Priuileg. pacis, in princip. & eſt textus in cap. Inter verba, 11. quæſt. 3.

Bella, non niſi prouocatus moueat, ut iuſta petendo, uel iniqua recuſando; pro defenſione, & recuperatione bonorum. Au

rere debeat.

gust. in epist. 1. ad Bonifacium ait: Pacem habere voluntatis est, A bellum autem debet esse necessitatis, ut liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace; Non enim pax quęritur, ut bellum exerceatur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur; esto ergo bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis vnitatem uincendo perducas. Itaque hostem pugnantem necessitas deprimat, non voluntas, sicut bellanti, & resistenti uiolentia redditur, ità victoris capto misericordia iam debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timetur, & similia. Cætera infra dicentur de militibus.

Notandum tamen est secundum regulam Paris, in tract. de Duello, §. mortuo, nu. 4. & Lucam de Penna, in l. 2. C. de Tiro. lib. 12. quod singulariter pugnare non permittitur, quod duellare dicitur. Vt est cap. Monomachiam, 2. quæst. 4. B

Duellum itaque prohibetur, ut in d. cap. Monomachiam, capit. 1. de Torneamentis, & Conc. Trid. Sess. 24. cap. 19. quod incipit: Detestabilis duellorum usus. Hæc omnia etiam ex Corrad. lib. 1. cap. 1 §. 2. & 3. de Imperat.

Item uigilant etiam Imperatores, & Reges, ut populi subditi quietè uiuant, ut inter ipsos dissentiones, & odia sopiantur & auferantur. Ita dicit Iustinianus Imper. Io. Præfecto Prætorio, in Auth. ut Iud. sine quo. suffra. in principio, his uerbis: Omnes nobis dies, ac noctes contingit cum omni lucubratione, & cogitatione degere, semper uolentibus, ut aliquid utile, & placens Deo à nobis collatoribus præbeatur, & non in uano uigilias ducimus, sed in huiusmodi eas expendimus consilia pernoctantes, & noctibus sub ęqualitate dierum utentes, ut nostri subiecti sub omni quiete consistant, & reliqua. D

Bonifacius Papa in Proœm. lib. 6. dicit: Amplectimur quippe uoluntarios pro ipsorum quiete labores, & noctes quandoque transimus insomnes; ut scandala remoueamus ab ipsis, &c.

Custodiant Iustitiā Imperatores.

Cauendum pariter, ne aliena Regna, & dominia iniustè quęrant, sed quęsita restituant, eo quod non differant iniustè detinere, & aliena inuadere, cap. Quid culpatur, 23. quæst. 1. cap. Sæpè, de restit. spoliat. Diuus Thomas de regim. Princip. lib. 1. cap. 7. & 8.

Item, qui iustè regnant, iustè gubernent, sic defendant miserabiles personas, ne ab alijs potentioribus opprimantur, l. 1. C. quando

A quando Imper. inter pupill. & c. Regũ, 23. q. 5. c. Princeps, ca. Administratores, in d. 23. q. 5. Ad hanc iustitiam custodiendam tenentur de iure diuino Principes. Legitur in Psalm. 71. Nam iustus Dominus & iustitiam dilexit; & in Psalm. 100. Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis; & Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Legitur in Genes. 3. quod Deus puniuit Adam, & Euam delinquẽtes; Deinde Cain & Lamech homicidas, Gen. 4. et Saul fuit reprehensus, quia non exercuit iustitiam in Agag Regem Amalech vt in 1. Reg. cap. 15. Talemq; iustitiam ut pro omnibus administrent, in Deuter. dicitur: Si frater tuus, & amicus tuus, & vxor tua, quæ in sinu tuo dormiuit, deprauare uoluerit veritatem, sit manus tua super eos, & effundes sanguinem ipso- B rum.

Delinquentes puniant ęqualiter, secundum quod iustitia exigit, ut blasphemantes nomen Dei, & Sanctorum, Homicidas, Raptores, Fures, Adulteros, Paricidas, & Periuros puniẽdo, impiosque de terra pellendo, ut legitur in Conc. Turon. 3. cap. 41. his verbis: Incestuosi, Paricidæ, Homicidæ multi apud nos reperiuntur, sed aliqui ex illis Sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, uolentes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per sæcularis potentiæ disciplinam à tam praua cõsuetudine coerceri, qui per salutifera Sacerdotum monita noluerunt reuocari, 23. quęst. 5.

Hieronym. in cap. 2. Ioel in Commento 7. parte 5. Non solum homines ministri sunt, & vltores iræ Dei in his, qui ma- C lum operantur (vnde, non sine causa gladium portant,) sed etiam contrariæ fortitudines, quæ appellantur furor, & ira Dei.

Idem super Esaiam cap. 13. Non est crudelis, qui crudeles iugulat, sed crudelis ideo uocatur, quod crudelis patientibus esse videtur; Nam & latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat.

Idem super Ezechielẽ lib. 4. Qui malos percutit, in eo, quod mali sunt, & habet vasa interfectionis, vt occidat pessimos, Minister Dei est.

Idem super Hieremiam ad cap. 22. Homicidas, sacrilegos, & venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium.

Cyprianus idem dicit in lib. de exhortatione martyrij, cap. 5. August.contra Petilianum,cap.83.lib.2. quæ leguntur in 23. quæst.5.

Curãdũ Imperatori ut hęretici deleantur.

Attamen damnatos ad mortem ita committat suis Iudicibus,ut reducãtur ad veram pœnitentiam, ita ut Sacramentum Pœnitentiæ,& Eucharistiæ,(si dispositi fuerint)suscipiant. Clement.1. de Pœnis.

Purgare debet suas Ciuitates,Terras, Oppida,& loca,ab hęreticis infra triennium, aliàs illarum dominium & possessionem amittit. Laudin.in tract.de Princ.quæst.156.

Potest etiam Imperator delinquentem Ciuitatem destruere; Mart.in d.tract. q.387. 373. & 235.

Subditos intolerabilibus oneribus grauare nõ debet.

Suos subditos notabiliter grauare non debet onera tributaria imponendo. D. Thom.in d.tract. de Reg. Princ. cap.3. Simulq; curare tenetur,ne ut viatores damna à Prędonibus patiãtur, ideoque itinera & uias custodienda mandabit, præsertim cum recipiat publica uectigalia, ideoque egenis,& pauperibus subsidia ferre tenent. D.Tho.in d.cap.12.& 15.

A quib. abstinere Principẽ cõueniat.

Pena pecuniaria ideo multantur rei, non ut Ærarium publicum augeatur, sed ut delinquentes ea pœna facilius à delictis arceantur. Flor.3.p.tit.1.cap.12.

Bella non nisi iusta per Principem mouenda sunt:& qui superiorem se agnoscit,eum consulat.

Legitima subsit etiam causa,omnisque malus abesse animus debet, ac indebitus etiam omnis finis repellendus, ex D.Tho. in 2.2. quæst. 40. Art.10.

Impediens Monialium visitationem est excommunicatus si monitus non paruerit Clem.Attendentes,de statu Monach.& Clem.fin.

Non impediat ædificare volentes domos, vel agros colere; quia hoc esset Tyranniam exercere,& perpetua seruitute populum sibi subiectum premere, cap.militare, 23.q.1.& Nauar.in Manuali,cap.25.cum seq.

Principi item vendere officia sui Regni tam magno precio, ut hoc facto credat suos subditos opprimi posse, nõ licet. Abb. in cap.1.& 2.ne Prælati vices suas.

Cogere aliquem ad Matrimoniũ Principi nullo modo licet, nec contrahendum impedire. Flor.3.p tit.7.cap.4. §.1.

Neque permittere Princeps debet suos officiales iniustitiam exercere,

A exercere, nec præficere publicis functionibus imperitos, sed do ctos, & bonæ conscientiæ, ita, vt non foueant malum; Imperator dixit in l.2. C. de offic. Vic. Libenter Iudicum relationes au diuimus, ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta veluti profanorum preces à nostris aditis repel lamus. Sot. in 4. dist. 15. quæst. 2. & 4.

Principes inducentes Prælatos ad collationem beneficiorũ, cont. cap. Cum in cunctis, de elect. cap. Graue, de Præbend. male faciunt.

Principis non est permittere malas consuetudines usurarũ, nec quod pacta non seruentur, aut vt aliquis ad mortem condemnetur non seruata forma iuris, quia hoc esset Tyrannicum. Nauar. in d. cap. 15. num. 1.

B In publicandis legibus vtantur Principes suorum Procerum consilijs, quę tales esse debent, vt honestatem pręseferant & vtilitatem publicam promoueant & amplificent. Bart. l. humanã, C. de leg. l. fin. C. eod. tit.

Principes item hospitales & misericordes esse conuenit, errogando quæ superfluunt munificè in pauperes, sicque clemen tiam & pietatem amplectantur; idque iuxta Ciceronis doctrinam in lib. de Off. qui ait: Nil laudabilius, nil magno, & præcla ro uiro dignius pietate, atque clementia. D. Tho. in 2.2. q. 117. Art. 1. & quæst. 88. Art. 1. Borill. in Bellug. Rubr. 8. de propositione, in uerbo (pietatem) Corrad. lib. 1. cap. 1. §. 3.

Maxima itaque utilitas est populo habere Regem vel Principem iustum, & Deum timentem, immò melior est omni san-
C cta lege, quia Rex est lex animata. Bart. & Bald. in l. Ex hoc iure, ff. de iust. & iure, l. nam Demosthenes, ff. de offic. præfecti Prætor.

Generale hoc est præceptum omnibus Principibus, Vniuer sitatibus, Rebuspublicis, Ducibus, & similibus, necnõ illorum ministris, & officialibus, quo omnes indistinctè ad præmissa ser uanda tenentur.

Isidor. lib. 4. de Summo bono, cap. 53. Leo Magnus in suis epistolis ad Leonem Augustum, cap. Ad abolendam, §. permul ti, cap. Excommunicamus, §. moneantur, de hæret. cap. Vt officium, §. pen. cap. Vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. lib. 6. Conc. Tolet. Can. 3. & per alios, quos etiam refert Simanch. in Enchirid. tit. 21.

Vita Principũ qualis.

Hæc omnia & cætera quę de vita, & officio eorum supra dicta sunt, omnibus communia esse intelliguntur, hoc unum erit addendum, quod cognoscant omnes, qui alijs præsunt, se esse tamquam specula, in quibus subditi suam uitam intuentur, ut illam tamquam iustam dum uiuunt, sectẽtur, quia ductores sunt, & præuij aliorum; propterea secundum Plinium in Panegir. Traia. Principes esse debent norma uitæ, & censura perpetua morum, qua cæteri in uiam salutis dirigantur. A

Præcipuè uitia hęc Principibus fugienda sunt quia multorũ malorum causa sunt, Superbia scilicet & Auaritia, secundum Pelag. lib. 1. cap. 57. Flor. 3. p. tit. 5. cap. 4.

Ad euitandam superbiam, sint clementes, quoniam clementia est, per quam animus concitatus, benignitate retinetur, & sic fit odij moderatiua, seu pœnæ; quia Mansuetudo moderat iram, ex qua nascitur odium, Seneca in lib. de Clement. Crudeles vocantur qui causam puniendi habent, modum non habẽt; Qui delectantur pœnis, non crudeles, sed feri nuncupantur. B

Hieronym. ait: Qui clementiam non habet, nec indutus est uiscera misericordiæ, & lachrymarum, quamuis spiritualis sit, non adimplet legem. Hæc ille. Principibus necessaria est clemẽtia, ut legitur in lib. 13. Hester, vbi Assuerus Rex scribẽs ad suos subditos dixit: Nolui potestatis abuti magnitudine, sed clementia, & bonitate gubernare subiectos. Et in 3. Reg. 20. dicitur: Reges domus Israel clementes sint; & in Prouerb. 6. Clemẽtia Regis quasi imber serotinus.

Chrysost. de quo in cap. alligantur, 26. quæst. 7. Nonne melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem. C

Ideo iustitiam seruent Principes sine seueritate, & clementiã cum iustitia, qui hæc præstiterit, hic erit verus Princeps. Pelag. in d. lib. 1. cap. 57. Flor. 4. p. tit. 4. cap. 10. §. 3. & tit. 5. cap. 4. §. 3. Bellug. in Specul. Princ. Rub. 10. de off. examinat.

Ad euitandam auaritiam fugiẽda sunt munera, & pietas amplectenda, adiuuando pauperes, subleuando oppressos, tuendo pupillos, & uiduas, nulla alia spe mundana proposita, sed tantũ ut obsequium debitum præstetur Deo. Ita referunt Pelag. in d. lib. 1. cap. 57. & Flor. in citato loco.

Vniuersitates autem dominia retinentes, sint in unitate animi congregati, sicuti membra in corpore, quæ licet diuersa

officia

A officia habeant, tamen ad finem conseruandi corpus omnia tẽdunt: & ita pace, & charitate firmabitur regnum. Tullius dicit: Non solum nobis diuites esse uolumus, sed etiam liberis, propinquis, & amicis, & maximè Reipub. singulorum enim facultates, & copiæ, diuitiæ sunt Ciuitatis, &c.

Non æstimabant antiqui Philosophi aliquem benè uiuere nisi uiueret ad vtilitatem aliorum. Indè Senec. in epistola quadam ait: Non sibi viuit, qui nemini viuit.

Ciues quoque viceuersa tamquam membra, sint fideles eorum Principi, qui se habet sicut caput, 1. Reg. 15. Cum esses par uulus in oculis tuis, caput factus es in tribubus Israel.

Talia itaq; seruãt Catholici Principes & Domini, dum cum imperio præsunt, qualia supra descripta sunt, & latius leguntur B apud Platonem, & Ciceron. de Repub. D. Tho. & Ægid. Rom. de Regim. Princ. qualiter suas Leges suaque Statuta seruent, Pacem confirment, publicæ vtilitati consulant, Deum ante omnia uenerentur, & ab omni ambitione dominandi, cupiditateque se ditandi, nisi pro Repub. longè sint alieni, semperque clementer piè iustèque subiectos sibi populos gubernent, & regãt; sic fęlix erit illorum Respublica, quæ Deo autore & ductore imperabit.

August. lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 24. ait: Neque nos Christianos quosdã Imperatores ideo fęlices dicimus, quia vel diutius imperarunt, uel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes Reipub. domuerunt, vel inimicos ciues aduersus se insurgentes, & cauere, & opprimere potuerunt; & similia; Sed C felices eos dicimus, si iusta imperant, si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, sed se homines esse meminerunt: si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatãdam, maiestatique eius famulam faciunt, si Deum timent, si plus amant Regnum illud, ubi non timent habere consortes, si tardius uindicant, facile ignoscunt, si eandem uindictam pro necessitate regendæ tuendæque Reipub. non pro saturãdis inimicitiarum odijs exerunt: si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent, si quod asperè coguntur plerumque decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensant: si luxuria tantò eis est castigatior, quantò posset esse liberior; Et si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed pro

pter Charitatem felicitatis æternæ, si pro suis peccatis humili- A tatis, & miserationis, & orationis sacrificium Deo uero immolare non negligunt. Tales Christianos Imperatores dicimus esse felices, interim spe, postea re ipsa futuros, cum id, quod expectamus aduenerit. Hæc ille.

Quam ob rem Imperatores qui defensores & protectores Ecclesiæ sunt, maiorem fidem, pietatem, & reuerentiam eius Capiti Summo Pontifici exhibent, vt supra de Papa diximus: & de adoratione Pedum uide Baron. Card. in Tomo 1. Annal. fol. 230. litera E. & in Tomo 2. fol. 690. in litera C. & sequenti.

DE CONSILIARIIS Principum. B

Expedit Reipub. Principem habere Consiliarios, & quales conditiones illis conueniant, & qualiter officium exerceant. Cap. III.

Principibus sunt necessarij Consiliarij.

QVI negociorum vniuersitati præpositi sunt, tum multitudine, tum magnitudine grauati, Consiliarios sibi adhibere solent, ne casu, aut imprudenter populus commissus uideatur gubernari. Innoc. Papa, vt in cap. fin. dist. 20. ita rescripsit: Quod si omnibus istis inspectis, huius quæstionis qualitas non lucidè inuestigatur, seniores prouinciæ con- C grega, & eos interroga, facilius namque inuenitur, quod à pluribus senioribus quæritur; Verus enim repromissor Dominus ait: Si duo ex uobis, uel tres conueniunt super terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo.

Nicolaus Papa in cap. Excellentissimus, 11. q. 3. idem demonstrat, quod Principes Consiliarijs utātur; De his Ioannes Papa in cap. Visis, 16. q. 2. idem declarauit; quinimò; Gregor. in cap. Peruenit, dist. 84. arguit æqualiter non solum negligentiæ commissæ suos Episcopos, sed, & quod in eorum negotijs inconsultè procederent, his uerbis: Adeo, ut neque Ecclesia ipsius, neq; Monasteria, siue filij Ecclesiæ, vel oppressi pauperes eius erga se dile-

A se dilectionis studium sentiant, neque aliquando supplica nti-
bus sibi, in quibus uisum est, opem defensionis accomodet, &
quod adhuc dici est grauius, consilia sapientum, & recta fun-
dantium nulla patiatur ratione suscipere, vt qui per sese nequit
attendere, ab altero saltem possit addiscere; Nullus etenim est
tã sapiens, quin in rebus gerendis grauibus, & difficilibus (post
diuinum auxilium) prudẽtum Virorum consilio non indigeat,
ut Arist. in 3. Ethic. cap. 3. & D. Thom. in 1.2.q.14.& in 2.2.q.
52. Art. 1. & sacræ scripturę testãtur; Eccles. 32. Omnia fac cum
consilio; Prouer. 24. Erit salus, vbi multa consilia sunt; Prouer.
12. Qui autem sapiens est, audit consilia; & 13. Qui agunt om-
nia cum consilio, reguntur sapientia; & in cap. 3. ne sis sapiens
apud temetipsum, & cap. 15. dissipantur cogitationes, ubi non
B est consilium, ubi plures sunt Consiliarij confirmantur, & Ec-
cles. 32. Fili sine consilio nihil facias, quæ quidem tam exem-
plis sacrarum scripturarum, quam profanarum confirmantur,
ut latius in progressu dicetur, ratio etenim id suadet, ut refert
Paleott. de sac. Consist. Consult. p. 2. q. 1. nam qui antea singu-
los duos tantum oculos, ac manus, ac pedes habebãt, unde non
omnia circumspicere atque attingere poterunt, nunc coactis
quasi in unum cętum multorum oculis, & manibus, uniuersa
commodius, & clarius lustrare, & contrectare possunt; Itaque
cum ab uno homine oĩa nequeant quantum satis est, consequi;
indiget vnusquisq; ab alijs erudiri, aut certè admoneri, in eoq;
studium ponere, ut exceptis casibus à Doctoribus traditis, qui
consultationi non subijciũtur, in reliquis alios audiat, & eorum
C Consilia, nec per ingenium negligat, nec propter aliud contem
nat. ex Arist. in d. 3. Ethic. cap. 3. & D. Tho. in 2.2. q. 1. Art. 1. &
q. 49. Art. 78. & q. 43. art. 3.

Quot'modis sumatur Consilium, & quid sit.

Sumitur Consilium in præsenti pro appetitu inquisitionis
de aliquo optabili à nobis, secundum Damasum, qui quidem
appetitus pertinet non solum ad Rationem, sed etiam ad Vo-
luntatem, ut in 6. Ethicor. inquit Philosophus, ubi dicitur, quod
electio est intellectus appetitiuus, unde, ubi non cadit electio,
nec cadit Rationis discursus, & in his non est consulendum;
Quapropter Consilium uersatur circa agibilia, quæ tendunt ad
finem uirtutis, nam scire pro certo omnia agibilia, non est ex
dictamine Rationis, sed uirtute Spiritus Sancti.

Sunt nonnulla de quibus consulendum non est, sicuti de re-
bus

De quib⁹ consulendum non sit. bus certis, fortuitis, artificialibus, naturalibus, immutabilibus, A æternis, leuibus, & similibus, nec de principijs rerum, quia talia uera, & certa supponenda sunt, nec de fine, quia uidetur necessarius, secundum dispositionem eorum, quæ tendunt ad finem, quia semper in principio operationis determinatur finis, quia finis mouet agentem, & omne agens agit propter finem, qua de re circa media quæ ad finem tendunt, consulendum erit, ex Arist. in 1. Rhetor. & 1. & 3. Ethic. D. Tho. in 1.2. q. 14. Art. 1. & in 2.2. q. 104. Art. 1. ad. 1. Ægid. Rom. de Regim. Princip. lib. 3. p. 2. c. 16. & 17.

Multiplex genus Consilij. Triplex est genus Consilij, Vnum dicitur internale, quod vnusquisque sibi sumit in rebus suis, de quo dicitur in prouerbio, Astutus idest, prudens omnia cum consilio facit, quod omnibus alijs antecedit, ideo hoc consilium maturius decernitur, B sed uelocius exequitur, iuxta Philosophi dictum: Opportet tarde consiliari, uelociter exequi consiliata, & Celest. Papa, de quo in dicto cap. Ponderet, dist. 50. Nos enim tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus, inquit homo in suis negotijs agendis, an illud, quod querit sit bonum, vel malum, iustum, uel iniustum, honestumque, uel turpe, quæ intra scrinium sui pectoris examinat, & quid sibi uideatur honestius, consulit.

Alterum genus Consilij est, dum sibiipsi consulere non potest, uel nescit, tunc ab altero Consiliũ quæritur, ut in Tobia 4. Consiliũ à Sapiẽte semper inquire; ille aũt dicitur Sapiens, qui bene iudicat de fine alicuius artis, & sic de his, quæ ducunt ad finem debitum. Eccles. 38. A Consiliario malo serua animam tuam, & tale Consilium non sumitur à multis, sed à paucis, & C Sapientibus; Eccles. 6. Multi sint tibi pacifici Consiliarij, aut vnus de mille; ita Moyses, à Ietro tantum Consilium sumpsit, ut populi sui negotia facilius expedirentur.

Tertio dicitur generale Consilium, quod communem utilitatem respicit, & hoc Principes sequuntur, quia grauiora, & periculosiora negocia suscipiunt, quæ ab eis pendent ad aliena, ex quibus salus Populorum nascitur, & ad illos cõmoda spectant, ideo maiorẽ consultationẽ multorũ ac solicitudinem adhibent, ut muneri satisfaciant; Salomon Consiliarios sapiẽtes habuit, & quia Roboam filius eius, eorum Consiliũ neglexit, Regnum amisit, ut in 2. Paralipo. 10. Nabuchodonosor, cum idem sequeretur, pœnam luit. Iudith. 2. Romanum Imperium tamdiu floruit,

A ruit, quousque ei us ciues bonis Consiliarijs vsi fuerunt, 1. Machab. 7. Apostoli ad sedãdam dissentionem exortam inter Paulum, & Barnabam circa Legalia, Consilio omnium quid agendum esset, determinarunt, ut in Act. 15. Quapropter Sancta Ecclesia in arduis negocijs fidei, vel vtilitatis publicæ, Concilia congregat, vt in dist. 15. per totam.

Consilia autem diuersimodè petuntur, ideo sunt quædam Necessitatis, quæ obligant in foro cõscientiæ, cap. Matthęus, in fine, de Symon. cum Glos. in verbo, consulis, dicit ibi Lucius Papa: Quia igitur Consilium requisisti quid tibi sit faciendum, respondemus, quod multum tibi consules, si administrationem celeriter ac sponte dimittas, illius verbi memor existens, nil prodest homini si vniuersum mundum lucretur, Animæ uerò suæ B detrimentum patiatur.

Modi diuersi petendi Consilia.

Cõsilium Necessitatis.

Aliud consilium dicitur Reuerentiæ, dum subditus à Principe consilium petit pro sua indemnitate, vt in cap. Ad aures, de ætate & qualita. ordin. dum dicitur: Verum quia ad sacros ordines desideras promoueri, super eo nos consulere uoluisti, ut ibi Glos.

Cõsilium Reuerentiæ.

Aliud dicitur Auxilij, ad subleuandam imbecillitatem alicuius, sicuti accidit inferioribus, & minoribus, l. Impuberibus, ff. de suspect. tut.

Cõsilium Auxilij.

Aliud est, vt in Coadiutore officij, cap. Venerabilis, de off. & pot. iud. delega. dum dicitur, uirum prouidum, & honestum coadiutorem eidem adiungere, sine cuius consilio nihil eorum faciet.

Cõsilium Coadiutoriæ.

C Aliud dicitur Perfectionis, sicuti sunt Consilia Euangelica, ca. Integritas, 32. q. 1. Integritas corporis, expetẽda à uobis est, quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio.

Cõsilium Perfectionis.

Aliud Consilium dicitur Pręparationis, dum animus præparatur, si casus euenerit, ex D. Thoma, in 1. 2. q. 108. Art. 4. ad 4. & in 2. 2. q. 124. Art. 3. ad primum.

Cõsilium Præparationis.

De isto consilio præcipuè agendum erit; Tales itaque Consiliarij plura postulant, vt apti ad consilium uideantur, & in eis Senatoria maiestas elucescat; habent enim boni Consiliarij rectitudinem Consilij, quæ versatur circa scientias rerum seu negotiorum propositorum; Dicimus autem quod triplici modo versari possumus circa cognitionem rerum, quæ proponuntur speculatiuè, & practicè, ac tertio modo speculatiuè, sicuti cognoscimus

Requisita ad bonos Consiliarios.

De scientia.

gnoscimus causas, & naturam earum practicè, prout dicimus, A quod confert, aut obest ad rem ipsam efficiendam; tertio modo dum nullam penitus rei notitiam habemus; speculatiuè autem negotia tractantur in priuatis congregationibus, inter eos, qui se illarum rerum peritos profitentur, quorum deliberationes ad maius consilium si res postulat deferuntur, quæ ueritati, & sano iudicio tribuuntur, secundum Chrysosto. Homil. 38. ad Popul. Anthiochen.

Practicè quomodo dicamur scire.

Practicè autem scimus, dum rem esse vtilem, honestam, & necessariam cognoscimus: nam, vt dictum est, Consiliũ est propriè de his, quæ sunt vtilia ad finem consequendum; D. Thom. 2.2.q.52. Art.4. in corp. & q. 51. Art. 1. in solut. 3. Dum itaque Consiliarius cognoscit finem petitum esse honestum, & Reipub. expedire, inuestigat media opportuna, quæ conducant ad B finem, vnde talis Consiliarius, munus sui officij noscere tenetur, secundum D. Tho. in 1.2.q.76. Art.2. ideo dicitur à sapiente Consiliũ quærendum; Sapiens enim est, qui sibi, & alijs consulendo prodesse poterit, sicut Ioseph docuit Pharaonẽ in Ægypto. Gen.4. & Daniel Nabuchodonosor Dan.4. Triplici modo consulendum erit, ratione, auctoritate, & exemplis. Arist. 1. Rhetor. cap.2. Ethic. cap.1. & 10. sequenti. Ideo posteriora consilia meliora sunt, quia sapientiora, l. cum solennitate, in fine, C. de his quibus ut indig. & periti in arte dicuntur sapientes, in in ea l.1. C. de offic. tut. sic Consilia suadent non imperant, ca. fin. 14.q.1.c. integritas, 12.q.1. non enim Consiliarius res omnes, quę in vsum uenire possunt, necessario notas, menteq. comprehensas habere compellitur, sed satis erit, sustinere personam C pro ratione muneris sui, qua de re si propter ętatem, aut uitę institutum, aut loci conditionem, aut studiorũ disciplinam, aliã ve similem causam notam minimè habeat, ad peritorum iudicia se referat, Flor.3.p.tit.6.cap.1.§.1. qui itaque ad proposita consilium dare nequiuerit, quantum potest, saltem officio suo satisfaciat; hęc autem inscitia in proposito sumitur, dum animus quid deliberandum sit, ignorat, eo quod uel non recordatur rationes, uel non sunt firmiores alijs, aut quia hinc inde rationes se offerunt, dum dubitare non ignorat Consiliarius, & causas dubitationis facile nouerit, quibus cognitis intellectus facilius oportuna cognoscet; Vnde Consiliarius sciat, quę omnino pertineant ad officium Consiliarij, & quę excusent iustè ignorare,

Modus consulẽdi triplex.

quæve

A quæve etiam secum meditari,& quę cum alijs viris prudētibus communicare debeat,quę omnia latiss.Paleot.in tract.de Sacr. Consist. declarat.

Secundum requisitum erit, ætas debita,eliguntur autem æta te matura,ideo Consiliarij,Senatores dicuntur;Mos erat apud Romanos veteres, vt cum primum decessissent à Militia; propter longæuam ætatem, ad Senatorium munus assumerentur. Cicero in libro de Senectute, quam ob rem quoddam tempus statutū erat Literis,aliud Militię,aliud uerò Regimini Reipub. Seneca in lib.1.Contro.8. Senator post sexagesimumquintum annum in Curiam uenire non cogitur,nec uetatur; & in lib. de breuit. vitæ, cap.fin.ait: Lex à quinquagesimo Anno militem non cogit, à sexagesimo Senatorem non citat; Senibus cura B publica committitur, quia Senatoria dignitas nititur consilio, auctoritate,ratione,sciētia,& experiētia.Iob 12.In antiquis est sapientia; & ibidem; In his,qui multo sunt tempore,est pruden tia; Dominus 70. Seniores instituit, qui Moysen adiuuarent in regimine Populi; Et Salomon Seniorum consilio utebatur, 3. Reg.12.Est etiam in Sene reuerentia. Leuit.19.legitur: Coram cano capite surge; Et 1.ad Timoth.5.Seniorem non increpaueris,sed obsecra ut patrem.ideo Senes potius ad regimen aliorū destinantur; quod & figuratum uidetur in sacris literis, dū Dominus præcipit Leuitis vt existentes à Vigesimo anno suprà, portarent onera templi, seu Tabernaculi,alijs uerò existētibus in maiori ætate, cura custodiendi, & seruandi uasa Tabernaculi dabatur,ac regendi animas, quæ secundum Flor.in 1.par.tit. C 5.c.1.§.7.sunt vasa Ecclesiæ ad recipiendum gratiam deputata. Vlteriusque in Senibus passiones sedantur,Hieron.ait: Omnia uitia cum senectute senescunt; & Sap.cap.4.Ætas senectutis uita immaculata. Matura ætas in proposito non ea est, quæ decrepitum designat hominem, sed quæ maturos, mores, & rerum humanarum experientiam ostendit, propterea sicuti deputatur ad Curam aliorum ætas 25.annorum,ita & ad Episcopatū 30. (quia pluribus præsunt Episcopi)expostulatur. cap.Cunctis,de elect.ita qui totius Reipub.negocijs præpositi sunt,maiori ætate decorantur, sunt etenim Senes prudentiores, & peritiores Iuuenibus,ut dictum est; At cum Senatus uocetur Anima,Ratio,& Intelligentia Reipub. sicut Corpus sine Anima perit, & sine Ratione nihil est,sic remotis bonis Consiliarijs,publicam

De Aetate.

rem

rem pessum ire necesse erit, ut Paleot. refert in tract. de sacr. Cō-sist. Cons. par. 1. q. 2. quæ quidem cum peritis mandanda sint, & seniores peritiores sint, merito ætati magis defertur maturæ & graui, quam iuuenili. A

De Prudentia.

Tertiò dicimus Consiliarios debere esse prudentes, vnde habere debent celsitudinem iudicij quod profectò potius diuinū, quam humanum erit, nam homo virtute Rationalis discursus cognitionem certam rerum bonarum, & malarum quæ circa contingentes euentus uersantur, habere difficile poterit, quia hoc proprium Dei est, futura prænoscere, ideo Cōsiliarius Dei timorem amplectetur, & ab illo consilij donum postulet: nam donum consilij, quo homo accipit quid agendum sit, quasi per certitudinem à spiritu sancto edoctus super humano modo, uel ut alij dicunt, est, quod homo dirigitur in agendis, & cauendis, B non per inquisitionem rationis, sed quasi consilio accepto à spiritusancto, ex D. Thoma, in 3. d. 34. Vnde Esaias cap. 30. dixit: Væ filij desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & nō ex me; & ordiremini telam, & non per spiritum meum, (& paulo post) Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Ægypti; Et erit uobis fortitudo Pharaonis in confusionem; Prudens itaque Consiliarius, prius intra cordis sui scrinium finem proponit, & intra se discutit, dein de (implorato diuino auxilio) loquitur ueritatem, ita ut ex audientium animo agitationes tollantur: Consideret, quod tunc gerit personam publicam, ideo constanter agat.

Ambros. lib. 7. epist. 29. ad Theod. Imperat. dixit: Nihil tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod C sentiat liberè loqui, sic fretus cōscientia Deo placendi, Reipub. iuuandi, ac illam propagandi, uel assentationis causa nil quod negotio nō congruat loquatur, ex cap. fraudulentum, de elect. lib. 6. cum enim omnia certa electione, & deliberatione sint instituenda, & recta ratione ad debitum finem dirigēda; ideo prudentiæ uirtutem requiri in Consiliarijs dicimus, quæ est recta ratio rerum agendarum, qua homines tacitè, & circumspectè negotia commissa explent. D. Thom. in 1. 2. q. 57. Art. 5. & in 2. 2. q. 49. Artic. 3. 7. & 8. sicut enim diuersimodè prudentia communicatur, ita ut quidam Regia, quidam Oeconomica, alij Politica, quidam uerò Militari polleant, tamen quæ gubernationi prouidet, & subditorum saluti, Consiliarijs propriè necessaria

Prudētię Partes.

erit;

A erit; D.Tho.in 2.2.q.47.Art.9.& q.50.in præfat.Arist.6.Ethic. cap.8. Prudenter sentire, & accomodatè loqui,est Consiliarij. ideo dicit Paleot. in par.5.q.2.Duo sunt,quæ in Cōsiliarijs præcipuè requiri solent; Primum,ut de re proposita rectè, prudenterq; sentiant;Secundum,ut apertè,atque accomodatè,quæ sētiunt explicent; Prudentia etiam circa modum dicendi sententiam suam versatur,quam Paleot.in dicto loco declarat,part.4. q.12. quę reducuntur, uel ad inquisitionis, aut ratiocinationis circumspectionis modum, uel electionis, ex D.Thoma,1.2.q. 4.Art.1.& 5.&in 2.2.q.49.Art.2.& seq.

Qualiter prudens consiliarius negotia proponat.

Prudens Consiliarius recordatur pręterita,intelligit pręsentia,& circa proposita solerter medium intuetur, & ex his pręuidet quę futura essent, circumspicit negotij circumstantias, ut B impedimenta euitentur, propterea probabilibus rationibus, aut coniecturis,uel necessarijs modis, suam sententiam confirmabit; Hęc sunt de prudentia Consiliarij, antequam incipiat dicere,audiat quod pręponitur,& uideat,an sit res probanda, tūc laudabit uigilantiam Principis,& illius sapientiam, quod si secus agendum erit, declaratiuè tantum proponet, ut Princeps illius uoluntatem, & sententiam cognoscat. Prudenter etiam quod ab alijs respondetur,consideret, inde accuratè exquirat, quid certum,quid honestius, quid magis Principi, & Reipubl. conducet,sic requiritur ista pars prudentię in simili, quę Eubolia nuncupatur à Philosopho 6.Ethic.quę est recta consiliatrix, & ideo rectitudo requiritur, in eo D.Tho.3. d.35. Art.4. Boni itaque Consiliarij tria seruant secundum Aristot. 3. Ethicor. C Primò quod proponant sibi debitum finem; Secundo vt inueniāt media ad finem accommodata; Tertiò si pars conueniens consilium assumat, querunt Consiliarij resolutionem negotij propositi, hinc media resolutiua inuestigāt secundum Philosophū 3.Ethic.& hoc vel ab aliquo principio,quod est prius in cognitione,& iste dicitur processus resolutiuus, & principium Inquisitionis; Vel à fine, qui est prior in intentione,& posterior in esse,& ideo operationes nostræ non procedunt modo resolutiuo,sed compositiuo,scilicet, de simplicibus ad composita,ratio operationum sumetur à fine,& diuersa est ratio ratiocinandi,& operandi.

Tria seruant boni Consiliarij.

De Zelo Dei.

Requiritur principaliter zelus Dei,ita,ut non odio, amore, vtilitate, uel cōmodo aliquo moueātur,sicut dicit Dauid Psal. 118.

118. Loquebat de testimonijs tuis in conspectu Regum, & A non confundebar, Ambros. in cap. Conuenior, 23.q.8. & in cap. Scimus, dist.43. declaratur quod vita potius profundendo est, quam suo consilio Deum offendere, nec excusantur tales, quod zelo reuerentiæ, & honoris Principi exhibendis, tacuerint ueritatem, uel mala locuti sint, sed ascribetur pusillanimitatis, aut adulationis uitio, secundum D. Tho. in 2.2.q.133. Art. 5. exemplo namque Moysi docemur, qui quando cũ Deo loquebatur, nõ audebat faciem in altum eleuare, ut in Exod. 3. sed cum de populo suo ageretur, non timuit Domino dicere: Aut dimitte populo hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti, Exod.32. Idem legitur in Psal. 105. Et dixit ut disperderet eos si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, ut auerteret iram eius ne dis- B perderet eos; Reuerentialis timor in Consiliario requiritur, qui lege diuina, ac recta rationis norma temperetur, & ab amore Dei proficiscatur, ut cum filiali conueniat, ex D. Thom. in 2.2. q.19. Art. 1.8. & 11. Cuius timoris comites sint honestas, decentia, congruitas rationis, & munus officij; legitur in 4. Regum cap. 1. quod Helias, grauiter reprehendit Regem Ochoziam, & in 4. Regum 3. de Helisæo, qui Regem Ioram non timuit, sed quodammodo contempsit; quinimo audaciores facti sunt, quia illis tunc maiores sunt: nam cum pro Deo dimicent, sic fortiores contra huiusmodi Principes euadunt; Ita Micheas aduersus Regem Achab dimicabat 3. Regum vlt. Hanani Propheta increpauit Regem Asa, 2. Paralip.16. Iehu cap.19. & Eliezer c. 20. ut 2. Paralip. redarguerunt Regem Iosaphat. De quibus in- C quit Apostolus 1. Corinth.16. Viriliter agite, & confortamini, & Ioan.14. Non turbetur cor uestrum neque formidet, & exẽplo Io. Baptistæ latius docemur Marci cap. 6. de Samuele in 1. Reg.15. qui uerba hæc contra Regem proferre non dubitauit; Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis Rex. Et de Nathan Propheta contra Dauid, in 2. Reg.12. Quare ergo contempsisti uerbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Achab Rex loquens cum Iosaphat in 3. Regum vlt. Numquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum.

Nec remouere debet Princeps Cõsiliarios, si uera dixerint, nec ob id contristari: nam contristatio Sensuum leuis est, cum postmo-

A postmodum Anima lætetur, Apostolus 2. Corint. 7. Quoniam etsi contristaui uos in epistola, non me pœnitet; etsi pœnitet uidens quod epistola illa (etsi ad horā) uos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Consilia secundum sensum, proditiones & detrimēta sunt. Ideo Achitophel 2. Regum ca. 17. suspendio interijt; Ideo Iudas laqueo se suspendit Matth. 27. & Herodes Marc. 6. & Iudæi omnes qui contra Christum consilium fecerunt. Iosephus & Azarias quia non audierunt, consilium Iudæ Machab. ideo perierunt, ut in 1. Machab. cap. 5.

Officium Consiliarij quodnam sit.

Officium Consiliarij est, fidele consilium prebere; sed non adstringitur ad id ut persuadeat, quia hoc non pendet ab eo, cū responsio sit tantum ad interogata, & pars reuerentiæ & perso- B lutio debiti; vnde pro ratione sui muneris suam aperiet uoluntatem.

Sint secreti Consiliarij.

Tractatus quoscunque occultet. Prouer. 10. Qui fidelis est, celat amici commissum; propterea Consiliarij, silentiarij dicuntur, l. aliud, ff. de poen. Glos. in cap. de forma, 32. q. fin. Glos. in Rubr. C. de silentiar. spectabit tempus, modum, & alias circunstantias loquendi, & coram irato Principe non loquatur, quia tali casu differenda sunt negotia ad minus per triginta dies, l. mendicare, C. de pęnis.

Consiliarij conditiones.

Consiliarius itaque sit purus, iustus, & optimus, ut refert Io. Andr. in cap. Quanto, de iureiuran. & notet, quod tria destruūt Rempubl. Primò Iuuenes; Ideo matura ætas requiritur; Imprudentia, nā qui sibi prodesse nescit, alijs consulere non potest; & C Consilium indigestum, quod consistit in priuato commodo, et malo zelo; Alber. in l. 1. C. de Iust. Cod. compon. & in cap. 1. de re iudic. lib. 6. Diligunt boni consiliarij subditos sui Principis sicuti filios, & fratres, l. si quis filium, ff. de iniust. testament. cap. Prodest, 23. q. 5. & pręponunt publica negocia priuatis, nō è contra. Glos. in cap. 1. dist. 8. sic vtilitati publicæ non uoluntati priuatę per eos consulendum est: August. in epist. 5. ad Marcell. qui bene consuluerit, Deo seruit, sibi satisfacit, & communi cōmodo proderit, habetque meritum à Deo, vt legitur in Concil. Tolet. 9. cap. 5. vt in cap. Bonæ, 12. q. 2. Bonæ rei dare consilium & presentis habetur uitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium.

Meritum boni Cōsiliarij.

Cauendum est à malis Consiliarijs: nam malum consilium

consultori pessima res est, Gregor. Iannuario Episcopo, lib. 7. A Ind. 2. epist. 1. Deinceps autem ab eorum Consilijs cautus existe, te quoque solicitè custodi, nisi eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuæ vlterius, nec senectuti parcamus.

DE GVBERNATORIBVS & alijs Iudicibus.

De eorum requisitis, conditionibus, & officio, & qualiter in eo se gerere debeant. *Cap. IIII.*

De origine Curiarum. B

PRINCIPIVM Curiarum secundum quosdam incępit à Romulo I. Romanorum Rege, qui populum in tres Curias diuisit, ut in l. 2. ff. de orig. iur. sed ante istud tempus fuit Moyses inuentor Curiarum, & Parlamentorum vt in Exod. cap. 19. ubi legitur, quod Moyses conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat ei Dominus. Et vt in Daniel cap. 6. Consilium inierunt cun cti Principes regni tui, Magistratus, & Satrapæ, Senatores & Iudices; & ita legitur in sacris litteris, vt in Hester cap. 1. Interrogauit Rex sapientes qui ex more Regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, & in 1. Reg. cap. 5. & 7. & in 4. Reg. 23. fuerunt autem repertæ Curię vt Principes maiori com C moditate subiectis sibi Populis consulere possent. Menoch. in tract. de Arbitr. Iud. lib. 1. q. 2. num. 1. & 2. refert primos Iudices à Regibus populi Romani sumpsisse originem; deinde à Cõsulibus, postremo à Prætoribus. Sigonius in lib. de antiquo iure Ciuium Roman. cap. 18. Gulielmus Budæus in Pandectis de Muneribus & honoribus; Francisc. Duarenus, in lib. 1. disput. cap. 53. Franciscus Hotoman. de Magist. quos etiam refert præcitatus Menoch. in prædicto loco.

Curiarũ diuisio.

Istorum Iudicum talis datur diuisio; Quidam maiores sunt, vt Gubernatores; Alij minores dicuntur, ut Assessores, vel habentes minorem iurisdictionem; At Locum tenens Generalis, habetur pro Principe, seu pro maiori Præside Prouincię, qui po

test

A test etiam legem condere, non tamen contrariam legi sui Principis. Angel.l.apertissimi, C.de Iud.not. Io. Crotus, in Repet. l.omnes populi, ff.de Iust.& iure, num.2. Odofred.l.formam, C.de offic. Præfect. Prætor.

Omissis autem talibus diuisionibus, de requisitis ad statum ipsorum, ita dicamus.

Requisita ad statum Iudicum.

Primum itaque requisitum ad statum Iudicis, erit, quod sit capax ad illud officium; vnde reijciuntur tanquam incapaces, Fœminæ, Impuberes, Furiosi, Surdi, Muti, Serui, Excommunicati, Consanguinei Reorum, Inimici Actorum, non suspecti, aut aliter incapaces, Lege, Natura, Moribus, vel alio simili impedimento. Abb.in cap.Sciscitatus, de Rescript.& in Cons.66.l.cũ Prætor, in fine, l.cæcus, ff.de iud.& ibi Doct. Papiens.in forma B libell.appel.ab Interloc.in verbo, Capax; Robert.in Ord.Iud. in verbo, Iudex; Vide etiam in cap.Cum inter, de except.c.Postremò, de Appell.l.Apertissimi, C.de Iudic.

Qui repellantur à Iudicandi officio.

Requiritur Iurisdictio in Iudice.

Necnon requiritur Iurisdictio in Iudice, aliàs nõ esset Iudex, vt in tit. de Iurisd.omnium iudic.l.Barbarius, ff.de offic.assess.& ibi Doct. Robert. de Ord. Iud. in principio; Propterea legitimus Iudex non debet excedere fines suæ Iurisdictionis, c. Sciscitatus, cap.Cum dilecta, de Rescript.c.Cum Pisanis, de Restit.Spoliat. & ibi Doctor.

De scientia Iudicum.

Secundum requisitum erit scientia debita; ideo dicitur in Eccles.7. Noli quærere fieri Iudex, nisi ualeas uirtute rumpere iniquitates; Vnde habere debet notitiam boni, & æqui, aliter non excusabitur, eo quod imperitia artis est lata culpa, l.1.§.hæc au C tem, ff. si mens.fals.mod.dix. & hoc intelligitur de ignorantia Iuris communis, & de iure vulgari; at ignorantia quæstionum difficilium, non inducit latam culpam, secundum Bart.l.quod Nerua, ff.de Deposit.ignorare enim quod excellentissimi sciũt, est leuis uel leuissimæ culpæ, vt errare in exorbitantibus à iure communi; in alijs si ignoraret, diceretur stultus, l.regula, §.pen. ff.de Iuris, & facti ignor.Glos.in l.liberum, §.pen.ff.de his, qui not.infam. Sed quæ ignorantia inducat dolum, latius declaratur à Corras.in tract.de comm.opin.lib. 3. tit.13. Sebast. Med. in tract.de Reg.Iur. Reg.7.num. 50.in tract. de leg. part.4.q.7. num.2. Paleott.de noth. & spur.cap.9.num.7.& 11.Bursat. in Cons. 115. lib. 1.nu.16. Scientia ergo Iudicis est circa bonum, & æquum, l.1.ff.de Iust.& iure.

Requiritur præterea in Iudice peritia causarũ criminalium, ne scilicet torqueant, molestent, uel condemnent indebitè reũ, vel commutent delictorum punitionem in pœnã pecuniariam, quod à lege prohibetur, secundum Pelag. lib.2.c.41. Flor.3.p. tit.9.cap.2.

Quæ si ipse neglexerit, tenetur penes se retinere peritum, qui iudicet, aliàs exponit se periculo, & non est tutus in sua cõscientia nulla enim ignorantia excusat à peccato; Vnde saltem talem debet habere scientiam, ut reuolutione librorum possit legitimè iudicare; uel longa edoctus experientia, cap. iudicet, 8.q.7. Felin. in d.cap. Sciscitatus, Robert. de Ord. Iud. in uerbo, Iudex: Nauar. in Manuali, cap.25. num. 13. & 14. Vnde etiam Iudex habere debet experientiam, ut in Authent. de Iud. uers. non ęstimauimus.

Prudentia Iudicis quenã & quanta esse debeat.

Tertiò requiritur in Iudice prudentia, cum bonis moribus coniuncta; Ita dicit Ambros. in Sermone 20. super Beati immaculati; Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in seipso condemnet; Iudicet ille, qui non agit eadem quæ in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam; Iudicet ille, qui ad pronunciandum, nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur; Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, ex domesticæ proposito uoluntatis, sed iuxta Leges, & Iura pronunciat, statutis Iuris obtemperat, non indulget propriæ uoluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert, sed sicut audit, ita iudicat, & sicut se habet negocij natura decernit, obsequitur Legibus, non aduersatur, examinat causæ merita, non mutat. Discite Iudices seculi, quem in iudicando debeatis tenere affectum, quam sobrietatem, quam synceritatem. Vide cap. Iudicet, 3.q.7.

Eleutherius Papa ad Galliæ prouincias ait: Iudicantẽ oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, (& paulo post) frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum fortè remaneat, quod annecti conueniat. in cap. fin. 30.q.5.

Gregor. Ant. Subdiacono lib.2. epist.9. Qui rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia iustitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ uendit. Bonis mali vtuntur, qui iustè pro temporali lucro iudicant; Tales quippe ad ueritatem, non iustitiæ defensio,

A sio, sed amor præmij prouocat; quibus si spes nummi subtrahitur, confestim à iustitiæ defensione recedunt; Acceptio nummorum præuaricatio ueritatis est; Vndè pro iusto dicitur: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. Hæc ille. Et ista potius dicuntur uerba Isidori in lib. de Summo bono, cap. 58. quam Greg. uide De his in cap. 71. & legitur in l. fin. de uerb. signif. Non potest iustitia cum scelerato habere comercium.

Iudices itaque, in iudicãdo ordinem iudicij seruent, ac vices suas in quibus partes deficiunt suppleant. Pelag. lib. 2. cap. 41. Flor. 3. par. tit. 9. cap. 2. cum seq.

Non festinanter iudicent, sed ante omnia curent, ut de corpore delicti constet. Io. de Ann. in cap. Cum Bertoldus, de sententia & re iudic. cap. Canonum, de Const. Abb. in cap. Cum secundum, de secund. nupt. Bart. l. fin. ff. de quæst. Ias. l. Iusiurandum, §. procurator, ff. de iureiuran.

B

Arbitrium non interponant, nisi in his, quæ in iure non sunt determinata, quod sit iuri, & rationi consonum, cap. De causis, de off. deleg. l. 1. ff. de iure delib. Roman. in cons. 376. Maran. in Praxi Crimin. §. diligenter, nu. 24. sicut etiam refert Menoch. de arbitr. in princip.

Quot modis Iudicia peruertatur.

Diligenter curent ne iudicium peruertatur, quod quatuor modis accidit secundum Greg. in cap. Quatuor, 11. quæst. 3. his uerbis: Quatuor modis peruertitur humanum iudicium; Timore, dum mætu potestatis alicuius, ueritatem loqui pertimescimus; Cupiditate, dum præmio alicuius animũ corrumpimus; Odio, dũ cõtra quemlibet aduersarium, aliquid molimur. Amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus. Quam uerò graue sit, uel Odio, uel Amicitia, uel Mætu, uel Munere, uel quolibet alio indebito modo iudicium peruertere, id Augustinus testatur, dicens: Quicunque aut Consanguinitate, aut Amicitia, & econtrario uel Hostili Odio, vel Inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Christi, qui est Iustitia: & fructum illius vertit in amaritudinem. Hæc ille. Ad hæc plura leguntur in cap. Quisquis, cum seq. 11. quæst. 3. & cap. Cum æterni, de re iudic. lib. 6. Caueant Iudices, & prudenter attendant, ne Officia, & Leges mutentur lachrymis Rei, quia Iustitia lachrymis non regitur.

C

Iudicans Iudex non seruato debito ordine iuris, veluti si sine

Seruãdus debit⁹ ordo Iudicij.

sufficienti probatione,aut absque Rei defensione,aut simili modo aliquid decernat vel determinet obligatur ad interesse,& ad damni illati parti læsæ restaurationẽ tenetur, & ad factum principale;at,si Iudex Ecclesiasticus hoc perpetrauerit,ferendo sententiam contra conscientiam, tunc ipso iure erit suspensus per annum,& si eo tempore celebrauerit,ante quam debitam fecerit restitutionem,aut absolutionem obtinuerit, efficitur irregularis; sicut in d.cap.Cum æterni,de re iudicata,lib.6. Vt tamen Iudex talem incurrat pœnam,requiruntur sex; Primò,quod Iudex iudicet contra conscientiam;Secundò,quod iudicet contra iustitiam;Tertiò,quod iudicium sit in damnum partis;Quartò, quod talia fiant iudicialiter,non extra iudicium; Quintò,quod scienter sit ab eo ita iudicatum; Sextò,quod vel iudicet per gratiã,vel sordes;cap.1.de re iudic.lib.6. & in add. ad Glos.in verbo, (per sordes,) Abb. & Felin.in cap. Pastoralis,de off.deleg. D.Thom. in 2.2. q.64. Art.6. ad 3.& in quæst.63. Art.2. Pelag. in d.cap.41. Flor.3.p.tit.9.cap.4.§ 2.

Non iudicant secũdum conscientiam solum Iudices, sed secũdum acta, actitata, & probata.

Non etiam iudicant Iudices secundum conscientiam tantũ, sed secundum acta, & actitata, & probata. Io. de Ann. in cap. Pastoralis, de off.delega. D.Tho.in 2.2.quæst.67. Art.2. & ibi Caietan. Couuar. variarum resolut.lib 5.cap.1. per totum, latè declarat hunc Articulum,& si scienter acta repugnent consciẽtiæ, potius esset supersedendum, secundum eundem Couuar. Quando autem Iudices possint minuere pęnas, vide D.Thom. in 2.2.quæst.48. Art.3. & Abb.in cap. Diaconus, de off.deleg. Roman. cons.29.

Qui ad officium iudicandi assumuntur, non muneribus,non pecunia,nec fauoribus officia quærant, sed studeant esse tales, ut illa eorum meritis deferãtur,& qui pecunia,aut simili modo officia obtinuerit,non solum officia amittet, sed inhabilis ad alia reputabitur.Mart. Laud.in tract.de offic.§.17.& 58.ex Cõstit. Pij V. Cum primum, & in alia. Et si Romani, nu.45. Flor. 3.part.tit.9.cap.4. §.1.2.& 9.

Iudices iurant fore se defensores fidei & Ecclesiæ Catholicæ.

In officio iurant se defensores fidei futuros cõtra hæreticos, & eorum fautores,cap.Inquisitionis,de hæret.lib.6. Refert Direct. Inquisitor.quæst.35.& 36.ex Const. Pij V.num.175.Sanctissima,& Robert.in verbo,Iudex,nu.75.cum seq.Promittunt parere Papæ,& Prælatis Ecclesiæ, & seruare consuetudines Ecclesiasticas.Conc.Trid.Sess.7.cap.14. Nauar. in Manuali,cap.

25.num.

A 25.num.13.& 14. Necnon seruare libertatem Ecclesię, & illius indemnitatem, tam circa personas, quam bona, & iura, manutenere, quæ etiam iuramento confirmant, ut supra dictum fuit, & refert etiam Nauar. in d.cap.25. num.18. & seq.

A quib. abstinere debeant Iudices.

Carceratos visitant, & prouidè curāt, ne asperitate carceris, aut modicitate victus, reus inducatur ad confitendum delicta, aut fallacijs, vel promissionibus, quia carcer ad custodiam datur; Bald. in tract. de Carcere, & perplures refert etiam Nauar. cap.25.num.26. Syluest. in verbo, Iudex.

Carcerum conditiones esse debent tales, nimirum, ne sint subterranei, & inhabitabiles, nec sine aliqua fenestra ad respirandum, vel aliàs terræ humidæ, & tales, quod sine periculo vitæ rei detineantur, ita, ut uideantur dati magis ad custodiam, B quam ad pœnam, nam tales non permittuntur, l. Diuus, l. confessus, ff. de cust. reorum. Paul. Grilan. in tractatu de relaxat. carcerat. quæst.1.num.4. Corneus cons.326.lib.4. Menoch. de Arbit. lib.2. Cent.4. Casu 305.num.4. Roland. cons.2.lib.1.

Purgare debent ex debito officij Prouinciam prauis hominibus, & de illicitis inquirere diligenter; l. cōgruit, ff. de offic. Præsid. Bald. l. Gallus, ff. de lib. & postum.

Officiū Iudicis circa quæ uersetur.

Iudices laici monitioni Prælatorum Ecclesiasticorum in his, quæ spectant ad defensionem uiduarum, uel pupillorum, & pauperum, acquiescere conuenit. cap. Administratores, 23. q. 5. cap. His qui, 14.q.7. & in executione esse misericordes.

Procurandum etiam per Iudices erit, vt mulierum carceratarum honor & pudicitia vel castitas conseruetur, l. si Prætori- C bus, §. custodibus, ff. de cust. reorum. Clar. in §. fornicatio.

Accusatores, seu querelantes, uel deponentes, non zelo Iustitiæ sed animo vindictæ, uel odio impulsos, Iudices non admittent, ideo dicit Damasc. in Epist.3. ad Stephanum Archiep. Calumniator si in accusatione defecerit, talionem recipiat.

Accusatoris conditio.

Fabianus Papa in Epist.3. ad Hilarium Episcopum, ait: Si quis iratus crimen aliquod cuilibet temerè obiecerit, cōuitium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spacio, id quod iratus dixit per scripturā se probaturum fateatur, ut si fortasse resipiscens, quæ præ iracundia dixit, iterare, aut scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur; sed aliud est, crimen illatum non posse probare, aliud aliqua promissione accusationem deserere: huic enim qui promissione deceptus, accusa-

tionem deserit, venia datur, illi verò, qui crimen illatum proba A re non valuerit, infamia irrogatur.

Gregorius in epist. 94. lib. 4. ad Ioan. Episcopum Corinthiorum dicit: Omnis igitur, qui crimen obijcit, scribat se probaturum; Re vera ibi semper causa agitur, vbi crimen admittitur; & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur; Hæc ille. Et leguntur in 2. quæst. 3. Vide latius apud Goffred. in tit. De Accusat. num. 6. Clar. §. fina. quæst. 13. & 14. & sequent.

Quapropter bene consideret animum accusantium & deponentium Iudex, antequam procedat ad illorum instantiā; Spec. De iud. præparat. vers. Circa Iudicem.

Prudētia Iudicis quomodo se gerat Iudex cū suis carceratis.

Sit itaque iudex mitis, & placidus omnibus; examinando tamen reos potest facie ostendere se terribilem, & verbis, dum- B modo crudeliter non agat, adeò, quod medium tenere debeat, ne scilicet sit nimis negligens, & mitis, nec crudelis, ac subtilis deceptor; nam, quæ possent reum decipere, non sunt proponenda, vt in Auth. de Mand. Princ. §. præcipuè, & §. talem uerò, & l. obseruandum, ff. de off. præsid. l. 1. & ibi Bartol. C. de offic. præf. Vrb.

Inde iudex corriget, & inquiret contra subditos ex dilectione, non odio, & quāto grauius est delictum, tanto seuerius erit iudicandum, cap. Ita, 23. quæst. 4. & ibid. cap. Non afferamus, cum Glos. Ante suos oculos habeat semper veritatis inquisitionē. Authent. Qui semel, C. Quomodo, & quando iud. l. famosi, ff. ad l. Iul. Maiest. de Adult. & nunquam transgrediatur fines, & rationes legum; Bald. in Authent. C. de Iud. Lud. Roman. in C l. si verò, §. de viro, ff. soluto matrim.

Iudicis iniqui & sordidi pęna.

Iudex qui iustitiam vendit proditor dicitur, & proceditur contra ipsum ad similitudinem Rei qui commisit crimen læsæ Maiestatis, l. 1. Authent. C. de pœnis Iud. qui mal. iudicau.

Iudicis integritas qualis & quanta esse debeat.

Iudex autem qui in commisso sibi officio iustè se gerit, minister Dei dicitur; August. ad Macedo. Epist. 54. Non est iniquitatis, sed potius humanitatis societate deuinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator.

Idem in eodem loco; Non frustra sunt instituta potestas Regis, & Cognitoris ius, ungula carnificis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiam boni patris: habent omnia ista modos, causas, rationes, vtilitates, hæc cum timentur, & mali

coercentur,

A coercentur, & quietius inter malos uiuunt boni.

Hieronym. super Ezech. Qui malos percutit in eo quod mali sunt, & habet uasa interfectionis ut occidat pessimos, Minister est Domini.

Idem super Iohelem: Non solum homines ministri sunt, & ultores iræ Dei, in his, qui malum operantur, (unde, non sine causa gladium portant) sed etiam contrariæ fortitudines, quæ appellantur furor, & ira Dei.

Idem super Esaiam: Non est crudelis, qui crudeles iugulat, sed (crudelis ideo uocatur) quod crudelis patientibus esse uidetur. Nam & latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat, ut in 23. quæst. 5.

August. ad Donatum ait: Mali sunt prohibendi à malo, & B cogendi ad bonum; Ex his omnibus colligitnr, quod uindicta est inferenda, non amore ipsius uindictæ, sed zelo iustitiæ, non ut exerceatur, sed ut prauitas corrigatur.

Vnde Iudex non sit mitior Lege, relaxando pęnam à Lege statutam, Authent. de Iudicibus, §. oportet, l. ordine, ff. ad municip. D. Thom. 2. 2. q. 68. Art. 3.

Commutatio Penæ quando licita sit Iudici.

Quando possit remittere, uel commutare pœnam, per plures distinctiones declarat Rober. de ord. iudic. in uerbo, Iudex, & latius dicetur de ordine in sequenti capite.

Iudices quādo recipere possint sportulas.

Iudices pro sententijs dicendis, nihil penitus accipere debēt, in signum autem beneuolentiæ non respectu sententię, poterūt esculenta quædam, & poculenta recipere, dummodo suspicionem iniustitiæ non inducat talis receptio, Abb. in cap. Cum ab C homine, de uita & honest. Cler. Flor. 3. part. tit. 9. cap. 2. §. 8. & 9. August. de Anco. de pot. Papæ, q. 112. Art. 3. & 4.

Inde quæri solet, an Iudex sportulas seu sententiarum salarium iustè recipere possit; Et in hoc regula est, & communis opinio Canonistarum, quod ordinarij iudices si habuerint salarium, tam Seculares, quam Ecclesiastici, non possint recipere sportulas; Delegati autem recipiunt: quia regulariter non habent salarium, sed in parua quantitate, ne partes magnis expensis grauentur; Glos. in cap. Non licet, 11. q. 3. Abb. & Doct. in cap. Cum ab omni, de uita, & honest. Clericor. & Viuius in Opin. 740. testatur de Communi.

At consuetudo inueterata contrarium induxit, qua oēs Iudices, tam Ordinarij, quam Delegati, tam Seculares, quam Eccle siastici,

siastici, quamuis etiam salariati sint, sportulas recipiunt; & ita A
de magis Communi stante dicta Cõsuetudine testatur Viuius
in d. Opin. 740. per Roland. cons. 87. lib. 2. nu. 2.

Iudicibus autem Ecclesiasticis dicta Consuetudo regulariter non prodest, licet de hoc diuersæ sint Doctorum sententiæ; Vide Clem. Statutum, de elect. & ibi Glos. & Io. Andr. & Roman. in Sing. 183. qui testantur, quod de Communi illa Glos. tenetur, quod scilicet iuste non possint sportulas recipere, et Syl uest. in Summa, in uerbo Iudex, el 1. nu. 13. Contrarium de magis Communi tenuerunt allegati in Add. ad d. Sing. Rom. 183. & Viuius in d. Opin. 740.

Crederem autem, quod Consuetudo tunc esset admittenda etiam pro Iudicibus Ecclesiasticis, quando Iudex nullum haberet salarium, & litigantes essent diuites, & sportulæ essent in B parua quantitate, ne litigantes grauarentur expensis; & præterea, si nullum præcederet pactum de certa summa soluenda, sed tantummodo solueretur quod fuerit taxatum à Consuetudine loci, uel Statutis, pro eorum laboribus, omni alia intentione sublata, præter finem laboris. Flor. in d. 3. part. tit. 9. cap. 2. §. 8. Syluest. in d. verbo, Iudex, nu. 13. cum alijs, ut suprà citatis. Inde Sanctiss. D. N. Clemens VIII. in hoc Iudicum salario consti tuendo ita reformatoriè statuit, ut deputari voluerit mercedẽ, seu salariũ multis Iudicibus, sportulas taxando, etiam ecclesiasticis Iudicibus, secundum laborem, ideoque maioribus sportu lis uel minoribus iudices secundum merita præcedentia honorantur, & præmiantur.

Pauperes litigantes sportulas soluere non tenentur, secundũ C Viuium in d. Opin. 740. de Communi testatur nu. 11. & 12. per Rolan. in cons. 87. lib. 2. nu. 16. & nu. 21. eo quod pauperibus te nemur iustitiam administrare gratis, ne inopia remaneant indefensi, & licet taxæ, seu Statuta non distinguant personas, tamen intelligitur secundum formam dispositionis iuris Communis.

De forma

A *De forma Iudicij, qualiter Iudicia sint licita; quæ personæ Iudicium constituant; de eorumque conditionibus requisitis, & officio, ibique de Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs, ac de eorum requisitis, & officio. Cap. V.*

Litigia quando sint licita.

CVM iudicis officium sit iudicare, ideo & de Iudicijs aliquid dicẽdum est: Inducta autem sunt iudicia, pro bono pacis conseruandæ, ne tali occasione partes inter se ueniant ad arma, sed iuris remedio contentiones dirimantur, & amicitia inter homines & societas mutuaq; beneuolentia conseruentur; Præmittendum autem est prius in hac de Iudicijs pertractatione, quod differunt ad inuicem, Lis, & Discordia, & in his consideratur animus contrahentium; si B animus erit non assentiri alicui, sed contendere, dicitur Discordia: sed si animus esset non contristare amicum suum, nisi in quantum necessitas debita vrget, ut pro repetitione rei suæ, tũc dicitur Litigium, & sic ex animo cognoscẽda sunt litigia iusta, uel iniusta, ex mente S. Tho. in 2.2.q.116. Flor.3.p.tit.16.ca.1. §.3. Syluest. in verbo, Aduocatus, nu.7.

His de causis litigia permittuntur etiam fm opin. Card. in Apostilla ad Rom.4. nisi duo concurrant, vt si repetens suum, sciret, quod hac de causa debitor hic peccaret mortaliter, puta, ut quia esset coactus recipere ad usuram pro restitutione facienda, uel simile aliud incõueniens, eo casu nõ cõceduntur litigia.

Secundò si debitor illud non daret, reuocaretur ab aliquo peccato mortali.

C Alij distinguẽdo, declarant, qđ aliud est repetere suum, aliud verò contendere; Repetere autem odio, ac animo irato, contristandi proximum, ac illi damnum inferendi, est contendere; & in hoc casu Dominus dixit in Matt.5.c. Si quis vult tecum in iudicio cõtendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, Luc.6. & Apostolus 1. Corinth.6. dicit: Secularia iudicia si habueritis, omnino delictum est in uobis; Talis autem contentio prohibetur à Saluatore nostro: nam sicut dicit Chrysost. super Matth. Quia diuitiæ nostræ non sunt, sed Dei: Deus enim dispẽsatores diuitiarum suarum voluit esse nos, non Dominos, sic angariare est iniustè trahere, & sine ratione uexare.

Gregorius in Moralibus ait: Sed tamen quidam, dum temporalia nobis rapiunt, solummodo sunt tolerandi, quidam uerò sunt

rò sunt

rò sunt seruata charitate prohibendi, non solum à cura, ne nō- A
stra subtrahantur; sed ne rapientes non sua, semetipsos perdāt.
Plus enim ipsis raptoribus debemus metuere, quam rebus irra-
tionalibus inhiare: cum autem pro terrena re pax à corde cum
proximo scinditur, apparet quod plus res, quam proximus ama
tur. Hæc ille.

Repetere autem licet sua alicui, ex quo iustè repetit: ille autē
iustè repetit, qui sibi magis, quam alteri consulit, ut si debitor
possit sine damno animæ illa restituere; sed si creditor re illa ca-
rere potest absque periculo, tunc ad euitandum damnum proxi
mi, & scandalum, licet iustè petat, debet expectare tamen tem-
pus congruum, dummodo debitor re illa bene vtatur, & saluti
eius prosit; Necnon tunc non licet repetere suum, quando debi
tor iure naturali, uel diuino illud potuisset retinere, nam eo ca- B
su communes procuratores sumus, & sic possidentium melior
& conditio. Inde prohibetur aliquis stare in iudicio captandi
lucri causa, sed non euitandi damnum, ex Concil. Carthag.
4. cap. 10. ita legitur in 14. quęst. 1. Vbi uerba prædicta Saluato
ris declarantur: quod scilicet sint exhortantis, nō præcipientis,
& ibidem de perfectis loquitur Dominus; necnon quia omne
iuditium irritatio Cordis est, & cogitationum malarum. Chry
sostom. ibi.

Litigiosis hominibus prohibetur iudicialis actio, quia non
animo recto agunt, sed contra charitatis ordinem; & litigiosi il
li dicuntur, qui ad omnia contristandi animo contrariantur;
Philosophus in 2. Ethic. & tales tamquam amicitiæ uinculorū
dissolutores, expellendi, & puniendi sunt pœnis in ff. de litigios. C
propositis. & Bart. ibi, in l. 1. Abb. in cap. Ecclesia, el 2. Vt lite
penden.

Litium mala. Litigia multa inducunt mala; nam litigiosus, superbus, & ar
rogans est, nescit humiliter proferre quod petit; De his pulchrè
Hieron. in epistola ad Oceanū scripsit dicens: Nihil est impudē
tius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem autoritatem pu-
tant, & parati sunt ad lites. Idem legitur apud Greg. in suis Mo
ralibus lib. 23. par. 5. cap. 12. uide etiam de hoc dist. 46. §. 1. &
cap. Hoc habet.

Solet etiam litigator esse adulator, proditor, detractor, male
dicus, inuidus, ioculator, scurra, & ad vlciscendam iniuriam fa-
cilis, ut ex Gratiano post cap. Hoc habet, d. 46. his uerbis: Liti-
giosi

A giosi namque uel adulationibus animos Principum sibi conciliant, uel fratribus suis detrahendo, infamiæ notam ingerunt, uel inter fratres discordiam seminando, seditionem nunquam facere cessant, §.ecce, cap. Hoc habet, dist. 46.

Tertiò, natura litigiosorum est, semper ad discordiam prouocare, ut in dist. 90. in principio.

Quibus obligationibus liceat contrahêtes innodare.

Ex quibus colligitur, an liceat creditoribus innodare egenos varijs obligationibus, præsertim illis, quæ dicuntur Cammerales, ita ut homines efficiantur serui suorum creditorum, & patiantur se detrudi in carceres vsque ad mortem, & excommunicari, & hoc virtute iuramenti, ad quod præstandam creditores suos debitores inducunt, ut in cap. Ex rescripto, de iureiuran. Cum enim se obligent ad id quod possunt, videntur obligati ad B obseruantiam iuramenti, vt ibi Glos. in verbo Inhibeatis. Felin. in d. loco, num. 8. & 9. concludit id inductum fuisse potius de facto, quam de iure, & ex consuetudine. Tamen in num. 13. ponit casum, quem appellat dubium, an ualeat pactum per quod debitor in instrumento obligat se ad carcerem; & dicit de communi sententia Doctorum, quod non: quia non est Dominus membrorum suorum, quod intelligitur absque citatione, & non seruata forma iudicij: nam partes facere non possunt, quin solennitas, & ordo Iudiciorum non seruentur, cum de iure processus non incipiat ab executione, l. 1. C. de execut. rei iudic. & ante capturam in Ciuilibus debet procedere libellus, l. consentaneum, & ibi Bart. C. Quomodo, & quando iud. Nec ualet pactum, quod si debitor in termino non soluit, possit excommuni C cari, non data alia citatione, nec seruata forma cap. Sacra, de sententia excomm. Nec ualet pactum, quod creditor possit capere debitorem auctoritate propria, non soluentem in termino, ut ibi, num. 14.

Dicimus autem iuramentum obligare, quando pacta fouerent æquitatem naturalem, & Leges, ita ut seruaretur forma iuris, & posset ille soluere; His non concurrentibus, quicquid agitur, est contra præceptum charitatis, & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, cap. Debitores, & idem cap. Ex Rescripto, de iureiuran. & ne necessitas illum induxerit ad promittendum, quod soluere non poterat, sciente creditore, licet etiam Couuar. Var. resol. lib. 2. cap. 1. de Communi, teneat debitores posse in carceribus detineri, si non habuerint aliundè,

ut sol-

vt soluant, quod uerum quidem est de iure, sed tamē ab istis Regulis credo non esse recedendum, nisi concurrentibus præmissis; Vndè, primo uidendum erit, qualis ordo iudiciorum Ciuilium, & Criminalium causarum seruādus sit; Iudicium, de quo hic agitur, est legitimus actus trium personarum, Iudicis, Actoris, & Rei. Glos. in cap. Forus, de uerb. signif. Azo in Summa, de Iudic.

Ex quib⁹ cōstet Iudicium.

Diuiduntur autem iudicia, ut quædam dicantur Ciuilia, quędam Criminalia, ordinaria, & extraordinaria, spiritualia, & temporalia, secundum Goffred. in tit. de Iudic.

Ciuile ordinarium est illud, quod fit inuestigando ueritatem coram Iudice, iuris ordine seruato, & appellatur contradictorium; Glos. in cap. Abbate, de uerb. signif. Azo & Goffred. de Iudicijs.

Ciuile Iudicium ordinarium quale.

Extraordinarium est illud, quod fit officio Iudicis mercenarij, iuris ordine non seruato, l. 1. §. Medicorum, ff. de Iud. Goffred. in d. loco.

Ciuile Iudiciū extraordinarium quale.

Criminale iudicium dicitur, quando agitur de pœna Fisco applicanda, Clar. §. fin. q. 1.

Criminale Iudiciū quale.

Iudicium autem redditur illicitum tribus de causis; Primò, quando Iudex non habet auctoritatem; Secundò, si procedit iniustè; Tertiò, si condemnat aliquem non seruato iuris ordine; Flor. 3. par. tit. 9. cap. 6. Syluest. in uerbo, Iudex, num. 5.

Quot modis Iudicium redatur illicitum.

Ad hoc, ut Iudicium sit rectum, tria requiruntur; Primò, ut Iudex procedat ex prudentia, & iustitia mediante, quia iudicare est actus rationis, discurrens, & examinans quid agendum sit secundum iudicium eorum, qui sunt prudentes. Melchiades Papa, vt habetur in 2. q. 1. cap. 1. ita inquit: Semper omnia diligenter inquirite, vt cum iustitia, & charitate diffiniatis, neminem condemnetis ante verum, & iustum iudicium, nullum iudicetis suspitionis arbitrio, sed primū probate, & postea charitatiuam proferte sententiam, sicut Daniel cum prudentia accusatores Susannæ condemnauit.

Quot modis Iudicium redatur licitum.

Greg. lib. 8. epist. 30. ait: Graue satis est, & indecens, ut in re dubia certa detur sententia.

Secundò requiritur, quod interueniat debita Iurisdictio, ne sit iudicium vsurpatum; Iaco. 4. Tu autē quis es, qui iudicas alienum seruum? Greg. in Deut. 23. ait: Scriptum est in Lege, per alienam messem transiens falcem mittere non debet, sed manu

spicas

A ſpicas conterere, & manducare; Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam ſegetem, quæ alteri uidetur eſſe commiſſa. Vndè non licet laicis iudicare Clericos; cap. Clericum, 10. q. 1. & cap. Si quis cum clerico (nec uolente Epiſcopo) cap. Significaſti, de foro competenti, & ibi Abb. & Doct. Frider. de Senis, conſ. 96. Rom. conſ. 369. Roland. conſ. 23. lib. 2. num. 14. Lap. in Alleg. 58. num. 14. Alex. in conſ. 8. lib. 1. Afflict. Deciſ. 83. num. 1. Couuar. pract. quæſt. 10. num. 4. & verſ. 8. Viuius Com. Opinio. 396.

Laicus nō iudicat Clericum nec uolente epiſcopo.

Nam ut legitur, Deus Sacerdotibus mundi regionem primo commiſit; Vnde Noe, & Sacerdotis officium, & Iuriſdictionem vniuerſalem adminiſtrauit; & ſemper Clericorum forum penes Sacerdotes extitit, & in ueteri lege prohibitum erat Laicis de Clericis iudicare, cap. Accuſatio, 2. q. 7. & tandem omnis B Iuriſdictio tam Clericorum quàm Laicorum eſt penes Eccleſiam, ut ſupra de Imperatore dictum fuit in ſpeculo Princip. Rub. 2. de propoſitione, §. uidendum, num. 2. & ſeq.

Immò colligitur, quod Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſupplere negligentiam Secularis Iudicis, & non è contra; Doct. in c. Qualiter, de Iud. Marian. Soc. in cap. 1. de foro compet. verſ. 4.

Eccleſiaſticus Iudex ſupplet negligentiam Iudicis ſecularis.

Iudex ergo in iudicando in primis conſideret poteſtatem, quam habet, nec vſurpet aliorum Iuriſdictionem.

Tertium requiſitum eſt, ut procedatur cum debita iuſtitia, ſecundum ea quæ dicta ſunt in Leuit. cap. 19. Iuſtè iudica proximo tuo. Auguſt. in Matth. 26. Vnus ex uobis me traditurus eſt, ait: benè dixit (Ex uobis) non ex nobis; ex uobis enim eſt, à quiC bus per iudiciariam poteſtatem confeſſus, aut conuictus excluſus non eſt; à me uerò qui nullis indigeo argumentis, & omnia certiſſimè noui, ſeparatus eſt, diuiſus eſt. Tale enim eſt, ac ſi diceret, & ſi ego per occulti iudicij ſententiam damnatum habeo, uos autem illum per tolerantiam ſuſtinete.

Iudex in Iudicādo prudens eſſe debet.

Greg. lib. 2. epiſt. 50. ait: Si autem dictum fuerit, quia contra ipſum cauſa aliqua mota, ſiuè probata eſt, ſubtiliter, ipſo præſente, & pro ſe rationem reddente, quęrendum eſt, & genus cauſæ, & modus probationis, ut ex hac colligere ualeas.

Innoc. in epiſt. 7. Graue non oportuit uideri pijſſimis mentibus ueſtris, cuiuſcunque retractari iudicium, quia ueritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in luce, & pernicies reuocata in iudicium, grauius, & pœnitētia condemnatur; Nam fructus

diuinus

diuinus est iustitiam sæpius recenseri. A

Iudicium peruertitur quatuor modis ut dictum est, & legitur in d. cap. Quatuor, 11. q. 3. Timore scilicet, Cupiditate, Odio, & Amore; Timore dum potestatem alicuius ueritati, loqui pertimescimus, mætus est instantis, seu futuri periculi causa, mentis trepidatio, l. 1. ff. quod metus causa.

Quot modis Iudicium peruertatur.

Duplex metus, leuis, & grauis; leuis est, uel respectu causæ, uel quia uir est modici animi, timens leuia; sic grauis dicitur, tũ quia causa grauis est, uel quia timor est cadens in constantem uirum, & iste dicitur iustus timor, l. metum, ff. quod metus causa, & ibi Doct. D. Thom. in 4. dist. 29. q. 1. Art. 2.

Talis iustus timor oritur ex iusta causa, unde Iudex dum iudicat, non excusatur timore, quia debemus potius mala tolerare, quam peccato consentire, cap. Sacris, extra, de his qui met. causa, & cap. Iniustum, 2. q. 3. D. Thom. in 4. q. 61. Artic. 4. Flor. 3. p. tit. 14. cap. 2. §. 1. hoc autem intelligitur, quando cum tali timore iudicaret contra Legem Dei, & sic committeret peccatum mortale, tunc non excusaretur. B

Peruertitur Secundo Iudicium cupiditate, dum præmio, munere, aut similibus animus alicuius corrũpitur, ut in Exod. cap. 23. Non accipiet Iudex munera, quia excæcant oculos sapientum, & peruertunt uerba iustorum, ut in Ecclesiast. cap. 30. Xenia, & dona excæcant oculos iustorum, & quasi mutus in ore eorum auertit correctionẽ eorum. Apostolus ad Corinth. c. 6.

Isidorus de Summo bono, lib. 3. cap. 58. ait: Pauper, dum nõ habet quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiã contra ueritatem opprimitur, citò violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. C

Item alibi dicit: Qui rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia iustitiam quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ uẽdit; Bonis male vtuntur qui iustè pro temporali lucro iudicant, tales quippe ad ueritatem, non iustitiæ defensio, sed amor præmij prouocat, quibus si spes nummi subtrahitur, confestim à Iustitiæ defensione recedunt; Acceptio nummorum præuaricatio Veritatis est. Vnde iustè dicitur: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitat; Hæc ille. Triplex dicitur munus, ab obsequio, à manu, & à lingua, ut in d. cap. sunt nonnulli.

Tertiò

A Tertiò peruertitur Iudiciũ Odio quo molimur aliquid cõtra aduersariũ iniquo conatu; de hoc sic dicit Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem cap. contra ritum. 4. q. 4. Fiunt suspecti Iudices, & Mercenarij, & Lupi custodes, qui videbantur esse Pastores; Leo Rustico Narbonensi Episcopo scribit in epistol. 90. Odio habeantur peccata, non homines, corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sæuientis plectatur animo, sed medentis, ut in cap. Odio, dist. 86.

August. contra litteras Petil. lib. 2. cap. 42. dicit: Si propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, qui scelus in sanctũ Danielem commissum iustissimè uindicauit, quomodo uindicandum est à Regibus. Ita inuidi procurant Danielem mitti in lacum leonum. Daniel cap. fin. B

Iudex qualiter puniat in iuriã sibi illatã vt priuatæ personæ.

Iudex si iniurias vti priuata persona passus fuerit, non tamen sibi licet se sua manu vlcisci, sed poterit tunc ad vtilitatem publicam iuridicè procedendo delinquentes punire, ut legitur in 4. Reg. 1. de Helia, qui de Cælo ignem ad comburrendum illos duos quinquagenarios à Domino obtinuit, & de Syluestro Papa, legitur quòd Ecclesiæ gladio damnatos exilio puniuit, cap. Belissarius, 23. q. 4. Iste enim non suam, sed Ecclesiæ iniuriam vltus fuit; vnde non iniuria reprehenditur Episcopus ille, qui excommunicauerat Clerum detrahentem sibi, cap. Inter querelas, 23. q. 4. Verba sunt Gregorij ad Ianuarium Episcopum; Vnde de cætero omnino esto circumspectus, atque solicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ iniuriæ tuæ inferre denuò non præsumas: nam si tale aliquid feceris, in te scias postea uindicandum, sed boni Iudices uindicare debent iniurias Deo factas. C

Ita de hoc Gregor. in cap. Si is qui, 23. q. 4. Ea namque quæ in nos committuntur facile possumus dimittere; ea uerò quæ in Deum cõmissa sunt, cum magna discretione, nec sine pœnitentia debemus relaxare.

Iudex ergo fortiter agat ad vindictam malefactorum, nec timore imminentis periculi, iustitiam deserat, & zelum defendendi Deum, & publicam vtilitatẽ comedat; Ita dixit: Ambros. in lib. de Offic. Non inferenda, sed depellenda iniuria lex virtutis est, qui enim non repellit à socio iniuriam si potest, tam est in uitio, quam ille, qui facit; Ita Moyses defendit Hebræum

contra Ægyptium. Vnde uindicatio in tantum est bona, in quã A tum tendit ad correctionem malorum. August. in lib. de Sermone Domini, inquit: Ea vindicta non prohibetur, quæ ualet ad correctionem; cap. Ea uindicta, 23.q.4. D. Thom. in 2.2.q. 108. Art. 3.

Quartò peruertitur iudicium Amore, quo amico, seu propin quo aliquid præstare contendimus, & hic est contrarius Odio, qui facere potest, vt nimia misericordia moti, aut affectione nimia amicitiæ, seu sanguinis aliquem in iudicio tueamur iniustè. Non debet ergo Iudex his de causis rectum peruertere iudicium.

Ambros. in Sermone 8. in Psalm. 118. versic. 2. Nonne cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagiũ prouocari, facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi. Hæc ille; Vnde Saul reprehenditur, quod misertus fuerit Agag hostium Regis, quem prohibuerat diuina sententia seruari, cap. Est iniusta, 23. quæst. 4. B

Iudex preterea æquus nulla habita acceptione personarum, iudicare debet, vt in Regula iuris, lib. 6. & Nicolaus Papa ait: Necesse est secundum sacrarum scripturarum documenta, ac secundum iustitiæ tramitem, & accusatum, & accusatorem simul adesse, & vnam partem quantacunque, & qualicumque prædita sit auctoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullum preiudicium irrogetur; & hinc patet, quod parilitas, & æquitas in Iudicijs seruanda sit semper; vide capit. Necesse, 3. quæst. 9. Cõsiderare etiam debet Iudex, quod homo aliorum Iudex est, ne sit occasio nocendi. Flor. 3. p. tit. 9. cap. 1. §. 1. C

Alia impedimenta peruertendi iudicia sunt, uel nimia remissio, uel nimia seueritas, ut supra de Episcopis dictum est, vt legitur in cap. Disciplina, dist. 45.

Iudiciorũ diuersitas.

Notandum pariter, quod Iudicium aliquando dicitur Temerarium, aliquando Pessimum, aliquando Verum; Temerarium dicitur, quando Iudex iudicat ex imperitia sibi cognita, vel ex ex dolo; sic temerè iudicare, est dolosè, & iniustè sententiam dicere; Glos. in cap. Hoc etiam, 2.q.6. & Glos. in cap. Temerarium, 11. quæst. 3. Doct. in l. Argentarius, §. fin. cum Glos. ff. de Eden. & cap. 1. de re iud. lib. 6.

Temerarium Iudiciũ quale.

Temerariè autem iudicare, uel est ex impotentia, aut quia non habet potestatem iudicandi, & iudicat, uel si potestatem habet,

A habet, non iudicat ſecundum iuſtitiam, aut iudicat ſine legitimis inditijs, & probationibus, & de hoc iudicio Dominus dixit: Nolite iudicare, & non iudicabimini; 1. Corinth. 4. Hoc enim accidit, vel quia Iudex in ſe malus eſt, & ſic de omnibus malè ſuſpicatur, vt in Eccleſiaſte 10. Stultus, ideſt peccator, in via ambulans cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos exiſtimat. Vel oritur ex odio, quod quis contra alium gerit; De hoc ait Hieronym. O Inuidia, primum tui mordax, quidam (pro nefas) nomine Chriſtiani, relicta trabe in oculo proprio, in alieno feſtucam quærunt, ideſt, ex hoc quod inuidi alijs, ex leuibus cauſis uel ſine inditijs condemnant alios. Naſcitur etiam ex longa ætate, ſicuti ſenes qui ſuſpicaces admodum cum ſint, quia pluries ſunt experti aliorum defectus, ideo facile iudicant, ut legi-B tur de ſenibus condemnantibus Suſannam; Vnde Iudex iudicare debet ſecundum acta, & actita, non ſecundum ſuam conſcientiam, ut ſuprà dictum eſt. D. Thom. in 2.2. q. 9. Art. 3. Flor. 3. p. tit. 3. cap. 8. Couuar. Var. Reſolut. lib. 1. cap. 1.

Peßimũ Iudicium quale.

Peſſimum Iudicium dicitur illud, quod à Iudice fit inferrendo alicui uim, & metum, eo fine, ut inducatur Reus ad confitendum delictum, quod non perpetrant cum confeſſio talis debeat eſſe libera, & uera.

Alex. Papa Epiſt. 1. cap. 2. ait: Peſſimum enim eſt de ſuſpitione, aut de extorta confeſſione iudicare; Et licet permittatur Iudicibus extorquere veritatem à delinquentibus, tamen hoc intelligitur, debito ordine iuris ſeruato, ex Gloſ. in cap. 1. & 2. 15. quæſt. 6.

Quot modis Iudicium redatur peſſimum.

C Redditur etiam Iudicium peſſimum ex tribus; ex Animo, ex Cauſa, & ex Ordine; Ex Animo, veluti, dum Iudex iudicat ſine zelo Iuſtitiæ, & iniuſtè, ex Cauſa, ſi ſine delicto, uel ſi progrediatur ad pœnam non debitam; ex Ordine, ut ſi ſententia dicatur non ſeruato ordine Iuris; ex Florent. 3. parte, titulo 9. cap. 5. §. 1.

Verum Iudicium quale.

His cognitis, modò cognoſcendum erit, quale ſit Verum Iudicium; & illud erit, quod habet ſuas partes legitimas, quæ ſunt numero decem; tam in Ciuili, quam in Criminali Iudicio, quæ ſunt collecta ex Flor. in d. 3. p. tit. 9. cap. 16. Spec. Papien. & Maran. tract. de Iud.

Actor prius amicabiliter

Primò itaque conſideratur in Cauſa Ciuili, Actor, qui ante quam conueniat ſuum Reum, ex debito honeſtatis, rogare de-

moneat Reum vt desistat à Lite.

bet illum, vt ei satisfaciat, & doceat iura sua, vt facilius his audi A tis possit à lite desistere; arg. l. debitores, C. de pign. & Pract. Papiens. in forma libelli; Ita vt in libello Iudici porrecto per Actorem veridicè dici possit, cum pluries fuerit amicabiliter requisitus, & semper recusauerit, & ad præsens recuset, in graue damnum, & præiudicium, &c.

Citatio pars est Iudicij.

Secundò, Si tunc Reus litigia non curauerit, citandus erit, nam citare est iuris experiendi gratia aliquem coram Iudice conuocare, l. 1. ff. de in ius uocan. §. omnium, Inst. de pœna temere litigant. l. 3. §. Prætor, ff. eod. Inducta est autem citatio ad significandum Reo, vt nisi satisfecerit, iure medio agetur, & quod compareat ad dicendum quicquid velit, ne fiat ei aliquod præiudicium, nam si quid actum fuerit contra non monitum, nullum parit effectum contra eum, l. ea, ff. quomodo, & quando B iud. l. 1. ff. de accusat. cap. Inter quatuor, de maior. & obed.

Quare sit Citatio Rei Iudiciaria.

Forma Citationis Iudiciariæ qualis sit.

Forma Citationis est, quod in ea exprimatur nomen citantis Actoris, citati Rei, & Iudicis, coram quo sit comparendum, & tempus comparitionis. Spec. de Citat. lib. 2. Papien. in for. respon. Rei, in verbo, 3.

Libellus pars Iudicij.

Tertiò consideratur tempus comparationis, & tunc ab Actore offertur libellus, & est petitio, seu assertio factorum in Iudicio cum solennitate iuris, vt in Auth. Offeratur, C. de lit. contest. Vel sic; Libellus est breuis, & ordinata scriptura, clarè demonstrans partes Iudicis, & intentionem agentis uel accusantis, vt in d. Auth. Offeratur.

Conditiones libelli sunt, quod offeratur in scriptis, & vt sit clarus, narrans seriem facti sine prolixitate verborum, exprimẽ C do nomina, cognomina, & patrias, Actoris, & Rei, necnon causas debendi, & summam debitam, & coram quo Iudice agatur, ex Spec. & Papien. de libell. forma in act. reali, in uerbo, Ad euidentiam.

Contestatio litis.

Ex tali petitione Actoris, & responsione Rei cõtestatur Lis: nam Reus accepta copia Libelli, tenetur deliberare, an uelit in iudicio contendere, uel satisfacere petitioni Actoris, & tunc producet suas exceptiones in iure ueras, non cauillosas, nec cõtinentes negationem ueritatis: Nam exceptio est Actionis, uel intentionis exclusio, eius forma erit, cõtinere nomen excipientis, & contra quem fit exceptio, & causam, seu ius competẽs ad excipiendum, Spec. de except. Papiens. in forma respon. Rei,

Exceptiones pars Iudicij.

quando

A quando agitur de exceptione.

Probationes quando dētur. Tunc proceditur ad probandum incumbentia, deducta in petitione, quod fieri debet vel scripturis legitimis, vel testibus, aut alijs legitimis probationibus; Deinde publicantur processus, vt eliciantur iura partium, & secundum ea quæ à iure non repelluntur, Iudex sententiam dicet; Ita ex eis de scripturis colligitur, Spec. Papien. Maran. & similibus. Florent. 3. parte, tit. 9. cap. 16.

Quomodo Iudex procedat in sententiando. Iudex itaque ad sententiam maturè procedet, priusque bene inspiciat petita, deducta, & probata, quæ petitioni sint conformia, & secundum ius intentatum procedet, condemnando, vel absoluendo; Spec. Papien. Maran. & alij in eorū praxi. de ord. Iud. Flor. in d. 3. p. tit. 9. ca. 16. §. fin. & melius in meis Dilucida

B tionibus ciuilibus. lib. 4. tit. 3.

Modus procedendi in causis Criminalibus. In causis aūt Criminalibus, vt debitus ordo iudicij pariter seruari possit, ista notātur. Primò Regula datur, quod Iudex aliquē sine accusatione non puniat, ideo Iudas Scarioth non fuit proditionis damnatus, ex quo de hoc crimine iudicialiter non fuit accusatus, ita rescripsit Stephanus Pont. V. Leoni Episcopo, ut in cap. De manifesta, 2. quæst. 1. & ibi Glos.

Proceditur autem & aliquando sine accusatione, ueluti si coram Iudice delictum fuerit perpetratum, ut in l. iubemus, C. de probat. uel si testis coram Iudice fraudulenter, uel pertinaciter respondisset, contra illum proceditur sine accusatione, l. nullus, C. de testib. necnon contra tutorem suspectum proceditur sine accusatione, l. 3. ff. de suspect. tut. cap. Quia, 3. quæst. 2. & sunt

C nonnulli alij casus quibus proceditur sine accusatione, ut in Notorijs, uel similibus, ut patet ex Claro, in d. §. fina. quæst. 2.

Accusatio quando licita sit. Si absque accusatione regulariter non proceditur, quærendum erit, quando liceat accusare, ex quo accusatio tollit amicitiæ fœdus, Glos. in l. licet, ff. de arb. & ad euitandam similem contentionem, Dominus dixit Matth. 2. Si quis te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo; Vide etiam cap. Qui ambulat, 5. q. 5. Inst. §. Item inimicitiæ, de excusat. tut.

Tamen secundum ea, quæ dicit August. Si frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, cum timeat secari, nonne crudeliter à te sileretur, & misericorditer indicaretur? quanto ergo potius debes manifestare, ne deterius putrescat in corde; Et alibi ad Vincentium, idem tenet; Videtur etiam licere

quoad debitam correptionem, & zelo charitatis; Ambrof. in A Sermone, Non osculatur pater semper filium, sed aliquando castigat, sic dulcior est religiosa castigatio, quam audientis fraudulenta oscula. Ita etiam tenent D. Thom. in 2.2. quæst. 68. Artic. 1. Flor. 3. p. tit. 9. cap. 8. Foller. in pract. Crim. par. 2. accusatione porrecta, vsque ad nu. 1. & D. Thom. ibidem dicit, quod tunc permittitur, quando crimẽ vrgeret in damnum publicum, aut spirituale.

Quis teneatur accusare.

Accusare autem regulariter ille potest, qui iniuriam accipit, l. si accusatoribus, C. de accusat. in quo casu offensus tenetur dimittere odium, & malum animum, licet non satisfactionem damni uel iniuriæ, & hac de causa poterit accusare. Abb. in capit. 1. de iniur. & damn. Foller. in pract. crim. par. 2. de accusat. num. 19. & 33. B

Vndè tales accusatores debent concludere, quod procedatur ad emendationem tantum, & debitam correptionem, non autem ad pœnam; quamuis Iudex his non obstantibus procedere poterit ad pœnam Iuris, & hoc intelligitur quando tractaretur de priuato commodo tantum, secus autem de communi, vt in publico delicto, quod nisi puniretur, delinquentes maiora committerent, D. Tho. in d. loco, Foller. in num. 39. in præcitato loco; Syluest. in verbo, accusatio, nu. 3. & 4. Nauar. in Manuali cap. 14. num. 24.

Quot modis redditur accusatio iniusta.

Redditur autem accusatio iniusta ex tribus causis; Prima est, dum accusator falsum crimen imponit, & sic calumniosè procedit; Secundò, si à lite recedit sine licentia Iudicis, ex eo, quod malo animo accusauit, ueluti, si non quærit iustificare exposita; D Tertiò, si præuaricatus fuerit, adducendo falsas, uel simulatas probationes; De his uide l. 1. ff. de abolit. D. Thom. in 2.2. q. 68.

Legitima accusatio quæ.

In accusatione ista sunt necessaria; Primò, quod accusatio fiat in scriptis; Secundò, quod accusator se subscribat ad pęnam talionis, si deducta non iustificauerit; Tertiò, quod exprimatur nomẽ accusantis, & accusati, & criminis commissi, in Die, Mense, Anno, & Loco. Spec. de accusat. Clar. §. fina. q. 12. Flor. 3. p. tit. 9. cap. 8. Vnde repelluntur omnes ab accusatione, qui malo animo accusant, ut in cap. Nullus, 4. q. 4. cap. Accusatorem, dist. 43. & cap. Si quem, 2. q. 3.

In quo casu accusatio permittatur.

Tenentur illi, accusare, qui viderint ea accusatione se prodesse posse proximo, sicuti si hoc facto possent remouere proximũ

à peccato,

A à peccato, vel aliquod dãnum temporale impedire, Reipublicæque vtilitati consulere, uel eo casu quo accusatio prodesset Ecclesiæ, ueluti fit in delicto proditionis, coniurationis, hęresis, & similium.

D. Thom. in 2. 2. q. 61. Artic. 1. q. 33. Art. 2. & ibi Caiet. Innoc. in cap. Qualiter, de accusat. & ibi Abb. in cap. Dilectus filius, de excel. prælat.

In alijs delictis, quæ solum auctorem respiciunt, in casu quo delinquens non corrigeretur, teneretur accusator delinquẽtem deferre Iudici animo corrigendi, & tunc accusatio erit iustificanda ad minus per semiplenam probationem, quod tamen erit potius denunciare, quam accusare, ex Nauar. in cap. 25. Manualis, num. 33.

Denũtiatione quãdo nõ procedatur; & Denũtiationũ species quot.

B Proceditur etiam Denuntiatione à Iudice contra delinquentes; Et triplex est Denuntiatio; Vna dicitur Euangelica, ut in c. Si peccauerint, 2. q. 1. Altera dicitur Regularis, quæ fit secundum diuersitatem Religiosorum, & eorum Constitutiones, ut in cap. Ad nostram, cap. Reprehensibilis, De Apell. Tertia nuncupatur Canonica, quæ habet originem à lege Veteris Testamenti; Innoc. in cap. Nouit, de Iudic.

Differunt ad inuicem Denuntiatio Euangelica, & Canonica: nam Canonica tendit ad pœnitentiam, & pœnam peragendam, & habet in se temperamentum ęquitatis, ideo uocatur Canonica; & differt à Iudiciali, quæ competit principaliter pro priuato commodo; Denuntiatio quæ fit Prælato non tamquam Iudici, sed uti priuatæ personæ, habet vim correctionis fraternæ; C Alia fit Prælato, vti Iudici, ut inquirat, & puniat, ut in Matt. 18. Dic Ecclesiæ, ideoque omnis denuntiatio reducitur ad ista duo. Goffred. de Accusat. num. 32. Foller. in Praxi Crim. par. 2. de Denuntiatione facta. Spec. eod. tit. Syluest. in verbo, Denuntiatio. Flor. 3. p. tit. 9. cap. 9.

Quis teneatur denuntiare.

Est autem Denuntiatio manifestatio criminis, facta superiori. Doct. in cap. Nouit, de Iud. In hac Denuntiatione, ista erunt seruanda, quod quidam tenentur denuntiare ex officio, quidam uerò non ex officio; Deputati tenentur ab Archiepiscopis, Episcopis, & similibus Prælatis, ut testes sint tales, de quibus supra, lib. 1. uel deputati à Iudicibus Secularibus, & Vniuersitatibus, iuxta eorum Constitutiones locorum. Foller. in d. loco, nu. 35. Clar. §. fin. q 7.

Tales autem Denuntiatores non se subscribunt ad pœnam A talionis, sicuti Accusatores, eo quod uirtute iuramenti præstiti in susceptione officij tenentur denuntiare commissum delictum; Clar. in d. §. fina. d. quæst. 7. Syluest. in uerbo, Denuntiatio, num. 5.

Quidam alij denuntiant ex debito Charitatis, & Regula est, quod in omnibus delictis notorijs procedendum est ad denuntiationem præuia monitione fraterna, in occultis uerò ad publicam denunciationem non tenemur, sed occultè monendi sunt, dum magis prodesse, quam obesse credamus. Flor. in d. 3. p. tit. 9. cap. 8. Syluest. in verbo Denuntiatio.

Bona Denunciatio quæ.

Plures sunt conditiones bonæ denuntiationis; Primò, quod fiat cum discretionis iudicio, ut in Matth. 7. In qua mẽsura men si fueritis, remetietur uobis; Secundò, quod zelo Charitatis B procedatur ad correptionem fraternam, ut in Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum. Tertiò, quod uerbo veritatis fiat, ut in Leuit. 19. Non facies calumniam. & Pius Papa III. dicit; Reprobari eorum oportet redargutionem, qui in recta fide suspecti sunt. Et legitur in 3. q. 4. Detractores ab accusatione submouendi sunt, & testimonio; Idem dicit Alex. de Ales, in 3. p. q. 42. Memb. 5.

Tali denunciatione præmittenda est admonitio in crimine secreto, quando ex tali monitione fama non læderetur, & correctio sequeretur; At in publico delicto non requiritur monitio; Syluest. in verbo, Denuntiatio.

Inde multi repelluntur à tali denunciatione, quos nominant Hostiens. & Goffred. de accusat. & Flor. 3. p. tit. 9. c. 8. Syluest. in C d. verbo, Denuntiatio. Foller. in Praxi Crim. in uerbo, Denuntiatione facta. Clar. in d. §. fin. d. q. 7.

Effectus denuntiatiõis qualis.

Virtute talis Denuntiationis Iudices debent formare inquisitionem super ueritate criminis, præcedente fama, vnde ad hoc requiritur Notorium, vtque inquisitio ex tali Denuntiatione legitimè sit formata, uel legitimè denuntiatio, facta probetur. Foller. in d. loco, num. 32. 33. & 34. Clar. in d. quæst. 7. §. fina.

Quomodo procedat Iudex ex Inquisitione.

Alter modus procedendi est per viam Inquisitionis, & hoc fit ex officio Iudicis; Est autem Inqusitio receptio testium, seu informatio contra aliquem de delicto cõmisso, secundum Clar. in §. fin. q. 3. quamuis Regula sit, quod sine accusatore procedẽ-

dum

A dum non ſit ad delicta punienda, ſecundum D.Thom.in 2.2.q. 67. Art. 3. Vnde præcedente fama delicti commiſſi, non inquiritur, quod probat Diuus Thom. in d. loco, ex illis uerbis Geneſ.4. Vox ſanguis fratris tui clamat ad me; Quæ uerba declarans Gloſ. dicit: Euidentia perpetrati ſceleris accuſatione non eget.

Inquiſitionu ſpecies quot.

Duplex dicitur Inquiſitio; Vna præparatoria; Altera ſolennis; Præparatoria eſt illa, quæ in uiſitatione exercetur, & tunc nulla alia fama præcedente inquiritur de uita, & moribus ſubditorum, & de omnibus delictis maximis, & minimis, quia principaliter fit ad emendationem uitæ, & zelo Iuſtitiæ, & Charitatis; & tunc talia crimina, quia ſunt occulta, propalantur; Solennis fit, fama delicti præcedente, & proceditur examinando te-B ſtes, & alia iudicialia exercendo, & in ſimili caſu inquiritur de grauioribus delictis, vt de Symonia, Homicidio, Adulterio, Periurio, Inceſtu, Sacrilegio, Furto, Rapina, Vſuris, & ſimilib. Foller. in d. 2. par. in uerbo, Denuntiatione facta, Clar. d. §. fin. d. q. 3. & q. 6.

Vndè in formatione talis Inquiſitionis (præcedente diffamatione) apponuntur tempus, & locus commiſſi delicti, & perſonæ nomen, & cognomen, & qualitas delicti, ex eiſd. allegatis Doctoribus & Flor. 3. p. tit. 9. cap. 7. §. 3. cum ſeq.

Fama qualiter attendenda in inquiſitione delictorum.

Fama, quę attendenda eſt à certo autore non maleuolo, ſed amico dependeat, niſi præcederent aliæ violentæ præſumptiones contra delinquentem, vltrà allegata per Flor. in d. cap. 7. §. 4. vbi etiam dicit, quod Iudices cautè procedant, ne potius in-C fament, quam ueritatem inquirant, ſic habenda eſt ratio perſonæ, indiciorum, & delicti.

Carcerũ ſtat⁹ quis & quotuplex.

Reus tandem (debitis indicijs præcedentibus) captus, in cuſtodia retinetur, donec conſtiterit, an uerè commiſerit delictũ, & talis cuſtodia nũcupatur Carcer, qui triplex reperitur, Vnus dicitur latus, ut quando ſub fideiuſſione promiſit Reus nõ diſcedere de certo loco; Alter dicitur arctus, quãdo ſub clauibus, & cuſtodibus quis detinetur; Tertius arctiſſimus, ut quando Reus in cõpedibus & manicis ferreis cuſtoditur; Forma autem Carceris talis eſſe debet, ut ſit ad cuſtodiam, nõ ad pęnam; hinc nõ penitus debet eſſe obſcurus, aut adeò ſubterraneus, quod, dum Reus clamauerit, non poſſit audiri, aut adeò humidus, & aquoſus, ut corporis ſanitatem & ipſam uitam offendat; Cuſtodes Carce-

Carcerum, ne sint crudeles, sed faciles, & mansueti, ita ut tẽpore debito subministrent Reis detentis necessaria ad victum, & eosdem curent tantum custodire, ne fugiant. Doct. in tit. ff. de Custo. Reor. Foller. in 2. par. ac in carceribus mancipatis, Clar. in d. §. fin. q. 46. & 64.

Ad talem carcerationem tunc Iudices procedunt, consideratis personarum qualitate, delictis, & probationibus, ac similibus. Clar. §. fin. q. 28. per totam;

Qualiter Iudices ad tormẽta procedant.

Circa uerò tormentorum afflictionem, prius Iudex ista consideret, uidelicet, Primò, quod delictorum pœna sit grauior ipso tormento, ne modus inueniendi delictum, sit maior pęna delicti de quo inquiritur; Secundò, quod ueritas aliter, quam per tormenta haberi non possit; Tertiò, quod præcedant legitima inditia, & legitimè probata; Quartò, quod tormentis non subijciatur persona à lege excepta; nec tormenta sint indebita; Quintò, non fiat excessus in tormentis infligendis; Nec tormentis nouis, & exquisitis Reus subijciatur; Sextò, ne excedat in modo; Septimò, vt dentur prius defensiones ipsi Reo. Bald. l. legis uirtus, ff. de Orig. iur. Doct. in tit. Digestor. de quæst. Clar. §. fin. quæst. 64.

Qualiter Iudex procedat ad sententiam.

Inductis probationibus, & seruata forma iuris, tunc Iudex procedit ad condemnandum, uel absoluendum; Ad condemnandum cautè procedet Iudex, præsertim in criminalibus causis, habens in mente, sui esse officij exequi iustitiam, & ut cæteri mętu territi, timore pœnæ à delictis se abstineant, ut legitur in cap. Quid crudele, 23. q. 4. ut delicta cohibeantur, facinorosi puniantur, & cæteri pœnarum mętu terreantur. D. Thom. in 2. 2. q. 64. Art. 2.

Considerabit etiam Iudex ut pœna sit iuxta qualitatem delicti, ita legitur in Exodo: Secundum mensuram delicti, ita erit, & plagarum modus; Quod habet locum in pęnis arbitrarijs, in alijs seruandæ sunt Leges, & Superiorum Constitutiones; Iudex autem Ecclesiasticus non debet iudicare in pœna sanguinis, sed iure Canonum.

Pœnę impletæ à Canonibus.

Pœnarum genera Iuris Canonici sunt, Suspensio, Excommunicatio, Depositio, Intrusio in Monasterium, Carceratio, Verberatio, & similia. Archid. in cap. Circumcelliones 23. q. 5. Hostiens. & Goffr. in tit. de pœnis. Foller. in Praxi 3. de Iud.

Sunt quædam aliæ pœnæ Corporis afflictiuæ, quædam bonorum

A norum priuationes attingunt; Canonica pœna circa priuationem bonorum est priuatio Beneficiorum, & bonorum cõfiscatio, ex eod Goffr. in Sum. eod. tit. de pœnis. Laicorum autẽ capitales pœnę sunt, ut vltimum supplicium, amisso Ciuitatis, & libertatis, ut damnatio perpetua ad metalla, & ad triremes, uel priuatio sepulturæ. Glos. & Doct. in cap. Ex parte, De Sepult. Doct. in tit. de Cadauer. punit. & Clar. §. fin. q. 67.

Non capitales, ut de stylo hodie Deportatio, Relegatio, Amputatio membri, & Fustigatio. Clar. in d. §. fin. q. 69. & q. 73.

Iudicis partes in damnatis ad mortẽ quæ sint.

Iudex in similibus prouidere debet, ut antequam damnati deducantur ad supplicium extremum, confiteantur eorum peccata, & Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ sumant, & cætera quæ ad salutem Animæ conducant, exe- B quantur; Vnde ea pœnarum genera, quæ possent inducere Reũ ad desperationem, sicuti est secare hominem uiuum, & similiũ, non essent permittenda, cum pœnæ inductæ sint, ad satisfactionem delicti, non ad damnationem Animæ, ex Claro, in d. §. fin. quæst. 99.

Reus nisi confessus uel conuictus non est condẽnandus.

Nisi Reus confessus fuerit crimen suum in Iudicio, uel fuerit de delicto legitimè conuictus, ita, ut tunc teneatur obedire Iudici, ac si fuisset illud confessus, non condemnatur; D. Thom. in 2. 2. q. 69. Art. 1. & 2. Gabr. in 4. dist. 15. quæst. Artic. 2. Sot. in lib. de rat. Reg. nu. 2. q. 7.

Immò Reus, qui iurauit redire ad Carceres, in quibus ob sua delicta detinebatur, tenetur seruare iuramentum, et redire, licet mortem expectet; Nauar. in Manuali, cap. 12. nu. 18. per Caiet. C in 2. 2. q. 89. Art. 3. ad 4.

Iudex in Reorum examine quæ fugere dẽat.

Iudex etiam cauere debet, ne reum fallacijs inducat ad confitendum delicta vnde hoc casu Reus, ut teneatur confiteri delictum, tria concurrere debent; Primò quod pateat de socijs; Secundò, ut delictum sit semiplenè probatum; Tertiò ut talia sint nota Reo; Quibus non concurrentibus, Iudex esset arguendus; si induceret Reum ad detegendum occultum delictum, & ad se infamandum, fit tamen exceptio in criminibus atrocibus, & in his casibus coguntur tales Rei etiam declarare socios criminis, quia tales semper sunt parati ad malum, & non speratur emendatio, ueluti de Latronibus, Homicidis, Falsarijs nummorum, & literarum Apostolicarum, Hæreticis, Fascinatoribus, & similibus. Hæc ex Nauar. in d. ca. 18. num. 58.

Interro-

Interrogantur etiam Rei iuxta formam iuris, ideo non sunt persuadendi blandis verbis, aut grauitate tormentorum cogendi ad dicendum quod Curia prætendit, nulla habita ratione ad inditia, uel ad ueritatem, ex eod. Nauar. in d.cap.18.nu.59. & cap.25.nu.38.& Syluest.in uerbo, Confessio, nu.2.

Considerare etiam debet Iudex Testium qualitates, & statũ, an ueritatem dicant, quod contingit duplici modo; uel affirmando falsum, pro uero, uel uerum pro falso, ut tacendo ueritatem; vnde monendi sunt, ut si quid dixerint, quod sit emendandam, emendent, idque tempore debito, ne efficiantur Rei; D.Tho.in 2.2.q.70. Art.4. Pelag.lib.2.cap.58. Flor.3.p.tit.9.cap.11. Syluest.in verbo, Testis. Nauar.cap.25.nu.4. Sunt etiam testes monendi, ut compareant, nec falsè se excusent, ad hoc, ne teneantur ad examen, ad occultandum veritatem. Idem D.Thom. in 2.2.q.70. Artic.1. & Nauar.in d.loco. Tenentur testes quando sciunt uerum, se etiam sponte offerre, vt alicui prodesse queant, & præter id etiam sedulò curare, ne in suis depositionibus detegant alienum peccatum occultum; Recipiunt autem testes expensas itineris, & mercedem operariam dierum, ex eod. Pelag. lib.2.cap.38. Flor.par.3.tit.9.cap.2. Nauar.in cap.25.num.49. cum seq.

Testes qualiter in Iudicio deponant.

Testes quidam de iure repelluntur ad testificandum, uel ex defectu personarum, vel quia non possunt contra aliquem testificari, ob reuerentiam, sicuti descendentes contra ascendentes, Vxor contra Maritum, Seruus contra Patronum; ex eisd. Pelag.& Nauar.in citatis locis.

Factis probationibus, uel confessione Rei subsecuta de delicto commisso, ita quod Reus, uel sit conuictus, uel confessus, tunc sententia profertur condemnatoria, secundum ea, quæ dicit Flor.in d.cap.12.tit.9. parte 3.

Dantur Reis defensiones aduocatorum & Procuratorum.

Aliud requisitum ad verum Iudicium est, quod ad defensionem Rei interueniant Aduocati, & Procuratores, ideò dicitur, quod inuentum est aduocationis officium, ut succurratur illis, qui ius suum tueri, & causam dicere ignorant, & aduocare est desiderium suum, vel amici sui in Iure apud eum, qui Iurisdictioni præest, exponere, uel alterius desiderio contradicere; Doctor.in l.sciendum, §.1. l.Paulus, *la prima*, & ibi Bart.ff.de leg. l.1.§. Aduocatus, ff.de extraord. Iud. Menoch.de Arbitr.lib.2. Centur.4. Casu 369. in principio.

Aduocare quid sit.

Aduocati

A Aduocati viuentes secundum Leges, & ita defendentes suos Clientulos, militant iusto stipendio, secũdum Hostiens. in Summa, de postuland.

Aduocatorũ status et species.

Sunt autem plures species Aduocatorum, quidam dicuntur diuersorum Iudicum, ut qui coram omnibus Iudicibus & Prætoribus causas diuersorum generum agunt, postulando, & tuẽdo ea, quæ sunt oportuna, ut in tit. C. de Aduocat. diuers. Iud.

Diuersitas aduocatorum.

Alij non possunt postulare coram omnibus Iudicibus, sicuti Clerici coram Iudice seculari non postulant, & sic de singulis. Hostiens. de postuland. num. 3.

Inhabiles ad officium aduocandi.

Sunt autem multi inhabiles ad hoc officium, sicuti infideles, Iudæus, Hæreticus, Excommunicatus, l. nemo, C. de postulan. cap. Excommunicamus, §. præterea, de Hæret. & cap. Ex-B communicatus, 11. quæst. 3. cap. Exceptionem, de except.

Item Minor 17. annorum, Surdus, & penitus orbatus luminibus; Mulier, Infames, Damnati crimine capitali, Seruus, Muliebria passus, perpetuò Furiosus. Spec. de postulan. §. obijcitur, num. 1. & 2. Hostiens. eod. tit. Goffred. eod. tit. Flor. 3. par. tit. 6. cap. 2.

Monachi, vel Religiosi non possunt aduocare nisi pro suo Monasterio idque de mandato sui Prælati, si hoc Monasterij utilitas exposcat; Spec. in dicto §. obijcitur, de Aduocat. num. 2. Felin. in cap. Eum, de re iud. Turrecrem. in cap. Nullus, 2. quæstione 6. Syluest. in verbo, Aduocatus, num. 2. Hostiens. de Postul. in Summa, num. 5.

Alij Religiosi, ut Clerici, & Beneficiati, Constituti in sacris, C non possunt aduocati munus exercere, nisi in casibus exceptis, vt pro Ecclesia, pro Personis coniunctis, & miserabilibus, idque corã Iudice Ecclesiastico, aliàs enim non conceditur. Spec. in d. tit. de Aduocat. num. 3. Hostiens. de postulan. in Summa. Pelag. lib. 2. cap. 33. August. de Ancona, q. 3. Art. 1. & 2.

Clericus an poßit aduocare.

In causis Criminalibus Clericus, nec aduocare potest coram Iudice Laico, nisi supplicet pro accusatis, sed tutius est in totũ abstinere; Spec. de Aduocat. num. 8. in fine; Nec in causis Ciuilibus coram Laico, constitutus in sacris, aduocare potest, cuius reddit causas Hostiens. in Summa, de postulan. Coram Ecclesiastico uidetur concessum, quia iusta negotiatio non est Clericis interdicta, 11. quæst. 3. Non licet, cap. 1. Ne Cler. uel Monachi. Hostiens. in d. tit. de postul. & licet in sacris constitutus ui-

ctum

ctum habere debeat, aliàs teneretur Episcopus eum alere, qui il A lum ad ordines sacros admisit, tamen dum egestate præmitur, potius victum quærere tenebitur licito exercitio, quam viuere mendicato, cap. Ad supplicationem, de Renunciat. Hostiens. in dicto loco, num. 8.

Tandem omnes, qui à iure prohibentur aduocare, repelluntur, quos refert Spec. in d. §. obijcitur. Hostiens. & Goffred. in Summa, de postulan. & Azo, cod. tit. Pelag. lib. 2. cap. 33.

Requisita in aduocato.

Vnde requiruntur multa ad statum Aduocatorum, ueluti ætas debita, scientia, & boni mores, secundum eundem Spec. in d. §. obijcitur, Pelag. lib. 2. cap. 33. & alios supra allegatos.

Ætas requisita in Aduocato est decem, & septem annorum completorum ad minus, l. 1. §. Initium, ff. de postulan. Specul. Azo. & Hostiens. in citatis locis. B

Requiritur etiam sciētia, ideo ille dicitur Aduocatus, qui omnino in causis peragendis quoquo studio operatur, ideoque est necesse, quod legibus quinquennio studuerit, ut in l. Iubemus, §. nec de cætero, ff. de Aduocat. diuers. Iud. & in Procem. ff. §. di cipuli, illiterati enim aduocare non possunt, ideo legitur in l. 2. §. post hos, ff. de Orig. iur. his uerbis: Turpe est patricio ius in quo versatur ignorare; Hæc ille. Requiritur itaque peritia Legum, sicuti exercitatio talis officij postulat, d. l. Iubemus, & l. nemini, C. de Aduoc. diuers. Iud. Spec. in d. loco, num. 2. & 33.

Refert autem Felin. in cap. Sciscitatus, de Rescript. num. 51. & in cap. proposuisti, de probat. quod Episcopus Capuanus suos Diœcesanos qui dignitate Doctoratus inaugurati fuerāt, suo examini subijciebat, & quos indignos & rudes reperiebat, C dignitate priuabat, propterea scientia, & peritia Legum illis necessaria erit, ne Deum offendant, & omnibus prosint. Augu. de Anco. q. 3. Art. 1. Spec. d. loco, nu. 12. Pelag. lib. 2. in d. c. 33. Flor. 3. par. tit. 6. cap. 2. §. 5.

Aliud requisitum est bonitas vitæ, hoc est, ne sit procax in verbis, dum certat, nam vincendum est Legibus, vel Rationibus, aut Auctoritatibus, non autem contentionibus uel uerbis: nā loquacitas actorem suū coinquinat; Inde vsquequo licet, orare poterit quousq; voluerit, & in Conc. Tolet. 2. c. 5. legitur his verbis: Cultum enim suum iustitia perdit, quando silentia Iudicij obstrepentium turba confundit, dicente Propheta: Erit cultus Iustitiæ silentium; Debet ergo, quidquid aut consultationi-

bus

A bus confidentium agitur, aut ab accusantium parte proponitur, sic mitissima uerborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec iudicij uigorem de tumultu eneruent, ex cap. fin. 5. q. 4. Vide etiam Spec. in d. §. obijcitur. Florent. in d. 3. par. tit. 6. cap. 2. §. 2. Pelag. in d. cap. 33. lib. 2.

Debent pariter aduocati esse modesti, eo magis, quando disceptãt causas cum Aduocatis partis aduersæ iuxta dictum Senecæ: Laudato parce, vituperato parcius; ita etiam dixit Innoc. Ruff. & Euseb. Episcopis Macedon. in epist. 22. cap. 2. reprehendens illos de eorum opinione, dum dixit: Dicite mihi (cum pace vestra loquar) Vnde uestras rationes proponitis? illos instruebat: Sic ars deluditur arte. Seneca dixit: Ab alijs expecta, quod B tu alijs feceris.

Aduocatorũ modestia quãta & qualis in Iudicio esse debeat.

Dionysius Papa in epist. 2. Seuero Episcopo ita dixit: Ad hęc callida quidem, & multiplici argumentatione iura nostra auferre contenditis, ita, ut si fides uerbis adhiberetur, non uerba pro uerbis, sed res pro uerbis reportaretis; sed Deo propitio si uerba dedistis uerba recipietis. Hæc ille.

Nicolaus Papa ita scripsit ad Michaelem Imperatorem. Vitium est secreta mysteria vulgare indignis, quod fit, uel loquacitate incauta, dum sine iudicio volat irreuocabile uerbum, uel adulatione, ut ei placeat; Dicat ergò aduocatus iura sui Clientuli modestè & sapienter, sine mendacio, & periurijs, dum arguit seruetur modus debitus, in fine proponendo argumenta fortiora; Vbi fuerint plures aduocati, maior incipiet; Ita dixit Leo in C Epist. 85. uel 87. Non ab infimis sumere incrementum sed à summis uolunt habere principium; sic seniores semper sunt prę ponendi iunioribus, cap. Episcoporum, dist. 74.

Cauere debent Aduocati, ne in suis allegationibus sint sibi ipsis contrarij, quia secũdum Felicem Episcopum lib. 12. epist. 31. Omnis sciẽtia & Lex aduersus se diuisa, destruetur, iuxta dictum Psal. 106. Effusa est contentio super Principes, & errare eos fecit in inuio, non in uia: nam quod sapiens agit, fatuus destruet, nec est arandum cum Boue & Asino. Isidor. in cap. 1. in Conc. Hispanien. 2. in uno eodemque officio non debet dispar esse professio, quod etiam in lege diuina prohibetur (dicente Moyse) non arabis in Boue simul & Asino: nam cohærere & coniungi non possunt, quibus & studia & uota diuersa sunt; ex Flor.

Aduocati fideles esse debent in eorum consilijs.

Flor. in d. 3. par. tit. 6. c. 2. §. 2. Spec. in d. §. Nunc tractemus; Pe- A
lag. in d. cap. 33.

Prebent honorem Iudici Aduocati.

Modus seruandus ab Aduocatis coram Iudice talis describitur; Primò honorem debitum Iudici præbeant, sicuti rescripsit Io. Papa Syriaco Episcopo, his uerbis: Visis literis charitatis ue stræ, quibus satis perpenditur quanto studio huic Sanctæ Sedi reuerentiam exhibeatis, non modicè gauisi sumus: nam humani moris est, illum uenerari, cuius iudicio & uoluntate modo erigimur, modo deprimimur; Secundò, non sedeant coram Iudi ce sedente pro Tribunali, dist. 17. cap. consilia, §. hinc. Tertiò dum loquuntur, modestiam & sapientiam ostendant; & cum aduenerit tempus loquendi, tunc loquantur; maturitatem in uultu, ac in gestu, & in uoce, necnon se affabiles, iocundos, & be nignos ostendant, ne sint uagi oculis, effrenati lingua, aut petulanti, uel instabili incessu maneant coram Iudice, sed in uoce & B colloquijs sint benigni, & dulces, quia sicut dicitur Eccles. 6. Verbum dulce multiplicat amicos, & Seneca ait: Cor hominis nobile contra potentiam recalcitrans, potius vult duci quam trahi. Item à mendacijs & adulatione caueant, ne ut vulpis, decorem Corui, & dulcedinem uocis commendans, existimet sibi derisoriè dictum, & sic prouocentur ad indignationem, nec incipiant dulci, ac lepida eloquentia 'fari', & postea rustico rudi & acerbo perficiant eloquio, ut ait Greg. lib. 8. Moral. cap. 35. loquens de humanis actionibus. Multi benè incipiunt, qui in malo uitam finiunt; ex cap. Multi, de Pœnit. dist. 2. Vnde qui dam sequuntur simplicitatem in narratione, quidam autoritatẽ in suadendo, alij miserationem in flectendo, quidam indigna- C tionem in deprimendo aduersarium, ita ut oratio & uox conueniant suis causis, ne extollantur sua eloquentia uel sapientia, sed omnia debitis modis agant; ex Pelag. in d. lib. 2. cap. 33. Spec. de Aduoc. §. hinc dicendum; Flor. in d. 3. p. tit. 6. cap. 2. §. 3.

Qualiter se gerant corã Iudice Aduocati.

Aduocati induantur vestibus decẽtibus.

Ornantur etiam Aduocati debitis vestibus, dum coram Iudicibus, se præsentes sistunt, talaribus nimirum, & decentibus ut in l. fin. C. de postulan. Inde Versus:

Vir bene vestitus pro uestibus esse peritus:
Creditur à mille, quamuis idiota sit ille.
Si careat veste, nec sit uestitus honestè:
Nullius est laudis, quamuis sciat omne quod audit.

Nam sæpè in prima facie talis præsumitur qualis habitu designatur.

A gnatur. Vnde Seneca dixit Vxori Neronis; Indue te delicatè charissima non propter te, sed ob honorem Imperij. Vnde inter ignotos uestis est causa honoris. Aduocati itaque coram Iudice uestibus talaribus, & decentibus iuxta loci cõsuetudinem incedant; ex Spec. de Aduocatis, §. sequitur, per totum, et ex Pelag. lib. 2. cap. 33.

Seruant pariter modum circa suos clientulos; Ille autem dicitur clientulus, cuius causam suscipit ad defendendum, Spec. de Aduoc. §. nunc tractemus, nu. 1. sic frustra aduocatum quærunt, qui causam non habent, cap. Si enim, de Pœnit. dist. 2.

Officium aduocatorum.

Primò itaque Aduocatus audiat seriem facti, & à suo clientulo ueritatem tantum exposcat, ut inde causam litis expiscari possit, iuxta illud cap. 1. de Pœnit. dist. 6. uers. oportet, si causam B ignores quomodo curabis; quæ quidem informatio fiat uerbis, seu scripturis: nam ignorantia facti, sæpè peritissimos fallit, & breuissima facti mutatione, totum ius mutatur: Inde Seneca: Cuiuscunque facti causam require: & cum initia inueneris, exitus cogitabis; ideo clientulus in scripturas factum redigat, ut latius illius iura pateant; Spec. in d. §. Nunc tractemus, & tunc ex facti serie. Aduocatus iudicabit quid pro suo clientulo agẽdum sit, nunquam enim uictoriam promittat; quia dubius est litis euentus, ut cumulatè tradit Spec. in d. §. Nunc tractemus; Flor. cap. 2. §. 1.

Aduocatus tueri debet Iustitiam.

Nunquam Aduocatus causam iniustam suscipiat, quia si hoc scienter ageret, non solum grauiter peccaret, sed etiam de damno illato parti offensę teneretur; & etiã si ignoranter iniustã cau C sam suscipiat, quia non erat peritus in iure, similiter parti ad interesse tenetur; D. Thom. in 2. 2. q. 71. Art. 2. Hostiens. & Goffred. de Postulan.

Licebit autem Aduocatis pro defensione boni iuris sui clientuli, vti aliqua fallacia, honestè tamen, sine dolo, ex dicto Diui Hier. ad Galat. cap. 2. Vtilem simulationem in tempore assumẽdam Iehu Regis Israel nos doceat exemplum; Vide etiam Syluest. in Summa, in verbo, Aduocatus, nu. 6. In suis allegationibus ne mentiatur, nec cauillosè, aut captiosè alleget, aut indebite interpretetur leges; Hostiens. de Postulan. per l. Rem non nouam, §. patroni, C. de Iud. l. ab Anastasio, C. mand. Causam etiã contra conscientiam ut etiam desperatam non suscipiat, ex eod. Hostien. in Summa, in [illegible] de Postulan.

Nullo mō tueatur ambas partes.

Vtriusque partis causam nec unico contextu aut unam post aliam nullo modo tueatur, quoniam patrocinium pro una parte extaret iniustum: nam si talia fecerit, præuaricator erit, & nō Aduocatus, & idcirco puniendus, l. 1. C. de Aduoc. diuers. Iud. Glos. in d. cap. Disciplina, & ibi Dom. & Præposit. sed requisitus ab vtraque parte in Iudicio comparente, poterit unam deserere, & alteram contrariam defendere, de qua melius informatur, & cuius uiderit esse meliora iura, quia in hoc uidetur tueri semper iustū, Rossel. Ang. & Spec. de Aduoc. Syluest. nu. 7. ex verbis Greg. in Moralibus lib. 20. par. 4. cap 6. vt in cap. Disciplina, dist. 45. A

Aduocati omni dolo & culpa carere debent.

At, qui fecerit vel dederit consilium iniustum, ex dolo, vel culpa, talis propter eius imperitiam, ex læsione illata, cōuenien dus erit ad interesse, Bart. l. Maleficio, ff. de act. & oblig. Felin. in cap. Pastoralis, §. quia uerò, de offic. deleg. Butr. in cap. Tua nos, de homicid. cap. ad Aures, de æta. & qualita. cap. Calumnia, de pœnis. Spec. de Aduoc. §. fin. Hostiens. in Sum. de Post. §. fin. Abb. in c. ad aures, & c. Tua nos, Angel. in Repet. l. si uacantia, C. de bon. uacant. lib. 10. B

Aduocati calumniosi qualiter puniantur.

Qualiter autem puniantur Aduocati calumniosi, uide Felin. in c. Accusastis, de accusat. De idoneitate Aduocati, vide Abb. in Rubr. de Postulan. Diuum Thom. in. 2. 2. q. 71. Art. 20. Aug. de Anco. de Pot. Papæ, q. 3. Art. 1. 2. & 3. Flor. 3. p. tit. 6. c. 2. Pelag. in d. lib. 2. cap. 31.

Qualiter debeant tueri causas Aduocati.

Causas itaque tenentur defendere omni conatu, secundum formam Iuris, non autem ut dicitur, per fas, & nefas, ut dicit Syluest. in d. uerbo, Aduocatus. Nauar. cap. 25. nu. 59. C

Nec reo persuadere potest tuta conscientia, ut neget ueritatem secundum Doct. in c. 1. de test. cog.

Aduocato quale salarium dêatur.

Circa salarium Aduocato tribuendum, tales dantur Regulę; si publico ære militaret, tunc duplici stipendio uti non poterit; Innoc. & Abb. in cap. 1. de Post. Bart. l. antepenul. C. de profes sor. & medic. lib. 10. At si eo fuerit destitutus, tunc secundum qualitatem causæ, laboris, & honestatis Personæ, iuxta consuetudinem loci, vel taxæ, stipendia recipiet, vnde tali casu ei licebit uendere suum patrocinium, secundum August. ad Macedonianum epist. 54. quando consuluit cum studio & reuolutione librorum, secundum Glos. in cap. Non licet, 11. q. 3. quia nemo cogitur de suo alicui facere beneficium, sed quando sine labore

patro-

A patrocinari posset, uel causa esset pauperum, tunc gratis tenetur Clientes defendere, eisdemque consulere. Menoch. de Arb. lib. 2. Centur. 4. Casu 369. num. 3. Gerard. in Sing. 73. num. 4. Pelag. lib. 2. cap. 33. Florent. 3. par. tit. 6. cap. 2. §. 4. Hostiens. Goffr. & Spec. de Postul. & de Aduocat. & hoc est locare operas, non vendere scientias. Flor. in d. §. 4. & cap. Ecclesiasticis, 12. q. 2.

Quo verò ad quantitatem salarij præstandi Aduocato attenditur consuetudo Regionis; & non licet pacisci de quota parte litis. Bart. l. si quis, C. de Postulan. Spec. de Aduocat. Florent. in d. §. 4. Syluest. in uerbo, Aduocatus, num. 12. Nauar. cap. 25. num. 59.

De Procuratoribus.

Non solum autem Aduocati ad Iudicium, uerum etiam Pro B curatores ordinati sunt; Est autem Procurator ille, qui aliena negotia mandato sibi à Domino facto gerenda suscipit, l. 3. §. negotia, ff. de neg. gest. & in hoc Procurator differt ab Aduocato, quia ille causam præsentis Clientuli iste absentis tractat, pariterque in modo postulandi differunt, licet uterque postulare dicatur; Hostiens. & Goffred. de Procurat. Syluest. in uerbo, Procurator, num. 1.

Procuratorũ plures sunt species.

Sicuti diuersimodè constituuntur procurãdi, ita plures sunt species procuratorum; quidam enim sunt generales ad plures causas, aut speciales ad unam, uel certas tantum, & in his mandatum vt præcedat necesse est, talique in mandato quatuor requiruntur; Primò, vt dirigatur contra certam personam, uel coram certo Iudice; Secundò, vt exprimatur in eo nomen instituti; C Tertiò, ut nomen Iudicis coram quo causa erit determinãda indicetur; Quartò, & causa quæ tractatur exprimenda pariter erit. Goffr. de Procurat. num. 4.

Requisita in Procuratore.

Requisita ad statum Procuratoris sunt ista; Primò, ætas debita, quæ non sit minor 25. annis, l. minor, ff. de Procurat. lib. 6. Secundò, requisitum est ne Procurator sit furiosus, infamis, aut crimine trahente secum infamiam notatus, ueluti Excommunicatus, aut ab excommunicato constitutus, nec Surdus, Mutus, Cęcus, Seruus, nec Regularis, nisi in casibus concessis, ut ad fauorem sui Monasterij, idque iubente Prælato suo; nec Fœmina, uel Clericus, nisi in causa propria, aut pro miserabilibus personis; Hostiens. Goffred. & Spec. in d. tit. de Procurat. Pelag. lib. 2. cap. 37.

Procuratoris nomen generale est,& extenditur tam ad iudicia, quam ad negotia, Doct. in Rubr. de Procurat. Syluest. in add.ad Glos.in §.fin. Inst. de Curat. A

Tertium requisitum in Procuratore est sciẽtia debita,ut sciat defendere, & agere causas commissas,ne illæ sua ignorantia de pereant, vnde tenetur suo Domino denuntiare grauia & damnosa causæ & illa defendere iure medio, quantum per uires sibi licebit; immò maiori diligentia uigilare debet circa defensionem negotiorum sui clientuli, quam circa propria sua negotia, Pelag. lib.2. cap. 27. Flor. par. 3. tit. 6. cap. 3. Nauar. in cap.25. num.54.

Officium Procuratoris in quo consistat.

Vnde pro tali defensione ad tria specialiter tenetur Procurator; Primò uocatus ad iudicium in eo se sistere debet; Secundò, Iustis præceptis parere; Tertiò à Iudicio sine licentia non recedere; cap. Certum, 11.q.3. Sine legitimo mandato nunquam in Iudicio compareat; Mendacijs aut periurijs nullo modo suos clientulos tueatur; Aduocatorum personam non accipiat; nec falsis allegationibus, aut fallacijs causas sibi commissas defendat. Pelag. in d.lib.2.cap.37.& Florent.3.par.tit.6.cap.3. In cęteris & Procurator ea, quæ de Aduocato dicta sunt exequi poterit, quia postulatio communis est utrique. B

De Notarijs.

Requiruntur etiam ad ueram formam Iudicij Notarij, seu Tabelliones, uel alio nomine Scribæ nuncupati, qui sunt deputati ad officium publicum scribendi Instrumenta, & ad faciendam fidem de his quæ inter partes gesta sunt, l. generali, de Tab.& Scrib.

Notarij multiplici nomine appellantur & à quo creētur.

Tales pluribus & uarijs nominibus nuncupantur, ueluti Scriniarij, Tabelliones, Notarij, Tabularij, Scribę, & similibus, qui aliorum acta in scripta redigunt; Abb. in cap. Quoniam, de probat. C

Creantur Notarij à Papa, Imperatore, & alijs Principibus non recognoscentibus superiorem, ex Statuto uel Consuetudine, Abb. in cap. Cum P. de fide Instr. nu.4 & ibi Felin.

Episcopi pro negotijs spiritualibus sui Tribunalis, possunt constituere Clericos notarios, dummodo secularia negotia non gerant, cap. gerenda, 10. quæst. 1. cap. Episcopus, 12. quæst. 1. Spec. de inst. edit. lib. 2. §. 8. num. 2. August. de Anco. de Pot. Papæ q. 110. Art. 6.

In tali creatione pręstatur ab illis iuramentum, quod bene, & fide-

A fideliter exercebunt officium commissum, ut refert etiam Aug. de Anco. in d.q. 110. Art. 2.

Sub qua forma creari debeant Notarij vide Spec. de inst. edit. lib. 2. §. 8. num. 37.

Requisita in Notarijs.

Conditiones Notariorum sunt istæ; videlicet Primò, quod non sint serui sed liberi, non fœminæ, nec infames, aut falsarij, nec Religiosi aut in sacris ordinibus constituti, nisi in quibusdam, ex Const. Pij III. Nec hæretici, stulti, furiosi, cæci, muti, surdi, rudes, & indocti, sint pariter ex legitimo matrimonio nati, & creati ab habente potestatem; Spec. de instr. edit. §. 8. Pelag. lib. 2. cap. 37. August. de Anco. in d.q. 110. Art. 2. Flor. 3. p. tit. 7. c. 1. & perplura vide de his congesta in lib. Artis Notariatus, ad pag. 2. & 3.

B Tales autem conditiones istæ sunt, ueluti, habere scientiam debitam, & peritiam contractuum, vltimarum voluntatum, & similium, & in confectione Instrumenti incipere debent ab inuocatione diuini nominis, c. In nomine, dist. 23. Bart. & Doct. in Proœm. Digestor. Angel. in Proœm. Inst. nam quilibet scire debet ea circa quæ uersatur officium suum, ut peritus dicatur in arte, l. comparationes, C. de fide instr.

Ars Notarij qualiter exerceatur.

In qualibet sua Scriptura, apponere debet Diem, Mensem, Annum, & Indictionem ac nomen Papæ, uel Imperatoris, aut Regis, uel Ducis illius loci ubi contractus celebrantur, secundũ consuetudinem, & stylum illius loci, necnon locum exprimere, generalem uel particularem, cum expositione nominum testium, ac suiipsius nomen, & cognomen, & cuius patriæ sit ipse;

C & qua auctoritate officium exerceat, & signum suum solitum apponere, & talis contractus celebratur coram testibus & partibus ad inuicem stipulantibus, & Notarius debet esse rogatus; beneque ac dilucide series facti narranda est, iuxta uoluntates partium, & uerbis debitis, ut litigia tollantur ac pariter scire debet Notarius, quales contractus sint nominati, & quales innominati & huiusmodi suis proprijs nominibus conficiant; & qui illiciti, ut usurarij, uel similes, & qui liciti, & quales Clausulæ unicuique contractui de sui natura conueniant, ut forma & Substantia contractus non alterentur; ex Pelag. in d. lib. 2. cap. 35. Flor. 3. p. tit. 7. cap. 1. Syluest. in uerbo Tabellio, & in tract. Roland. de Arte Notar. cumulantur omnia.

Iuratus assumitur ad officiũ Notariatus, & promittit se illud

Officium Notarij quale.

fideliter exerciturum, circa ea omnia quæ uidebit, & audiet, & requisitus sine diminutione ueritatis, & commistione falsitatis Instrumenta conficiet; necnon quod secreto sibi fuerit iniunctum non reuelabit, & quod instrumenta illicita scienter nunquam conficiet; Pelag. in d. cap. 35. lib. 2. Florent. 3. par. tit. 7. c. 1. Syluest. in uerbo, Tabellio; Nauar. cap. 25. nu. 54. A

De omnibus Instrumentis conficiat protocolla, & si exemplaria pro Actore, & Reo transmittet, retinebit sibi originale, cap. Verum, dist. 9. Flor. & alij, supra citati; ne quidquam aget, contra illum, qui talem Notarium constituit, sed fidelitatem seruabit, & quod officium iniunctum, non cupiditate, odio, timore, aut amore, sed prout ueritas est, exercebit, ex Pelag. & Flor. in d. loco.

Additur, quod Notarius cõfectis scripturis exequatur quod instituit Sixtus V. Pontifex, quod intra certum tempus exempla scripturarum in Archiuio publico ponat. B

Notariorum officium circa tria regulariter uersatur.

Notariorum officium circa tria regulariter uersatur; Primò, ut acta Iudicij conscribat secundum Iudicis pręceptum; Secundò, ut exempla actorum per eum partibus tradantur; Tertiò, ut actorum originalia penes se retineat; Abb. in cap. Quoniam, de Probat. Nauar. in c. 25. nu. 54. in Manuali.

In talibus scripturis nihil scribendum est quod sit contra libertatem Ecclesiasticam; & Principes; Pelag. in lib. 2. cap. 4. Nauar. in d. cap. 25. num. 54.

Notarij quæ in officio suo cauere debeant.

Animaduertant Notarij ne propalent dicta testium in causis Ciuilibus, vel Criminalibus partibus ante publicationẽ, aliàs puniuntur pœna Constitutionis Pij V. num. 65. Possunt etiam Episcopi illos examinare, & minus idoneos ab eorum officio suspendere, donec idonei efficiantur, ut in cap. Consuluisti, 2. q. 1. Conc. Trid. Sess. 22. cap. 10. de Reform. Et eorum scripturę puræ, simplices, & omni carentes suspicione falsitatis, abrasionis, mutationis, abolitionis, cancellationis, & literarum mutatione esse debent, secundum ea quæ refert Pelag. lib. 2. cap. 40. C

Abreuiaturæ solitę conceduntur, non autem inusitatę, ut quę secundum arte intelligi non possunt; ut ibi Pelag.

Pauperum scripturas ne negligant, sed illas uti diuitum & nobilium custodiant, & magno salario illos non grauent; necnon caueant, ne illicitos contractus celebrent, vi, dolo, aut motu; secundum eundem Pelag. in d. loco, cap. 40.

Precium

A Precium recipiant ſecundum Conſtitutiones, Conſuetudines,& Statuta locorum;& ubi non fuerit taxatum, per Iudices taxetur, ex eodem Pelag.in d. cap. 37. & 40. lib.2.Flor.3.par. tit.7.cap.1.Syluest.in verbo,Tabellio, Nauar.in Manuali,cap. 25.num.54.

Cum vt plurimum accidat quod multi contrahentium ignorent uim, & uirtutem ſui Inſtrumenti obligatorij, & ſic remaneant illaqueati,& iuramenti ac obligationum nexibus vinĉti, inde ſæpè efficiuntur ſerui ſui creditoris, permittentes ſe in carceres tradi perpetuò,donec Domino ſatisfecerint; vel patiuntur ſe Excommunicari,aut alijs ſimilibus pęnis conſtringi. Quapropter Notarij antequam Inſtrumenta celebrent diligenter notum facere deberent contrahentibus præſertim ſe obligantibus, uim & efficaciam d. obligationis, mouentes illos ne talibus obligationibus ſe illaqueent,& ea quæ promittunt perficere non poſſint, quia in ſimilibus requiritur animus ut uerè obligetur etiam in foro conſcientiæ, Florent.in 2.par.tit.10.cap.6. Syluest.in verbo,iuramentum,4.num.7.vnde qui inducitur ad ſe obligandum & iurandum, dolo, vi, metu, aut ineptia, vel ignorantia, ſine dubio non obligatur, cap.2.de pact.lib.6.cap. licet,cap.Cum contingat, de iureiuran. & ibi Doct.Io.And.in cap.ſi uerò,eod. Videant etiam Notarij ne promiſſio contineat aliquid contra bonos mores,aut impoſſibilitatem manifeſtam, quia tunc Iuramentum non obligaret; Doct.cap.Breui,& in c. Querelam,de iureiuran.Innoc.in cap.venerabilem,de elect.ſic nec obligatio ualet; vnde malè faciunt contrahentes obligantes ſe ad impoſſibilia, & ſe patiuntur vendi precio contra æquitatem Chriſtianam, & iuris naturalis formam, ut in addit. ad Deciſ.Tholoſ.quæſt.423.num.5. Flor.2. p.tit.10.cap.1.§.4.& cap.6.

Quando quis poſſit ſe obligare.

B

C

A

DE SCIENTIIS.

Quæ scientiæ ad fidelem populum requirantur; quævè detestentur, de Doctoribus, modo Doctorandi; & eorum requisitis, & officio, ac de Discipulis, & eorum conditionibus. Cap. V I.

Scientia quid sit.

SCIENTIARVM status & hic prætermittendus non est, qualiter scilicet qui scientiam aliquam profiteri curauerit, ad illius honorem assumi possit; Scientia propriè est certa rerum humanarum cognitio, uel probabilis iudicij per discursum rationis; inde vel dicitur demonstratiua, vel probabilis, ut per causas uel effectus aliquid scire, secundum Philosophum in lib. 1. Poster. Differt à sapientia quę est cognitio rerum diuinarum & sapientis est cognoscere de rebus creatis secundum rationes. D. Tho. 2. 2. q. 9. Art. 2. B

Ad quid ordinetur scientia.

Vnde Theologi concludunt, quod Scientia sit donum ordinatum ad quatuor, videlicet Primò, ad speculationem; Secundò, ad operationem; Tertiò, ad conuersationem; Quartò, ad administrationem; ex Florent. 3. par. tit. 16. cap. 1. in principio.

Quoad Primum; mediante scientia speculando discernimus credenda à non credendis; August. in Enchiridion. cap. 18. ait: Longe tolerabilius est in his quę à religione seiuncta sunt, mentiri, quam in his sine quorum fide uel notitia Deus Cœli non potest falli; ex cap. In ipsarum, 22. q. 2. C

Scientia dirigit, et de eius effectu.

Secundò, scientia dirigit circa agibilia, ideo dicit Iacobus 4. Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi; vbi Glos. dicit: Sciens benefacere, & non faciens, maius peccatum habet, quam si nesciret; vnde scire tenemur necessaria ad salutem; & Greg. in Moral. cap. 1. dicit, qui ea quæ Dei sunt sapiunt, à Domino sapiuntur; & qui ea quæ Dei sunt nesciunt, à Domino nesciuntur; Paulo attestante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur.

Zepherinus Papa in Epist. 1. ad Episcopos Siciliæ dicit, sicut stella cæli non extinguit nox, sic mentes fidelium, inhærentes firmamento Sanctæ Scripturæ, non obscurat mundana iniquitas, cap. sicut, dist. 38.

Tertiò,

A Tertiò, ſcientia ualet ab bene uiuendum, etiam inter malos, ſecundum Magiſtr. Sent. in 3. diſt. 35. Hieronym. ad Paulinum ait: Habeto ſimplicitatem columbæ, ne cuiquã machineris dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidijs; cap. Si cupis, 16. quæſt. 1.

Quartò ualet ſcientia quoad adminiſtrationem rerum temporalium. Ideo dicit Auguſt. Actio qua bene utimur in rebus tẽporalibus, ſcientię dono tribuitur; Idem ad Macedonium dicit: Omne igitur quod male poſſidetur, alienum eſt, male autẽ poſſidet, qui bene utitur; ut in cap. Quid dicam, 14. q. 4. D. Thom. in 2. 2. quæſt. 9. Art. 4.

Diuiſio Scientiarum.

Vnde Scientia, qua præmiſſa docemur, eſt uera ſciẽtia; Alia autem quæ humana appellatur, licet quoad ſe non ſit mala, ue-B luti ſcire in quantum ſcire, non eſt malum, ita intelligitur quod dicit Auguſt. In una eademque re & neſcienti ſciens, & erranti non errans, recta ratione præponitur, tamẽ dicitur ſcientia mala occaſionaliter, ut in Gloſ. in cap. Quamuis, diſt. 38. ſic uel dicitur mala propter nimiam occupationẽ in ſtudio alicuius ſciẽtiæ, quæ alienat animum ab officio Chriſtiano, uel quod delectationem nimiam humanarum literarum cuius delectatione detenti, contemnunt ſtudia Sacræ ſcripturæ, ut legitur, de Diuo Hieron. qui à Domino fuit correptus, dum nimium gentilium libris delectaretur, vt in cap. Legimus, diſt. 37. his uerbis: Legimus de Beato Hieron. quod cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo eſt correptus, eo quod uir Chriſtianus paganorum fig mentis intenderet. Hæc ille, & plura in ſimilibus narrantur, C quod non eſt ab Eccleſiaſticis ſecularium literarum quærenda peritia.

Quãdo liceat vti ſcripturis Gentiliũ.

At reperitur contrarium quod Moyſes & Daniel omni ſciẽtia Ægyptiorum, & Chaldęorum imbuti fuerunt, in Leuitico etiam primitias mellis ideſt, dulcedinem humanæ eloquentiæ Domino iubentur offerri; Magi quoq; tria munera obtulerunt; in quibus nonnulli tres partes philoſophiæ intelligi uolunt, de niq; idipſum in expoſitione pſalterij Caſſiodorus teſtatur: Omnis ſplendor rethoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticę locutionis, quælibet uarietas decore pronunciationis à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. Hinc etiam Ambroſius ſuper Epiſtolam Coloſſenſium inquit: Omnis ratio ſupernæ ſciẽtiæ, uel terrenæ creaturę, in eo eſt qui eſt caput earũ & author, ut qui hunc

nouit,

nouit, nil vltra quærat; quia hæc est perfecta uirtus, & sapiẽtia, A quicquid alibi quæritur, hic perfectè inuenitur. Hæc ex d. cap. Legimus.

At ut soluatur quæstio, in scientia consideratur finis cuius causa, in eo qui illam adipisci desiderat, ideo Bernard. ait: Bene qui scire uolunt ut sciantur, & vanitas est superbiæ, ueluti scire quæstiones philosophicas, actionesque gentilium, & eorum Ritus; Sunt qui scire uolunt ut sciant, & curiositas est; sunt qui scire uolunt, ut lucrentur, & cupiditas est? Sunt deniq; qui scire uolunt ut se ædificent, uel per se, ut alij ædificentur, & charitas est. Hæc ille; sic cæteræ aliæ scientiæ inflant vt ait Apostolus: Hieronymus in Epistola ad Titum dicit; Si quis Gramaticam artẽ nouerit, uel Dialeticam, ut rectè loquendi rationem habeat, & inter vera falsaque diiudicet nõ improbamus; Geometria quoque, & Arithmetica, & Musica, habent in sua sciẽtia ueritatem, B ex cap. Si quis artem, dist. 37.

Quæ sciẽtia amplectenda. Scientia itaque illa amplectenda est, quæ instruit nos ad Dei cognitionem, ita dicit Gratianus post cap. Legimus dist. 37. In Daniele, & Salomone ostendit infidelibus, se totius auctorem sapientiæ; Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs, & Prophetis, Astrologiam, Geometriã, & alia huiusmodi, quæ ideo despecta sunt à nostris, quia nil ualent ad salutem, sed mittunt in errorem, & dum his student, curam animæ non habent, qui uerò Christum nouit, thesaurum sapientiæ & scientiæ inuenit, quia id nouit quod utile est. Hæc ille in §. hinc, distinct. 37.

Beda in lib. Regum dicit: Turbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis secularibus libris omnibus modis C existimat prohibendos; in quibus si qua inuenta sunt utilia, quasi sua sumere licet; Alioquin Moyses & Daniel sapientia, & literis Ægyptiorum; Chaldęorumque non paterentur erudiri, quarum tamen superstitiones, & delicias horrebant, nec etiam ipse Magister gentium aliquot uersus Poetarum suis uel scripturis, uel victis indidisset, & reliqua ut ibi, de quo in cap. turbat, dist. 37.

Effectus Scientiæ. Necnon scientia facit scire uerum, uel falsum bonũ, uel malum; Gregor. Ioan. Constantinopolitano lib. I. Reg. epist. 24. ait: Sæpè se uitia esse uirtutes mentiuntur, ut tenacitas parsimonia, effusio, largitas, crudelitas, zelus iustitiæ, remissio, pietas ue

lit

A lit uideri; Hæc ille, de quo in cap. Sæpè, 41. dist. & de his plura refert Flor. 3. par. tit. 5. cap. 1. §. 8.

Species scientiarum.

Ex quibus elicitur, quod scientiarum species sunt duæ, quarum una uersatur circa diuinarum rerum cognitionem, sicuti Theologia, altera circa humanarum rerum notitiam, quæ circa plura uersatur, & plura habet membra; At Sacræ Scripturæ, Theologiæ scientia nobilior est cæteris scientijs, ideo appellatur sapientia, tum quia certior est omnibus alijs scientijs, tum etiam propter dignitatem materiæ, & finem qui est Deus D. Thom. in 1. 1. q. 1. Art. 6.

De Theologia.

Principia huius sciẽtiæ habentur ex reuelatione diuina, ideo fide tenenda sunt, & credenda, autoritate reuelationum, & hoc non est inconueniens, nec derogatur dignitati doctrinæ: quia B talis reuelatio non inducit ad probandam fidem, sed ad manifestandum ea, quæ in dicta doctrina traduntur, sic Deus ordinauit ut ratio naturalis subseruiat fidei; Inde Apostolus 2. ad Corinth. 10 in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.

August. in Epist. 19. ad Hieronym. ait: Ego solis eis scriptorum libris qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere, at si aliquid in eis offendero quod videatur contrarium veritati, nil aliud quam vel mendosum esse Codicem vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam; Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, doctrinaque polleant, nõ ideo verum putem, C quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios autores, vel Canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

Idem August. in epist. 3. ad Fortunatium dicit: Neque quorumlibet disputationes quamuis Catholicorum & laudatorũ hominum veluti scripturas canonicas habere debemus, & nobis non liceat salua honorificentia quæ illis debetur hominibus aliquid in eorum scripturis improbare atque respuere, si fortè inueniremus quod aliter senserint, quam veritas habet diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel à nobis.

Atque Deus talem suam diuinam legem naturæ inquam nostræ taliter adiunxit, quod qui contra Diuinam legem agit & ipsam naturam destruit. August. ita dixit. lib. 1. cap. 23. de Ciuit. Dei.

Dei. Cum enim in naturali iure nil aliud præcipiatur, quam A quod Deus vult fieri, nihilque ueretur quam quod Deus prohibet fieri; denique cum in Canonica ſcriptura nihil aliud, quam in Diuinis legibus inueniatur, diuinæ verò leges natura conſiſtant, patet quod quæcunque Diuinæ voluntati ſeu Canonicæ Scripturæ contraria probantur, eadem etiam naturali iuri inueniuntur aduerſa. Vnde quæcunque diuinæ voluntati ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu diuinis legibus poſtponenda cenſentur, eiſdem naturale ius præferri oportet; ex diſt. 9. cap. fin.

Quot modis exponatur ſacra ſcriptura.

Exponitur ſacra ſcriptura quatuor modis; Literaliter, Allegoricè, Tropologicè, & Anagogicè; vnde Grego. in lib. 15. Moralium dicit, quod tranſcendit omne genus locutionis, quia in vno eodemque ſermone narrat geſtum, prodit myſterium, & inducit ſpiritualem intellectum. B

Aliæ ſcientiæ in tantum ſunt bonæ in quantum inſeruiunt ad finem acquirendi cæleſtem patriam; Vnde Auguſt. in Hom. ſuper Io. Ad hoc enim debet vnicuiq; prodeſſe bene viuere, vt illi detur ſemper viuere; nec bene viuere dicendi ſunt, qui finem bene viuendi vel cæcitate neſciunt, vel inflatione contemnunt; Non eſt autem cuique ſpes vera, & certa ſemper viuendi, niſi agnoſcat vitam quæ eſt Chriſtus, & per ianuam (ideſt fidem Chriſti) intret in ouile ſcilicet Eccleſiæ quærunt enim plerunque tales perſuadere hominibus, vt bene uiuant, & Chriſtiani non ſint, per aliam partem uolunt aſcendere, & mactare, perdere, non uti paſtor conſeruare, quamuis doctrinæ gentilium uideantur dulciores, quia earum ornatus delectationem inducit, nouiſſima autem eius amara quaſi abſinthium, ad perditionem C trahunt.

Iſidor. in lib. de Summo bono, dicit: Ideo prohibetur Chriſtianis figmenta legere Poetarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiua libidinum; Non enim ſolum thura offerendo Dęmonibus, immolatur, ſed eorum dicta libentius capiendo.

Vera philoſophia quæ.

Quapropter uera philoſophia circa tria uerſatur, circa Religionem nimirum, Mores, & Doctrinam, quæ quilibet addiſcere tenetur, & de iſtis ſimpliciter, non ſubtilibus argumentis perquirere; ita dicit Seneca ad Lucillum: Quid eſt inquit acutius Ariſta, & in quo eſt utilis, tale eſt inquit ingenium ſola ſubtilitate laſciuiens, nulla in ſe reſidens grauitate.

Aliud

A Aliud requisitum in uera scientia est, recta conscientia; Greg. in Moral. dixit summus locus bene regitur, cum is qui præest potius uitijs quam hominibus dominatur.

Requisita in uera scientia.

Perniciosum est animarum saluti, gentilium doctrinis insistere; ideo Salomon nimium uacans gentilium uanitatibus, tradidit seipsum uoluptatibus & uitijs luxuriæ, quæ postmodum respiciens, plura de contemptu gentilium in lib. Prouerb. & Ecclesiast. sub figura Mulierum scripta reliquit. Origenes uir doctissimus, cum inhæsisset doctrinis gentilium, præsertim Platonis, fuit ab Ecclesia in multis reprobatus; Merito itaque dicit Apostolus ad Colossen. 2. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum Elementa Mundi, non secũdum Christum, B quia in ipso habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter; Vide Florent. qui talia cumulatè refert in 4. par. tit. 2. cap. 4. §. 2. & cap. 5.

Vnde multum elaborandum erit, cui doctrinæ ingenium magis adhæreat, ut animarum saluti prodesse possimus; Primò itaque præmittendum erit, quid nos in Scientijs uitare debeamus, ut cognito errore, ueritatis lumen appareat, & errores gẽtilium detestemur, ueluti pluralitates Deorum, quos August. in lib. de Ciuit. Dei appellat fatuos & cæcos Idolatriæ, dum sydera pro Deis colunt, uel similia; aut ea quæ Dei potentiam minuunt, uel prouidentiam tollunt; Necnon Philosophorum errores reijciuntur, ut circa mundi æternitatem, animæ immortalitatem, & similia, quæ ab Ecclesia Catholica reijciuntur; Au- C gust. & Isidor. in 24. quæst. 3. D. Tho. in lib. cont. Gent. per totum; sic refert Director. Inquisitor. in 2. par. & in Concilijs terminatum fuit.

Quæ sint uitãda in scientijs.

Item Iudæorum errores & Sarracenorum reijciuntur, ac uita & mores Pharisæorum Sadducæorum Essenorum, & Mahumetanorum vt refert Vinc. in Spec. Hist. lib. 7. cap. 97. quem etiam sequitur Flor. in 4. par. tit. 2. cap. 6.

Item Hæreticorum errores pariter detestandi sunt, qui his temporibus adeo exercuerunt, vt volumine librorum eorum series vix explicetur, de quibus plura in corpore Iuris; Vide etiam Isidor. in lib. 8. Etymolog. in cap. 5. de quo in cap. Quidam, 24. quæst. 3. Raba. lib. 2. de inst. Eccle. cap. 58. Lusimberg. de chatat. istorum. Paul. de Cast. de Hæret. Simanch. & inter

Modernos

Modernos præcipuus & singularis est Malleus hæreticorum Il lustrissimus Dominus Cardinalis Bellarminus, qui penitus omnes eorum errores cōfutauit in suis Controuersijs aduersus hęreses; Extat etiam Directorium Inquisitorum Eimerici Conamet. Et à Summo Pontifice editus est index contra errores hæreticorum ad eorum scripta & memoriam funditus abolēdam; & talis erit vera scientia, quæ de fide Catholica ac de Catholicis moribus loquitur, & in his studijs versandum erit ab omnibus fidelibus. A

Isidorus in d. cap. Quidam, ait: Sunt & alię hæreses sine autore, & sine nominibus; Sed & quicumq; aliter Scripturam Sanctam intelligit, quam sensus Spiritus Sancti flagitat, à quo conscripta est; licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. B

Item August. in Genesi contra Manich. lib. 1. cap. 1. ait: Ideo diuina prouidentia multos diuersi erroris hęreticos esse permittit, ut cum insultant nobis, & interrogant nos ea, quę nescimus, vel sic excutiamus pigritiam, & diuinas scripturas nosse cupiamus; Propterea & Apostolus ait: (Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter vos.) Hi autem Deo probati sunt, qui benè possunt docere, sed manifesti hominibus esse nō possunt, nisi cum docent; ex cap. fin. 24. quæst. fin. & firmat Simanch. de Hæret. tit. 22. à quibus erroribus declinare debemus.

Diuersitas doctrinarum. Vnde notandum, quod eorum scripta sunt in triplici differentia, quædam sunt reprobata vt falsa & hæretica de quibus suprà & in cap. penult. 24. quæst. 3. & ibi cap. Sancta Romana, & cap. Damnamus, de Sum. Trinit. & fide Cathol. & in tit. de hæret. C

Quædam aliæ doctrinæ dicuntur Apocriphę cap. Sancta Romana, dist. 15. illud dicitur apocriphum quasi occultum, uel secretum, & hoc dupliciter; Vel quia occultatur autor, aut quia de veritate dubitatur, & quia secretè leguntur, ideo tali nomine nuncupantur ab Archid, in d. cap. Sancta, & in distinct. 17. in princip.

Tertium genus doctrinarum est illud, quod ab Ecclesia est probatum, tales autem doctrinæ probatæ & reprobatæ optimè in serie Indicis Apostolici declarantur; & ne series seriei addatur, Index ille sufficiet ad habendam huiusmodi ueritatem; & plura etiam similia in corpore iuris leguntur, ut in d. cap. Sancta Ro-

A cta Romana, dist. 15. vide etiam Director. Inquisit. vbi & plures Summorum Pont. Constitutiones congestæ sunt.

Quales autem doctrinæ specificè sint Apocriphæ, uide pariter in d. cap. Sancta, & in dicto Indice Apostolico, ubi plura declarantur Apocripha.

Talis in similibus datur Regula; Quod cuiusuis doctrinis fides adhibenda non erit, nisi à Catholica, & Apostolica Romana Ecclesia tales doctrinæ fuerint confirmatæ, ideo ita dicit August. Noli meis literis quasi Canonicis scripturis inseruire, sed in illis, & quodcunque credebas, nisi certum intellexeris, noli firmè tenere, in istis autem quod certum habebas, nisi certum intellexeris, noli firmè tenere.

Vera doctrina quæ.

Quapropter illorum Doctrinam tenemus, quā Sancta Mater Ecclesia confirmat, ideo Sanctissimus D. N. Clemens VIII. B Indicem nouum edidit, cuius lectione quilibet poterit ueram uel falsam doctrinam cognoscere; in quo datur pariter lex, ut in futurum volumina foras non dentur in lucem, nisi maturè fuerint à peritis discussa, & examinata, & in eis nil nisi pro fide, & bonis moribus scriptum relinquatur, quod à me in istis meis paruis lectionibus seruandum opto, vt si quid fortasse reperiretur quod Sanctæ Matris Ecclesiæ intentioni non conueniret, libetissimè illius iudicio, & correctioni subijcio vel corrigendū, uel, tollendū non recuso; Immò ut illius pareā præceptis libenter ipsius censura subibo; quia nil aliud sentio aut confiteor, quam quod Sancta Mater Ecclesia iubet, & ordinat, & ita illius legi me subijcio in omnibus, & per omnia.

C His generaliter præmissis, pro notitia status diuersarū scientiarum, & sic Doctorum vbi declaratum fuit, quæ necessitas, quæve utilitas, & qualis finis sit omnium Scientiarum, & quæ probatæ ac reprobatæ scientiæ sint, modo specialiter dicendum erit de Doctoribus, ad illas scientias approbatis.

Primò itaque notandum, quod quilibet Christianus tenetur habere scientiam eorum quæ sunt credēda, ueluti, Symbolum fidei, & similium, atque eorum, quæ sunt operanda, sicuti sunt præcepta diuina, & Ecclesię, & eorum quę ad cuiuslibet statum pertinent ad salutem; Abb. in cap. Cum in cunctis, & cap. Qualiter, de elect. & ex præcepto Diuino & Ecclesiæ Syluest. in verbo, Scientia.

Quæ scire debeat quilibet Christianus.

Sed aliter Prælati, aliter minores Laici hoc scire tenentur: nam

nam qui alios præcellit dignitate, & scientia præstare debeat, A quia Superiorum est docere, & defendere; Directorium Inquisit. hoc cumulatè dicit, in par. 1. q. 4.

Ecclesiasticę personæ quibus scientijs intendant.

Personæ ecclesiasticę studio Scripturarum sacrarum Theologiæ, & sacrorum Canonum vacare debent, cap. 2. §. Ecce, capit. Si quis vult, dist. 36. cap. Turbat, cap. Qui de mensa, cap. Si quid ueri, cap. Relatum, in fine, dist. 37.

Aliæ autem scientiæ sicuti artes liberales, non sunt contemnendæ in quantum sacræ eruditioni inseruiunt, sicuti Grammatica, Rhetorica, & Dialectica, in d. cap. Turbat, ca. Si quis ueri, distin. 37. Physicam autem, & Leges Ciuiles Religiosi non audient, ut dicit Syluest. in uerbo, Scientia, secundum D. Thom. in Quodlib. qui idem affirmat; Quod melius est docere sacram scripturam bono fine, quam impendere particularem curam sa B luti diuersarum personarum: quia Doctor est quasi Architectus, quamuis in casu necessitatis contrarium sit, ut refert Syluest. in d. verbo, Scientia; ex hac diuersitate Scientiarum, plures sunt species Doctorum seu Magistrorum qui illas scientias profitentur.

Theologi qui.

Vnde Theologi dicuntur qui scientiam Theologalem sunt professi, & notandum quod Doctores nuncupantur Magistri, & cuiuslibet disciplinæ Præceptores, l. quibus præcipuè, ff. de verb. signif. Abb. in Procem. Decret. et in c. 1. de locat. & Doct. tit. de Mag. & cap. Quia nonnulli, & Clem. 2. eod. tit. l. 1. §. magisterium, ff. de exercit.

At propriè & verè magistri sunt, qui legunt, & docent; Alij dicuntur Doctorelli, ut refert Mend. in Reg. 16. q. 13. qui per C multos annos legit, nobilitatur, & efficitur Illustris. Menoch. de Arbit. lib. 2. Casu, 67. nu. 2. Viuius lib. 1. in verbo, Doctor. Veniunt sub nomine Doctorum & Magistri, tam Theologi, quam iuris periti, & docentes artes liberales, ac etiam Licentiati in fauorabilibus. Mendos. Reg. 16. q. 12. nu. 4. & 5.

Quis sit cōcessum publicè legere, et eorum requisita.

Antequam quis ad officium publicè legendi uel docendi assumatur, nonnulla proponimus requisita, sicuti est potentia docendi, facundia dicendi, subtilitas interpretandi; Glos. in capit. Quanto, de mag. in uerbo, idonei; Flor. in cap. Ex literis, de Cōstit. de potentia seu facultate docendi requiritur, quæ à Principe conceditur; Ang. in §. responsa, Inst. de iurament. num. 6. Mend. Reg. 15. quæst. 7. num. 8. Bart. l. eos, §. fin. ff. de fal. l. reddatur,

A datur, C. de professor, & Medic. lib. 10. Anch. in cap. Vt Apostolicæ, de Priuileg. lib. 6. Felin. in cap. Ex literis, nu. 37.

Primum studium fuit ordinatum in Ægypto, ubi sacerdotes Mathematicæ scientiæ uacabant, eo quod utilis esset ad sacram Theologiam, August. de Anc. de Eccles. & refert Flor. in 3. par. tit. 5. cap. 9. §. 1.

Potestas doctorandi.

Talis potestas hodie concessa est Collegio Doctorum, qui ad numerum sint duodecim, uel ad minus septẽ in approbatione interueniant, qui iurant de idoneitate, & credulitate apud Cancellarium studij; Hodie sublata sunt Priuilegia concessa Comitibus, & similibus, de Doctorando, sed ille qui hoc honore vti voluerit, approbandus erit à Collegio, ex Constit. Iulij III. nu. 10. Cum sit. Pij IIII. nu. 112. In sacrosancta, Pij V. num. B 19. Quamuis. Conc. Trident. Sess. 22. cap. 2. de Reform. & Sess. 25. cap. 2.

Modus doctorandi.

Modus autem talis seruatur, quod Doctorandus ter se subijciat examini, hoc scilicet odine: Primò examinabitur à Doctore Collegiali, ad quem pertinet illum præsentare; Secundò si repertus fuerit idoneus, tunc examinatur in examine priuato ab aliquibus deputatis de Collegio, & tunc dicitur Licentiatus; Tertiò, dum publicè in Collegio recitat puncta, & tunc examinabitur ab omnibus, vel à deputatis, secundum l. vnicam, C. de athlet. lib. 10. & l. magistros, C. de Profess. & Med. eod. lib. & Abb. in cap. Proposuisti, de Probat. num. 13. Menoch. de Arb. iud. lib. 2. Centuria 4. Casu 371. nu. 18. & 19. Mend. Reg. 16. q. 12.

Non gaudet priuilegio promotus à corruptis Doctoribus.

C Qui fuerit promotus à Doctoribus corruptis, non debet gaudere honore Doctoratus, sed potius efficitur inhabilis ad illum Archid. in cap. De quibusdam, dist. 37. Abb. in cap. Proposuistis, de probat. Pelag. lib. 2. cap. 33. in principio.

Indignus petẽs lauream Doctoralem peccat.

Petens indignè lauream Doctoratus, mortaliter peccat, hoc est Sacræ Theologiæ, vel Iuris Canonici quod crederem idem in omni professione; Pelag. lib. 2. in d. cap. 33. Florent. 3. p. tit. 5. cap. 2. §. 10. Syluest. in verbo, Doctor, num. 3. circa finem; Nauar. cap. 25. num. 25.

Quapropter, tales non sufficientes, non solum reprobantur, uerum etiam licet fuissent probati, tamen ea dignitate sunt priuandi, Abb. in cap. Cum secundum, de probat. & cap. De illis, De desponsſ. impuber. Felin. in cap. Ex litteris, de Const. & in

cap. Clerici, de iudic. Bart. l. Grammatices, C. de Profeff. & Med. A

Requisita in eo qui uoluerit Doctorari.

Doctores itaque de Collegio quibus talis facultas commissa est, videant, ut Doctorandi has scilicet conditiones habeant, Scientiam nimiarum debitam, Vitam Christianam, & Ætatem legitimam.

Quę sciētia requiratur.

Scientia debita uersatur circa ea, quę dicta sunt, subtilitatem interpretandi, copiam dicendi, facundiam docendi, ut in l. vnica, C. de profeff. Const. lib. 12. Bart. & Cyn. in l. Omnes populi, ff. de Iust. & Iure.

Qualis Scientia esse debeat in Theologo, ita declarauit Flor. 3. par. tit. 5. cap. 2. §. 2. quod non solum Veteris, & Noui Testamenti, sed & Doctorum insignium Theologiam docentium, quæstiones Theologales de sacra scriptura peritiam habeat, ac B Iuris Canonici, quoniam Scientia Canonica est practica Theologalis, quòd intelligitur de congruo, non de necessitate.

Ita, & Legum professores, non tantum legum sensum & uirtutes, uerum etiam & eorum expositiones iuxta uerum sensum Doctorum scire tenentur; Canonistæ autem, Canones, & Pontificum Constitutiones, & Epistolas secundum insignium Doctorum expositionem, non ignorēt, ut in l. scire leges, ff. de leg. Bald. l. non solum, §. qui primipilum, ff. de excusat. tutorum. Rom. in Sing. 645. & 658. & Bald. l. Athletas, §. Ait Prætor. ff. de his qui not. infam. & l. petens, C. de pact.

Vnde dicitur, quod tales mundum illuminant, (Sicuti scribentes) qui Stellæ nuncupantur. Viui. in Opin. 197. num. 22. Ita periti efficiantur, ut sciant docere alios, sciant speculari uerum vel falsum, bonum, uel malum, iustum & iniustum, cum C sint Iuris prudentes, Inst. de iust. & iure, §. Iuris prudentia, §. huius pręcepta, l. iustitia, eod. Necnon sciant tempora seruare quo scilicet tacere, quoue docere debeant; Ita Hieron. ad Rust. Multo tempore disce quæ postea doceas; ut in cap. Sit, 16. q. 1. & c. Relatum, d. 38. Sit itaque discretus in silentio utilis in uerbo, cap. Si Rector, d. 43.

Vitæ bonitas in Doctore requiritur.

Requiritur etiam in Doctore bonitas uitæ, ut sit ornatus bonis moribus, ne glorietur uocari Rabbi, cum à Domino sit dictum Matth. 24. Nolite uocari Rabbi, quia vnus est magister vester. Chrysost. ait: Vocari uolunt, non esse, nomen appetunt, & officium negligunt, sed quod erat omnium malorum causa,

idest,

A idest, thronum appetere magistralem, hoc medium ducit ad discipulos instruẽdum, quod dicit: Nolite uocari Rabbi, ne quod Deo debetur, uobis præsumatis, ideo vnus est magister omnium. Hæc ille.

Vnde qui arroganter insignia petit, male facit, quia finem debitum peruertit, ut in Sapien.7. legitur: Quam (scilicet scientiam) sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. Vide D. Thom. in Quodlib.3.q.4. Arg.1. Aug. de Anco. quem refert Florent.3. par. tit.2. cap.2. §.2.

Requiritur etiam bonitas vitæ post magisterium assecutum; ita dicit Pelag. lib.2. cap.33. col.2. Fateor autem me nunquam Magistrum uidisse; in quantum ut homo scire potui, maximè B in sacra Theologia uerè humilem, patientem, pauperem, oratorem, despectum, mundo mortificatum, nec uerum magistrum Christum in uirtutibus sectantem; ideo requiritur excellentia morum, ut in l. magistros, C. de Profess. & medic. lib.10. & in Clem.2. de Magist.

Qui post talem approbationem inutilis in suo officio fuerit, & egerit contra præmissas Regulas, is tali honore erit priuandus, secũdum Bart. l. sed reprobari, ff. de excusat. tut. in principio, uide etiam in l. Grammaticos, C. de professor. & medic. lib.10. & l. vt gradatim, §. reprobari, ff. de mun. & honor. l. Pomponius, ff. de neg. gest.

Admittitur ad tale magisterium iuris Canonici uel Sacræ Theologię quilibet fidelis Laicus, vel Clericus, aut Religiosus, C à Prælato suo, cap. Sic uiue, 29.q.1. cap. Si Clericatus, c. Doctus, cap.1. & pen. de Magistr.

Requiritur etiam ætas debita ad Doctorãdum, hoc est annorum 17. completorum, vt in l.1. §. initium, ff. de postulan. & Viuius in Opin.199. in princip.

Potestas quę traditur in Doctoratu.

His existentibus requisitis, idoneus repertus, à Collegio approbatur, & datur licentia recipiendi insignia Doctoratus, & accipiendi potestatem tenendi cathedram, legẽdi in studijs, disputandi publicè, interpretandi, & glossandi leges, ut refert Florent. in 3. par. tit.5. cap.2. §.2.

Et ab uno de Collegio accipit insignia, ueluti librum clausum, postmodum librum apertum, deinde annulum, quartò birretum in signum aureolę, quintò osculum pacis; ex eod. Flor.

in d.loco, §.2.& ita seruatur in praxi. A

Mores Doctorū quales esse debeant.

Postquam fuerit assumptus ad magisterium, in execution e sui officij hæc præcauere debet, Primò, ne scientia elatus incidat in ambitionem, sed humiliter legat. Ambros.ait: Veritatis ea Regula est, vt nil facias commendandi tui causa,quo minor alius fiat,ne quid boni operis habeas, id ad deformationem alterius, & vituperationem exerceas; Gregor. Habet hoc proprium doctrina, arrogantiam,ut humiliter nesciat inferre quod docet;ex cap. Si quis, 2.quæst.3.& distinct.46. cap.1. cap. Sed, distinct.38.

Modus docendi qualis debeat obseruari à Doctoribus.

Secundò, Dum docent, non doceant ea, quæ delectant,tacendo ea, quæ vera sunt, & magis animabus prodessent,ut arguit Esaias cap.56. Vendentes uitia populorum;uide c.In grauibus,3.q.7.& cap.Nolite, 11.q.3. B

Tertiò,inutilia,uana, & falsa, ne doceant;ita dicit Beda,in c. 2. & Epistola 2. Qui enim agnitam veritatis uiam sponte ipsi deserunt,quid nisi uanus sunt populus?quid nisi in pręcipitium suos mergunt auditores? quibus non salutaria quæ corrigunt, sed quæ illos delectant eroneè prædicant, de quibus benè subditur. Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum resonat.

Hieron. contra Iouinianum. Aperiant enim quasi fontes scientiæ, quia cum aquam non habent doctrinarum, præmittunt imbrem, uelut nubes profectitiæ ad quas perueniat ueritas Dei, & turbinibus exagitantur Dæmonum; atque uictorum loquuntur grandia; & totus eorum sermo superbia est. Hæc ille. C

Talis scientia inflat, ut ait Apostolus 1.ad Corint.8.unde secundū D.Bernardum illa est vera scientia, quæ ædificat ad salutem, uide de his Pelag. in d. cap. 33. Florent.cap.2.Viuium in Opin.197.

Tales ergo scientias doceant, & illos expositores interpretrentur quos Sancta Mater Ecclesia amplectitur, sicuti supra dictum est;inde Ambros.super Lucam in explanat.Procem.ait Legimus aliqua, ne negligantur(sicuti Vetus & Nouum Testamentum & alia pręcepta Dominica, & Apostolorum)legimus & aliqua, ne ignoremus, ut artes; legimus aliqua, ut repudiemus,ut alia reprobata. Hæc ille.

Quapropter tam legēdo quam docendo, Magistri & Docto

A res ista seruare debent. Primò, Nullus præsumat scire quæ men te comprehendi non possunt, sed sola fide tenenda sunt, inde Apostolus ad Rom. ait cap. 2. O, altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius.

Cauenda à Doctorib. quænam sint in docendo.

Secundò. Ne quis quærat ea quæ capere non potest ex defe-ctu ingenij; Eccles. lib. 3. Altiora te ne quæsiueris.

Tertiò. Ne curiosa, & minus vtilia addiscant doceant, vt ait Esai. cap. 48. Ego Dominus docens te vtilia.

Quartò. Ne vacent curiosis inuentionibus & rationibus, & paruipendant Doctorum probata fundamenta contra dictum Apostoli 2. Timoth. 4. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, B prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent ad fabulas autem conuertentur.

Quintò. Ne varietate lectionum delectentur, nam certa le-ctio prodest, Apostolus 2. ad Timoth. 3. Semper discentes, nun quam ad veritatis scientiam peruenientes.

Sextò. Ne causa lectionum nil memoriæ mandetur sed ita legendum vt discamus; inde Virgo dixit Lucæ 2. Maria conser uabat omnia verba, conferens in corde suo.

Septimò. Vt perfecti euadant legendo, discurrant & meditentur quæ legerint, Prouerb. 5. dicitur: Audiens sapiens sapien tior erit.

Octauò. Ita lectioni intendant, vt alterius nõ obliuiscantur, Eccles. 3. Quæ tibi præcepit Deus, cogita semper.

C Nonò. Operentur illud bonum quod nouerint. Iac. 4. Scienti igitur bonum facere, & non facienti peccatum est illi.

Decimò. Ne secreta reuelent rudibus, sed pro ingenio discẽ tium debent moderare uerba doctrinæ: nam oportet eos qui do cent, & instruunt animas rudes, esse tales ut pro ingenio discen tium semetipsos possint adaptare, & uerbi ordinem pro audien tia capacitatis ingerere, cap. Oportet, 8. quæst. 1.

Vndecimò. Sine arrogantia doceant, & cum humilitate, & auditores malos arceant, cap. Humilis, de maior. & obed. Roman. in cons. fin. nu. 26. & 27.

Duodecimò. In omni lectione spiritum Dei inuocent, qui af fluenter illuminat intellectum nostrum. Ambros. in Epistolam ad Colos. ait: Omnis ratio scientiæ supernę uel terrenę creatu-

ræ in eo est qui est caput eorum & autor vt qui hunc nouit, nihil ultra quærat. cap. legimus, §. sed contra, dist. 37. A

Tertiodecimò, Seruandus est ordo debitus in postulando scientiam, nam primò petitur à Deo bonitas, deinde disciplina, ultimò, scientia. Apostolus 1. Corinth. 13. Si nouerim omnia mysteria (quo scilicet ad sapientiam diuinorum) & habuero omnem scientiam, (quo scilicet ad notitiam naturalium) Charitatem autem non habuero, nihil sum.

Bonitas docentis sit principaliter in mente, quę dicitur secundum August. uirtus; nam uirtus est bona qualitas mentis, qua rectè uiuitur.

Quartodecimò. Sint moribus compositi & modesti, Eccles. 14. Dedit illi Deus legem uitæ idest spiritualis gratię, & disciplinæ idest exterioris compositionis. Ideo sint modesti in uerbis, secundum Salom. Prouerb. 10. Qui autem moderatur labia sua prudentissimus est: sint remissi oculis. August. enim ait: Impudicus oculus, impudici cordis est nuncius; Custodiant Aures de quibus dicitur in cap. Non solum, 11. quæst. 3. Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert, sed & is qui aurem cito criminibus præbet; Hos enim custodiant præcipuè sensus; quoniam ab illis doctrina, atque disciplina proficiscuntur. B

Quo salario militent Doctores legentes.

At circa mercedem, si Lector habuerit stipendium, eo sit cõtentus, & vltrà aliud sub quauis consuetudine exigere non debet; & si exegerit (præsertim à Clericis, & pauperibus) simoniã committit. Host. in cap. Quia nonnulli, de Mag. Archid. in cap. De quibusdam, dist. 37.

Poterit autem pro suo labore petere victum condecentem, vel illius supplementum. Flor. 3. par. tit. 5. cap. 2. Pelag. lib. 2. cap. 33. Syluest. in verbo, Doctor, 2. C

Pauperes autem tenetur Lector gratis docere, cap. Licet, de Cens. & Syluest. in d. num. 2.

Possunt recipere Doctores munuscula sponte oblata à scholaribus; cap. Dilectus, el 2. de Simon. cap. Priscis, 10. quæst. 3. sed si cessationem pro festo die concederet, non esset Symonia sed turpe lucrum; Syluest. in dicto verbo, Doctor, num. 11. circa finem.

Pro licentia Doctorandi licitum est recipere quædam emolumenta de consuetudine solita dari: quia dantur pro labore, secundum Flor. in d. tit. 5. cap. 2. §. 6. Syluest. num. 12.

Pecuniam

A Pecuniam autem recipere non licet, ſecundum Pelag.lib.2. cap.34. non obſtante conſuetudine. Doctores vel Magiſtri mutuantes pecuniam ſcholaribus, vt ipſos comitentur, malè faciunt, & peccant, licet vſura non ſit, ſecundum Felin. in cap.2. de Magiſtr.

Ad lecturam Sacræ Theologiæ nemo admittitur niſi prius fuerit approbatus ratione ſcientiæ, uitæ, & morum, ab Ordinarijs loci; Auguſt.de Anco. & Flor.in d.tit.5.ca.2. Nauar.in cap. 25.nu.55.in fine; Omnes Magiſtri, Lectores, & Doctores tenẽtur emittere profeſſionem fidei coram Ordinario, & ſecũdum Conſt. Pij IIII. & curare debent Epiſcopi, ut plurimi magiſtri ſtudia liberalium artium fideliter exerceant, ita, ut dogmata Chriſtiana, & Catholicam doctrinam doceant, cap. De quibuſ B dam, diſt.37. Conc. Trid. Seſſ.5.cap.1.de reformat.

Laus Doctorum. Qui bene munus ſuũ exercuerit, appellabitur ſtella in perpetua æternitate manſurus, & quilibet Magiſtratus inuitare debet illos ad ſedendum, quia honore digni ſunt; Felin.in cap. Per tuas, de maior. & obed. & in ſua Marg. in verbo (Doctor) Bart.in l.omnes, C. de Decur.lib.10. & in Prœmio Codicis Ang. Salic.& Bart.in l.ex eo, ff.de milit.teſt. Abb.in c.Quanto, de Mag. & ibi Felin.& Card.in c.Perpendimus, de ſent.excom.

Pręterea bonis & ſanctis Doctoribus credimus, et ab eorum ſententia communiter ab Eccleſia approbata non recedimus, ut legitur in 7.Synodo Generali, Act.1. his verbis: Qui doctrinas ſanctorum patrum, & traditionem Catholicæ Eccleſię contemnunt, execratio; & in fine 5. Act.idem legitur; & in 8.Syno C do Generali; Et de laudibus Doctorum vide Hieron. in Comment.ad Iob, cap.2. Auguſt.lib.2.contra Iouinian. & Hieron. in Daniel.cap.9. Nicephor.lib.2.ca.15.& ſic de alijs. Hæc quæ dicta ſunt ad Magiſtros pertinent: At, cum eorum officium ſit, diſcipulos docere, merito & de diſcipulis aliquid dicẽdũ erit; Il *De Diſcipulis.* li ergo diſcipuli dicũtur, qui ſub alicuius diſciplina viuunt ideſt Magiſtri; Vnde qui vult alios docere, prius diſcat, diſcipulus exiſtat; cap.ſi Clericatus, 16.q.1. Ita Hieron.dixit ad Ruſticum Monachum, in cap.4. Ne miles antequam tyro, potius magiſter ſis, quam diſcipulus; & alibi: Multo tempore diſce, quæ poſtmodũ doceas; vide etiam cap. Legimus, d.37. & miſerũ eſt fieri magiſtrum, qui nedum didicit eſſe diſcipulus; cap. Prohibẽtur, diſt.48.cap. Diu miſerum, d.61. cap. Si Clericatus, 16.q.1.

Discipulorũ requisita.

Discipulis norma hæc præscripta legitur, ut sint humiles, nec se faciant ante tempus magistros, quia non est discipulus supra Magistrum, Lucæ 6. Matth. 10. & capit. Sacerdotes, 6. quæst. 1.

A

Secundò. Ne ambitiosè studeant, & sic discere negligant, contra id quod legitur in cap. Cum ex eo, de elect. lib. 6. & ibi Glos. sic non Bononiæ fuisse sed ibi bene uixisse, & studuisse, lætandum est; August. in lib. 9. Confess. dixit: Senex enim à iuuene, & Episcopus tot annorum à Collega nedum auunculo paratus sum doceri.

Tertiò. Cum initium sapientiæ sit timor Domini; Ideò primò studeant discipuli bene uiuere, ut possint bene discere; & Magistros obseruent tamquam patres suos, nec delinquant in lege Domini Dei nostri: Ideo corripere discipulos delinquẽtes magistris licet, & eosdem moderatè verberare ut nimirum corrigantur non ut uerberibus nimium succumbant, & grauiter lædantur. Pelag. lib. 2. cap. 34. Flor. 3. par. tit. 5. cap. 2.

B

Præstare obedientiã Magistris debent scholares.

Quartò. Magistris Discipuli obedientiam prẽstent, et ad hoc possunt coerceri; cap. 1. 23. q. 5. ac illis satisfaciant ratione debitæ mercedis, quia dignus est mercennarius mercede sua. Apostolus 1. ad Tim. 5. Luc. 10. & Matth. 9.

Primò. Diebus festiuis reddant debitum honorem Deo, audiendo Missam, & diuina officia; postmodũ uacare possunt studijs, quia opus est spirituale, nam scientia donum est Spiritus Sãcti dummodo exerceatur sine precio, in d. §. Ecce, dist. 37. Pelag. in d. lib. 2. cap. 34.

Eligant itaque Discipuli Magistros uirtutibus, & scientijs ornatos, ut illos in sanctitate sectentur et doctrina. Ideo legitur quod Leo Papa scribens Dioscoro Episcopo Alexandrino, epist. 79. loquens de Petro, qui sanctos reliquit discipulos, dixit: Cum sine dubio de eodem fonte gratiæ vnus spiritus fuerit, & discipuli, & magistri nec aliud ordinatus tradere potuerit, quã quod ab ordinatore suscepit; ut in cap. Cũ Beatissimus, 24. q. 1. & ibi Glos. l. Magistros, C. de Profess. & medic. lib. 10. Vnde Neophiti ad Theologiæ magisterium non assumuntur, secundum Pelag. in d. lib. 2. cap. 34.

C

Discipulorum ornamentum est, obedire, & reuerentiam debitam suo magistro præstare, cum et tantum debeant discipuli quantum bene esse æstimatum fuerit, quod à magistro accipitur;

A pitur; Et secundum Philosophum Deo, Parentibus, & Praeceptoribus, non potest reddi aequiualens.

Inde inter Parentum numerum magistri computantur, à quibus bene esse accipimus.

De Medicorum statu, & officio. *Cap. VII.*

CORPVS quod animae nostrae ad bene operandum inseruit, tamdiu conseruandum est, quamdiu tempus à Deo prefixum fuerit completum, & ut anima diutius operando maius consequatur, praemiũ in Celo; Inde duplices Medicorũ species sunt à Deo ordinatae: nam quidam animam ipsam spiritualibus medicinis ab infirmitate pec- B cati releuant & releuatam cõseruant, & Praelatis Ecclesiarum hoc medendi genus fuit commissum; Alij uerò Corpus, quod facile labitur, diuerso medicamine curant; De spirituali Medico uide cap. Quod faciet, 23.q.4.cap. Nouos, 5.q.5.cap. Inferiorum, d.86.cap. Recedite, dist.45. De Corporali Medico dicitur in Eccles.38. Altissimus de terra creauit medicinam, & uir prudens non abhorrebit eam; Et ibidem. Honora Medicũ propter necessitatem, etenim creauit eum altissimus: Apostolus ad Colos.4. Salutat vos Lucas Medicus vnde sicut homo constat ex Anima & Corpore, sic Medicina duplex est; & duplices Medici sunt à Deo ordinati, corporales autem Medici tales esse debent, quales à Sãctis Doctoribus declarantur, quorum status et conditiones tales erunt.

Medicorum species quotuplices.

De Corporali Medico.

C Primò sciendum quod medendi officium non ab omnibus exercendum sit. Propterea infideles uel heretici Christianorũ corpora curare nullo modo possunt, ex Const. Gregor. XIII. num.71. Flor.3.par.tit.7.cap.2. Syluest.in uerbo, Medicus, numero 2.

Quibus officium medicandi prohibitum sit.

Nec ad medendum admittuntur Monachi, aut Clerici, cap. Non magnopere, & cap. Scientiam, ne Cler. uel Mona. quibus Physicam audire interdicitur, inde in illius studijs non possunt se exercere, & sit multo magis prohibetur exercitium existentibus in sacris, beneficiatis, & Regularibus, ut in d.cap. Non magnopere.

Chirugia autem prohibetur Clericis propter periculum erroris, & dubium curationis, & tale officium dicitur seculare,

quia

quia Clericis demandata est cura Animarum, non Corporum, A cap. Cum sit ars artium, de ætate & qualit. ord. & Deo militãt, non Mundo, cap. Reprehensibile, 28. q. 8. & iniustum est si promiscuis eorum rerum artibus turbent officia, inde constituti in sacris, moniti, si non paruerint, deponuntur, sed si ante monitionem aliquem mutilauerint, sunt irregulares. Abb. in cap. Sententiam, ne Cler. uel Monachi, num. 6. & ibi Marian. de Senis. Pelag. lib. 1. cap. 48. de Irregularit. col. 3.

Nullus etiam admittitur ad medendum, nisi fuerit ab habentibus autoritatem admissus, seruata forma supra præmissa, dum insignia Doctoratus conceduntur, & licet fuerit ad officium admissus, tamen requiritur peritia; Syluest. in uerbo, Medicus, num. 2. Flor. 3. par. tit. 7. cap. 1. §. 2. & 5. Pelag. in d. lib. 1. cap. 48.

Requisita ad statum medicorum.

Requisita ad statũ Medicorum sunt hæc; Primò, vt peritiam B habeant debitam artis suæ, & sciant quid faciendum sit in infirmitatibus & talis peritia uersari debet circa Canones vniuersales Medicinæ, non in uno particulari tantum, cap. Ad aures, de æta. & qualit. & ibi Doctor. & Abb. in d. c. Ad aures, & in add. Franc. Pelag. in d. cap. 48. lib. 1. Flor. in d. cap. 2. ante §. 1. Abb. in cap. Tua, de homicid. August. de Anco. q. 109. Art. 5. Nauar. cap. 25. num. 60.

Diligẽtia in curaudis infirmis qualis debeat esse ĩ Medicis.

Secundò, quod sint diligentes, tam ante factum, quam in facto, & etiam post factum, secundum Abb. in d. cap. Ad aures, num. 6. vnde sint diligentes in uisitatione infirmorum; & licet non teneantur ad custodiam personalem continuam, curare tamen debent ut temporibus debitis infirmi uisitentur; Ant. Butr. in cap. Tua nos, de homicid. & Flor. in d. cap. 2. Pelag. cap. 48. C lib. 2.

Tertiò requiritur, vt diligentia in medicamentis applicandis per Medicos adhibeatur, secundum communes traditiones artis, caueant autem ne medicinam exhibeant de cuius utilitate dubitent, etiamsi credant quod magis proficiat: nam Regula est, ubicunque in similibus dubitatio erit, tutiorem partem eligere debere medicos. cap. Ad audientiam, de homicid. Vnde tutius est dimittere infirmum in manu Dei, quam eundem subijcere medicinis dubijs; unde debitam medicinam ordinare debent secundum Canones artis, nec omittere adhibere quod prodesse posset, licet de salute infirmi dubitaretur, nisi uerè signa propinquæ mortis apparerent; ex Pelag. in d. lib. 1. cap. 48. col. 4.

A col.4. Vndè, Medicus licet sit peritissimus & suæ artis callentissimus, tamen de qualibet negligentia tenetur, concernente tam cognitionem morbi, quam exhibitionem medicinarum; Procurandum etiam erit à Medicis, vt quanto citius curari possit infirmus. Flor. in d. cap. 2.

Non intendant mederi lucri causa, ut differre infirmitatum curationes causa maioris lucri, nec permittant dari medicamina vetusta, ex quibus facilè cognoscent Medici quod nil aut parum illis prodesse poterint, & de Aromatarijs confidere non debent, nisi illorum bonitatem, fidelitatem, & experientiam experti sint, aliàs tenentur, vt in præsentia Medicorum ipsa medicamenta conficiant. ex Florent. in d. cap. 2. & Syluest. in uerbo, Medicus.

B Sint pariter diligentes, vt dũ uisitant infirmos, persuadeant eisdem, vt confiteantur sua peccata, & recipiant Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, & donec præmissa infirmi non obseruauerint, Medici vltra tres uices accedere non debent; & de istis obseruandis Medici præstent iuramentum in manibus Ordinarij, qui contra fecerint, incurrunt pęnam Const. Pij V. Florent. in d. cap. 2. Nauar. cap. 25. num. 60.

In Medicinis exhibendis nulla miscenda sunt superstitiosa; & ea quæ ordinantur, naturalem habere debent effectum medendi, secundum Regulas, & Canones artis Medicinæ Nauar. in d. cap. 25. num. 60.

Mulieri prægnanti nullum medicamentum est concedēdum pro sua sanitate, ne ex eo oriatur abortus secundum Const. Sixti V. & Gregor. XIIII.

C Item sine iusta causa licentiam frangendi ieiunium non debent concedere, aut comedendi carnes diebus prohibitis, nec pro sanitate corporis committere aliquid quod sit peccatum mortale, cap. Cum infirmitas, de Pœniten. uide Florent. in d. cap. 2. Pelag. cap. 48. Syluest. in uerbo, Medicus. Nauar. in d. loco.

In curatione infirmorum semper plures Medici erunt adhibendi, secundum Philosophum, in Epistola ad Alex. Magnum, vt refert August. de Ancona in q. 109. Art. 4.

Si Medici uiderint infirmos propinquos morti, debent prouidere, ut consulant illorum saluti, ex eisdem Florent. & Syluest.

Medici

Medici ad medendum non admittuntur nisi prius iuraue- A
rint officium fideliter exercere & diligẽter ex Flor. in d.c.2.§.5.

Vnde requiritur probitas vitæ; vnde non committitur medendi officiũ fatuis, & sacrilegis, & solitis delinquere, sed Deũ timentibus, iustis, & probis uiris, & natis de legitimo matrimonio. Flor. in d.cap.2.§.5.

De mercede Medicorum.

Salarium recipient Medici pro suis laboribus quamdiu medicinæ subministrandæ erunt infirmis, quæ tandiu subministrantur, donec natura non subcumbat; ex eod. Flor. d.cap.2.§.6.in principio.

De eorũ cura.

Vnde Medici, ut Deo rationem non reddant de mala sui officij administratione, Primò uideant, ne se exponant periculo medendi, si artem perfectè non nouerint, uel si habent peritiã, non fuerint diligentes, & medicinam quã prebent ne uergat in Animę detrimentum, ex Flor. in d.cap.2.§.fin.tit.7.par.3.& Pelag. in d.lib.2.cap.48. B

Præstatur honor Medicis.

His de causis honor Medico tribuendus erit, ut habetur in Ecclesiast.38. Honora Medicum propter necessitatẽ, quia creauit eum altissimus. August. ad Macedon. Epist.54. ait: Nam plerique nec Medico uolunt reddere honorem suum, nec operario mercedem; vide cap.fin.14.q.5. ubi Glos. dicit, pręmittit hic Medicos tanquam digniores.

Infirmi in quibus obedire Medicis debeant.

Talis autem honor versatur circa duo; Primò dicitur honor obedientiæ quem præstare debet infirmus Medico; vnde Boet. de Philosophiæ consol. si operam medicantis expectas, necesse est ut vulnus detegas; August. lib.2. de Ciuit. Dei cap.22. ait: Legitur de Amnon filio Dauid qui inordinatè adamauit Thamar, 2.Reg.13. Sic infirmus in omnibus quæ ad sui salutem spectant Medico parere debet, præter quam in his quæ Dei offensam concernant ex Flor. in d.cap.1.tit.7.part.3. Syluest. in uerbo, Medicus. C

Honor debitus Medicis.

Alter honor dicitur Reuerentialis, qui exhibetur actibus externis corporis, dum debita mercede compensatur labor, quia nemo cogitur militare suo stipendio; excipiuntur tamen pauperes, qui gratis medendi sunt, cap. Precare, 10.q.2.§.1.dist.83. & legitur de Cosma, & Damiano, & de Helisæo Propheta, qui Naaman Syrum curauit à lepra, sed Giezi cum occultè preciũ recepit, & contra voluntatem Helisæi, percusus fuit lepra, ut in lib.4.Reg.cap.5.

De

A *De Militia seculari & qualiter exerceri possit. Cap. VIII.*

DVm viuimus militare Deo atque seruire cogimur, propterea dicitur: Militia est vita hominis super terram. Iob 3. quæ duplex est, Spiritualis, & Corporalis; Spiritualis militia est illa, de qua Ambros. lib. 1. de Iacob. vita beata, cap. 3. Volũtarium sibi militem legit Christus voluntarium seruum sibi Diabolus auctoratur; & Chrysostom. ait: Tu Christiane, delicatus es miles, si putas te sine pugna posse vincere, sine certamine dimicare, exere vires, attende pactum, aspice sponsionem in Baptismo factam. Apostolus ad Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Mundi Principes, & potestates, & aduersus B Mundi rectores, tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Et designans arma, dicit: Induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli, in omnibus, sumẽtes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladiũ spiritus (quod est verbum Dei;) Deinde designatur præmium. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo; Et alibi: Et dabo tibi coronam vitæ.

Duplex militia. Spiritualis milit. quæ.

Bella ergo spiritualia sunt, pugnare cum vitijs, & concupiscentijs. Gregor. in cap. Nisi bella, 23. quæst. 1. Vnde denique sciens Apostolus nulla nobis iam vltra bella esse carnaliter peragenda, sed animæ certamina contra spiritales aduersarios desudanda, velut magister militiæ, pręceptum dat militibus Chri C sti dicens; Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus astutias Diaboli.

Quapropter spiritualis militia singularis, & præcipua est pugna, eo quod non de temporali & momentaneo commodo certatur, sed æterno & beato, ad quam pugnam quilibet in lucem editus inuitatur.

Pugnandum itaque est fide firma, orationibus, & lachrymis dicit Nicolaus Papa ad Ludouicum & Carolũ Regem; Quod si seculi milites, seculari militiæ student, quid ad Episcopos & milites Christi, nisi vt vacent orationibus.

Ambros. ad Marcellinam sororem; Epist. 33. inquit: Quid ergo turbamini? volens nunquam ius deseram, coactus repugnare non noui, potero docere, potero flere, potero gemere; aduer-

sus ar-

ſus arma, milites Gothos quoque lachrymæ meæ, mea arma A ſunt; Talia enim ſunt munimenta Sacerdotis; ex cap. Conuenior, 23.quæſt.8.

Idem Nicolaus determinauit, ne milites ſcilicet Spiritualis militiæ ſecularibus negocijs immiſceantur. Nemo inquit militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus; Quod ſi ſæculi milites ſæculari militiæ ſtudent, quid ad Epiſcopos, & milites Chriſti, niſi vt vacent orationibus? cap. Reprehenſibile, 23.q.8.

Ad exemplum iſtius ſpiritualis militiæ, (vt in primo libro tetigimus) inducta eſt militia temporalis, de qua Gregorius ſcripſit: Niſi bella iſta Carnalia, figuram bellorum Spiritualium gererent, nunquam vt opinor, Iudaicarum hiſtoriarum libri, diſcipulis Chriſti, qui venit pacem docere, legendi in Eccleſijs fuiſſent ab Apoſtolis traditi. de quo in cap. Niſi, 23.quæſt.1. B

Finis militiæ temporalis.

Finis temporalis militiæ eſt, ut mali coerceantur, boni uerò ſubleuentur; fitque bellum iuſtum ad iniuriam propulſandam, & uindictam malis inferendam; His namque de cauſis bella permittuntur, ſecundum ea quæ dicit Auguſt. lib.3. cap.12. de Ciuit. Dei. Apud ueri Dei cultores, etiã ipſa bella iuſta, peccata ſunt, quoniam cum cupiditate aut crudelitate ut plurimũ exercentur; ſed ea bella quæ pacis ſtudio geruntur, & ut mali coerceantur, boniq; ſubleuentur, nequaquam vetita ſunt.

Item in lib. de verbis Domini, in ſermone 19. dicitur: Militare non eſt delictum, ſed propter prędam militare, peccatum eſt, vt in cap. Militare, 25.quæſt.1.

Militare quando liceat.

De hac temporali militia hic dicimus, quando liceat militare, & quibus legibus milites viuant, ſicuti Dauid militiam exercuit; vt in lib.1.Reg.2. Moyſes contra Pharaonem, Machabęi, & alij, de quibus in veteri lege; De hac militia locutus eſt Auguſtin. ad Bonifacium; Noli exiſtimare neminem Deo placere poſſe qui armis bellicis miniſtrat; Vnde licitia eſt militia concurrentibus requiſitis, vt in d.cap. Militare, & in tota 23.q.1. & Bellarm. examinat in Tomo 2. lib.3. de Laicis, cap.14. de cauſis legitimæ militiæ infra dicetur. C

Militiæ nominis deriuatio.

Militia dicitur quaſi à duritie, cum milites multos ſuſtineant in bello labores Corporis et Animi, veluti calores, algores, inedias, vigilias, & ipſam mortem; Ideo Miles dicitur quaſi durus, vel à numero millenario, eo quod ex multis nominatis ad militiam, pauci vti ſtrenui eliguntur, ut in l. pen. ff. ex quibus

cauſis

A causis maior.& l. 1. §. Si miles, ff. de test. milit. Azo, in Summa, C. eod. tit. In addit. ad Glos. Inst. eod. tit. Doct. in Rubr. de re milit. Vegetius de re milit. in princip.

Ius militare quid sit. Ius militare secundum Isidorum est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, uel pugnę commissio; Item signo datio receptio; Itē flagitij militaris disciplinæ, si locus deseratur; item stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, veluti cum corona, aut torques donetur. Item prædę diuisio, vt in cap. ius militare, distinctione 1.

Arma quæ. Arma temporalis militiæ Christianæ, sumpta sunt exemplo spiritualis militiæ, veluti cingulum, quod significat continentiam honestatis, Lorica iustitiam, calciamenta pedum, exempla B sanctorum sunt, scutum fidei, galea spei, gladius spiritus id est verbum Dei. Pelag. lib. 2. cap. 32. Borell. in Rubric. Bellug. 20. §. quia potest.

Species militum. Propriè milites qui, & eorum conditiones. Duæ sunt militum species quidam dicuntur proprij, & acri milites, alij impropriè, propriè milites habere debent conditiones expressas in iure, & à Veget. de re militari; volentes ascribi in numerum militum examinantur à Magistris militum, de requisitis debitis, vt in l. 1. C. qui milit. poss. lib. 11. Secundò in examine reperti negociorum gestores, aut alij negotijs aut exercitijs ciuilibus implicati, ad militiam non assumuntur, Glos. & Doctor. in l. 1. C. qui milit. poss. & in l. 1. C. negotiat. ne milit. lib. 12. Tertio nec ascribuntur diuersis negotijs & litibus implicati, ut in l. 3. C. eod. & l. Neque, C. de agnos. & l. 1. C. de præ C fect. & dignit.

Quartò, repelluntur pariter segnes, pigri, uoluptatibus dediti, & venationibus, l. omnem, in princip. ff. de re milit. l. officium, ff. eod. tales si fuissent idonei reperti, ascribebantur militiæ matriculæ, nota publica in brachijs designata, ita, ut fabricenses signa militiæ portarent, l. 3. C. de fabricens. lib. 11. & tūc militum priuilegijs & honoribus decorabantur, l. ex tempore, ff. de test. milit. & præstant iuramentum fidelitatis, promittentes non euitare periculum mortis pro sui Domini defensione; nec à signis recedere; Vnde si quis ab insignibus militiæ aufugisset, uel arma amisisset, illicitè, aut si ad hostes diuertisset, grauissimè puniebatur, l. desertorem, ff. de milit. l. pen. ff. ex quibus causis maior. l. 2. §. miles, ff. de his qui not. infam. Quibus sic dispositis,

spositis, cingitur ense, & tunc incedere debet debitis ornamen A tis ornatus, l. ex eo tempore, ff. de test. milit. Doct. in l. legibus; Veget. lib. 20. de re milit. Petrus Bellug. in Rub. 20. §. quia post, nu. 2. & 7. Credimus autem, istorum militum similitudinē hodie tenere milites diuersorum sanctorum qui Equites nuncupantur, qui talia uidentur seruare.

Impropriè milites qui.

Impropriè autem Milites nostri temporis eo nomine decorantur, ideoque cum nec præmissa ab illis seruentur, merito nec illorum priuilegijs gaudent. Bal. in l. 1. C. qui bonis cedere poss. Cinus in l. pen. C. de iuris & facti ignorant. Salicet. & Bar. in l. filiusfamilias, §. veterani, ff. de procurat. Bal. in l. testamenti, C. de testamentis, testatur de communi. Ang. in tract. de testamentis, §. miles, Alex. in l. Centurio, ff. de vulg. Iaf. in l. 1. C. de Iur. & facti ignorant. Gaudent tamen priuilegijs dum sunt in B expeditione, ex Decis. Tolos. 131. nu. 3. atque 141. nu. 2.

Qualiter milites officio suo fungantur.

Requisita in milite declarātur à Domino Saluatore nostro, Lucæ 3. cap. 5. Interogabant autem eum milites: Quid faciemus & nos? & ait illis, neminem concutiatis, nec calumniam faciatis, & cōtēti estote stipēdijs vestris, ex quibus uerbis tria colliguntur requisita; Primo, quòd milites à Deo postulent fortitudinē, & debito fine pugnent; Secundò, quod ab illicitis se abstineāt; Tertiò, quod bellum iustum suscipiant; ex Flor. 3. par. tit. 4. cap. 1. §. 7.

Milites postulent à Deo fortitudinē.

De primo ait August. ad Bonifacium Epist. 267. Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia uirtus tua etiam ipsa corporalis, donum Dei est. Sic enim cogitabis de dono Dei, non facere contra Deum, Fides enim quando promit- C titur, etiam hosti seruanda est contra quem bellum geritur, quā to magis amico, pro quo pugnatur? Pacem habere debet uolūtas, bellum necessitas, ut liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace, Non enim pax quæritur ut bellum excitetur, sed bellū geritur, ut pax acquiratur; Esto ergo etiam bellando pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis utilitatem uincendo perducas. Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non uoluntas: sicut rebellanti et resistenti violentia redditur, ita victo uel capto misericordia iam debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timetur. ex cap. Noli, 23. q 2.

Imitetur miles Dauid, qui fortitudinem à Deo postulauit, et non armis Goliath gigantē interemit; imitetur & Diuum Mar

tinum

A tinum qui quindecim annos natus, militiamque professus in Constantini, & Iuliani exercitu fœliciter dimicauit, eo quod in armis humilis, & misericors extitit pauperibus; quod etiam refert Flor. in d. 3. par. tit. 4. cap. 1. §. 7.

A quib⁹ se abstinere debeãt milites.

De secundo ita dixit August. in lib. de uerbis Domini, sermone 19. Militare non est delictum, sed propter prædam militare peccatum est; Propterea enim prouidentia quadam militantibus sunt stipendia constituta, ne, dum sumptus quæritur, prædo grassetur: Dicit enim ipse Dominus Reddite, quę Dei sũt Deo, & quæ Cæsaris Cæsari. Igitur, quod Cęsar præcipit ferendum est, quod Imperator indicit, tolerandum est, sed fit intolerabile, dum prædam exactores accumulant; Infra idem dicit: Quicumque sibi stipendia publicè decreta consequitur, si amplius B quærit, tamquam calumniator, & concussor, Ioannis sententia condemnatur; Idem dicit contra Manichęos; & in lib. 2. contra Faustum, cap. 74. & 75. Quid culpatur in bello? An quia moriũtur quandoque morituri, ut dominentur in pace uicturi? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum; Nocendi cupiditas, ulciscẽdi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia, hæc sunt, quæ in bellis iure culpantur. cap. Militare, & cap. Quid culpatur, 23. quæst. 2.

Gregorius vniuersis militibus, lib. 12. epist. 4. ait: Summa militiæ laus inter alia merita, hæc est, obedientiam Reipublicę vtilitatibus exhibere, quãdoque sibi vtiliter imperatum fuerit obtemperare sicut etiam nunc deuotionem uestram fecisse didici- C mus, ex cap. Summa, 23. q. 1.

Quapropter à quibusdam se præcipuè abstineant uitijs, fugiant uitia carnis, gulę, ac auaritię, quę segnes, & molles reddũt milites; Itaq; refert Vegetius, eos esse aptos armis, qui sub diu, & labore nutriuntur, Solem patientes, umbram negligentes, balneorum nescij, delitiarum ignari, parco cibo contenti, quibus gestare ferrum, fossam ducere, omnis de iure consuetudo est.

Pericles Philosophus ait: Non pictura, non aurum, non lapides, sed scutum diuulsum, fracta galea, gladius, trabes, facies, vulnerata, cedunt militibus ad ornatum.

Bernardus in Sermone ad milites: Quis hic ò milites tam stupendus error, ac furor, tantis sumptibus ac laboribus milita

re, stipendijs uerò nullis nisi aut mortis aut criminis opertis, ac A quos sericis, & pendulos nescio quos panniculos loricis superindutis depingitis hastas, clypeos, & sellas, frœna, & calcaria auro & argento circumornatis, cum tanta pompa pudendo furore, & impudenti stupore, ad mortem properatis: militaria sunt hæc insignia, an muliebra ornamenta? numquid fortè hostilis mucro reuerebitur, auro, gēmisq; parcet, serica penetrare non poterit? Denique ipsi sæpius certiusque experiemini, tria esse præcipuè necessaria prællanti, ut scilicet strenuus industriusque miles & circumspectus sit ad se seruandum, expeditus ad discurrendum, promptus ad pugnandum.

Necessaria prœliāti quanā.

Helinandus ait: Consecratio Militis hæc est consuetudo solennis, ut ea die qua quis cingulo militari decoratur, Ecclesiam solenniter adeat, gladioque super altari posito & oblato, quasi B celebri professione facta, seipsum altaris obsequio deuoueat, & gladio scilicet officij sui Deo spondeat famulatum.

Officium militis.

Vegetius etiam dicit: Iurant milites strenuè se facturos quæ mandauerit Princeps, & mortem non recusaturos pro Repub. pro qua militant, & plura de similibus refert Alex. ab Alex. Genialiū dierū lib. 2. c. 13. & Plutarc. in problemate de re militari.

Dantur & alia documenta militibus, sicuti est, ne pugnent cōtra patria, nec faueant illicitis, sicuti legitur de militibus Thebanis, qui promptos magis se ostenderunt Imperatori, vt religioni Christianæ fauentes, quam ipsi contra Christianos obedire, dicentes: Iurauimus primò in Sacramēta diuina, iurauimus deinde in sacramenta Regia, nihil nobis de secundis esse necesse, si primum prærumpimus, non potest erga homines esse fi- C delis, qui Deo extiterit infidelis;

Nec accipere debent Milites stipendia si militare noluerint, sicuti Beatus Martinus fecit qui Iuliano stipendia renunciauit. Prohibentur pariter Militibus ne propter prædam militent; seruare tenentur iuramenta præstita; nec pugnare debent nocendi cupiditate, vlciscendi crudelitate, rebellandi feritate, dominandi cupiditate, nec animi implacabilitate. Pelag. lib. 2. c. 32.

Captiui in bello custodiendi sūt, nō occidēdi.

Capti in bello non sunt occidendi, secundum August. de Ciuit. Dei, & ad Bonif. epist. 207. Victo vel capto misericordia iam debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timetur. Vt dictum est paulo supra.

Nec debent se efferre in pace, secundum Gregor. lib. 32. Moralium;

A ralium; Nemo ait, uires suas in pace cognoscit, si enim bella desunt, uirtutum experimenta non prosunt: Improuidus miles est, qui se in pace gloriatur esse fortem: ideo milites Christi, nec laude extolluntur, nec uituperatione franguntur, non diuitijs fauent, nec paupertate contrahuntur, sed lætitia & tristitia con tendunt; ex D. Bernardo, in d. loco; plura similia colliguntur, & referuntur etiam à Pelag. lib. 2. cap. 32.

Militæ mores.

In armis Milites sese exercere licitum est, si tamen exercitia non fuerint corpori noxia ob quæ periculum uitæ incurri pos- sit. Vnde duella prohibentur; Emissiones autem telorum, cur- sus equorum, hastiludia, & similia, remota mortis occasione, permittuntur, sicuti legitur 2. Reg. 1. quod Dauid præcepit fi- lijs Israel; Torneamenta autem, & alia quæ sine uitæ discrimi- B ne exerceri non possunt, tuta conscientia non conceduntur. Pe- lag. lib. 2. cap. 32. Andræas Alciat. Ant. Maria, Io. à Ligniano, de Duell. Conc. Trid. Sess. 25. c. 19. de Reformat. Doct. in tit. de Pugnant. in duello, & ex Const. Clement. VIII.

Quæ pro hibeãtur ipsis Mili tibus.

Tertiò principaliter consideratur, quod bella sint licita, circa quę plura considerantur, Primò, ut legitima autoritate indicen tur; Secundò, quod causa sit iusta; Tertiò, ꝙ animus sit bonus; Quartò quod seruetur modus debitus; Notãdum autem prius, quod duplex dicitur bellum: publicum scilicet & priuatum; pu blicum est, quod autoritate Principis non recognoscentis supe- riorem infertur; l. hostes, ff. de captiuis, & l. hostes, de uerb. signi fic. priuatum idem est quod duellum, & repræsaliæ. Abb. in c. Sunt, el 3. de iureiuran.

Quæ bel- la sint li- cita.

Quo ad publicum, vltrà præmissas & aliæ requiruntur condi tiones, ut iustè agatur persona militans debet esse habilis ad pu C gnandum, sicuti sunt Laici; Inde Religiosi & Clerici excludun tur; nisi in casibus à iure permissis, ut pro sui, & bonorum suorum defensione, uel pro his ad quæ de iure naturæ tenemur, aut pro fidei defensione contra Paganos, Papæ iussu præceden- te, ut in Clem. Si furiosus, de homicid. & cap. Clerici, 23. q. 8. & cap. de occidendis, 23. q. 5. & cap. Maximus, q. 8. D. Thom. in 2. 2. quæst. 40. Pelag. lib. 2. cap. 46. Florent. 3. par. tit. 4. cap. 2. §. 7.

Inter cætera cauendum erit, ne sine Principis autoritate bel- lum committatur; & tales sint, qui nullum recognoscant supe- riorem; & ideo inter fideles Papæ facultas requirenda erit, cap.

Principis autoritas requiri- tur.

Culpatur, 23. q. 1. Inn. in cap. Olim, de rest. spoliat. si bellum committitur autoritate iuris aut, Iudicis, uel ne; uide Hostiens. de treg. & pace, in Summa. A

August. lib. 22. contra Faustum, cap. 75. ita de ista autoritate scripsit: Ordo tamen illæ naturalis mortaliũ paci accomodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli autoritas atque consilium apud Principes sit, exequendi autem iussa bellica ministerium, milites debeant paci salutique communi.

Papa autem mouet iustum bellum contra omnes Principes tam fideles quam infideles, quia omnes tenentur ei obedire, cap. Nos Sanctorum, 15. q. 6. Flor. 3. p. tit. 4. c. 2. §. 3.

Prælati inferiores à Papa possunt indicere bellum pro temporali iurisdictione, sicuti Episcopus pro extirpandis delictis, ne scilicet delicta multiplicentur, necnon pro immunitate & conseruatione Ecclesiarum. Innoc. in c. Quod in dubijs, de pœnis, & cap. Maxima, 13. q. 3. & in cap. Dilectus, de appellat. Hostiens. in Sum. de tregua & pace, in nu. 4. circa medium, eo quod autoritate iuris facit, ideo potestas legitima reputatur; requiritur tamen secundum Hostiens. in d. loco, quod autoritas Principis sit legitima, & non errans, ita quod aliquibus imperet, qui subsint ei immediatè, & circa eos habeat merum & mixtum imperium; nec ipsemet iudicet in causa propria, nisi in causa iure naturali dictante, ex Hostiensi in d. loco. B

Quando liceat vti auxilio infidelium.

In bello iusto fideles possunt uti auxilio infidelium, sicuti de Machabęis legitur, qui confœderationem inierunt cum Romanis, in lib. 1. Machab. Abb. in c. Super litteris, de Votis. Oldra. in Cons. 67. Florent. in d. cap. 2. §. 2. & quomodo supra de Papa in lib. 1. dictum est; Si bellum gerendum erit cum infidelibus, tunc iustum reputatur respectu fidelium: Inter fideles autem iudicio Papæ standum erit, ut bellum dicatur licitum, cap. excommunicamus, de hæret. Host. in d. tit. de treg. & pace. Pelag. lib. 2. cap. 46. C

Quibus de causis indicendũ sit bellum.

Secundò consideratur causa iusta belli; secundum Diuum August. in lib. quæst. 6. q. 10. sic dicentem: Iusta autem bella definiri solent, quæ vlciscuntur iniurias, si qua gens, uel Ciuitas, quę bello petenda est, vel uindicare neglexerit, qđ à suis improbè factum est, uel reddere quod per iniurias ablatum est. Isid. Etymol. lib. 17. ca. 1. Iustum est bellum quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causa.

Vnde

A Vnde caufa debet effe certa, nõ dubia, grauis, non leuis, nam fi plus incomodi afferret bellum, quam vtilitatis victoriæ caufa tunc leuis dicitur.

Auguft. lib. 22. contra Fauftum, cap. 75. cap. Quid culpatur, 23. q. 2. ait. Ergo vir iuftus fi fortè fub homine etiam facrilego militet, rectè poteft illo iubente bellare, fi uice pacis ordinem feruans, quod fibi iubetur, uel non effe contra Dei præceptum certum eft, uel, utrum fit, certum non eft; ita, ut fortaffe reum faciat Regem iniquitas imperandi; innocentem autem militem oftendat ordo feruiendi.

Intentio belli qualis effe debeat.

Tertiò, Intentione bona non nocendi aut vlcifcẽdi iniurias, militandum eft; Inde D. Auguft. ad Bonifacium 207. epift. ait: Pacem habere debet uoluntas, bellũ neceffitas, vt liberet Deus B à neceffitate, & conferuet in pace: Non enim pax quæritur ut bellum excitetur, fed bellum geritur, ut pax acquiratur; Efto ergo etiam bellando pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas; vt pluries diximus.

Idem dicit contra Fauftum lib. 22. epift. 74. Nocendi cupiditas, vlcifcendi crudelitas, impacatus, atq; implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & fi qua fimilia, hæc funt quæ in bellis iure culpantur.

Modus bellandi.

Vnde prius petenda eft pax, Deut. 20. Si quando acceffetis ad expugnandam Ciuitatem, offeres ei prius pacem.

Quartò, ut modo debito belletur requiritur, ut innocentes non offendantur, ficut Dominus præcepit, & monuit Io. Baptifta Lucæ 3. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, C & contenti eftote ftipendijs, veftris.

Vnde milites hofpites fuos non moleftent, Religiofos uenerentur, aratores terrarum tueantur; Ambrof. reprehẽdit Theodofium quod iufferit necari Theffalonicenfes, ex Bellar. in Tomo 2. lib. 3. de Laicis, cap. 14.

Quapropter in bello iufto utuntur Milites infidijs, non in dicendo falfum, aut non feruando promiffa: nam fimilia femper illicita iudicantur: fed occulta negocia, tractare, & recta confilia inire, ficuti fugam fimulare, & fimilibus ad rem militarem fpectãtibus ftratagematibus hoftem eludere dummodo abfint quæ fupra dicta funt, fcilicet libido dominandi, crudelitas vlcifcendi, & cupiditas nocendi, bellanti non illicitum iudicatur. cap. quid, 23. q. 1. D. Thom. in 2. 2. q. 40. Art. 3.

Capta autem in bello, fiunt capientium; quamuis inter fideles nulla personarum seruitus inducatur; Hostiens. & Archid. cap. Dominus, 23. quæst. 2. Bartol. l. hostes, ff. de capt. D. Thom. in 2.2. quæst. 66. Art. 3. ad primum, sed miles prędam nactus ex hoste, eam domino qui bellum hosti indixit præsentare tenetur, qui eam pro meritis in uirtutis præmium sicut ipsa æquitas dictauerit, militibus tanquam spolia distribuet. cap. Militare, 23. q. 1. Host. de treg. & pace. A

Quibus bellu non sit indicẽdum. Iudæis non indicitur bellum, quia parati uidentur obedire; contra Sarracenos uero bellum moliri licet, eo quod tyrannicè ea quæ Christianorum sunt occupant & iniuriosè, cap. Dispar, 23. quæst. 8.

Vasalli in similibus suis Principibus obedire tenentur, & bellum quod ille hosti indixit, legitimè tamen, prosequi; Pacta, & conuentiones inter ipsas partes inita in bello seruanda sunt; ita etiam annotarunt Angel. & Syluest. in uerbo, Bellum. B

Diebus festiuis quã do pugnare liceat. Diebus festiuis non licet nisi urgente necessitate pugnare, cap. tregua, & ibi Abb. de treg. & pace; & Caiet. in 2.2. q. 40. Artic. ult. & in Sum. in uerbo, Bellum.

Particulare bellum quãdo sit licitum. Particulare bellum nunquam conceditur, defensio tantum, quæ de iure naturæ est, cum moderamine inculpatę tutelæ permittitur; Doct. in l. ut uim, ff. de iust. & iure. Flor. 3. parte, tit. 4. cap. 3.

Causæ tollendi bella. Principes uerò ad tollendum bella, & inducendum pacem, autores sint multis de causis. Primò ut delicta puniantur; Secundò, ne abundantia rerum temporalium populus nimium impinguetur; Tertiò, ut tollatur à subditis otium, quod omniũ malorum causa est; Quartò, ut euitentur damna, quę inferunt bella; Quinto ob dubium euentum belli; Sextò ut populus seruet pręcepta Dei & decimas soluat; ex Glos. & Doct. in cap. Ad Apostolicam de sententia, & re iud. lib. 6. C

Tanta est pacis efficacia, ad quam acquirẽdam solummodo bellum geritur, quod & mortis periculo ac seruituti inseruire solatium afferat. August. in lib. de uerbis Domini, sermone 18. Tolerandi sunt quidem mali, pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur; sed spiritualiter exire, & facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu cuiusque, salua pace, displicere est, non tangere, ex cap. Tolerandi, 23. q. 4.

Finis itaque belli est pax, quæ est discordiæ finis, cap. Si illic, 23. q. 4.

A 23.q.4.Qui quidem finis aliquãdo non pace statim, sed tregua, fœdere,uel inducijs,prorogatur,ut deinde pax optata sequatur. Tregua enim est securitas personis,& rebus,ad tempus præstita,discordia nondum finita. Hostiens.eod.tit.in Summa,nu. 1. & ibi Goff.& Doctor.in Rubrica,per l.non dubito,l.postliminium,§.Induciæ,ff.de postlim.reuers.

Finis belli qualis.

Species treguæ duæ sunt,una conuentionalis,alia canonica; Conuentionalis, quæ recipit formam l.1.§.si conueniat, ff. depositi.& hæc seruatur tam inter fideles & infideles,quam inter ipsosmet,ratione fidei, & conuentionis præstitæ,quia pacta de iure naturali quodam modo seruare tenemur, l.1.ff. de pactis, & cap.Noli,23.q.1.cap.Innocens,22.q.4.& cap. Si fidelis,28. q.1.cap.esto subiectus,dist.98.

Treguæ species.

B Canonica tregua est illa, quæ de iure conceditur, & istius, alia perpetua,alia temporalis, quæ est, ut certis diebus & temporibus non pugnetur, necessitate non cogente,ut ex Hostiense & Goffred.in tit.de tregua & pace.

Dantur in similibus conuentionibus induciarum obsides; Sunt autem obsides,obstagia quædam,quæ dãtur altero de Dominis,Iurantes non recedere de certo loco, quousque fuerit satisfactum,Alber.in l.obsides,ff.de test.

Obsides qui & quãdo dẽtur.

Talis obsides non possunt se obligare ad pœnam corporalem,de iure,quia esset exponere se sponte morti. Bald.in tit. de Pace Constan.§.Damna,in fine.

Requiritur in talibus obsidibus dandis consensus superioris, habẽtis ius in eo.Bal.in l.2.C.de patr.qui filios distrax.Quapro C pter inter Ciuitates non dantur obsides; Doctor. & Azo, in Summa,de patr.qui filios distrax.& Bal.ibidem,in l.2.& l. obsides,de testamentis.Doct.in cap.ex Rescripto,de iureiuran.

Non autem obsides tenẽtur seruire ei cui dãtur; nec possunt locari,pignorari,aut ad libertatem reduci, nisi de consensu Dominorum.Bald.in d.l.2.

Clericus ab Episcopo non datur obses pro fiducia treguæ, cap.ut prid.est,23.q.8.& ibi Glos.& cap. Ex Rescripto,de iure iuran. Nec Abbas potest dare Monachum sine Papæ autoritate,Glos.& Doctor.in d.cap.Ex Rescripto.

Nec dantur obsides pro priuata causa,sed pro publica, Bal. in l.obses,C.de pact. & oblig.Innoc.in d.c.Ex Rescripto,de iureiuran.Licet uideatur hoc contra ius,quod homo liber efficia-

tur seruus, & per l. qui filios, C. quæ res pignor. oblig. poss. & ibi l. 2. Tamen cum talis obligatio non contrahatur pro pecunia, nec pro commodo priuato, sed pro pacto ineundæ pacis, & pro publica vtilitate, & ad obseruandum iuramentum præstitũ his de causis, ex d. cap. Ex Rescripto, & Glos. 1. concedũtur obsides, ut per Doct. in citatis locis, & ideo anteponendum est cõmune commodum priuato, & pax anteponitur utilitati priuatorum hominum.

A

DE STATV CONIVGALI.

Coniugalis status institutionis causæ, quæve viro & quæ vxori conueniant, atque ambobus. Cap. IX.

B

MAIESTAS Militantis Ecclesiæ, quæ in dispositione Sanctæ Religionis consistit, non solum circa vniuersale regimen spirituale (de quo suprà in lib. 1. dictum fuit,) versatur, sed etiam temporale, tàm in vniuersali (vt de Principibus, & eorum Gubernatoribus) quam in particulari œcumenico gubernio designatur; Habet enim hoc triplicem causam, vna generis multiplicationem ostendit, sicuti est coniugium: altera educationem, & conseruationem, quæ patrum, & filiorum status est: tertia operæ administrationem, sicuti domini, & famuli sunt.

C

Coniugiũ quare in Paradiso fuerit institutum.

Vt cuncta suo ordine tractentur, à coniugio, tamquam ab altiori principio exordiemur. Deus in Paradiso Matrimonium instituit. Prima institutio coniugij in Paradiso facta est, ut esset immaculatus torus, & honorabiles nuptiæ, ex quibus sine ardore conciperent, sine dolore parerent; Secunda propter illicitum motum eliminandum extra paradisum, facta est; vt infirmitas prona in ruinam turpitudinis, honestate exciperetur coniugij, quę confirmans Apostolus ad Corinth. ait: Propter fornicationem vnusquisque suam vxorem, & vnaquæque suum virum habeat; Ex hac itaque causa fit, vt coniugati se sibi inuicem debeant, nec se sibi negare possint; Vide cap. Sicut non omnis, §. His ita respondetur, 32. quæst. 2.

Qua-

A Quapropter, cum diuersa tempora institutionis Matrimonij leguntur, tempus scilicet legis Naturæ, Gen. 2. & Gratiæ: ita duplices causæ talis institutionis assignari possunt. Prima namque institutio fuit ante peccatum, vt dictum est; eaque facta ad multiplicationem indiuidui, sed post peccatum ad euitandam fornicationem, vt in 1. ad Corinth. 7.

Causæ instituendi matrimonium.

De Primo dicit Ambros. super Luc. lib. 1. cap. 1. Pudor est feminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola causa est nubendi. Idem in lib. 2. in princ. Dum coniugij præmium, & gratia nuptiarum partus sit fœminarum, &c.

De utroque loquitur August. De bono coniugali, cap. 6. Debent ergo sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum procreandorum causa (quę prima est humani generis in ista mortalitate societas, uerum etiam infirmitatis inuicem excipiendi ad illicitos concubitus euitandos mutuam quodammodo seruitutem, ut si alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu nō possit. ex cap. Quicquid, 32. quæst. 2.

B

Hoc matrimonium quod carnale dicitur, triplicem habet statum; ideo quoddam nuncupatur legitimum; aliud ratum; tertium legitimum, & ratum. Legitimum illud est, quod legali institutione, uel Prouinciæ moribus contrahitur, sicuti apud infideles, & quia ratū nō est, soluitur ad eorū beneplacitum. in d. c. fin. §. Itē illud; Inter fideles uerò ratum cōiugium est, cum sine solennitate, sed solo affectu cōtrahitur, quorum matrimonium semel initum solui non potest, in d. §. illud. Legitimum, & ratum, quando uxor à Parentibus traditur, à Spōso dotatur, à Sacerdote benedicitur, & mutuo consensu perficitur, ut in 28. q. 1. cap. Si quis, §. seq. in fin. 30. q. 5. per totam.

Matrimonij stat⁹.

C

Matrimonium, quod iuxta Ecclesiæ præceptum celebratum est, Deus custodit, ita legitur in cap. Nemo blanditur, 33. q. 4. Cognouimus ueluti pręsulem, custodemq; coniugij esse Deū, qui non patiatur alienum torum pollui, & si quis fecerit, eum peccare in Deum, cuius legem uiolet, & gratiam soluat.

Idcirco qui matrimonium damnauerit, anathematizatur. ut in Concil. Gangrensi, cap. 14. Si qua mulier derelicto uiro discedere voluerit, soluto uinculo coniugali, nuptias condemnando, anathema sit; & ex Conc. Trident. Sess. 24. de Sacramento Matrimon.

Hæretic⁹ est, qui matrimonium dānat.

Triplex

Bonũ matrimonij. Triplex dicitur bonum matrimonij, secundum Augustinum de nupt. & concupiscentia, lib. 1. ca. 2. Omne itaque nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi; Proles, Fides, & Sacramentum; Prolem cognoscimus ipsum Dominum Iesum Christum; Fidem, quia nullum Adulterium; Sacramentũ, quia nullum Diuortium; ex cap. Omne, 27. quæst. 2. A

Conditiones boni matrimonij. Multa sunt attendenda in ipso contractu Matrimonij, secundum Leonem Papam, in ca. Qualis, 30. quęst. 5. his verbis: Qualis debeat vxor esse, quæ habenda est secundum legem, virgo casta, & desponsata in virginitate, & dotata legitimè, & à parẽtibus tradita, & à sponso, & à paranymphis accipienda, & ita secundum legem, & Euangelium publicis nuptijs in coniugium liquidè sumenda, & similia.

Perpetuum est matrimonium. Idemque dicit Euaristus Papa, in Epistola 1. de qua in c. Aliter; quibus seruatis vsque ad mortem coniunctio facta contrahentium dicitur, & propterea non contrahitur ad tempus, August. de bono coniug. cap. 5. ait: Etenim si aliquam sibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus vel facultatibus suis inueniat, quam comparem ducat, ipso animo adulter est: nec cum illa quam cupit inuenire, sed cum ista cum qua sic cubat, ut cum ea non habeat maritale consortium. Vnde & ipsa hoc sciẽs, ac volens impudicè vtique miscetur ei, cum quo non habet fœdus vxorium. B

August. dicit ibidem. Et potest quidem fortasse non absurdè hoc appellari Connubium si vsque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem (quamuis non ea causa coniuncti sint) non tamen vitauerint. &c. nam cum coniunctio sit animorum, ideo inseparabiliter viuunt; ex d. Apostoli 1. Corinth. 7. & confirmatur etiam in Auth. de Nupt. §. denique, Inst. de Nupt. §. 1. Glos. in §. illud, de non eligend. secund. nupt. qui consensus à principio præstandus erit; & si animo fuit prius præstitus, poterit postea verbis exprimi. Sot. dist. 27. q. 1. Art. 3. Maior. in 4. d. 27. q. 1. Couuar. de Matrim. cap. 4. §. 7. Idẽ dixerat D. Thom. in 4. dist. 27. & in add. ad 3. part. quæst. 44. Artic. 2. C

Cõsensus expreß⁹ verbis requiritur.

Qua de re cum consensus sit necessarius, requiritur etiam quod tales sint in ætate legitima, masculus 14. annorum, fœmina 12. completorum, Inst. de Nupt. §. 1. l. 2. ff. eod. cap. Impuberes, & cap. Continebatur, de dispens. impub. licet ætas ista prin-

cipaliter

A cipaliter non respiciat usum rationis ad præstandum consen-sum, sed potentiam generandi, & consensus de præsenti faciat Matrimonium, vt in cap. Sufficiat, 27. quæst. 2. tamen cum vir-tute copulæ denotetur perfecta etiam animorum coniunctio, & procreatio prolis sit de causa matrimonij, ideo talis ætas est determinata. Flor. 3. p. tit. 1. cap. 3. non habentes usum ratio-nis, sunt inhabiles, uel alio legitimo impedimento detenti, quã quidem Summistæ declarant in verbo, Matrimonium. Host. Goffr. & Doct. de despons. impub. & in alijs titulis descriptis in corpore Iuris, de quibus suo loco, & Concil. Trident. Sess. 24. de matrimon. Quam cum à fine operis dissentiant, in præsenti omittuntur. Intendimus autem coniugatorum statum describe re, vtpote quam viri, quæ mulieris, quæue amborum partes B sint.

Vt seruetur fides inter coniuges requiritur in Matrimonio.

Primum etiam requisitum est commune omnibus, quod torus purus, & immaculatus seruetur, sciant qui illum uiolant, quod Sacramentum offenditur, fides rumpitur, fit iniuria proximo, & Dei lex uiolatur, cap. omne, 27. q. 2. §. Cum ego, 36. q. 1. D. Thom. in 2. 2. q. 154. Art. 4. Flor. 3. par. tit. 1. cap. 3. & in 2. par. tit. 5. c. 3. Angel. & Syluest. in uerbo, Adulterium, Nauar. cap. 22.

Quid sit reddere debitum, & quãdo reddendum.

Qui cum ita seruetur, ad inuicem debitum coniugale persoluetur, ut proles ad Dei honorem nascatur; Istud autem debitum dicitur actus, qui ex contracto coniugio debetur, nisi excuset rationabilis causa; Petr. de Palude, in 4. d. 32. q. 3. Flor. 3. par. tit. 1. cap. 20. Syluest. in uerbo, debitum. Causam excusantes à tali de-C bito plures sunt, sicuti impotentia coeundi, dummodo talis impotentia non fuerit procurata: nam tunc cum posset inducere vxorem in incontinentiam, non excusatur à peccato, & semper debent esse parati ad reddendum debitum, secundum Ricard. in dist. 32. & ibi d. Petr. de Palude, & D. Thom. in 4. dist. 32. q. 5. Art. 2. & 3. Flor. in d. tit. 1. cap. 20. §. 7.

Quot modis petatur debitum.

Triplici modo contingit petere debitum, vel uerbis expressis; uel signi demonstratione; Tertiò ex naturæ conditione, ueluti si maritus cognosceret animum mulieris, quæ illum exprimere uerecundaretur, sed id cognoscit ex quodam ipsius naturam instinctu appetere, ex eodem Flor. in d. ca. 20. §. 7. Syluest. in uerbo, debitum, num. 4.

Abstinendum est etiam aliquibus temporibus à simili debiti reddi-

Quando nō liceat petere debitum.

redditione, veluti in prima nocte matrimonij celebrati, propter reuerentiam sacerdotalis benedictionis. cap. Sponsus, dist. 23. & 30. q. 5. eod. cap. Sponsus. A

Seruatur etiam idem in Paschate, & sumptione Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, ut ait D. Hieron. de quo in cap. 1. 33. q. 4. & quod quicunque vxori debitum reddit, non potest uacare orationi, nec de carnibus hœdi comedere debet;

Idem dixit August. in Serm. 2. de Temp. 2. Domin. Aduentus, Quotiescunque aut dies natalis Domini, aut reliquæ festiuitates adueniunt; sicut frequenter admonui, ante plures dies, non solum ab infidelium concubinarum consortio, sed etiam à proprijs vxoribus abstinete; cap. Quotiescunque, 33. q. 4. Ambros. in Serm. de Aduentu Domini, hortatur, ut in diebus ieiuniorum abstineant coniuges ab actu matrimoniali, his uerbis: Fratres non solum debetis ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab uxoribus proprijs studiosissimè contineatis, Nullus omnino uxori suæ ieiuniorum diebus coniungatur; Et in Epistola 1. ad Corint. cap. 7. ait: Si causa procreandorum filiorum ducitur uxor, non multum tempus concessum uidetur ad ipsum vsum, quia & dies festi, & dies processionis, & ipsa ratio conceptus, & partus, iuxta legem cessari temporibus his debere demonstrant. B

Idem August in lib. quæst. Vet. & Noui Testam. q. 127. Christiano cum uxore sua conuenire aliquando licet, aliquando uerò non licet; Propter dies enim processionis, aliquando non licet conuenire, quia etiam à licitis abstinendum est, ut facilius impetrari posit quod postulatur. Vnde Apostolus ex consensu ait, abstinendum ad tempus, ut uacetur orationi: nam secundum legem in ieiunio cædere, & iurgari non licet, postea licet, quia maior reuerentia debetur Dei causis. Et ex 33. q. 4. permulta his similia habentur. C

Maritus cognoscit vxorem suam bona intentione, & quando peccet.

Ex istis elicitur, quod non libidinosè tamquam si non esset uxor, illam maritus cognoscat, sicuti Hieron. dixit contra Iulianum, in lib. 1. his uerbis: Origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis; Nihil autem interest, quam ex honesta causa quis insaniat; Vnde, & Xistus in sententijs. (Adulter est (inquit) in suam uxorem amator ardentior;) In aliena quippe uxore omnis amor turpis est, in sua nimius; Sapiens vir, iudicio debet amare coniugem, non affectu: Rege impetus uoluptatis,

nec

A nec præceps feretur in coitum: Nihil est fœdius, quam uxorem amare, quasi adulteram. Certè qui dicunt se causa Reipub. & generis humani uxoribus iungi, & filios procreare, imitentur saltem pecudes, & postquam uenter vxoris intumuerit, non perdant filios, nec amatores se vxoribus exhibeant, sed maritos. Hæc illæ. Quocirca matrimonium consumatur uel causa prolis procreandæ, & tunc licet, & nullum committitur peccatum seruatis præmissis, ut in cap. Vnum, §. aliàs, ante finem, dist. 25. uel causa reddendi debitum, & pariter licet, 27. q. 2. Si tu: Tertiò, vel causa fornicationis uitandæ, & tunc veniale peccatum est, ut in 12. q. 2. cap. Quicquid, & 33. q. 20. In adolescentia, & q. 4. cap. Vir cùm propria. Vlterius additur, & propter libidinem explendam, & tunc efficitur mortale, in d. cap. Origo, 32. q. 4. mi-B nuitur tamen pœnitētia respectu matrimonij, ut in cap. Adulterij, 32. q. 7. Attamen, nec perpetua abstinentia laudatur, immò & crimen esset, si alter eorum propter hoc in peccatum laberetur, ut in d. cap. Si tu, 27. q. 2. propterea unus sine altero vouere continentiam non pótest, 33. q. 5. cap. 1. & seq. neque potest Religionem ingredi nisi propter fornicationem unus ab altero per sententiam Episcopi sit separatus; 27. q. 2. ca. Sunt quidam, & cap. seq. si al er coniugum decreuerit ingredi Religionem, tunc intra tempus statutum ad ingrediendum non tenetur reddere; D. Tho. in 4. dist. 32. Abb. in cap. Ex publico, de conuers. coniug. Syluest. in uerbo, Debitum, num. 2.

Quando excusentur à redditiõe debiti coniuges.

Excusatur etiam à redditione debiti, si ea de causa imminerет aliquod periculum mortis, uel infirmitatis, secundum Petr. C de Palude, in 4. dist. 32. Flor. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 8. Syluest. in verbo, Debitum, nu. 2. Viguer. c. 16. §. 7. versiculo 10.

Item, si alter eorum fornicatus fuerit tantũ, tunc qui non peccauit, non tenetur reddere, nec minus petere, nisi secuta pęnitentia, ex Flo r. & Syluest. in citatis locis.

Denegatur debitum etiam ratione loci, ut si peteretur in Ecclesia, uel sacro loco, 27. q. 2. Multorum; Quandocunque ex tali debito committeretur peccatum, semper excusatur, ueluti ratione intentionis, loci, modi, abusus, mēstruorum prouocationis, iniustæ negationis, voti, uel affinitatis, adulterij, & similium, quæ diffusè narrantur à D. Tho. in 4. d. 32. & 38. q. 1. & 3. p. in add. q. 64. ubi Ricar. & Petr. de Palud. Flor. in 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Syluest. in d. verbo, Debitũ, Nauar. in Manuali, c. 16. nu 23.

Conclu-

Concluditur tandem, quod ſemper tenentur reddere, & licebit petere, quotieſcunque lex non repugnet ſine debito præcedente, ex Palud. in 4. diſt. 51. Flor. in d. loco, §. 8. Syluest. ſupra d. verbo, Debitum. A

De Diuortio quãdo cõcedatur.

Contingit aliquando inter iſtos coniugatos diuortium concedere, quod eſt legitima viri, & mulieris ſeparatio, ſecundum Hoſtienſ. & Goffr. de diuort. Dicitur ſeparatio legitima, ad differentiam repudij, ſic non omnis ſeparatio dicitur repudium, ſed requiritur quod lex id permittat, non enim homo ſeparat quos reatus accuſat, & maleficium coarctat; cap. Quos Deus, 32. quæſt. 2.

Diuortium itaque fieri debet ex cauſa; Olim multæ numerabantur, annotatæ in tit. ff. de Diuort. & in l. conſenſu, C. eod. Tres abducuntur in Authent. de Nupt. colum. 4. §. Nos itaque, Auth. Vt liceat matri, & Auię, ſunt remiſſæ, in §. quia uerò, col. 8. D. Tho. & Ricard. in 4. Sententiarum, diſt. 27. Flor. 3. parte tit. 1. cap. 21. B

Fieri poteſt ſeparatio ex cauſa adulterij, cap. vxor. 38. q. 1. c. Si quis vxorem, 32. quæſt. 5. Item propter vitium Sodomiticum, cap. Omnes accuſationes, & cap. Adulterij, 32. q. 7. Petr. de Palude, in 4. d. 27. Flor. in d. cap. 21.

Item, ſi alter eorum trãſiret ad infidelitatem, uel in hæreſim, cap. Idolatria, 28. q. 1. non ſecuta correctione, & emendatione, ſed ſi fuerit emendatus, tunc poterit redire. Flor. in d. tit. 1. cap. 21. par. 3.

Item ſi maritus polluerit aliquam etiam extra clauſtra pudoris, eo quod mulier non conſenſerit, uel ſi cum meretrice concubuerit, arg. cap. meretrices, 32. q. 4. & Flor. in d. cap. 21. Syluest. in verbo, Debitum. C

Talis ſeparatio fit autoritate Iudicis, & accuſans debet probare cauſas, at ſi Adulterium eſſet notorium, tunc poteſt dimittere autoritate ſua. Flor. in d. cap. 1. §. 5. in fine. Hoſtienſ. de Diuort. Ricard. d. 27. in 4. Syluest. verbo, Diuortium, quando mulier poſſit uirum ſuum accuſare de Adulterio, uel ex eo repudiare, vide Tiraq. in l. 1. Connub. nu. 42. & 43. & ſeq. concludentē de iure ciuile non licere mulieri; De iure Canon. uide not. in §. Publico, 32. quæſt. 1. & in cap. Apud nos, & cap. fin. 32. quæſt. 5. Abb. in cap. Tuæ, de procur. & in cap. 1. in 2. not. Vt lite non conteſt. & Theologi in 4. Sententiarum, diſt. 35. in principio.

Excuſatur

A Excuſatur mulier à tali ſeparatione ex ſeptem caſibus; Primò ſi maritus eã induxit ad adulterandum, uel poſtquam ſciuerit, non prohibuerit: ſed ſi maritus expulerit illam è domo, vel negando alimenta, nec mulier excuſatur, ex quo turpiſſimam vitam elegit. Doct. in cap. Diſcretionem, de eo qui cognou. con ſang. l. palam, ff. de ritu nupt. Syluest. in verbo, Diuortium.

Quot de cauſis excuſetur mulier à ſeparatione.

Secundò, Si probabiliter credit primum uirum mortuum, ut in cap. Dominus noſter, & Ricard. in d. 27. & Flor. etiam refert in cap. 21. §. 6.

Tertiò, Si fuit cognita ab aliquo latenter, quem putabat eſſe virum ſuum, arg. cap. In lectum, 34. q. 2.

Quartò, Si fuerit violenter oppreſſa, hoc eſt, abſolutè uioletur, non autem metu tantum inſtante, cap. Propoſito, 32. q. 40. B cap. Omnes, 32. q. 8.

Quintò, Si poſt Adulterium maritus conuerſatus fuerit cũ vxore, ut uideantur reconciliati; cap. 1. & ſeq. 32. q. 1. Ricard. in dicto loco.

Sextò, Si infideles coniuges tranſierint ad fidem, ex Flor. in dicto cap. 21.

Septimò, Si ambo eſſent adulteri, pari modo, ſecreti, uel manifeſti, ex eod. Flor. in d. cap. 21. Syluest. in uerbo, Diuortium, Felin. in cap. fin. de Conſt. nu. 7.

Alij quatuor tantum numerant cauſas Diuortij; ut propter Adulterium, ſi alter eorum à peccato mortali retraheretur; propter hæreſim ſuperuenientem; aut uotum Religionis, & caſtitatis, de conſenſu amborum, cap. Dicit Dominus, 32. q. 1. Innoc. C in cap. Maritus, de adult. cap. Chariſſimus, de conuerſ. coniug. Syluest. & Ang. in uerbo, Diuortium.

Conſiderantur etiam ad ſtatum coniugatorium quædam ad maritum, quædam uerò ad vxorem pertinentia; De marito prius dicetur.

De requiſitis ex parte viri.

Maritus vxori præeſt, ut anima corpori, ut Plutarch. refert in Opuſc. cap. 34. Pręeſſe maritum uxori par eſt, non ut dominum pecoribus, ſed ut Anima præeſt Corpori, conſpiratione quadã naturali, per beneuolentiam cum ipſo coniunctam; Procurare, autem Corpus conuenit non ipſius ſeruiendo uoluptatibus, atque cupiditatibus, ita uxori præeſſe demulcendo, & gratificando, oportet. Quapropter, prudens ſit maritus, dum cum uxore ſua tractat, non imperioſè iubeat, ſed mollibus potius uerbis, hoc

Maritus præeſt vxori.

Quomodo mariti⁹ tractare debeat vxorem.

hoc est maritali sermone, ut in l.fin.ff. si quis aliq. test.prohib. A
nam malam uxorem risus potius, quam rigor castigat; Ita Bernard. retulit; attamen, in omnibus modus adhibendus est; Dixit enim Cleobulus Lyndius, ad vxorem suam. In aliorum con spectu numquam obiurges, blanditijsque nec agas, sed mansue tudine; Pares enim sunt in hoc leonibus, quos cum homines mansuescere volunt, verberibus non cedũt, nec nimium blandi tijs leniunt, quia superbiores euaderent; propterea seruãda sunt quæ Gregor. in lib.20. Moralium, par.4.cap.6. dixit, ut in cap. Disciplina, 45. dist. cum mansuetudine sęuiendum erit: sic quod dam temperamentum constituendum erit, vt & mulieris super bia comprimatur, & mansuetudo extollatur; Ex hoc dicitur, quod mulieres sunt sub potestate uiri in concubitu, & opere, & sic tantum correptione maritali illas mariti castigant; ex Glos. B in l. si quæcumque, §. fin. in princ. ff. ad l. Aquil. Glos. in Auth. Vt liceat matri & auiæ, §. quia uerò, in uerbo, sufficere, & cap. Duo ista, 23. quæst.4. quod & Apostolus innuit ad Colossens. cap.3. dum dixit: Viri diligite uxores uestras. Inde Robert. in lib. Sapient. lect.54. ait: Vxores regendas esse uerbis potius, quàm uerberibus, amore, non timore, dulcedine, non amaritudine.

Quando sit verberibus subijcienda vxor.

Chrysostom. in homil.26. Apostoli ad Corinth. ait: Neque uerberandam uxorem dico, absit, ultima namq; ignominia est, non eius qui uerberatur, sed qui uerberat, sed si casu aliquo talem nacta eris maritũ, noli ægrè ferre, sed repositum tibi ex his præmium intellige, & in præsenti uita laudem, & uos uiros illud admoneo, nullum sit tam magnum peccatum, quod ad uer C berandum uxores uestras compellat, & quid uxorem dico? nec seruam quidem uerberare, & manus in eam inijcere uiro libero est tolerandum. Quod si seruam uerberare uiro maxima ignominia est, multo magis contra liberam dexteram extendere, & hoc ab gentium legumlatoribus agnoscere possumus, qui quæ uapulauerit, non amplius cum marito habitare cogunt, utpotè qui indignus sit, ut cum ea amplius consuetudinem habeat; ete nim summa iniuria est, uitæ sociã, in rebus necessarijs antea tibi coniunctam, tamquam mancipium ignominia afficere. Ideo huiusmodi uirum (siquidem uir appellandus est potius, quam fera) & patricidæ, & matricidæ similem esse dixeris: nam si patrem, & matrem uxoris gratia relinquere præcipimur, non ut

iniuriam

A iniuriam eis faciamus, ſed ut diuinam legem impleamus, & ipſis parentibus tam gratum hoc eſt, ut relicti gratiam habeant, & id multo ſtudio exequantur, quonam pacto non ultimæ dementiæ eſt, eam contumeliæ afficere, propter quam parentes Deus dimittendos præcepit?

Idem dicit paulo infra: Sed incitat (inquit) mulier uirũ, conſidera mulierem debile uas eſſe, tu autem uir propterea princeps factus es, & capitis loco datus, ut ſubditæ feras imbecillitatem, uelis igitur tuum illuſtrare principatum, quod facies, ſi ſubditæ non inſultaueris: & quemadmodum Rex tãto clarior apparet, quanto Præfectum ſuum clariorem oſtendit, quem ſi inhonoraret, & contumelia illius dignitatis magnitudinem afficeret, non paruam gloriæ ſuæ partem auferret. Itidem & tu, ſi illam, B quæ ſecundum poſt te locum obtinet, contumelia afficis, non parum tui principatus honori derogas. Hæc igitur omnia tecũ reputa, & modeſtus ſis, & cum his illius noctis recordare, qua aduocato te ad ſe pater, tamquam depoſitum quoddam filiam tibi tradidit, & omnibus relictis, matre, domo, & ſeipſo, omnem eius curam tuæ dexteræ commiſit.

Item infrà, Quotieſcumque domi aliquid moleſti contigerit, ſi quid uxor peccauerit, conſolare, & noli mærorem augere, licet enim omnia proijcias, nihil moleſtius continget, quam non habere beneuolam domi uxorem: licet quodcunq; dixeris peccatũ, nullũ magis dolendum inueneris, quam cũ uxore ſeditionem habere. Quod ſi inuicem onera ferenda ſunt, multo magis uxoris, & ſi pauper ſit, noli exprobrare, & ſi ſtulta, noli ei in C ſultare, ſed eſto modeſtior, etenim tuum membrũ eſt, & caro una facti eſtis; ſed ſtulta eſt, ebria, iracunda, igitur dolendum eſt, non iraſcendum, & Deo ſupplicandũ eſt, & ipſa admonenda, & adiuuanda conſilio; & omni conatu annitendum ut illis liberetur affectibus. Quod ſi uerberaueris, exaſperabis morbũ, aſperitas enim manſuetudine non alia aſperitate diſſoluitur; Præterea, quam à Deo mercedem accepturus ſis, cõſidera, nam cum eam uerberare poſſis, neque id Dei metu facias: ſed multa eius uitia æquo animo perferas, leges ueritus, quæ prohibent uxorem eijciendam, quocumque uitio laborauerit, maximam mercedem accipies, & ante mercedem multa lucraberis, eam nanque obſequentiorem reddes, & tu ob eam fies manſuetior. Hæc ille.

Vir in vxorem sçuiens, Tyrannus appellatur. Euseb. in lib. de A præpar. Euang. 3. c. 1. Et cap. 1. Decret. de his quæ ui met. causa.

Vnde, si sçuerè fuerit uxor verberata, licebit ei petere diuortium, vt in l. consensu, C. de repud. Glos. in cap. Sicut, 7. q. 1. & Tiraq. in l. 8. num. 13. & l. 9. num. 227. qui asserit fœminas non effici emendatiores verberibus, sed deteriores.

Quomodo vxor sit corripienda.

Chrysost. in Hom. 26. Matthæi, docet tribus modis uxorem corripi posse, hoc est, docendo Dei timorem: Si autem Dei timorem non senserit, imperando vt homines erubescat: si nec pudorem senserit frequenter confusa, facias quod præcipit Salomon, durã baculo percute: ergo primò admone, quia multũ proficit doctrina iustitiæ: Deinde confunde, quia frequenter pudor frænum est vitiorum. Tertiò castiga; iustũ est enim, ut castigetur quasi ancilla, quæ erubescere nescit, ut libera; Tunc etenim maritus secundum antiqua iura, iudex erat suæ uxoris, qui B poterat de fama, & capite suę vxoris cognoscere. Ita refert Cornel. Tacit. in lib. 13. Rom. hist. & Dionys. Halicarnas. lib. 2. Liuius lib. 9. de Bello Maced. Valer. Max. lib. 9. tit. 3. Vnde si aufugerit vxor, maritus poterit in eam manum inijcere, & fugientem propria autoritate capere; Glos. in cap. 1. de coniug. lepr. & Bald. & Castrens. in l. 1. C. Vbi quis Decur.

Inæqualitas parit odium inter coniuges.

Multis de causis tales inter coniuges oriuntur quæstiones, quæ ad infrascripta breuiter rediguntur. Primò dicitur inæqualitas coniugij: nam infeliciora ut plurimum euadunt connubia, quæ cupiditate, aut ambitione cum potentioribus contrahuntur, ut latius Tiraq. declarat in l. 5. num. 16.

Cleobulus Lyndius dixit: Vxorem ducito ex ęqualibus: s. n. C ex potentioribus ducas, Dominos, non Affines habebis. Bald. in Auth. Res quę, vers. vltimo C. Communia de leg. ubi dicitur: Tria potissimum obseruanda sunt ab ijs qui matrimonium contrahunt; Primum est, parem ducamus conditione, & ætatæ, ita legitur in cap. Non omnis, 32. q. 2. Boet. in lib. 1. de Musica, c. 1. Quo maior (ait) ac uerior, stabiliorque similitudo fuerit, & æqualitas, eo firmior, atque arctior erit amicitia, atque beneuolentia: vnde uidemus, iuuenes inter se libenter conuenire, senes senioribus congregari, & Doctores Doctorum conuenta cupere, & improbi improbis, ac diuites, diuitibus associari, & similia.

De hac æqualitate & amabili, similitudine loquitur Eccles.

A 13. Omne animal diligit simile sibi; Omnis Caro ad simile sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Vnde contraria ad inuicem non cōparantur, quia unum destruit alterum, vt inquit Arist. Inde inter dissimiles non præsumitur matrimonium, l. Imperiali, §. immò, C. de Nupt. Glos. in cap. Aliter, 30. q. 5. nisi interuenerint instrumenta dotalia, l. viduæ, l. si donationum, C. de Nupt. Hoc idem Boet. confirmauit, dum dixit in Comment. Topicorũ Ciceronis: Nuptias inter impares con tractas, iure contractas non esse; vide etiam Barb. in l. si diuortio, ff. solu. matr. Bald. in l. 1. C. de collus. deteg. & quod cum infimis, & nobilioribus, pauperibus, & ditioribus nunquam tuta amicitia est, ex Plaut. in Aulularia, & ex D. Ambros. lib. 3. Offic. Vnde extat hoc Prouerbium: Fuge procul à uiro maiore.

Attenditur ẽt ætas in cõiugijs.

B Ætas summoperè attendenda est ut sit æqualis: nã tunc puellæ virgines facilius ad mores uirorum inducuntur, grandiores autem pertinaciter agunt, & difficilius reformantur, l. præcipiunt, ff. de ædilit. edicto, & Salicet. ibi, & Bart. qui notant, Viduas scire sua, & aliena uitia, quæ priorum maritorum mores laudant, & præsentes etiam probatissimos, aspernantur; Idem dicendum de uiris ætate grandioribus, qui iuuenculas ducunt, & cum dissimiles sint, malos producunt exitus, & tunc mulieres iuuenes coniugatæ senioribus, appellantur viduæ; Glos. in l. fin. C. ad l. Flauiam de plagiar. arg. c. Inter corporalia, de transl. prælat. Euripides dixit in Danae apud Stobæũ cap. 49. Et nunc iuuenes adhortor omnes, ne in senectute nuptias celebrantes uix liberos procreēt, nec enim voluptas est, sed res inimica mu C lieri senex vir; Et deinde: Amarus iuueni vxori senex maritus. Dionysius Tyrannus respondit Matri suæ persuadenti ut duceret vxorem vetulam (ut Plutar. refert) Ciuitatis quidem leges abrogari à Tyranno, naturæ autem leges cogi nullo modo posse, si præter ætatem vxori se iunxerit; Hanc autem absurditatē, ac deformitatem sibi in Ciuitatem minimè inducendam uideri. Præterea, Cicero fuit reprehensus, quod Publiam uirginem duxerat ipse sexagenarius, qui ut se excusaret, factum ab eo fuisse dixit, ut opibus Publiæ, ære alieno se liberaret. Fuit etiã Pompeus eadem nota notatus, dum Corneliam Metelli Scipionis filiam duxerat; Et Menander in Serm. 113. ad Stobæum dixit, nil miserius esse potest amante sene, nisi alius senex amans, nam qui frui cupit rebus, à quibus arcetur propter tempus, quomo-

do ille non miser est. Aristophanes dixit: Hei mihi infelici, qui senex existens, duxi uxorem. Ideo Lege Papia cauebatur, ne sexagenarij uxorem ducerent, eo quod impotentes ad generandum uidebantur. Sueton. in Claudio. Seneca in lib. Moral. Philos. Lactant. lib. 1. c. 16. & in l. pen. C. de nupt. Senectus appellatur odiosa. Statius lib. 2. ueterum Statut. Sordida tabo uitaque canities. Catullus. Et senis amplexus culta puella fugit. A

Chrysost. in Hom. 5. in Epistolam ad Thessalonicenses monet iuuenes, ut matrimonio se coniungant cum puellis, antequam scorta didicerint, nam si hoc contigerit, semper labuntur in pristinam petulantiam; Idem dixit Ignatius. Licet Matrimonium inter senes cōcessum uideatur, tñ ut amor inter coniuges seruetur, paritas ætatis sūmopere attēdenda est, ut latè per multos Tiraq. in l. 6. Connubiali, nu. 36. nā si inhabiles essent ad generandum, matrimonium careret debito fine, & hoc considera tur à Peripateticis, si alter excedat 20. annis, aut paulo plus, uel minus. Arist. terminauit finem gingendi, in masculo in anno 70. in mulieribus, 50. vt in lib. 5. de Nat. Anim. c. 14. & habetur in l. si sterilis, ff. de empt. & uend. l. si maior, C. de leg. hæred. sic uir præcedere debet ætate. B

Attenditur et honestas familiæ vxoris.

Eliguntur etiam fœminæ natæ ex honestis parentibus, & bonæ familiæ, quia sæpè filius est similis patri; Glos. in l. quod nolit, §. qui mancipia, ff. de ædilit. edic. & l. quisquis, C. ad l. Iuliam maiest. Ezech. cap. 26. Radix inquit tua, & generatio tua, de terra Chanaam, pater tuus Amorrhæus, mater tua Hetea. Deprehenditur etiam similitudo ex vultu patris. Bellamera in sua disput. Albert. in l. septimo mense, ff. de statu hom. Solin. cap. 4. Plin. in lib. 7. cap. 2. Arist. lib. 7. de instin. Animalium, cap. 4. C

Attenditur et Patria in cōiugio.

Patria etiam attendenda est, ideo externæ patriæ mulier, externos habet mores, l. qui habebat, ff. de leg. 3. ubi testator patriam suam dulcissimam nuncupat, sic quisque eam laudat, l. 1. ff. de cens. Cassan. in catal. gloriæ mundi, in 12. par. in 17. Consid. ait. Si quis igitur mores patriæ nostræ receperit, illos ante cæteros omnes ducti amore quodam patriæ magnificimus, atque pertinaciter sectamur, cæteris præ nostris paternis vili ducimus, detestamur, & exhorremus. Ideo spectandi sunt mores futuræ uxoris. Io. Fab. in Rubr. Inst. de Nupt. Antipat. in lib. de conuictu vxoris apud Stobæum Serm. 68. Idcirco non incongruum erit inter coniuges non solum personas considerare, sed etiam

A etiam & originem, natalis locũ, facultates, ac mores, arg. l. honor, §. de honoribus, ff. de municip. & honor. Ita etiam concludit Tiraq. in l. 7. in fine.

Altera causa erit formosa pulchritudo mulieris: nam formosa vxor imperat uiro. Menander dicit, Superba res est pulchra mulier. Chrysost. in Epistola ad Ephes. Homil. 20. Externa corporis pulchritudo inquit, plena est multæ superbiæ, & arrogantiæ, & quod magis urget, forma & castitas difficillimè congregantur; Inde Ouidius: Lis est cum forma magna pudicitiæ. Propterea deprehensus cum pulchra muliere, facit indiciũ ad adulterium; Bar. l. 2. ff. de furt. quia forma ad libidinẽ prouocat, cum pulchrum amabile sit; Plato in Liside. Amor est omnium pulcherrimus, atque inter eum, & deformitatem pugna est perpe-B tua; Ideo forma dicta quasi feruor, secundum Donatum: et pulchritudo facies appellatur, quia ad amorem accendit, est est incitamentum suauissimum ad amorem. Valer. Max. lib. 4. rerum memor. Phocides Milesius scribit, quod difficile custoditur filia pulchra à parentibus; Ita & mariti uxorem pulchram difficile custodiunt, ut euenit Abrahæ, & suæ uxori Saræ. Genes. 12. Noui quod pulchra sis mulier, & quod cum uiderint te Agyptij dicturi sunt, uxor illius est, & interficient me, & te seruabunt. Idem legitur Genes. 26. de Abimelech Rege Palæstinorum. Ambros. in lib. 1. de Abraham cap. 2. Animaduertebat Abraham sibi cõiugis pulchritudinem periculo futurã, idcirco monuit uxorẽ, ut sororem sibi esse diceret, quo docetur non magnopere decorem quærendum coniugi, quæ uiro necem plerũ-C que gignere soleat; non enim talis pulchritudo mulieris, quam uirtus eius, & grauitas delectat uirum. Ideo Bersabee pulchritudo exitio fuit Vriæ marito, 2. Reg. 2. & Chrysost. in Epistola ad Corinth. 1. Hom. 12. Multi mulieris inquit pulchritudinem admirantur, & quidnam hoc? nam etsi pudica sit vxor, malam effugiet suspitionem; & in 2. par. hom. Matth. Quid lucri ait decor huiusmodi parit? nil profecto, uerum certamina magis intendit, maioresque calumnias atque pericula, suspicionesque complures; ea denique quam non huiusmodi decor illustrat suspitione carebit: quæ uero formosa est, nisi magno studio, nimia utatur continentia, atque honestate, opinioni protinus locum dabit, virque ipse eiusmodi Zelotipia mordetur quo quid dici grauius potest? neque enim tantum ex aspectu ipso uolupta-

Formosa pulchritudo non laudatur in vxore.

tis habet, quantum ex suspicione meroris: Illa enim consuetudi A ne solet extingui; At uerò ubi lasciuiæ libertatis, atque impudẽtiæ opinio manere cęperit, ipsiusque animus intimus penetrat, atque penitus insitis sordibus squallescit indies. Quapropter pulchritudinem sequuntur vti comites superbia, & libido, & licet uir adiunctus mulieri pulchræ, uideatur uoluptatibus, & gaudijs repletus, tamen si quæ istis mala respondent considera uerit, dicet cum Seuerino Boetio de Consolat. Philosoph. lib. 2. Infelicissimum genus infortunij est, fuisse fęlicem. Seneca: Sũmum genus infelicitatis misero est, fuisse aliquando felicem. Et in lib. de tranquillit. vitæ, Leuior dolor non habere quam perdere. Valer. Max. lib. 1. cap. 8. Vtilius aliquando fuit ad illa aditum non impetrasse, quam iam percepta eorum dulcedine caruisse. Plutarch. in præcept. Connubial. Ignis in paleis, lepori B nisque pilis accenditur, ociusque restinguitur. Ita breuem amorem, nouorumque coniugum corporis forma inflãmatum, nec durare posse, nec firmum existimandum est, ac si diceret; abit amor cum forma. Quapropter, concludendum, quod formosa vxor multas uiro suo inducit calamitates, damna, & pericula, ex eodem Tiraquello, l. 2. per totam.

Comites pulchritudinis.

Insuper uir fugiat facere, quæ vxori suæ præstare non licet; nam ut Plutarch. ait in Connub. præcept. cap. 17. Vir corporis studiosus uxorem reddit lasciuiori cultui deditam, uoluptuosus, amatoriam, & libidinosam, boni, honestique amatoris modestum, & honestum.

Vir se abstinet ab ornamentis.

Item infra dixit: Ne putes à superfluis, profusisq; sumptibus vxorem temperaturam, si te hæc minimè contemnentem cõspi C ciat, quia potius auratis poculis pretiosisque cubiculis mularum, & equorum phaleratis gaudentem uideat.

Augustinus in cap. Si dicturi, 32. q. 6. Quales ait nos uolumus vxores nostras habere, & tales mariti se gerant: propterea homines uestitu corporis ornato, culto & nitido corporis ornamento, ac nimis accurato, non intendunt, sicut Demostenes dixit, & latè Tiraq. in l. 3. per totam, Glos. 1. par. 3.

Vir itaque intendit rebus forensibus, mulier domus principatum habet; Demost. ait: Meretrices enim uoluptatis causa habemus, concubinas autem famulitij causa, & curæ quotidianę corporis, vxores uerò ut legitimos filios tollamus, & habeamus rei domesticę fidam custodem. Arist. in lib. 2. Oecum. cap.

Vir intendat rebus forensibus, mulier domesticis.

1. Viro

A 1. Viro inquit quidem indecens uidetur ea ſcire quæ intra ædes fiunt. & alibi: Turpe eſt uiro, quidquam eorum quæ domi ſunt facere; ideo vir vxorem ſuam honorat. D.Hiero.in Micheæ 7. & Petrus in Epiſt. 1. c. 3. Talis honor nõ intelligitur de actibus externis reuerentialibus, ueluti flectere genua, aut in infimo loco ſedere, ſed quoad abſtinentiam coitus, ita ut non inquinetur libidine, & impediantur orationes eorum. Necnon ſecundum Ambroſ.in Epiſtola 82. Vir inquit uxorem tamquam gubernator dirigat, tamquam conſortem vitæ honoret, participet cohęredi gratiæ; Idcirco tunc mariti honorant uxores, quãdo ſe honeſtos cuſtodes præbuerint iuxta dictum Baldi in cap. 1. qual. dom.propr.feud.priu.vbi legitur, quod qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.

Quõ vir vxorem ſuam honoret.

B Sumitur à viro aliquando conſilium ab vxore ſua; Ælian. ſuarum hiſt. lib. 12. tradit, quod Cyrus conſiliariam Aſpaſiam vxorem ſibi adhibuit, & quando illius conſilium ſecutus fuit, numquam eum pœnituit. Seneca lib. 1. ad Neronem de Clement.cap. 9. affirmat idem de Auguſto cum Liuia vxore ſua; & Iuſtinianus vxoris ſuæ vtebatur conſilio, vt in Auth. ut Iud. ſine quo. Idem dicit Hoſtienſ.in Sum.de matrim. §. 1. Vnde licet mulieres natura fragiles ſint, tamen non incongruum eſt, quin & aliquãdo natura illas fortes efficiat, ſicuti nemo tam ſtultus, quin aliquando aliquid rõnale dicat, ut ait Plin. in Panegir. & Gell. lib. 2. cap. 6. & hr̃ in l. 1. §. ſed quoque, C.de vet.iur.inucl. quod poſſit vnus forſitan, & deterioris ſententiæ, & multos, & maiores in aliqua parte ſuperare, hoc idem uidetur illud Salua

Vir aliquãdo ſumit conſilium ab vxore.

C toris noſtri Matth. 11. & Lucæ 10. Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Vnde Gloſ.in cap. Ad noſtram, de conſuet. aſſerit non eſſe incõueniens, interdum ab inſipientibus conſilium petere, quia reuelatur minori, quod maiori non licet, l. potiores, C.de off.rect. & de his etiam refert exempla, Plutarch. in lib. de Ciuil.inſt. & Gell. lib. 18. capit. 3. Abraham accepit conſilium vxoris ſuæ Saræ, ut eijceret Agar Ancillam, & filium eius, & ſic placuit Deo, Geneſ. 21. Apoſtolus 1. ad Corinth 7. Sanctificatus eſt uir infidelis per mulierem fidelem. Chryſoſt.in Ioan. Homil. 60. ait: Nihil potentius muliere bona ad inſtruendum, & informandum uirum quodcunque uoluerit, neque tam leuiter amicos, neque magiſtros, neq; principes patitur, ut coniugem admonentem, atque conſulen-

tem: habet enim uoluptatem quandam admonitio uxoris, cum A plurimum amet cui consulit; multos possem afferre uiros aspe-ros, & immites per uxores mites redditos, & mansuetos; ipsa enim mensa, lecto, filiorum communicatione dicendis, tacendis, ingressu, auditu, exitu, & alijs pluribus cum marito communicans, & ut corpus capiti coniuncta, si prudens erit, & diligẽs, omnia uincet. Doct. in l. fœminæ, ff. de reg. iur. in uerbo, postulare, quod licet mulier postulare non possit, potest tamen in camera consulere; ea cautela adhibenda erit, quod maritus non adhibeat sibi uxorem consiliariam, quia non semper fidenda sunt illi omnia negotia, cum mulieres ab alijs facilè decipiantur. Albert. Mag. lib. 8. de animalibus, cap. 1. cap. Adam, 33. q. 5. & in §. 1. in Auth. ut immob. ante nupt. donat. sed illa tantum, ad quæ uel ipsæ aptæ sunt, iuxta illarum peritiam, uel quia ita B sunt ingenio expertæ, quod peritiam negociorum agibilium habere possint. ex Tiraq. leg. 1. connub. nu. 70.

Maritus sit timẽs Deum.

Sit autem maritus timens Dei iudicium, qui nec à matrimoniali lege declinet, vt legitur de Tobia 8. cap. qui nuptiarum cõuiuium cum timore Domini exercebat; Idemque Raphael Angelus docuit Abraham cum dixit, accipies Virginem Saram cum timore Domini, ad comprimendam libidinẽ. Flor. 3. par. tit. 1. cap. 1. & cap. Origo, 32. quæst. 4. & Iob 4. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Ambros. de quo in cap. Nemo, 32. quęst. 4. & Apostolus ait: Viri diligite vxores vestras, sicut Christus Ecclesiã. Ideo, ita respondit Iob vxori suæ, dum illa loquebatur contra Deum, in tribulatione eorum: Quasi vna de stultis mulieribus C locuta es. Præterea mariti concubinatus quosque fugiant, non solum quia Deum hoc facto offendunt, sed etiam quia fidem vxori promissam uiolant, & discordiam pariunt. Seneca: Grauissimum, inquit, est in uxorem iniurię genus, habere pellicem. ut in Epistola ad Lucillum 95. vide etiam cap. Si dicturi, 32. q. 6. Conc. Trid. Sess. 24. cap. 8.

Prouideat de necessa-rijs ad victum.

Prouidet etiam maritus uxori suæ uictum, & uestitum, condecenter, quia est caro de carne sua, & formata de costa, ut assumat eam in sociam, non in ancillam, aut dominam; Flor. 3. par. tit. 1. cap. 1.

Vitam maritus ociosam non ducat, quia familiæ detrimentum pariet. Genes. 3. & cum talis fuerit uir, tunc mulieri benè

erit

A erit in æternum, ſecundum eundem Flor. in dicto loco.

Nunquam maritus excedet fines maritalis correptionis: nã tunc ut dictum eſt, licebit ſeparari. Marſ. §. ad quæſtionem, numero 7. Rom. ſing. 4. Petr. Gerar. in Sing. 65. Tiraq. in l. 8. connub. num. 13.

Maritus modeſtè corrigat vxorem

Mulieris quoque ſtatus deſcribendus eſt, quæ licet ſit ſocia uiri, tamen humiliter cum illo aget, & propterea coniuges maritos appellant dominos, nec audent illos proprio nomine uocare, ex dicto Sancti Ignatij, in Epiſtola ad Antiochienſ. Ideo Sara Abraham uirum nominauit Dominum, cum dixit: Geneſ. 18. Dominus meus uetulus eſt. Et D. Petrus in Epiſtola Canonica cap. 3. dixit: Sic aliquando Sanctæ mulieres ſperantes in Deo ornabant ſe, ſubiectæ proprijs uiris, ſicuti Sara obediebat B Abrahæ, Dominum eum uocans. Chryſoſt. in Epiſtolam 1. ad Corinth. Homil. 26. Priſcæ illæ mulieres, uiros ſuos Dominos uocabant. Ideo & Berſabeę Dauid maritum ſuum, Dominum appellauit, & ſe Ancillam illius, 3. Reg. 1. Laudantur itaq; mulieres, quibus mariti præſunt. Euripides in Ædipo: Vxor quæ ſapit, uiro inſeruit, quæ non ſapit, uirum ſpernit, & Philomen. Bonæ uxoris eſt inquit, ò Nicoſtrata, non imperare uiro, ſed obedire. Ideo Regina Vaſthi Aſſueri uxor fuit repudiata, ut in Heſter, cap. 1. Vxores itaque ſi honorari cupiunt, prius eorum maritos honorent, quia uxor ſui mariti cauſa honoratur; Gloſ. in l. 1. C. de in ius uoc. & D. Hieronym. reprehendit uiros ſubijcientes ſe uxoribus, in Epiſtola D. Pauli ad Epheſ. 5. Vxores diligere, non autem timere, ab illis uerò diligi, & timeri debent, C & tales qui uxoribus ſubſunt. Bald. uocat maritellos, in l. curatorem, C. de interd. matr. Ang. in l. 1. C. de his qui pat. uel libe. uend. Stobæus Serm. 72. cap. 39. A muliere dominari ſumum eſſe viro dedecus. Beda ad Corinth. 2. Cum fœmina dominatur in uirum, peruerſa, & miſera domus eſt.

Vxor humiliter agat cum viro ſuo.

Hieronym. ad Celantiam, de ratione rectè uiuendi ita ſcribit: Præcipuè autem in coniugio venerabili, atque immaculato Apoſtolicæ Regulæ ordo teneatur, ſeruetur in primis uiro autoritas ſua, totaque à ſe diſcat domus quantum illi honoris debeat. Tu dominum illum obſequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demonſtra, tanto ipſa honoratior futura, quanto illum amplius honoraueris. Caput enim ut inquit Apoſtolus mulieris eſt uir, nec aliundè magis reliquum corpus ornatur,

quam

quam ex capitis dignitate. Hæc ille. Et Dominus dixit Gen. 3. A Mulieri: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et Petrus Apostolus in cap. 1. & 3. Mulieres subditæ sint uiris suis. Et Paulus subdit ad Ephes. 5. & Colossen. 3. Quoniam uir caput mulieris est. & 1. ad Corinth. 11. Ideo velantur capita. cap. Fœminæ, 30. quæst. 5. & cap. Mulier, 33. q. 5. & comas nutriũt, vt ibi legitur; Quæcunque mulier sibi comam amputauerit, quam Deus ad memoriam subiectionis illi dedit, tamquam resoluens ius subiectionis, anathema sit. Vt in cap. Quæcunque, 30. dist. & hoc dicit Card. in 1. opposit. de sententia excommunicationis, ut maritus capillis possit mulierem trahere, & ligare. Ioan. Andr. & Panorm. in cap. Litteras, de restit. spoliat. declarant in signum reuerentiæ, quod vxores lauant pedes, & caput mariti, parant eis cibos, & alia ad curam sui corporis spectantia, procurant; quod etiam Thraces seruarunt, ut refert Heliodorus, quę licet sint in officio vxoris, tamen maritus non permittit quod vxor ancillæ opera faciat, quod etiam dicit Panor. in d. cap. Litteras. B

Mulieres subditæ sint maritis.

Tenetur ex hoc mulier sequi forum viri, & dũ proficiscitur, illum sequi, si à principio sciebat conditionem uiri. Glos. in cap. Vnaquæque, 13. quæst. 2. Glos. in cap. Si quis necessitate, 34. q. 2. Glos. & Hostiens. in cap. 1. qui matr. accus. quod etiam intelligitur, si honestè sequi possit, de his vide apud Tiraq. in l. 1. nu. 39. uirtute istius potestatis, nec uxor accusat uirũ suum de adulterio, ex eod. Tiraq. l. 1. Connub. num. 49.

Quando mulier teneatur sequi virũ.

Seruant uxores honestatẽ ẽt in ornatu, citra tñ dedecus mariti, nã licet honestus ornatus ut elegãtior, et venustior appareat C marito; Scriptura aũt sacra superflua ornamenta, & quæ ad vanitatem tendunt, prohibuit. Psalm. 142. Filiæ eorum compositæ, & circumornatæ ut similitudo templi; Esaias cap. 57. Ornasti te Regio vnguẽto, multiplicasti pigmenta tua. Ezechiel 23. Circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. Apostolus 1. Timoth. 2. Mulieres in habitu ornato, cum uerecundia, & sobrietate ornent se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste preciosa; sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Petrus in Epistola Canonica 3. Mulierum ait non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus. Glos. ibi ordin. ait: Serico, & purpura indutæ Christum induere non possunt,

Quæ ornamenta coueniãt vxorib.

A possunt, auro, & margaritis, & monilibus adornatæ, ornamenta corporis, & pectoris perdiderunt.

Cyprianus de habitu Virg. Non virgines tantum, aut uiduas, sed & nuptas puto, & omnes fęminas admonendas, quod opus Dei, & facturam eius, ut plasma adulterare nullo modo debeant, adhibito flauo colore, uel nigro puluere, uel rubore, aut quolibet denique linimento, naturam corrumpente medicamine.

Idem subdit, manus Deo inferunt, quando illud quod ille formauit, reformare, & transfigurare contendunt, nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, Diaboli quodcumque mutatur; si quis pingendi artifex vultum alicuius, & speciem corporis qualitatem æmulo colore signasset, & signato iam, cō
B sumatoque simulachro manus alius afferret, & iam formata, iam picta, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & in hunc iniusta indignatio uideretur. Tu te existimas impune laturam tam improbæ temeritatis audaciam, Dei artificis offensam? vt enim impudica circa homines, & incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis, violatisque Deo sunt, peior adultera desineris.

Idem dixit: Non metuis oro quæ talis es, ne cum resurrectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoscat? ad tua præmia, & promissa venientem, remoueat, & excludat? increpans rigore censoris, & iudicis dicat opus hoc meum nō est, nec imago nostra est, quam falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti, expugnata, aut potius expigmentata est men
C dacio facies, figura corrupta est, vultus alienus est, Deum uidere non poteris, cum oculi tui non sint quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit, illum tu sectata es, tu illos, atque depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter arsura. Hæc ille. Plura similia retulerunt & August. in lib. 4. de doctr. Christ. cap. 21. Idemque Cyprian. ait: Concludimus, semper misera est quæ sibi non placet qualis est, Quid capillorum mutatur color? quid oculorum extremitates suffocantur? quid facies artibus in diuersam faciem conuertitur? quid postremo speculum consulitur? De his plura etiam conscripsit Tertullianus aduersus ornatus mulierum; & August. de quo in cap. Fucare, de consec. dist. 5. Fucare pigmentis quo vel rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito

ipsos

ipsos etiam maritos se nolle decipi, quibus solis permittendæ A sunt fœminæ ornari. Multaque alia retulerunt Ambros. lib. 1. de Virg. Chrysostom. in Homil. ad populum Antioch. 21. & refert Tiraq. l. 3. Connubia. per totam, Glos. 1. par. 3. quod mulieres quæ non honestè ornantur, immemores sunt salutis, & suspicionem impudicitiæ inducunt.

Comites pudicitiæ quænam sint.

Debent itaque coniuges in omnibus pudorem, & uerecundiam seruare, quæ comites sunt pudicitiæ. Ambros. in lib. 1. Offic. Mulier quæ in corpus suum peccat, suo pudori non parcit, secundum l. palam, ff. de ritu Nupt. Hier. cap. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.

Vitia plura fugienda ab vxoribus.

Nec sint iracundæ, quia ira producit clamores, rixas, contumelias, & crudelitates, ac uindictas, ut Theologi referunt, quæ sunt filiæ Iræ, Hier. in Iouinianum lib. 1. & Albert. Magn. B

Fugienda pariter est à fœminis ebrietas, l. 1. §. taceat, C. de rei uxor. act. Glos. in uerbo, mores, Glos. in l. fina. C. de repud. Ideo fœminis olim erat vsus vini interdictus; Dionys. Halicar. lib. 2. Polib. lib. 6. Mar. Cat. in oratione de Dot. Cicero lib. 3. de nat. Deorum, & in lib. 3. de Repub. Valer. Max. de instit. antiq. Plin. lib. 14. cap. 13.

Sunt etiam inuidæ mulieres. Euripides: Muliebris mens inuidiosa res est, & maximè infensæ maritis, semper, quod ē Arist. affirmat lib. 9. cap. 1. De Hist. anim. Quæ si uitam ociosam duxerint, insolentes & seditiosæ fiunt; Idcirco rebus domesticis quotidie, & semper occupentur, nec vagari permittantur. Cauere quoque debent ne zelotipiam incurrant, quæ plurimorum malorum causa est, in Eccles. 26. Dolor cordis, & luctus mulier zelotypa: In muliere zelotypia, flagellum linguæ, omnibus communicans; Imitentur Saram, & Rachel, quæ suis uiris concubitum cum ancillis suaserunt, ut Gen. 16. & 30. de quo uide cap. Dixit Sara, 32. q. 4. Non enim ex hoc uiris conceditur, ut ipsi illicita perpetrent, vel uxores suas impudicas tolerent, quoniam hæc Dei lege prohibentur; Vt autem concordes sint, non carminibus, aut amatorijs poculis vtantur, quia hæc detestanda sunt, 26. q. 5. per totam, sed sanctis uirtutibus æmulentur ad inuicem, & mutuo affectu honestis rationibus, & moribus se diligant; Ita refert Tiraq. in l. 14. Connubiali. Conuersationes impudicarum, quæ cupiunt omnes esse sui similes, fugiant, D. Hieron. ad Demetriadem: Nunquam verbum inhonestum audias, C

aut si

A aut si audieris, irascaris; perditę mentis homines in uno frequenter, leuique sermone teneant claustra pudicitiæ. Clemens lib. 2. Pædagog. cap. 10. impudicorum uerborum, & turpium figurarum, meretricumque osculorum, & huiusmodi lasciuiarum nomina, ne sunt quidem memoria retinenda, Beatum sequentibus Apostolum, qui apertè dicit ad Ephes. 5. Fornicatio autem, & omnis immonditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos. Prẹterea, ad ludos, scenas, & publica spectacula impudica, mariti mulieres suas non conducant; Ouid. Spectatum ueniunt, ueniunt spectentur, ut ipsæ, Ille locus casti damna pudoris habet. Lactan. ad Lucillum Epistola 7. Nil tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo residere, tunc enim per uoluptatem facilius uitia surrepunt, quid me existi-

B mas dicere? auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, & similia, nam in omnibus ludis, aut ludibria & inhonesta audiuntur, aut cernuntur. Concludimus, Vxores suorum uirorum iustis mandatis parere debere; cap. Est ordo, cap. Hæc imago, 33. q. 5. Potest domi retinere ne uagetur, aut cursitet per loca, quæ honestatem uiri non continent. Tiraq. Glos. 10. num. 31.

Parcè vxor loquatur, ne loquacitatis uitio criminetur etiam si fuerit fecunda prole. Eccles. 24. Ego quasi uitis fructificaui in Domo Domini; gratias Deo agat; si fœminam genuerit, oret Deum, si masculum laudet Deum, & poterit uotum adijcere, sicut Anna vxor Helchanæ, quæ obtinuit filium Samuelem 1. Reg. 1. & si non fuerit exaudita, non cōtristetur, sed Dei uoluntati seruiet: nō ociosa sedeat, sed suis manibus fructificet in Pro-

C uerb. 31. Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderūt fusum, manum suam aperuit inopi, palmas suas extendit ad pauperes. Ita Regina Hester post orationes, & ieiunia, accessit ad Regem Assuerū, & Rebecca operata est, ut Iacob acciperet benedictionem; Nec conuenit, ut per fenestras discurrant, uel murmurationibus, & detractionibus intendant. Ambros. dicit de Glor. virg. Prodire de domo nescia. Pelag. in d. cap. 45. Flor. 3. par. cap. 1. tit. 1.

A

DE STATV VIDVALI.

Viduarum species, & quales earum mores esse debeant, & quæ verè viduæ dicantur. Cap. X.

Quomodo soluatur matrimonium.

SOLVITVR deinde Matrimonium quod legitimè fuit contractum morte alterius coniugis, iuxta Apostoli sententiam 1. ad Corinth. 7. & legitur in §. Deinceps, Auth. de Nupt. Glos. in §. Illud, de non eligen. secun. nub. & ita soluitur, quod licet resurgeret, tamen coniugē non recuperaret; Glos. in cap. Licet, 32. q. 5. Doct. in l. nam ad ea, ff. de leg. & communis est sententia, quod non soluitur nisi naturali morte, ciuili autem nequaquam, sicuti deportatione, ut in §. deportatio, Auth. de Nupt. Glos. in l. si cum dotem, ff. soluto matr. Doct. in l. 1. C. de repud. Nec per bannum, uel exilium, aut damnationem in metallum, in d. §. deportatio, Bart. in d. l. 1. C. de repud.

B

Quando ingreßu Religionis soluatur Matrimonium.

Ingressu autem Religionis soluitur, si matrimonium fuerit consummatum, & tunc si ambo Religionem profiterentur, Cap. vtrum, cap. coniugatus, cap. cum sis, de conuers. coniug. non consummatum per ingressum unius tantum, cap. ex publicò, de conuers. coniug. Imola, in l. si cum dotem, ff. soluto matr. Card. in Clem. 1. q. 22. de consang. & affinit. Mulier, consentiēs quod uir eius initietur sacris ordinibus, continere se debet dum uixerit. Card. in cap. Ex parte, de conuers. coniug. cap. Agathosa, 28. q. 2. c. Mulier, 33. q. 5. quod intelligo in matrimonio non consummato.

C

Secundæ nuptiæ quando laudentur.

Tales coniuges superuiuentes, non debent de facili transire ad secundas nuptias, nam secundæ nuptiæ acceleratæ præsertim à mulieribus, ante annum luctus, malum nomen irrogant, reddunt illam suspectam de morte uiri, & paruam filiorum suorum dilectionem ostendunt, & perdit mulier gloriam Matrimonialis pudoris, eo quod tunc detegitur macula cordis, quæ quidem secundæ nuptiæ licet prohibitæ non sint, tamen honestè fieri non possunt, ut in l. non omne, ff. de reg. iur. Vide de his in tit. C. de secund. nupt. Tiraq. l. 9. Connub. num. 3. D. Thom. in addit. ad 3. par. q. 63. Art. 1.

Triplex ſtatus Viduarum.

A Dum viduæ ſunt, ſtatum earum ſeruant; Triplex autem eſt viduarum ſtatus; Nam quædam dicuntur malæ, & hæ Diaboli ſunt; quædam bonæ, & hæ Domini, quædam uerò Mundi; ex Flor. 3. par. tit. 2. c. 2. §. 1.

Viduæ malę quę.

Diaboli uiduæ ſunt, quæ nec in coniugio uiuunt, nec ſub aliqua maritali, uel legali lege, ſed luxurioſè uitam agunt, & inhoneſtè, de quibus dixit Apoſtolus 1. Timoth. 5. Adoleſcentiores uiduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere nolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Hęc ille; à quarum familiaritate ſummoperè cauendum eſt.

Viduæ mũdiales quæ.

Vidua Mundi eſt illa, quæ quidem honeſtè uiuit, ſed non intendit nubere, vt euitet moleſtias coniugij, & potius temporali-B bus, quam ſpiritualibus negocijs uacat contra dictum Apoſtoli, in d. loco, 1. ad Timot. 5. Vidua in delicijs uiuens, mortua eſt; & Couuar. Pract. quæſt. cap. 7.

Veræ viduæ quæ.

Aliæ quæ Domino uiuunt ueræ uiduæ ſunt, cum continentes ſint; De ijs ibidem Apoſtolus dixit: Quæ uerè uidua eſt, & deſolata, ſperet in Domino, & inſtet orationibus die ac nocte: Talis fuit Anna Prophetiſſa filia Phanuel quæ Domino perpetuò ſeruiebat, & nunquam de templo diſcedebat. Lucæ cap. 2.

In Conc. Cartag. Canone 103. legitur de Viduis, quod illæ veræ uiduæ ſunt, quæ ſtipendio Eccleſiæ ſuſtentantur, & tam aſſiduè in Dei opere eſſe debent; ut & meritis, & orationibus ſuis Eccleſiam adiuuent Tales Deus conſolatur.

Iudith vidua in domo clauſa, & ab omni huius mũdi comercio ſegregata, ſuiſque tantum puellis familiariter & pie conui-C uens à Domino diuinis ſolatijs fuit repleta, ut in lib. Iudith. Chriſtus Saluator noſter viduam conſolatus eſt, dum eius filiũ à mortuis reſuſcitauit. Lucæ 7. Et per Eliam tempore famis uiſitauit uiduam 3. Reg. 17. Et aliam Eliſæus multis moleſtijs liberauit 4. Reg. 4. Ideo Dominus præcepit, ut in Eſai. 1. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, & defendite uiduas. Gelaſius Papa Geruntio, & Petro Epiſcopis reſcripſit, Licet omnibus de nobis ſperantibus non debeamus in quãtum poſſumus nos negare, plus tamen uiduarum, & orphanorum cauſas, & impenſius ducimus exequendas, quas tueri à nobis uel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio, ex c. Licet, d. 87.

& ibi

& ibi Glos. & Doct. Viduas ad castitatem hortatur his uerbis D. Hieron. in Epist. ad Geruntiam. Nulla sit excusatio desertæ, ac sine hærede domus, sub quorum patrocinio interdum sibi libido blanditur, ut quod propter intemperantiam suam faciunt, uideantur facere desiderio liberorum. Itaque obsecro te Religiosa in Christo filia, ut testimonia nō noueris, quibus incontinentibus, & miseris subuenitur, sed illa potius lectites, quibus pudicitia coronatur. Sufficit tibi quod perdidisti primū uirginitatis gradum, & per tertium uenisti ad secundum, idest per officium coniugale ad uiduitatis continentiam. Non tantum boni est in nuptijs, quod speramus, quantum mali quod accidere potest, & timendum est. Libido enim transacta semper sui reliquit pœnitudinē, nunquā satiatur, & extincta iterum reacēditur, uisu crescit, & deficit, nec rōni paret, quæ impetu ducitur.

Viduarū vita.

Item ad Furiam de custodia viduali. Non quęruntur in Christianis initia, sed finis; Paulus male cępit, sed bene finiuit. Iudæ laudantur exordia, sed finis proditione damnatur. Quid faciat in facie Christianæ purpurissus, & cerussa? quorum alterum ruborem genarum, labiorumque mentitur, alterum candorē oris, & colli. Ignis iuuenum, fomentum libidinū, impudicæ mentis indicium; Ornatus iste nō Domini est; Velamen istud Antichristi est: Non Ethnei ignes, non Vulcana tellus, tantis ardoribus æstuant, ut iuueniles medullæ uino plenæ, & dapibus inflāmatæ; grandis virtutis est sollicitæ diligentiæ superare quod nata sis in carne non carnaliter viuere; tecum pugnare quotidiæ, & inclusum hostem, Argi (vt fabulæ ferunt) centum oculis obseruare. Nihil sic inflammat corpora, & titillat membra genitalia, sicut indigestus cibus, ructusque conuulsus; Quicquid facit seminarium voluptatum, uenenum puta. Cogita te quotidię esse morituram, & nunquam de secundis nuptijs cogitabis.

Idem Hieron. ad Saluinam de viduarum conuersatione dixit. Didicisti catalogum uirtutum tuarum, quid debeas nomini tuo, quibus meritis secundum pudicitiæ gradum possideas; Nec te moueat, quod sexagenaria eligatur in uiduam, & putes adolescentulas ab Apostolo reprobari: Et te crede eligi ab eo, qui discipulo dixerat, nemo adolescētiam tuam contemnat; Audiant hæc mulieres quæ solicitæ sint, quomodo placeant uiris; Comedant carnes, quæ carnibus seruiunt, quarū feruor despumat in coitum, quæ ligatæ maritis, generationi, ac liberis dant operam.

A operam. Tu uero quæ in tumulo mariti sepelisti omnes pariter uoluptates, quæ litam purpurisso, & cerussa faciem, super feretrum eius lachrimis diluisti, quæ pullam tunicam, nigrosque calceolos candidæ uestis, & aurati socci depositione sumpsisti, nihil habes necesse aliud, nisi perseuerare in ieiunio; Pallor, & sordes Gemmæ tuæ sint: plumarum mollities iuuenilia membra non foueant; Balneorum calor nouum adolescentulæ sanguinem non incendat. Tenera res in fœminis fama pudicitiæ est, & quasi flos pulcherrimus, cito ad leuem marcescit auram, leuique flatu corrumpitur, maximè, ubi & ætas consentit ad uitium, & maritalis deest auctoritas, cuius umbra tutamen uxoris est. Quid facit uidua inter familiæ multitudinem? inter ministrorum greges? quos nolo, contemnat ut famulos, sed ut uiros

B erubescat. Certè si ambitiosæ domus hæc officia flagitant, præficiat his senem honestis moribus, cuius honor dignitas Dominæ sit. Scio multas clausis ad publicum foribus, non caruisse infamia seruulorum, quos suspectos faciebat, aut cultus immodicus, aut crassi corporis nitor, aut ætas apta libidini, aut ex conscientia amoris occulti, securus animi tumor, qui etiam bene dissimulatus, frequenter erumpit in publicum, & conseruos, quasi seruos despicit. Hoc ex abundãtia dictum sit, ut omni diligentia custodias cor tuum, & caueas quicquid de te fingi potest: Non ambulet iuxta te calamistratus procurator, non histrio fractus in fœminam, non cantoris diabolici uenenata dulcedo, non iuuenis uolsus, & nitidus, nihil artium scenicarũ, nihil tibi in obsequijs molle iungatur; Habeto tecum uiduarũ,

C & virginum, choros, habeto tui sexus solatia, ex ancillarũ quoque moribus, Dominæ iudicantur; semper in manibus tuis sit diuina lectio, & tam crebræ orationes, ut omnes cogitationum sagittę quibus adolescentia percuti solet, huiuscemodi clypeo repellantur; & similia, ut ibi.

Intendãt castitati. Gradus castitatis.

Viduæ vacare debent castitati sicut uirgines; Et sex sunt gradus castitatis; Primus ne & uigilans impugnatione carnali elidatur; Secundus ne mens illius uoluptarijs cogitationibus immoretur; Tertius ne fœmineo uel uirili ad concupiscentiã moueatur aspectu; Quartus ne uigilans uel simplicem carnis perferat motum; Quintus ne præstet assensum; Sextus ne dormiẽdo phantasmatum illusionibus corrumpatur si fieri potest; Quæ omnia assequi possunt miseratione diuina interueniente: nam

sine hac fide uana est omnis humani laboris intentio; Sic Virgines castæ dicuntur, quæ paruos stimulos, uel nullos carnis habent; continentes quæ patiuntur magnos stimulos tentationum carnis, sed tentatione non uincuntur; ex Flor. 3. part. tit. 2. cap. 3. A

Mulieres velant caput et nutriunt comas.

Cætera de honestate seruanda in ornamentis, & uestitu, uide supra de statu coniugali, fœminę omnes tam coniugatę, quã uiduæ, uelant caput, & nutriunt comas; Caput autem in signũ subiectionis, & verecũdiæ, nam propter peccatum commissum uerecundari debent, & propterea sunt uiro subiectę, & in signum uerecundię, & subiectionis velant caput, & nonnulla illis interdicuntur, 15. quęst. 3. §. 1. uersiculo his itaque, & cap. Mulierem, cap. Adam, cap. Mulier debet, 33. q. 5.

Comam pariter nutriunt, vt eandem subiectionem demonstrent; unde, si ingrederentur Religionem, permittitur amputari, quia ab omni subiectionis vinculo soluta dicitur, cap. Si qua mulier, cap. quęcunque, d. 30. de quibus etiam supra, & August. in cap. Fucare, ad Possidium, Epist. 73. B

De meretricibus.

Aliud genus malarum viduarum detestandum est, quæ licet legitimum virum non habeant, tamen semper viris abutuntur, sicuti sunt Meretrices, quæ multorum libidini paratæ sunt. Ita Hieronym. Epistola 128. ad Fabiolã. Vidua est, cuius maritus est mortuus; Eiecta est, quæ à marito viuente proijcitur, Meretrix quæ multorum libidini patet: sic vidua dicitur quasi à viro diuisa.

Nõ licet ad meretrices accedere.

Meretrix etiam dicitur, cuius turpitudo venalis est. Augustinus in cap. 23. Deuter. Meretrices esse, & ad Meretrices accedere, prohibet Dominus, quarum publicè venalis est turpitudo. Glos. in cap. Vidua, dist. 34. videtur declarare illam dici meretricem, quæ admisit plures quam 23. millia hominum, vel quæ admisit 60. tamen regula est, quod quæ venalem habet pudicitiam suam, illa appelletur meretrix. C

Prohibentur tales in Deuteron. Non erit Meretrix de filiabus Israel. Augustinus ad dictum cap. 23. asserit artem meretriciam prohibitam fuisse à Domino duobus illis verbis: Nõ mœchaberis: nam à parte totum intelligitur, & nomine mechiæ omnis illicitus concubitus, atque membrorum illorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi; Licet autem videatur in Deuter. quod concubitus venales permitterentur, id tamen

intelligitur

A intelligitur de comparatiua permissione, vt legitur lib.2. Augustini de Adulterinis coniugijs, cap.15. nam ex eo quod Dominus prohibuit uxorem occidere adulteram, non ex hoc uidetur concessum adulterium, quia Dominus utrumque negauit; cap. Si quid uerius, 33. quæst.2. unde cognoscere concubinas, seu Meretrices peccatum est, cap. gaudeamus, de Diuort. cap. Meretrices, 32. quæst.4.

Immò dicit Hieronym. in cap.5. Epistolę ad Galat. In eo fornicator maioris est criminis, quia tollit membrum Christi, & facit ea membra Meretricis. Et in Leuit.15. dicitur: Verecundos, uel reuerentes facite filios Israel ab omni immunditia; & hoc etiam multo magis execrandum, quia indebitus modus luxuriæ sit in meretrice.

B Augustinus de adulterinis coniugijs. Adulterij malum uincit fornicationem, uincitur autem ab incestu, Peius est enim cũ matre, quam cum aliena uxore concumbere; Sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam fit, ut si uir membro mulieris non ad hoc concesso uoluerit uti; Vsus enim naturalis, si ultra modum prolabitur, in uxore quidem ueniale est, in meretrice damnabile; Sed iste qui est contra naturam execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore, de quibus uide cap. Adulterij, 32. quæst.5.

Quæ faciant Meretricem.

Tria faciunt Meretrices, fornicatio publica, concubitus fornicarius pluries admissus ad minus 40. uicibus et pretiũ. Inn. in ca. Quia, de Immunit. Eccles. Syluest. in uerbo, Meretrix. Damnantur & illæ, quæ cessantibus legalibus instrumentis, unitæ ui C dentur cum uiris tamquam coniugatæ, quæ propriè concubinæ dicuntur, cap. Quorundam, §. concubinæ, cum sequent. 24. distinctione.

Diuersa nomina Concubinarum.

Hodie absque alia distinctione omnis concubinatus prohibetur, ut in cap. Nemo, 32. quæst.4. & cap. Meretrices; Conc. Trid. Sess.24. cap.8. de Reform. Pluribus nominibus Concubinæ appellantur, ueluti Pellex, Amica, Focaria, Clauigera. Pellex dicitur illa, quæ loco uxoris sine nuptijs in domo retinetur, l. Masurius, ff. de uerb. sign. & cap. Laici, cum Glos.

Tales ergo concubinarij absolui non possunt, nisi dimissa concubina, quia tollenda est omnis occasio recidiui. Syluest. in uerbo, Concubinæ, num.5. Conc. Trid. Sess.24. cap.8. de Reformat. & ex Constit. Pij V. & Clem. VIII.

DE PARENTVM ET Filiorum statu.

Parentum & filiorum status ad bene sancteq; viuendum qualis, & de Parentum obsequio erga filios, & filiorum erga parentes. Cap. XI.

Patrum species.

CONIVGIO celebrato, cum nascantur filij, merito hic de parentum & filiorum statu erit dicendũ. Paternitatis nomen triplicem habet diuisionem. Prima nuncupatur carnalis, de qua in Eccles. 7. Dominus dixit: Honorem patrem tuum & gemitum matris tuæ ne obliuiscaris, memento, quia nisi per illos non fuisses. Secunda Præsidentialis, de qua in Deut. 32. Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.

Gregor. quis dubitet Sacerdotes Christi Regum & Principum & omnium fidelium patres & magistros censeri.

Tertia, Temporalis est de qua legitur in 4. Reg. 5. dum Naaman serui sui dixerunt: Pater si rem grandem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras.

Additur & quarta paternitas spiritualis, de qua loquitur Symmachus Papa in cap. Omnes, 30. q. 1. Omnes quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, vt & ipsi, quos uel nobis suscipientibus, uel trinę mersionis uocabulo mergentibus, vnda sacri baptismatis regenerauit; Hęc ille.

Amor Patris erga filiũ.

Omnibus alijs omissis de carnali paternitate tractabitur. Parentes qui filiorum principia sunt actiua, eorum opera naturaliter diligunt. Philosophus 3. Ethicor. Ideo se habent ad filios, sicuti totum ad partem, & amor patris erga filium se habet, quasi sui ad se; Qua de re Parentes ad illorum conseruationem sicuti illos nutrire, ita & eos pariter bonos mores docere naturali iure & Diuino tenentur. Sapien. Si filij tibi sint, erudi eos, & in 1. Reg. 4. Heli Sacerdos à Domino fuit acriter correptus, quod filios non corripuerit; Hoc idem de Dauid habetur, cap. Sicut, §. necesse, dist. 47.

Filij à parentibus educãdi.

Sunt autem prius filij educandi, ita legitur in Can. Apostolorum, & in Conc. Grangrensi, in 6. Synodo cap. 15. Si quis dereliquerit

A reliquerit proprios filios suos, & non eos aluerit, & quod pietatis est, necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit, cap. Si quis, dist. 30. Immò & de iure Naturæ tenentur, §. Ius naturale, Inst. de iure nat. l. 1. ff. eod. l. 1. 2. & 3. C. de alend. lib. l. si quis à liberis, ff. de lib. agnoscend. quod adeo uerum est, vt & illegitimos & naturales parētes teneātur alere, Bar. l. Si quis, §. vtrum, ff. de lib. agnosc. & l. vxorem, §. pater, ff. de leg. 3. Alciat. Rubr. soluti matr. num. 24. Couuar. de testamentis, cap. 8. nu. 11. de communi: hoc intelligitur quando filius indigeret; & pater haberet facultatem, Abb. in cap. Cum habeat, extra de eo qui dux. vxor. quam poll. per adulter. Viuius in Opin. 45. eademque lege pater tenetur filias dotare, Bald. & Salic. in l. fin. C. de dot. promiss.

B Spurijs etiam debentur alimenta, non solum à Patre, sed etiā ab hæredibus Patris, si adsunt bona, de æquitate Canonica, Anton. Corsett. in Sing. 2. in verbo, Spurius; Capic. Decis. 181. num. 4. Paris. Cons. 64. lib. 3. Couuar. in 2. par. cap. 8. §. 6. num. 14. Roland. cons. 14. lib. 2. cons. 22. lib. 3.

Matres pariter tenētur lactare filios proprio lacte, si possunt, aliàs eligunt nutrices vt filij nutriantur, Syluest. in verbo, filij, Nauar. in Manuali, cap. 14. num. 17. Immò licet mater esset hæretica, tamen filiam tenetur alere, & dotare, ex Viuio in opin. 484. num. 8. & 486. num. 2.

Lactare autem tenetur Mater saltem per triennium, l. fin. C. de Pat. potest. Glos. in verbo, triennij, Glos. & Ang. Instit. §. 1. de iure nat. Bart. in tract. de alimēt. quæst. 6. per l. cognouimus, C C. de hæret. Glos. & Bald. in l. neque mater, ff. de iure dot. licet sit Iudęa, ut ibi Doct. l. 1. §. mulier, ff. de lib. agnosc. & in Auth. Si pater, C. de diuort. Paul. de Castro, in l. alimenta, C. de negot. gest. num. 3. & Abb. in cap. 2. de conuers. coniug.

Filij non sunt exponendi.

Idcirco Parentibus non licet mittere filios ad hospitale, uel exponere ad loca publica, cap. 1. & 2. de infant. exposit. Abb. in cap. Cum haberet, & Goffr. & Hostiens. eod. tit. Decius in cap. Clerici, de Iudic. aliàs punirentur, vt ibi.

Non exheredantur sine causa.

Tenentur etiam parentes filios suos hæredes instituere, nisi illi commiserint delicta quę prębent causam exhæredationis, ut in Auth. Vt cum de appell. cogn. §. hoc aliud, & l. cum patrem, C. de alend. lib. & ibi Glos.

Ad ista parentes obligantur in quantum facere possunt, Ias.

Quomodo filij repræsentẽt personam Patris.

l. Ius ciuile, ff. de Iustit. & iure, num. 24. & 25. Spec. Qui filij sint legit. §. 1. licet filius res patris sit, & possessio præcipua parentum, & quasi vna & eadẽ persona & natura, l. 3. l. fin. C. de patr. pot. tamen sibiipsi magis debent parentes. Dicuntur filij partes inseparabiles parentum, propter communem sanguinem, & latentem quandam rationem generis, demanantem à maioribus natiua beneuolentia coniungente affectus mutuos. Sic dixit Picus in quadam Epistola: Maxima patris pars in filio est; & Lactant. in lib. de opificio Dei, c. 19. idem dixit, & quod indè nasci tur vehementissimus amor erga filios, & quod nec filiorum facinora odio digna existiment patres, sicut dixit Paul. in l. isti, ff. quòd met. causa, in fine. **A**

Chrysost. in cap. 9. Genes. Hom. 29. super illis uerbis: Maledictus Chanaan ait: Ecce peruenimus ad quæstionem illam ubique celebrem, multos enim audiuimus dicentes, quare cum peccauerit pater, filius maledictum suscipit? quare cum alius peccauit, ipse pœnam luit? neque absque ratione hoc factum est: quia pater non minorem pœnam & cruciatum habuit, quam filius, scitis enim quomodo? sæpènumero patres erant, ut filiorum pęnas ipsi ferant, & quomodo? grauius illis est uidere filios supplicio affici, quam si ipsi his forent obnoxij. **B**

Ambros. in lib. de Noe & Arca, c. 32. qua ratione cum Cham peccauerit, non ipsum, sed filium eius seruituti addixit? & fortasse ideo, quia plus afficitur iniurijs filij sui, & uehemẽtius contristatur sui peccati damnationem à filio persolutam, quoniam non tam suo, quam patris merito puniretur. Plura retulerunt Plutarch. de sera numinis uindic. Cicero ad Brutum, epist. 12. & 15. D. Thom. in 2. 2. q. 26. Art. 9. cum seq. Felin. in cap. Afferte, de præsumpt. **C**

Potestas patris quæ.

Propterea filij sub potestate Patris sunt, ex §. 1. & 2. Instit. eod. l. item. ff. de his qui sui sunt uel alieni iur. Talis facultas solũ ciuibus Romanis erat concessa, & se extẽdebat usq; ad mortẽ, l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. l. in suis, ff. de liber. et postum. l. fin. C. de patr. pot. quod correctum fuit, sed concessa usque ad honestam correctionem & emendationem, l. qui filijs, C. quæ res pign. l. Diuus Adrianus, C. ad l. Pomp. de Paricid.

Potest etiam Pater obligare filium tempore famis, l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. Vnde olim tam apud Hebræos quam Rom. filij uendebantur à Patribus, & dabantur in pignus creditori-

bus,

A bus, Exod. 21. lib. 4. Reg. cap. 4. Basil. in Psal. 14. Homil. 4. Ambros. in lib. de Nabuch. cap. 5. lib. de Tobia, cap. 8. Euseb. lib. 19. Eccles. Hierarch. cap. 8. Dionys. lib. 2. Antiq. Rom. Tiraq. de retractu §. 26. Glos. 1. num. 14.

Quomodo patres amare debeant filios.

His de causis mirum in modum amantur filij ab eorum parentibus; sed qualiter hic amor concedatur, audi August. dum dicit: Amandus est generator, sed præponendus est Creator: propterea si aliter faciunt, quasi idolis inseruiunt: principium idolatrandi ab inordinato amore parentum inoleuit; Inde Ninus ob mortem sui patris in bello, Niniuem ciuitatem ædificauit, statuamque ad illius memoriam erexit, ea lege, ut quicunq; ad illam confugeret, omni pęna criminis commissi liberaretur; sic multi faciunt de filijs idola, ex Flor. par. 1. Tit. 6. cap. 1. §. 2.

B Seruanda est Saluatoris nostri sententia dum dixit: Qui amat patrem suum, & matrem suam, plus quam me, non est me dignus. Ideo filij amandi sunt, ut Deo seruiant, & lucrum animarum faciant parentes; Ambros. dicit: Non vos minus diligo, quos per Euangelium genui, quam si coniugio suscepissem; sic magis homo debet filijs spiritualibus subsidium pręstare quam carnalibus; quod intelligo, quando carnales filij Dei timorem negligerēt, quia post Deum plus diligendi sunt parentes quam filij, ex D. Thom. in 2. 2. q. 26.

Qualiter etiam filij diligant Parentes D. Thom. declarat secundum Hieron. in Ezech. quod post Deum diligendus est Pater, deinde Mater, quasi principium suæ naturalis originis.

Cura parentū circa filios qualis.

Parentum itaque cura erit, non solum illos genitos educare, C & mundanis diuitijs extollere, verum etiam & Diuina præcepta docere, ut dum timorem Domini acquisiuerint, illius gloriam assequantur: quæ si patres neglexerint, dabunt eorum animas in iram Dei; Ita legitur in 1. Reg. 4. de Heli Summo Sacerdote, qui cum filiorum suorum salutem neglexisset, iusto Dei iudicio, morte subita & miserabili interijt; Dauid pariter à Deo correptus est ex eo quod filium suum non corripuerit; ideo legitur in cap. sicut ij, §. necesse, dist. 47. his uerbis: Vel filios à uitijs ad uirtutum studia, & uerbo, & exemplo prouocet; Vnde Apostolus Ephesijs scribit, ut vxores suas sicut sua corpora diligāt, & filios suos non ad iracundiam prouocent, sed enutriant illos in omni disciplina & correctione Domini. Vnde cum Paulus ad Timothæum scribens dixisset: (Sic suæ domui benè præpo-

situm,) statim subiunxit: (habentem filios sibi subditos, in omni castitate, non in accusatione luxuriæ.) Vnde de Beato Iob legitur quod pro filijs suis quotidiana offerebat Deo Sacrificia; offerens holocausta pro singulis, quos tanta charitatis perfectione in vnum constrinxit, ut quisque eorum in suo die conuiuium fratribus pararet, & ad epulandum secum tres sorores suas pariter inuitaret. A

Qualiter filij retrahantur à malis.

Idcirco ut præmissa exequantur, duo sunt præcipuè à Parentibus obseruanda; Vnum, ut filij à uitijs declinent; Alterum, vt ad uirtutes propensiores fiant.

Quoad Primum, cum ad tria specialiter (tamquam ad passiones corporis) adolescentes filij sint propensi, ut scilicet facile singula concupiscant, ut ad iram facillimè prouocentur, & ad libidinem (ob ætatem iuuenilem, quæ tales producit effectus) proni, & prompti sint: his præcipuum datur remedium, ut omne ab illis otium uitetur: studijsque scientiarum intendatur, quibus dum animus delectatur, ab alijs curis se recipit, & ad scientias confugit, & ita fugiendo ocium, à malis liberatur: nam homo secundum Iob 1. nascitur ad laborem, ut auis ad uolatum; Prouerb. vlt. Panem ociosa non comedit, sed operata est consilio manuum suarum. Seneca dicit, ocium sine literis mors est, & viui hominis sepultura; In Eccl. 4. dicitur: Fili conserua tempus, & declina à malo; Et in 33. Multam malitiam docuit ociositas. B. Bernardus inquit: Omnium tentationum & cogitationum malarum, & inutilium sentina est ocium. Et Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ, Superbia, saturitas panis, & aquæ, & ocium. Et 1. Timoth. 5. loquens de Viduis dixit: Adolescētiores uiduas deuita, discunt enim circumire domos, non solum ociosè sed & uerbosè & curiosè loquētes, quæ non oportet; Vnde Salomon Mulierum amore non exarsit, dū templi ædificationi intendit. Nabuchodonosor ocio uacans, elatus in superbiam, dicebat: Nonne hęc est Babylon, quam ædificaui in fortitudine mea. Dan. 4. Tandem, dum iuuenes ociosè uiuūt, peiores semper euadūt, ut ait Dominus Lucę 11. Matt. 12. Spiritus immundus exiens ab homine scilicet per pęnitentiam, cum reuertitur, inuenit domum uacantem, & assumit septem alios spiritus nequiores se; Quapropter & gentiles hoc cognouerūt: nam Philippus Alex. Magni pater, ut eius filius à similibus se reciperet, magistrum ad eruditionem Alexandri filij inter cæteros B C

Otium vitandum erit à iuuenibus.

A ros Philosophos Aristotelem elegit. Octauianus Imperator filios suos non solum ad militarem disciplinam: uerum & ad alia laudabilia exercitia applicuit; Inde Romani non patiebantur iuuenes ociari, sed vsque ad 20. annum in literis, ad quadragesimum armis exerceri illos mandauerant.

Loquacitas prohibetur, & silentium laudatur.

Sunt etiam iuuenes proni ad uerba maledica, à quibus retrahendi sunt, quoniam sicut dixit Hesiodus Optimus est homini linguę thesaurus, & ingens gratia, sed ijs qui parcè mēsurāt singula uerbis; Et in Prouerb. 13. Qui custoditos suum, custodit animā suā. Et in cap. 25. Sicut Vrbs patens, & absque murorū ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum, & est, ut uas sine operculo, ut in lib. Num. cap. 19. Vas quod non habuerit operculum, neque legaturā desuper, immū B dum erit, et in Eccles. 14. Beatus uir, qui non est lapsus uerbo, ex ore suo: Nocet multum lingua mala; Bernardus ait: Leuis res sermo, sed grauiter vulnerat, Prouerb. 10. Os stulti confusioni proximum est; & Eccles. 5. Honor & gloria in sermone sensati, lingua verò impudentis subuersiones ipsius; & 28. Multi ceciderunt in ore gladij. Greg. ait: Cultus iustitiæ silentium est. Et Iacob. Apostolus, cap. 1. Si quis putat se religiosum esse, non refrænans linguā suam à malo, sed seducens cor suum, huius vana est religio; Inde Philosophi primo silentium discipulos suos docebant, sicuti de Pithagora legitur; Gregor. in Moral. refert, Puerum Deum blasphemantem, Diuino iudicio raptum fuisse à Dæmone.

Retrahuntur à parentibus non solum correptione à simili- C bus, sed studijs negotiorum quibus cum detineantur, vitijs uacare non ualent; Flor. p. 4. tit. 2. c. 6. §. 3. circa finem.

Filij ne sint incorrigibiles.

Tertiò solent aliquando filij esse pertinaces & incorrigibiles, de quibus dicitur in Psal. 57. Furor illius secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudiet uocem incantantis uenefici, incantantium sapienter. Tales enim Deus grauiter punit; ideo Pharaonem submersit. Exodi 14. Et Moysi Dominus dixit: Cerno quod iste populus duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Exodi 32.

D. Hieron. ut in cap. Diaconi, dist. 93. Si non conuertamur, si duri colli sumus, si vsque in finem in malis perseueramus, as-

siduè peccantium non miseretur Deus. A

Qua de re patres à primis annis filios in eorum obedientia instruant, ut assuescant consilijs prudentum; ne imitentur Roboam qui potius iuuenum consilio acquiescens quam senum, grauem suæ impudentiæ pœnam tulit. 3. Reg. 12.

Filij qui talibus patrum monitionibus non paruerint, & incorrigibiles fuerint, carcerantur. Ang. in §. Ius autem, Instit. de patr. potest. nu. 6. & in §. in potestate, de his qui sui sunt, uel alieni iur. Abb. in cap. Licuit, de uoto, nu. 1. Abb. & Felin. in capit. Cum contingat, de foro compet. & in cap. Licet, de Simon. & cap. Si uerò, de sententia excom.

Honestè vt viuāt filij curare debēt parentes.

Curent pariter parentes, ut filij & filiæ honestè uiuant, fugiētes consortia malorū hominū, & mulierū, quæ lenocinia presertim committunt, nec amatores admittant, si quę sponsalia per uerba de pręsenti contraxerunt filię, ne copulentur ante matrimonium, nec insimul habitent; D. Thom. in 2. 2. q. 154. Art. 4. Tiraq. in Legibus Connub. Glos. 2. num. 2. Nauar. cap. 14. numero 17. B

Immò soliciti sint parentes, ut filij & multo magis fœminę in habitu, gestu, & actibus, honestatem seruent: nam patres qui similibus consentiunt, grauiter peccant, & sic grauiori pœna quam ipsi filij essent puniendi, cap. 1. de off. deleg. Nauar. in d. cap. 14. nu. 17.

Non retrahātur à Religione nec ad illam cōpellantur filij à parentibus.

Filios ad Religionē properantes non remorentur parentes, nec violenter ingredi Monasteria aut matrimonia contrahere compellant, cap. Puella, 20. q. 2. cap. 1. de his quę ui met. causa, & Conc. Trid. Sess. 25. de Reg. cap. 18. C

Nec à uotis filij sunt retrahendi, absque legitima causa, eo magis, si talia uota ad salutem pertinent. Nauar. in d. cap. 14. nu. 17. & in cap. 17. nu. 61. & 62.

Doceant parētes filios Doctrinam christianam et timorē Domini.

Doceant Patres filios doctrinam Christianā, ut quod in Sacro fonte Baptismatis professi sunt, ante omnia amplectantur, vt in Conc. Trid. Sess. 24. cap. 7. Tales instructiones factas pueris, Philosophus appellat Documenta data a lege, eo quod illis credunt sicuti Legi, cum nullā quęrant rationem uel autoritatem, ut in 2. Rhetor. & in 2. Ethic. Dum Iuuenes ab Infantia in pręceptis Dei ambulant, firmius illa retinent; Apostolus ad Ephes. 6. Educate filios in disciplina & correptione Domini, & in Exodo 12. Cum dixerint uobis filij uestri, quæ est ista Religio?

A gio? dicetis eis, Victima transitus Domini est; ita legitur de Tobia, in libro suo, qui filium suum primo docuit timorem Domini.

Instruuntur deinde filij circa bonos mores, tam naturales, quam politicos, dummodo legi diuinę non repugnent, vt ex Philosopho 2. Rhet. Primo etenim docendi sunt, ut abstinentia cibi & potus vtantur, idest ne luxurientur in uictu: Nā me. ro uenter æstuans, facilè despumat in libidines; dist. 35. Venter & refert Cicero in 2. lib. Tuscul. quæst. de Lacedemonijs qui sē per alicui exercitio vacabant, & abstinentijs lætabantur. Seneca in 2. lib. de Ira dixit: Educatio filiorum maximam diligentiā plurimum profuturam desiderat; facile est enim animos teneros disponere, sed difficile scinduntur uitia quę nobiscum creue B runt; Et in Prouer. 22. Adolescens iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

Doceant politicos etiā mores filios suos parētes.

Assequentur autem facile tales mores iuuenes, si ad societates honestas, & exercitia laudabilia se applicuerint: sunt autem iuuenes complexione molles, ideo facilè sensitiuas operationes amplectuntur, & ad mores sociorum facilè inclinantur; Aristot. 2. Rhetor. & Boet. in lib. 1. de Discipl. scholast. de filio Lucretij. Itemque exercitia honesta necessaria sunt, secundum Philosophum in 8. Politic. eaque ad uitam maximè expediūt: nam illis uitantur tedia uitæ, torpor etiam corporis & pronitas ad lasciuiam, huiusmodi honestis exercitijs curantur & penitus adimūtur; honesta esse debent, quoniam iuuenes etiam imaginibus picturarum lasciuis, ad lasciuiam commouentur, ut ait C Aristot. in 7. Ethic. Ideo dixit Sara Abrahæ viro suo: Eijce ancillam & filium eius, quia filius natus ex ancilla, concitabat Isaac legitimum filium, ad inhonestos ludos, Genesis 21.

Sunt etiam inducendi iuuenes ad consortium cū senibus uiris, qui senes sint ætate, & moribus, quos discant honorare; In Leuit. 19. legitur: Coram sano capite consurge, & honora personam senis. Moyses præcepit in Deuter. 21. vt filius Patri inobediens lapidaretur; August. in lib. 1. de Ciuit. Dei, cap. 8. narrat historiam septem fratrum qui ob inobedientiam contra Matrem, tremebundi facti fuerunt.

Iuuenes auocentur à senibus.

Curent etiam Parentes, ut filij cum primum uenerint ad annos discretionis, quod est, dum sciunt mentiri, et respondere ad interrogata, ut confiteantur eorum peccata Confessori, & ætate legitima

Obseruare Precepta Dei & Eccle

sia debēt filij, idq; cura & hortatu parentū.

te legitima adueniente suscipiant sanctissimum Eucharistię Sacramentum, doceantque illos Præcepta Dei, & Ecclesiæ modumq; orandi. D. Thom. & Bonauent. in 4. dist. 17. Glos. & Doctor. in cap. Omnis, de Pœnit. Abb. in Rubr. de delict. puer. & capit. Paruuli, de Consec. dist. 4. Flor. in 3. par. tit. 2. cap. 6. §. 4. Syluest. in uerbo, Confessio, 2. nu. 4. Cum itaque istis salutaribus præceptis fuerint eruditi, & timorem Domini didicerint, tunc Magistris subijciuntur filij, ut Politicas, œconomicas & alias scientias addiscant, quibus seipsos & alios gubernare possint; Vide de his plura in lib. Moralis Philosophiæ Platonis, & in lib. de Rep. etiam Ciceronis.

Filij qualiter se gerere debeant cū eorum parentibus. *Filij alere tenentur parentes egenos, et redimere captiuos.*

Tenentur & nonnulla filij pro suis parentibus agere: qn̄cunque parētes egeni fuerint, à filijs sunt alendi, si hoc pręstare potuerint, quoniam ad hoc præstandum Lege Naturali, & Diuina tenentur; cap. Inter cætera, 22. q. 4. cap. Non satis, dist. 59. Doctor. in l. si quis à liberis, ff. de lib. agnosc. l. fin. §. hac, C. de bonis quæ lib. Viuius in Opin. 45. D. Tho. in 2. 2. q. 105. Art. 4. Syluest. in verbo filij, Nauar. in cap. 14. nu. 14.

Quapropter si Pater captiuus apud hostes detineretur, uel in Carceribus, aut furore, vel aliqua infirmitate grauaretur, à filio dēt liberari, & adiuuari, vt in Auth. Vt cū de appell. §. Causas.

Filij parere debent Parentibus & in quibus.

Obedire etiam debēt Parentibus circa rei familiaris curam, secundum Richard. in 3. dist. 37. Zab. Ang. & Syluest. in verbo, filij.

Filijs non licet accusare parentes, nisi in Crimine hæresis, vel læsæ maiestatis, sicut proditionis; Doct. in cap. 1. de off. deleg. num. 7. cap. Inter uerba, 2. quæst. 3. nu. 3. Nauarra.

Debent etiam parere in his quę spectant ad salutem Animę, & ad Pacem familiæ, Ang. in verbo, filius, §. 30. Syluest. §. 22. Tabiens. §. 16. Nauar. cap. 14. num. 2.

Nec celebrabunt matrimonium inuitis parentibus, at si minus honestam contra patris mentem duxerint, male faciunt, Glos. in cap. de raptoribus, 36. quęst. 2. Auth. Sed si post, C. de inoff. test. & in cap. 1. de despon. impuber. & Nauar. in d. cap. 14. num. 15. uide etiam Felin. in cap. Ecclesia, de Constit. & an filius ex hoc possit exhęredari.

Si quid filius retinuerit de bonis Paternis, illicitè acquisitis, restituere tenetur, secundum Glos. & Doct. in cap. Michael, de Vsur. Legata autem pia a Patre facta, ac eius debita soluere debet.

A bet. D. Tho.in Quodlib.6.Art.14.Flor.2.p.tit.2.cap.7.§.8.

Hęreticis filijs fauere patres nullo modo conuenit,nec illos receptare;nec defendere contra Iustitiam, qui triplici pœna punirentur,ut ex Rober.in suo ord.Iud.in uerbo, Filius,nu. 1.Simanch.de Hęret.Tit.29.

Colliguntur plura,quę filij seruare tenentur;ueluti,ut Parentibus nil furentur, non sint superbi, malitiosi, nec ociosi, omni uitio si fieri potest, careant, uirtutibusque abundent;Pelag.lib. 2.cap.44.Flor.2.par.tit.2.c.15.§.19.& in 3.p.Tit.2.cap.5.§.5.

Qualiter à Matribus educandi, & instruendi filij.

Matres filias suas custodiant diligenter, iuxta ea quę refert D. Hieron. ad Altheam, his uerbis; Filia tua cantica mundi ignoret,turpia nō intelligat.Adhuc tenera lingua Psalmis dulcibus imbuatur;procul sit ętas lasciua puerorum;Habeat,& in B discendo socias,quibus inuideat, quarum laudibus mordeatur: nec obiurganda est,si tardior sit,sed laudibus excitandum est ingenium,ut uicisse gaudeat, & uicta doleat. Vnde & tibi est prouidendum, ne ineptis blanditijs fœminarum dimidiata dicere uerba filiam consuescas, & in auro atque purpura ludere, quorum alterum linguę alterum moribus officit; Nutrix ipsa non sit temulenta,non lasciua,non garrula, habeat modestam gerulam,nutritium grauem, cum auum uiderit in pectus eius transiliat,& collo dependeat: sit omnibus amabilis,& uniuersa propinquitas rosa Ecclesiæ nata gaudeat, ipse habitus & uestitus doceat ei cui promissa sit. Si solicita prouides ne filia percutiatur à uipera: cur non eadem cura prouideas, ne feriatur à malleo vniuersæ terræ?ne egrediatur cum Dina; & velit videre mu C lieres religionis alienæ,ne ludat pedibus,ne trahat tunicas? Venena non dantur nisi melle circumlita; & vitia non irrepunt nisi sub specie umbraque virtutum; Nō uescatur filia in publico, idest in parentum conuiuio, ne uideat cibos quos desideret. Et carnium ædulio sustentetur ne prius deficiant pedes quam currere incipiant;Numquam absque te procedat in publicum;Basilicas Martyrum, & Ecclesias sine matre non adeat: nullus ei iuuenis, nullus cincinnatus arrideat; Nolo de ancillis suis aliquam plus diligat, cuius crebro auribus susurret,Quicquid uni loquitur, hoc omnes sciant; Placeat ei comes non compta,neque formosa, atque lasciua, quæ liquido gutture carmen dulce moduletur, sed grauis, pallens, sordidata,subtristis. Nocte ad orationes surgat; Hymnos mane decantet, orationi lectio,lectioni,

ctioni succedat oratio, discat lanam facere, tenere colum, pone A re in gremio calathum, rotare fusum, stamina pollice ducere, spernat bombicum telas, sericum uellera, & aurum in fila lente scens: talia uestimenta portet, quibus pellatur frigus, non quibus uestita corpora nudentur; Cibus eius olusculum sit, & simila, raroque pisciculi, sic comedat, ut semper esuriat, ut statim post cibum possit legere, orare, & psallere. Displicent mihi in te neris maximè ætatibus, longa & immoderata ieiunia; Mihi omnino in adulta uirgine lauacra displicent, quæ seipsam debet, & erubescere, & nudam uidere non posse; Pro gemmis & serico, diuinos codices amet, quibus non auri & pellis Babyloniæ uermiculata pictura, sed ad fidem placeat emendata, & erudita distinctio; Caueat omnia Apocrypha, iurare nō discat, mentiri sacrilegium putet; Trade ei comitem sanctitatis, cuius B & sermo, & incessus, & habitus, doctrina uirtus sit; Hæc ille.

Cyprianus in lib. de habitu uirg. Cæterum si tu te sumptuosè comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te intuentes illicita suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, peccandi fomitem succendas, ut si ipsa non parcas, alios tamen perdas, & ueluti gladium te, & uenenum uidentibus præbeas, excusari non potes quasi mente casta, & pudica, redarguit te cultus improbus, impudicus ornatus.

Cætera de exercitio, modestia, & custodia virginum, vide supra de Reg. & Flor. 3. par. tit. 2. cap. 2. §. 5.

DE DIVERSAR M C
Artium statu.

Species artium Negociationum, & exercitij legitimi, quales & quibus conditionibus exerceantur sine peccato. Cap. XII.

POSVIT Deus hominem in Paradiso, non solum ut spiritualiter operaretur, Gen. 2. sed etiam ut in sudore vultus sui uesceretur pane suo. Gen. 3. Quam ob rem licet plures sint hominum operationes, tamen ad istas quæ sequentur reducuntur.

Vna nuncupatur virtualis; dum circa uirtutes homines versantur;

A ſantur; ex Eſai.26.omnia opera noſtra operatus es in nobis; Alia eſt quæ huic opponitur & dicitur uitioſa; de qua Io.7. Vos facitis opera patris ueſtri, ſcilicet Diaboli.

Species operationum.

Inde Hieron.ait: Sicut enim in bonis operibus noſtris perfectior eſt Deus,(non eſt enim uolentis,neque currentis,ſed miſerentis,& adiuuantis Dei, ut peruenire ualeamus ad calcem)ſic in malis, atque peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua, & perfectio Diaboli; cap.Si enim,de Pœnit.d.2.

Ambroſ.ait: Quod enim poſſumus non facere, ſi uolumus, huius electionem mali nobis potius debemus, quam alijs adſcribere,cap.Illa, 15.q.1.

Tertia ſpecies eſt de qua dicitur in Eccleſ.9.quodcunque poteſt manus tua,inſtãter operetur; & alibi: Exibit homo ad opus B ſuum;& ſimilia,de iſta nouiſſimè dicetur.

Ad hoc ſcilicet noſtrarum manuum opus homo antequam ſe accingat,non tantum ea quæ de regula artis ſunt conſideret, ſed & qualiter tuta conſcientia illa à ſe perfici poſſint; Iuxta dictum Apoſtoli ad Galat.6.Probet autem unuſquiſque opus ſuum. Ambroſ.Intentio,operi tuo nomen imponat; Apoſtolus 1.ad Corinth.10.Omnia quæ facitis in uerbo uel opere,in gloriam Dei facite; Finis itaque ſpectandus in operibus noſtris, qui ſit rationabilis,& honeſtus, Apoſtolus ad Epheſ.4.Operetur manibus ſuis, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti; & Dominus Lucæ 10.inquit: Dignus eſt operarius mercede ſua; Sic finis mercedis erit proſui & aliorum uictu laborare, idque ſine alterius offenſione, cum finis uitæ noſtræ ſit gloria; C Auguſtin.in Ioan. Ad hoc debet quiſque bene uiuere, ut detur ei ſemper uiuere.

Quæ inſpicienda ſint in bona arte.

Finis artificis.

Secundo,quod exercitium ſit licitum,ut in Pſal.5.Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, & illud dicitur illicitum, quod à Deo uel Eccleſia prohibetur; Auguſt.in cap. Fornicari, d.88. Fornicari omnibus ſemper non licet,negotiari uerò aliquando licet; & ſic illicita ſunt meretricũ & uſurariorum exercitia,quæ uel peccatum continent in ſe, uel propinquam cauſam peccandi fouent,ex Flor.3.p.tit.8.cap.1.§.1.

Quod ars ſit licita quã quis cupit exercere requiritur.

Tertiò, quod opus cum diſcretione & differentia temporis tractetur,ideo Dominus in Exodo 20.dixit. Sex diebus operaberis, ſeptima dies Sabbathum Domini Dei tui eſt; non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus,&c. Apoſtolus ad Coloſſen. cap.1.

Quod opus tractetur cũ diſcretione conan

dũab arti fice est. cap. 1. In omni opere bono fructificantes: Semper tamen facien A dum est bonum, ut dicitur in Genesi 4. quod Dominus locutus fuerit ad Cain. Nonne si benè egeris recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit?

Causæ inducẽdi artes quęnã sint. Sunt autem artes uarijs de causis inuẽtę: nam quasdam induxit necessitas, quasdam inuenit cupiditas, alias uerò vanitas, & ita retulit ibid. Flor. Artificium Agriculturæ induxit necessitas, vt in Prouerb. Qui operatus est terram, replebitur panibus, & è conuerso, egestatem operata est, manus remissa; Et in Eccles. 7. *Quas artes induxerit Necessitas.* Non oderis laboriosa opera, & rusticitatem creatam ab Altissimo. & in Genesi 9. Vir agricola, plantauit uineam, & uino inebriatus est; Post hoc Pastoris exercitium sequitur, quod necessitate naturali vrgente, homines inuenerunt, inde lanificij opus, vt corpora nostra tegerentur; ideo in Gen. 3. legitur, quod Adã B fecit sibi tunicas pelliceas, non uanitatis, & iactantiæ, sed pœnitentiæ & humilitatis causa, ut ait Ambros. & in Prouerb. 45. Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum; Quapropter, cum uita humana ob peccatum ad tot processerit ærumnas, merito & multarum subsidio sustinenda est artium; Inde Abel primus pastor ouium fuit; Illud idem exercitium Abraham, Isac, Iacob, Dauid, & cæteri pastorale exercuerunt; Ouium lana uestimur, carnibus & caseo uescimur, & ut comodius uitam tuereri possimus, tentoriorum usus ad Animalium & imbrium defensionem fuit inductus, ut in Gen. 4.

Quas artes induxerit Cupiditas. Quasdam alias artes induxit cupiditas, quæ ad finem lucri tendunt; & quamuis finis uideatur indebitus, quoniam auaritiam ostendit, tamen si iusto fiat fine, ueluti ad se & familiam C suam sustentandam; lucrumque sit moderatum & iustum, tunc ars non erit indebita, & ea licebit uti. Flor. 3. par. tit. 8. cap. 1. §. 1. Ismahelitæ, secundum eund. Flor. in citato loco, inuentores fuerunt diuersarum artium, ideo legitur in Genesi 37. quod filij Iacob, uendiderunt Ismahelitis Ioseph & Madianitis portantibus Aromata in Ægyptum; & in Baruch 3. Filij quoque Agar qui exquisiuerunt prudentiam & scientiam quæ de terra est, negotiatores terræ uiam sapientiæ non intellexerunt. Negotiatores, qui illicitas negotiationes exercent, ut ad finem ditãdi, semper non sunt tolerandi, secũdũ ea quæ dicit Chrysost. in Matth. Nullus Christianus debet esse Mercator, quia numquam aut uix potest Deo placere, dicente Propheta: Quia, non cognoui

nego-

A negotiationes, introibo in potentias Domini; Vide c. Eijciens, dist. 38. & D. Thom. in 2.2.q.77. Art. 4. ad 1. & Flor. in d. 3. par. tit. 8. cap. 1. §. 2.

Quas introduxerit artes vanitas.

Aliud exercitium est illud quod Vanitati inseruit, veluti ornatui, & iactantiæ, vt quod circa sericas & auratas uestes contexendas uersatur quas prohibuit Apostolus, 1. Timot. 1. Non in ueste pretiosa, auri, argenti, & margaritis: Hierem. dixit opera earum uana, & risu digna. Chrysost. in Matth. cap. 21. Hom. 38. asserit ab arte calceariorum & textorũ, multa abscindere oportere; etenim ad luxuriam deduxerunt, necessitatem eius corrumpentes, aut mala arti commiscentes.

Negotiatores qualiter negotiari debeant.

Cassad. in Psal. 70. Quid est aliud negotium, nisi quæ cũ possent vilius comparari, carius uelle distrahere, & infra: Negotiatores B uerò illi abominabiles existimantur, qui Iustitiã Dei minimè considerantes, per immoderatæ pecuniæ ambitum pellũtur, merces suas plus periurijs onerandæ quã pretijs, tales eicit Dominus de templo, dicens: Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Aug. in Psal. 70. Corrigantur Christiani, non negotientur, sed ait mihi negotiatur afferre ex longinquo merces, mercedem laboris mei, unde illã peto, dignus est operarius mercede sua, de mendacio, de periurio agitur, non de negotio, ego enim mentior, non negotio, possum dicere, tanto emi, tanto uendam, si placet, eme, quomodo ergo reuocas à negotiatione? omnes artifices mentiuntur, Sutores, Agricolæ, quę omnia habentur in cap. Eijcies, cap. Quoniam, cap. Quid est; dist. 88.

Negotiatores qui sint.

C Negotiatores secundum Chrysost. illi sunt, qui rem comparant, non vt integram & immutatam uendant, sed ut materia sibi sit aliquid inde operandi: Ille nõ est negotiator, qui uerò rem comparat, ut integram & immutatam uendendo, lucretur, ille est mercator, & illa dicitur permutatio lucratiua, ad lucrum ordinata & Flor. in citato loco, & Syluest. in uerbo, Negotiatio, idem dixerunt.

Mercator quis dicatur.

Species negotiorum quotuplices.

Triplex describitur species negotij, ut pecunię ad pecuniam, vt in Cambio; Secundò, pecunię ad rem, ut in emptione & uenditione; Tertiò rei ad rem, vt in permutatione; Quartò, quoad finem; ex eod. Flor. & Syluestro.

Vt negotiationes licitę sĩt.

Vt tales negotiationes sint licitę septem requiruntur; Primò, quod talis negotiatio nõ sit facta intuitu Auaritię, uel alterius

rius

quę requirantur. rius finis illiciti: nam dicit Gregor. quod difficile est inter emen A tis et uendentis cōmercium, non interuenire peccatum, quoniã qualitas lucri aut accusat, aut arguit, de pęnit. dist. 5. cap. Vnde. Ita etiam distinguit Glos. in d. cap. Qualitas, dist. 5. de pœnit. quod quædam negotiatio fit ad commune bonũ, quia tunc natura dictat, & laudabilis est; sed quæstus sit honestus: nam naturale est contrahentibus ad inuicē se decipere, ex Glos. in d. cap. Qualitas, l. in causæ, §. idem Pomponius, ff. de min. l. si pretio, ff. locati; Et quamuis hoc naturale sit, tamen decipientes nō excusantur, ut dicit Chrysost. in d. cap. Eijciens, dist. 88. quãdo negotiatio habet finem illicitum, secundum Isidor. sic negotiatio fit, ut materia lucretur, cap. feras, vers. negotiũ, de verb. signifi. & D. Thom. in 2.2. q. 77. Art. 4. Pelag. lib. 2. cap. 42.

Secundò consideratur persona quæ negotiatur, quæ non sit B prohibita à lege negotiationis, ut persona Religiosa, & Clerici, ut tit. de vita & honesta. Clericor.

Tertiò ne talis negociatio fiat diebus festiuis, in quibus opus seruile non exercetur exceptis casibus à iure permissis, Nauar. in 3. præcep. & ex Const. Pij V.

Quartò, quod fiat in loco honesto, non in Ecclesia, cap. Demum, de immun. Eccles. lib. 6. & cap. reliquimus, de cust. Euchar. cap. In omnibus, dist. 81. cap. & hoc, 16. q. 8. & ex eadem Constit. Pij V.

Quintò, quod dolosè non exerceatur, cum mendacijs & per iurijs, cap. Quoniam, dist. 88.

Sextò, quod negotiatio non fuerit Reipub. dãnosa, ueluti cō gregare monopolia frumenti, vini, & olei, ac similium rerum C necessariarum ad vitam: nam qui sic agit, incidit in Papalem ex communicationem, ex Const. Pij V. & Gregor. XIII. aut si quæratur immoderatum lucrum, ex eod. Flor. tit. 8. cap. 1. §. 3.

Septimò, si negocietur cum habente malam conscientiam, nam tunc tenetur socium & societatem dimittere; Syluest. & Armilla, in verbo negociatio. De his omnibus uide apud D. Thom. in 2.2. q. 77. Art. 4. Alex. de Ales in 3. par. Summæ. Innoc. & Abb. in cap. 1. ne Cler. uel Mon. & Flor. in 3. part. tit. 8. cap. 1. §. 3. & in 2. par. tit. 1. cap. 16. §. 3. usque ad 10. Pelag. in d. lib. 2. cap. 42. Syluest. in verbo, negotiatio.

Boni negotiatores qui. Ex quibus colligitur, quod boni negotiatores non vendunt res cariori precio, ad tempus, nec proximum decipiunt; tam in

precijs,

A precijs, quàm in rebus, ponderibus, & mensuris, quia tales Dardanij appellantur; Iuramentum circa licita seruant, nec rem vilem preciosam faciunt, nec usuram committunt, aut leoninam societatem contrahunt, ut dum quis securus ad lucrum & immunis à damno, contrahit, & de omnibus licitè acquisitis Decimas soluunt. Hæc ex Pelag.

Artificia differunt à mercatura.

Artificia differunt à mercatura, nam Artifices propriè sunt, qui rem integram comparant, uel materiam, nõ ut ita integram & immutatam uendant, ut faciunt mercatores, sed ut fiat materia ad aliquem usum necessarium, ut si de ligno fieret statua, & de serico uestis; Pelag. in d. cap. 42. Flor. in d. tit. 8. cap. 4. & tit. 3. cap. 2. §. 3. eadem par. 3. & in 2. par. tit. 1. cap. 6. §. 2. Syluest. & Ang. in uerbo, Ars.

Conditiones bonæ artis.

B Ars ut sit licita, continet plura; Primò quod exercentes eam non sint à lege impediti, ut dictum est, sicuti Religiosi, & Clerici, ex Flor. 3. par. tit. 13. cap. 1.

Secundò, quod Ars de sui natura non sit prohibita; ut Ars magica. August. lib. 4. Confess. D. Tho. in 2.2. quæst. *96*. Art. 1.

Item nec uersetur circa superstitiosa, ut fabricare idola, uel candelabra, aut similia, ad Idolatrandum, D. Tho. in 2.2. quæst. 1*69*. Art. 2. ad quartum.

Quædam aliȩ artes de sui natura sunt indifferentes, quia non sunt nec bonæ nec malæ, ut facere arma, tormenta, & similia, si Artifex hæc non mala intentione construit, sed ut illis Iustitia exerceatur, uel ad bonum finem, uel ut sibi uictum quærat, licitæ sunt: at si sciret ad malum usum arma esse conuertenda, tunc C ars esset illicita, Caiet. in dicta 2.2. quæst. 1*69*. Art. 2.

Artes quæ illicitæ sint.

Aliæ artes quæ peccata inducunt, ut est Histrionica, uel per eam imminet periculum uitæ, ut est Saltatoria, ac similes, non conceduntur; D. Tho. in 2.2. quæst. 11*9*. Syluest. in uerbo, Ars Histrionis, non permittuntur: quia sunt infames, sicuti publici buffones, scurræ, exercentes Comȩdias publicè, & alios ludos inhonestos exercentes, quibus denegatur Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, donec pœnitentiam egerint, capit. 1. 4. quæst. 1. & l. 2. §. ait Prætor, ff. de his qui not. infam. cap. Maritum, dist. 33. cap. fin. dist. 8*6*. cap. pro dilectione, & ibi Glos. de Cens.

Alchimia pariter illicita dicitur Ars, quod intelligitur de fabricantibus falsum aurum uel argentũ, aut falsam monetã, tales enim

les enim sunt infames, ca. Circa, 26.q.5. Extrauag. Ioan. XXII. de Crimine fals.

Quandocunq; contigerit artificem redditurũ esse rationem de suo artificio, sciat ea quæ in arte requiruntur, ut per notata à Glos. & Doctor. in l. hac edictali, §. suis, C. de secund. nupt. Bart. in procem. ff. & l. 5. & l. Theopompus, ff. de Dote prælegi. nu. 7. sic de alijs artibus, exercitijs, & negotiationibus apud allegatos Doctores.

Ita Deo Maximo gratias agimus, qui nobis tot dona concessit, vt opus ad eius laudem inceptum modo completum existat.

FINIS.

005647067